3 1761 04569113 6

Univ. of
Toronto
Library

Digitized by the Internet Archive
in 2009 with funding from
University of Toronto

https://archive.org/details/novaepatrumbibli06maiauoft

PATRUM

NOVA BIBLIOTHECA.

See p. liv. for index.

Relig
Theol
M

NOVAE PATRUM BIBLIOTHECAE

TOMUS SEXTUS

CONTINENS IN PARTE I.

SANCTI ATHANASII

EPISTOLAS FESTALES SYRIACE ET LATINE

CUM

CHRONICO ET FRAGMENTIS ALIIS.

IN PARTE II.

LEONIS ALLATII

TRES GRANDES DISSERTATIONES

DE NICETIS DE PHILONIBUS ET DE THEODORIS CUM IPSIUS ALLATII VITA ET PLURIMIS ALIORUM OPUSCULIS AC TABULIS XI.

ed.
Angelus Maius

THE NEW YORK PUBLIC LIBRARY
DUPLICATE
SOLD

ROMAE

TYPIS SACRI CONSILII PROPAGANDO CHRISTIANO NOMINI.

M.DCCC.LIII.

144892
14 1 1 1

EDITORIS PRAEFATIO.

Ecclesiae alexandrinae officium fuit paschalis designatio.

I. Postquam a nicaeno decreto 1) finis impositus fuit gravissimae de die paschali inter asianos ceterosque christianos populos controversiae, ita ut uno eodemque die dominico a cunctis deinceps per orbem Christianis, contra Iudaeorum consuetudinem, ea sollemnitas celebraretur; mos ille invaluit, quem compendii causa Cassiani verbis referam (collat. X. cap. 2.) « Intra Aegypti regionem mos iste an» tiqua traditione servatur, ut peracto epiphaniorum die, epistolae pontificis ale» xandrini per universas dirigantur Aegypti ecclesias, quibus initium quadragesimae, » et dies paschae, non solum per civitates omnes, sed etiam per universa mona» steria designentur. » Leo vero PP. in epistola 121. edit. Ballerin. ad Marcianum imper. sic loquitur. « Sancti patres omnem hanc curam alexandrino episcopo dele» gantes (quoniam apud Aegyptios huius supputationis antiquitus tradita esse vide» batur peritia) per quem quotannis dies praedictae sollemnitatis Sedi apostolicae » indicaretur, cuius scriptis ad longinquiores ecclesias indicium generale percurre» ret. » (Romanis reapse se pascha indicasse ait nunc apud nos Athanasius ipse heortast. 18.) Exin Leo verba facit de errore in Theophili alexandrini episcopi cyclum illapso (ut etiam in ep. 88.) Idemque in ep. 122. vult per principem admoneri Aegyptios, ne in summae festivitatis die, dissensione aliqua aut transgressione peccetur. Et quidem de computo aegyptio diu loquitur etiam Paschasinus lilybetanus cum Leone in ep. 3. Rei confirmandae causa, placet verba quoque Bedae de rat. tempor. cap. 42. adscribere. « Fertur antiquitus alexandrinae ecclesiae antistiti de» legatum, ut officiose operam curamque investigationi computi paschalis impende» ret, quatenus pontifici apostolicae Sedis adnuncians, per eum paschae diem sol» lemnem ceteros ecclesiarum principes agnoscere faceret. » Mox idem Beda de Theophili memorato cyclo loquens (cuius rationem cognoscimus in ipsius Theophili prologo apud Gallandium Bibl. T. VII. p. 614.) « huius, inquit, Proterius alexan» drinae urbis antistes, ad inquisitionem papae Leonis, luculentissimam reddidit » rationem. Oportebat enim, pergit dicere, ut ab alexandrinae ecclesiae praesule » talia scripta ad Sedem apostolicam mitterentur, quae ostenderent, magisterio » beatissimi Petri apostoli hoc ab initio per beatum Marcum eius discipulum didi» cisse Aegyptios, quod constat credidisse Romanos. » Nempe Aegyptii hac in re non asianis, (id est Syriae, Ciliciae, et Mesopotamiae populis, ut ait Athanasius de synodis Arimini et Seleuciae n. 5.) sed aliis consentiebant christianis.

1) Decretum extat apud Gelasii historiam concilii nicaeni lib. II. cap. 33. in patrum nicaenorum epistola ad Aegyptios. Εὐαγγελιζόμεθα ὑμᾶς καὶ περὶ τῆς συμφωνίας τοῦ ἁγίου πάσχα, ὅτι κατωρθώθη καὶ τοῦτο τὸ μέρος, ὥστε πάντας τοὺς ἐν τῇ ἑῴᾳ ἀδελφοὺς, τοὺς μετὰ τῶν Ἰουδαίων τὸ πρότερον ποιοῦντας, συμφώνως Ῥωμαίοις καὶ ὑμῖν καὶ πᾶσιν ἡμῖν τοῖς ἐξ ἀρχαίου μεθ' ὑμῶν φυλάσσουσι τὸ πάσχα, ἐκ τοῦ δεῦρο ἄγειν τὴν αὐτὴν ἀγνοτάτην ἑορτὴν τοῦ πάσχα. Idem repetit Constantinus augustus in epistola ad episcopos qui concilio non interfuerant. Denique etiam S. Athanasius rem eandem narrat in epistola ad episcopos africanos. Conferatur autem Eusebius hist. eccl. lib. V. 23-25, nec non de vit. Const. lib. III. 5. 14. 19. Atque ea occasione idem Eusebius tractatum illum de paschate scripsit, cuius nos partem ex vat. codice dedimus T. IV. part. I. p. 209. seq., quod scriptum utpote doctissimi omnium episcopi, et qui in illa synodo sedit, recolendum est.

Extra Aegyptum pascha indicebatur a romano Pontifice.

II. Igitur inveniendi quidem diei paschalis calculus Aegyptiorum erat; ceterum hi intra Aegyptum tantummodo pascha publice indicebant; in toto autem occidente romani Pontifices. Ecce enim vel ante nicaenum concilium (ope ut puto cyclorum v. gr. S. Hippolyti, vel aliorum, de quibus vide Aegidium Bucherium) canon primus concilii I. arelatensis anni 314. sic ait ad Silvestrum papam. « Primo in loco de obser» vatione paschae dominicae, ut uno die et uno tempore, per omnem orbem a nobis observetur, et iuxta consuetudinem litteras ad omnes tu dirigas. » Hinc Leo ep. 96. ad arelatensem episcopum. « Quia hoc divina institutio et paterna traditio ad nostram » sollicitudinem voluit pertinere, fraternitatem tuam sollemniter admonemus, ut » pascha Domini celebrandum nobis die ·X· kal. aprilium recognoscas etc. cuius » notitiam per dilectionem quoque tuam omnibus voluimus declarari. » Attamen » ep. 142. ipse per se ait Leo: « diem venerabilis festi omnibus occidentalium par« tium sacerdotibus intimasse, quem alexandrini episcopi declaraverat instructio. » Fiebat autem ea denunciatio in epistolis formatis (ep. 131.) cuiusmodi illa erat (138.) de eadem re ad universos Galliarum atque Hispaniarum episcopos. Sancti denique Ambrosii luculenta est de computo paschali epistola 23. (anni 386.) in qua rei huius marte proprio et peritia regulam tradit. Ait enim. «Necesse fuit, quia etiam post » Aegyptiorum supputationes, et alexandrinae ecclesiae definitiones, episcopi quoque » romanae ecclesiae per litteras plerique meam adhuc expectant sententiam, quid » existimem scribere de die paschatis. » Denique Innocentius I. PP. ep. 14. ad Aurelium carthaginiensem, doctrinâ videtur propriâ paschalis diei statuendi normam praescribere.

Quaenam fuerint epistolae heortasticae.

III. Iam vero epistolae, praesertim ecclesiae alexandrinae, quae pascha indicebant, *heortasticae*, id est festales, dici solebant, quia pascha summum est κατ' ἐξοχὴν Christianorum festum, scilicet ἑορτή. Dionysii, qui ab anno 247. ad 265. fuit episcopus alexandrinus, heortasticas epistolas cum canone paschali legebat Eusebius hist. VII. 20, quarum tamen nonnisi tenue ex quarta fragmentum superfuit in Damasceni parallelis (opp. T. II. p. 753.) Post nicaenum concilium, in syriaco chronico athanasiano (de quo nos postea dicemus) memoratur heortastica Alexandri, qui Athanasio praecessit, extremo vitae suae tempore, anno 328, per Aegyptum dimissa, quae cetero qui nusquam apparet. Secutae sunt magni Athanasii heortasticae, de quibus mox peculiariter disseremus. Posthinc tres Theophili habemus heortasticas, quas honoris causa, ipsoque rogante Theophilo, in latinam linguam transtulit noster Hieronymus 1) quae sola interpretatio aetatem tulit, graeco deperdito textu. Quintae item et sextae, atque aliarum, ut videtur, minuta fragmenta sunt apud Gallandium Biblioth. T. VII. p. 642. et 643. Etenim p. 641. diserte dicitur: ἐκ τοῦ ἑορταστικοῦ τόμου. Quintae aliud fragmentum ineditum comperimus nos in codice vat. 1455. f. 171. his verbis. Θεοφίλου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας ἐκ τῆς ε' ἑορταστικῆς. Ἐπειδήπερ ἡ τῶν ἀνομοίων φύσεις ἀνομοίους ἔχουσι τὰς ἐνεργείας· οὐ γὰρ δήπου μίαν εἶναι φυσικὴν τὴν ἐνέργειαν δώσομεν. *Theophili episcopi alexandrini ex*

1) Unius ex his Theophili heortasticis fragmentum graecum, latino Hieronymi feliciter respondens, nos exhibuimus T. IV. p. 62, ubi tamen legendum est πρὸς τοῦτον loco πρὸς τοῦτο.

quinta heortastica. Quoniam dissimilium naturae, dissimiles exserunt operationes, profecto unicam esse naturalem operationem non concedemus. Alium multo prolixiorem Theophili tractum ex decima sexta heortastica recitavimus item nos in Script. vet T. VII. p. 50, in quo contra Origenem disputatur. Sed en postea Cyrillus heortasticarum disertissimus scriptor, quarum ·XXIX· temporis edacitatem fugerunt: haeque in codicibus promiscuo vocabulo appellantur λόγοι ἤτοι ἐπιστολαί. Postremo sancti Ambrosii epistola 23, praecipueque grandis illa Proterii episcopi alex. (apud Bucherium p. 82.) ad Leonem PP., heortasticae insignes sunt.

De heortasticis S. Athanasii epistolis.

IV. Veniendum nunc est ad Athanasii heortasticas seu festales epistolas, quarum causa totus hic prologus a nobis institutus est. Athanasium more officioque alexandrinorum episcoporum scripsisse heortasticas, nemo profecto dubitare poterat: praesertim quia testis aderat nominatim Hieronymus, qui de vir. ill. cap. 87. inter cetera sanctissimi viri scripta heortasticas ponit epistolas. Tum deinde in opere, quod Montfauconius edidit Cosmae indicopleustae, minutae aliquot praedictarum heortasticarum laciniae apparuerant ex 2. 5. 6. 22. 24. 28. 29. 40. 45. Mihi vero ipsi tenue ex tertia decima fragmentum graecum, syriaco consonum, in vaticano codice casu conspiciendum se obtulit, quod inferius p. 119. in scholio recitavi. Atque heic sponte oboritur quaedam de Athanasii heortasticarum numero quaestio. Etenim ex chronico (de quo mox dicemus) constat episcopalem sedem inscendisse Athanasium ante dimidium anni 328, rebusque humanis excessisse sub exitu anni 373, qui sunt anni 46. Verumtamen ab his subtrahendus primus est, quo non Athanasius, sed Alexander decessor scripserat. Ergo annis episcopatus 45. respondet adamussim numerus heortasticarum apud Cosmam memoratus. (Attamen in vita Athanasii arabice scripta circa finem dicuntur eius heortasticae 47.) Quin adeo in chronico syriaco dicitur confectus ab Athanasio anno 367. canon sacrarum scripturarum, qui reapse conservatus est, ex epistola 39. sumptus; isque item numerus plane respondet athanasiani episcopatus anno 39. Recte hactenus. Sed quid eidem chronico respondeas, quod annis 336. 337. 341. 342. 357. 358. 359. 360. 361, id est novem annis praetermissam ab Athanasio heortasticam fuisse narrat? Mihi quidem cogitanti nil aliud interim menti occurrit, quam ut illa chronici verba *non scripsit*, vel *non misit*, de publica tantum et libera heortasticae diffusione intelligere liceat; quia nimirum ab Athanasio vel in fuga et exilio, vel in abstrusis locis latente, sollemnis epistola ad populum deferri palam nequiverit: cuius rei indicia, furtivae scilicet epistolii alicuius submissionis, in ipso chronico sunt. (Et quidem nos hanc ambiguitatem innuimus in scholio p. 116.) Certe quia dies paschalis ab episcopo alexandrino denunciandus quotannis necessario erat tum Aegyptiis suis, tum etiam romano Pontifici, pronum creditu est, Athanasium singulis omnino annis, per privatam saltem heortasticam, vel heortasticae simulacrum, eo perfungendo muneri non defuisse. Nec vero latinum illud fragmentum *filiis suis* inscriptum apud Montf. ed. ven. T. I. part. 2. p. 772, heortasticum se demonstrat. Neque item novae illae Athanasii epistolae in veronensi codice a Scipione Maffeio latine inventae, ad heortasticum genus ullatenus pertinent.

De chronico temporum et heortasticarum S. Athanasii.

V. Non semel iam memoravimus syriacum chronicon athanasianis heortasticis praeclaro consilio praepositum, quod universum episcopatus eius tempus complectitur; quo certe documento incommode caruit is qui de ratione temporum athanasianorum disseruit Mamachius; item Fontaninius de anno emortuali S. Athanasii, aliique annalium auctores. Pretiosissimum hercle scriptum, ubi praeter diem paschalem, qui est chronici primarius scopus, aera Diocletiani, id est tempus suscepti ab eo imperii 1), consules Romanorum, Aegypti praefecti, singuli lunae id est mensium dies (namque ut ait Ambrosius in cit. ep. 23, naturalis usus nationum lunam pro diebus appellat), hebdomadae quoque sub consuetis Deorum nominibus dies, indictiones, epactae, et aegyptiaci mensis ad romanum reductio, perquam accurate adnotantur: immo praecipui etiam Athanasii actus, et scriptarum heortasticarum mentio admiscetur. Hoc ergo chronicon, quicumque in illorum temporum rebus versari volent, sine dubio consulent. Quod ut videatur utilius, heortasticarum calci nos aliud subtexuimus latinum chronicon aeque athanasianum, sub Theophilo episcopo scriptum, et a Scipione Maffeio ex pervetusto Veronae codice excitatum.

Heortasticarum S. Athanasii imago.

VI. Iam ut aliquid de natura quoque et merito epistolarum harum dicamus, prima et maxima ipsarum commendatio est, auctoris nomen; namque Athanasius, vi etiam etymologica, *casurum nullo tempore nomen habet*. Hunc, inquam, tota antiquitas ceu firmissimum recti dogmatis columen veritatisque regulam suspexit ac praedi-

1) Aera Diocletiani dicitur etiam Martyrum, quamquam persecutio nonnisi anno ipsius imperantis XIX (Christi 303.) commota fuerit. Coeperat autem imperare anno Christi 284, quod est usitatum, ut dixi, illius aerae initium. Mihi in codice latino vat. 1195. f. 206. satis prisco et magnae molis, (unde etiam poëmatium de SS. Constantia et Gallicano sumpsi) in prologo martyrii S. Georgii occurrebat Diocletiani edictum quoddam contra Christianos, ab eo diversum quod Pasicrates recitat in actis eiusdem S. Georgii apud Surium T. II. p. 905. Neutrum fortasse satis genuinum est (etsi tria saltem Diocletiani edicta de ea persecutione extitisse scimus); hoc autem nostrum parum se locutione sua, aliisque criticis notis commendat, et de graeco certe derivatum videtur. Nihil tamen vetat quominus heic obiter recitetur. *Diocletianus et Maximianus divina providentia Caesares, omnibus magnatibus, consulibus, praefectis, atque tribunis, omnibusque populis nostrae dicioni faventibus, vota salutis.—Sagacissimo vestro ingenio, ac paene toti mundo iam notum est, quod divinae clementiae altithroni Iovis, ac sacris Numinibus, complacuisset, in toto orbe terrarum romanum imperium peculiariter habere cultorem. Hac pro re, de parva gente ad culmen tantae dignitatis illud exaltare dignati sunt, ut monarchiam retineret, omnibusque regnis subiugatis, pacifice cum suis gauderet, et gloriose viveret. Proinde, quia nemo eis sine praemio servit, praecipimus, suademus, monemus, ut quanto magis eos propitiatos habere concupitis, tanto magis una nobiscum omni nisu, omnique conamine mentis pro illorum honorificentia vigiletis: maximeque nefandorum Christicolarum culturam sagaciter extirpando, qui et palam eos infamare non metuunt, et alium quendam crucifixum ut Deum venerari nituntur. Ideirco per hoc imperiale edictum sancimus, ut ubicumque reperti fuerint, remota omni occasione, sine aliqua miseratione, sacrificare compellantur: alioquin atrocissimis tradantur poenis, et flammarum combustionibus exurantur.* Hactenus edictum. Ceterum quam tumida, quam verbosa atque involuta et plusquam asiatica Diocletiani scriniorum locutio fuerit, quanta eius de romana fortuna imperioque proprio magniloquentia, quanta demum hypocrisi suam erga Deos pietatem impius hic iactare soleret, licet apprime cognoscere in eius magno et indubio de pretiis venalium rerum edicto, vel apud nos Script. vet. T. V. part. I. p. 296. seq., vel apud alios editores. Ubi etiam observes velim Diocletianum, quamquam augustum, dici illic nihilominus *caesarem*, ut in hoc vaticano edicto. Ibidem tamen in quatuor imperatorum titulis ante illud ARMEN. vel ARMENIC. addendum est CARPIC. MAX., ut postea didicimus.

cavit. Etenim alexandrinae ecclesiae, post Marci apostolatum, sex ferme fuerunt splendidiora lumina: Dionysius confessione, laboribus, et scriptis celeber 1): Petrus inclytus martyr 2): Alexander Arii primus debellator et in nicaeno concilio prope coryphaeus; Athanasius noster: Theophilus, atque Cyrillus 3). Inter hos tamen apostolicis certe virtutibus, invicta patientia et constantia, praeter adamantinam doctrinae catholicae firmitatem, princeps propemodum Athanasius emicans *implevit meritis solis utramque domum*. Hae ceteroquin epistolae non tam theologicae pleraeque sunt quam morales ac populares. Quamquam enim non desunt Arianorum, Manichaeorum, aliorumque haereticorum, seu diversarum sectarum, graves reprehensiones ac refutationes, maior tamen adhortationum pars in sanandis vitiis, suadendis virtutibus, moribusque formandis consumitur: quae res loquenti scribentive ad populum praecipue curanda erat. Ergo passim ab Athanasio inculcatur catholicae fidei tenacitas, sacrarum scripturarum meditatio, orationis ad Deum studium, agendarum ei gratiarum perpetuum officium, atque ut vult Origenes de oratione ed. Ruaei T. I. p. 271, ἐπὶ πᾶσι, τὴν εὐχὴν εἰς δοξολογίαν θεοῦ διὰ Χριστοῦ ἐν ἁγίῳ πνεύματι καταπαῦσαι: animae insuper per confessionem purgatio, corporis et sanguinis Domini digna participatio, mutua caritas, carnalium desideriorum extinctio, voluptatum fuga, ne videlicet mundi huius tabe animus computrescat, sed ad caelestium rerum appetitum assurgat: namque animae causa, non corporis, tota religio constituta est. Re sane vera qui de futuro saeculo non cogitat, vix christianus est: quippe, ut ait Tertullianus de resurr. carnis cap. 1: *nihil esse post mortem, Epicuri schola est*. In primis vero propriam mansuetudinem Athanasius miramque patientiam demonstrat, dum in omni vita sua tantopere malis exercitus, et furialibus odiis exagitatus, atque ad necem toties quaesitus ab ea pessimorum hominum permixtione, ethnicorum, iudaeorum, totque sectarum sub christiano vocabulo errantium, et ab illo praesertim magno diaboli laqueo Ario eiusque scelestis adseclis; ipse tamen pie semper sedateque in his epistolis loquitur. Sed quia longum mihi esset ire per singula, rem per se lectoribus cognoscendam permitto.

1) Huius Dionysii habes nova fragmenta apud nos Script. vet. T. VII. pp. 96. 98. 99. 102. 107. Prolixiora alia in hoc volumine pp. 165. 166.

2) Petri vitam, seu potius genuina martyrii acta, interprete Anastasio bibliothecario, edidimus nos in Spicilegii romani tomo III. Fragmenta autem egregia in Script. vet. T. VII. pp. 85. 96. 134. 306. 307. Nunc e syriaco vat. codice addimus, videlicet ex Severi antiocheni opere inscripto Φιλαλήθης, haud procul initio, haec. « Sancti Petri archiepiscopi et martyris ex sermone (vel libro) de theologia. Interim evangelista firmiter ait: verbum caro factum est, et habitavit in nobis. Ex hoc cognoscimus, » angelum cum virginem salutavit dicens: gaude, gaudio plena, Dominus tecum; significare voluisse: » Deus Verbum tecum est: itemque denotare, illud de sinu eius oriturum, et carnem factum iri, prout » scriptum est: Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi in te descendet; ideoque et quod » nascetur ex te sanctum vocabitur filius Dei. » Laudat Petrum Alexander item alexandrinus episcopus in codice quodam coptico, quem nos sermonem postea vulgabimus. Imago eiusdem Petri alex. eburnea visitur in museo sacro bibliothecae vaticanae.

3) Alexandri, Athanasii, Theophili, praecipueque Cyrilli, nova scripta sunt in hac nostra patrum bibliotheca. Duorum autem Dioscori labe aspersorum Timothei II, ac Theodosii, scripta dedimus in Spicilegii rom. tomo tertio. Sed et aliorum Alexandriae patriarcharum scripta inedita habemus in codicibus copticis atque arabicis vat. (praesertim in illo inscripto *fides patrum*) scilicet: Beniamini, Cabilae, Christoduli, Christophori, Cosmae, Cyrilli Iaclaki, Dioscori, Gregorii, Ioacimi, Iohannis, Macarii, Marci II, Mennae, Michahelis, Petri Mongi, Philothei, Senuthii, Timothei I. (catholici), Zachariae. Patriarcharum autem omnium alex. series a divo Marco usque ad Gabrihelem an. 1378, extat in codice arab. vat. 152. Alii breviores eorumdem catalogi in codicibus item arabicis vat. 92. 159. Atque hi utiliter cum Lequinii in or. ch. serie conferentur.

Heortasticarum S. Athanasii nupera inventio.

VII. Superest ad extremum ut inventarum Athanasii heortasticarum notitiam, cum debita inclytorum Anglorum laude exponamus. Namque his annis vir doctus, et copticae praesertim linguae scientia clarus D. Henricus Tatamus ad Scetense in Aegypto S. Mariae deiparae, quod est in deserto Nitriae, monasterium 1), profectus, ibi apud syriacae originis ritusque monachos pretiosissimos aramaeae linguae codices ex Mesopotamia olim translatos comperit, pretioque redemptos in Angliam contulit. Est autem idem hoc monasterium, quod Elias primum Simonius maronita, anno 1707. Româ missus adiit, ex eoque ·XL· syriacos codices reportavit, qui in bibliothecam vaticanam sunt illati. Deinde an. 1717. maiore incensus cupiditate Iosephus Simonius Assemanus ob reliquos conquirendos illuc progressus, ita de suo parum laeto successu loquitur Bibl. orient. T. I. praef. fol. 6: *repertos codices recensui, selectos circiter centum petii, sed nullis precibus, praeter paucos quosdam, persoluto pretio, a monachis obtinere licuit.* Porro nitrienses hos codices, quotquot e Nilo, quo devehebantur, naufragos expiscari licuit, idem Assemanus enumerat in praedicto tomo circa finem. Ergo elapsis centum fere et triginta post Assemanum annis, D. Tatamus residuos illic invisit codices (quorum nonnullos viderat paulo ante etiam nobilis alter anglus Robertus Curzonus) hique interdum signa gerebant manu Assemani impressa, propterea quod illos sibi tradendos frustra speraverat: atque his feliciore auspicio, seu maiore pretio, impetratis, merito laetabundus discessit. Ecce autem paulo post, cl. Tatami exuvias valde auxit, id est cunctos omnino codices ex eo monasterio coëmptos deduxit vir strenuus aegyptius Augustus Pakus. His omnibus in britannico museo collocatis, primus Eusebii caesareensis theophaniam integram in antiquissimo miroque exemplari observavit vir doctissimus D. Samuel Leus, quam mox impigre sermone anglico interpretatus edidit, et deinde etiam syriace. De hac Eusebii theophania nos quarto in volumine locuti sumus, ubi eam graecis inventis reliquiis, lautis sane ac genuinis, locupletavimus. Alter mox accessit paris meriti parique cum honore appellandus D. Willelmus Curetonus, qui in praedictis codicibus, praeter alia multa, heortasticarum sancti Athanasii epistolarum grandem partem detexit, et syriace anno 1848. venustis typis Londini evulgavit. Hoc ei tamen incommodum accidit, quod iam curata editione partis eius, quae prima ad ipsius manus devenerat, deinde pars alia earumdem epistolarum in Angliam subsequente anno delata est: quo felici casu imposita editori necessitas fuit, partes has reliquas, et quidem saepe intermedias, et hiantibus lacunis congruas, seorsum in eodem libro adiungendi. Quae cum ita se habeant, sedulitatem quidem benemerentissimi Curetoni laudamus, et tamen novae continuaeque et ordinatae faciendae editionis, quis tempestivitatem non videt? Nam et textus in seriem (ab ipso Curetono indicatam) redigendus erat, et notiore aliquo sermone ad vulgi notitiam deferendus. Etenim anglus editor, festinantibus typis, nullam syriaci textus translationem neque vernaculam neque latinam libro addidit; testatus immo in praefatione, se hanc sponte praetermittere; iucundumque sibi fore, si quis eam syrophilus communi utilitati quantocius suppeditaverit.

1) De hoc monasterio Moyses monachus scetensis ita loquitur in adnotatione subscripta codici syriaco apud Assemanum catalog. codd. vat. T. III. p. 440. *Monasterii dominae nostrae, quod in deserto Scetensi situm est, Syrorumque coenobium appellatur.* Item T. II. p. 221.

De nostra heortasticarum interpretatione atque editione.

VIII. Equidem sero nimis ad me cl. Curetoni syriacus liber ex Anglia advenit; quo tamen demum accepto, nullam prope moram interponendam putavi, quominus his pretiosis Athanasii epistolis volumen hoc meum syriace simul latineque exornarem. Converti me itaque ad peritissimum patriae linguae maronitam syrum, Matthaeum Sciahuanum, in urbano propagandae fidei collegio linguarum syriacae et arabicae laudatissimum antecessorem, qui mei causa athanasianum textum in vernaculam Italorum linguam fidelissime transtulit. Ordinato igitur explanatoque syriaco textu, latinitatem ego simplici sed veraci admodum stilo adieci, gestiens scilicet tanti ecclesiae patris luculentum et perutile dictatum romanae urbi, ubi et partim exaratum fuerat, quasi ἕρμαιον iucundissimum exhibere. Etenim nullam hactenus, ne extra Angliam quidem, athanasiani libri factam translationem existimo, vel ea certe mihi conspecta non est Verumtamen ad cl. Sciahuani vernaculam interpretationem quod attinet, diserte is declarat, se omnino peraccurate in sua lucubratione versatum, id est verbum paene de verbo transtulisse, omni sibi paraphraseos licentia praecisa. Simul tamen monet, quoniam olim liber syriacus rudi minerva de graeco derivatus fuit, voluisse totam huius transformati textus insuavem licet locutionem exprimere, in qua syrus monachus hellenismos saepe adscivit, usum particularum graecarum gentilibus suis insuetarum admiscuit, interpunctionem arbitrariam fecit, aramaeam syntaxim ad graecam improprie et quasi vi accommodavit, ideoque barbarus idemtidem, obscurus, confususque evasit, et syriacis vocabulis insolitum non semel supposuit significatum. Vocalium quoque et diacriticorum punctorum, ut fit in antiquis mss., defectus ambiguam aliquando, in nominibus praesertim propriis insolitisve, reddebat lectionem. Menda insuper in londinensi libro apparebant, quae Sciahuanus codice carens, undenam irrepserint, definire non poterat; quorum tamen evidentiora necessario correxit. Certe donec ipse aut codicem nitriensem inspiciat, aut alium qui alicubi casu appareat, anxius interdum haesit: nisi forte nos tam benigne fortuna respexerit, vel potius tanto Deus beneficio cumulaverit, ut graecum ipsum aliquando heortasticarum harum exemplar nanciscamur!

Ex Severi antiocheni homilia de S. Athanasio.

IX. Severi antiocheni, saeculo sexto Acephalorum antesignani, laudationem in S. Athanasium, ex syriaco codice vat. CXLII. f. 82, viro cl. Fr. Mehasebo interprete, edituri eramus, nisi nimia praesentis voluminis moles nos ab incepto deterruisset. Itaque specimen tantummodo, seu delectos locos, in hoc praefationis angulo subiciemus. Sic autem incipit homilia. *In lege illa per Moysem lata mandavit omnium Deus (Num. XX. 26.) ut cum summus sacerdos praesentis vitae tempus complesset, atque ad alterius optatae beatam metam transisset, is qui statim ad supremum sacerdotium appellaretur, eadem veste, quae mortuo detracta fuisset, indueretur* etc. *Sic autem diserte mandatum fuit, ut ita nos doceremur, oportere eum qui succedit, mores sibi omnino, et verba ipsa sui praecessoris adsciscere, sibique eiusdem virtutem unice contexere; ut unum credat populus esse sacerdotium, non multiplex.* Et paulo post. *Quae vis verborum vel exiguam athanasianae historiae partem attingat? Hic ille est summus sacerdos, pastor, doctor, et veritatis athleta* etc. *Hic ab incunabulis mystica quadam ratione sacerdotio se*

initiavit. Sequitur nota illa narratio de baptizatis pueris ab Athanasio puero; quo facto, cuncti illi cum Athanasio pueri ab Alexandro episcopo in ecclesiae aedibus ad leviticam vitam et scientiam educari coeperunt. Tunc Arii coorta haeresi, indictoque Nicaeae concilio, Athanasius iam in ordine diaconorum primus, Alexandrum comitatus, in eo coetu fortissime decertasse dicitur. *Sancta autem synodus*, inquit Severus, *unanimi voce decrevit consubstantialem esse Patri ipsum illum Filium, qui, expletis temporibus, propter nostram salutem incarnatus est, totamque dispensationem peregit. Item Spiritum sanctum Patri ac Filio connumeravit, docuitque concorditer in hunc etiam esse credendum: atque hoc salutare decretum sanamque professionem universo legitime orbi tradidit, paucisque verbis id omne definivit in quo baptizamur*. Mox narrat Severus quomodo mortuo Alexandro Marci sedem occupaverit Athanasius. Hinc Arianorum apud Constantinum imp. calumniae, exilium Athanasii usque Treviros, et deinde reditus Alexandriam, Roma non semel salutata. Item alii sub variis imperatoribus labores eiusdem, ac fugae, et latebrae, et interfecti Arsenii fabula, ita ut de XLVI. episcopatus annis, sex tantum quieverit. Profligatos item ab Athanasio dicit duos arianismi gigantes, impurum eunuchum Leontium, et Hosium qui ambitiose sedem mutavit. Facit tamen Severus calumniam Hosio, quem quantopere amaverit laudaveritque Athanasius, patet ex eius operibus. Et arianismo quidem strenue purgavit Hosium vir cl. Maceda grandi edito libro *Hosius vere hosius*. Quod vero idem sedem episcopalem mutaverit, id plane falsum videtur: nam contra hanc potius nonnullorum episcoporum ambitionem condidit primum canonem sardicensem ipse Hosius. Pergit autem Severus dicere: *Arii infamem sententiam Athanasius oppugnans, tamquam bellicae artis bene peritus, nulli simul alii ex haeresibus aditum vel occasionem praebuit; secus ac illi in fide reprobi se gesserunt Diodorus atque Theodorus, qui uno oculo utentes, in altero caecutierunt, quia Verbum Dei incarnatum factumque hominem, obtentu Arium refutandi, in duo diviserunt. Non ita tamen noster hic magnus, qui genuinis accuratisque verbis usus est. Is enim constituit, non duas esse dicendas post unionem in Christo naturas, sed unam Verbi incarnatam naturam, conservata tamen divina humanatione immutabili, inconfusa, inseparabili. Quod eius effatum non ferentes Nestorius aliique discipuli Diodori ac Theodori, illius ad Epictetum epistolam falsaverunt. Sed enim illam ad veritatem exigens germanus Athanasii discipulus sapiens Cyrillus, misit ad sanctas orientis ecclesias, Iudaeorum favitoribus os occludens*. Vides, lector, Severum numquam suae de unica in Christo natura haereseos immemorem. Iam Athanasium unam dixisse Dei Verbi incarnatam naturam, alii veteres adfirmant, alii negant, apud Petavium de incarnat. lib. IV. cap. 6. n. 5. seq., qui hanc quaestionem doctissime evolvit. Porro et nos scimus aliud esse unam Christi naturam dicere, aliud unam Verbi incarnatam naturam. Sed quod pluris est, verba haec in Athanasii ad Epictetum epistola non leguntur; totus immo illius contextus duas in Christo naturas adstruit; et nonnisi in spurio quodam opusculo, de quo Petavius loc. cit., ea locutio superfuit. Quamobrem, nisi vana prorsus narrat Severus, illa *unius naturae* dictio a Monophysitis potius alicui exemplari epistolae athanasianae obtrusa fuisse videtur, quam indidem a Nestorianis subtracta. Cyrilli quidem adversus Diodorum ac Theodorum complures nos reliquias, ex ipsius Severi ac Iohannis caesareensis scriptis ineditis haustas, in secundo huius bibliothecae volumine edidimus.

EPISTOLAE FESTALES
DOMINI SANCTI ATHANASII
(CUM CHRONICO PRAEVIO.)

Notitia mensis per unumquemque annum, dierum, indictionum, consulatuum, praesidum Alexandriae, epactarum omnium, et cunctorum illorum qui dicuntur Deorum *dies* 1); nec non causae, ob quam non fuerit missa (epistola), et ab exilio responsum. (Haec omnia) secundum festales epistolas papae Athanasii.

Hae sunt festales epistolae, quas Athanasius Alexandriae episcopus mittebat quotannis ad singulas civitates atque praefecturas iurisdictioni suae subiectas; id est a Pentapoli, et deinceps ad Libyam, Ammoniacam, Oasim parvam et magnam, Aegyptum 2), Augustamnicam, atque Heptanomum, et provincias Thebarum superiorem ac mediam; capto initio ab anno ·XLIV· aerae Diocletiani, quo anno paschatis festum erat die ·XVI· pharmuthi, ·XVIII· kal. maii, lunae 3) ·XVIII· Quum enim vita excessisset praeces- Christi anno 328.

ܐܓܪ̈ܬܐ ܥܐܕܢܝ̈ܬܐ ܕܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܐܬܢܐܣܝܘܣ.

ܡܘܕܥܢܘܬܐ ܕܝܪܚܐ ܕܟܠ ܫܢܐ ܫܢܐ ܡܢ ܝܘ̈ܡܐ ܘܡܢܝ̈ܢܐ ܘܐܢܕܝܩܛܝܘܢ ܘܗܘܦܛܝ̈ܐ ܘܗܓܡܘ̈ܢܐ
ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ: ܘܐܦܩܛܝ̈ܗ ܟܠܗܘܢ: ܘܟܠܗܘܢ ܗܠܝܢ ܕܡܬܩܪܝܢ ܕܐܠܗ̈ܐ. ܘܥܠܬܐ
ܕܡܛܠ ܕܠܐ ܐܫܬܕܪܬ: ܘܦܢܝܐ ܕܡܢ ܓܠܘܬܐ. ܡܢ ܐܓܪ̈ܬܐ ܥܐܕܢܝ̈ܬܐ ܕܦܐܦܐ ܐܬܢܐܣܝܘܣ.
ܐܓܪ̈ܬܐ ܥܐܕܢܝ̈ܬܐ ܕܐܬܢܐܣܝܘܣ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ. ܗܠܝܢ ܕܫܕܪ ܒܟܠ
ܫܢܐ ܠܟܠ ܚܕܐ ܚܕܐ ܡܢ ܡ̈ܕܝܢܬܐ: ܠܟܠܗܝܢ ܗܦܪ̈ܟܝܐ ܕܬܚܝܬ ܫܘܠܛܢܗ. ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܡܢ
ܦܢܛܐܦܘܠܝܣ ܘܠܠܘܒܝܐ. ܠܐܡܘܢܝܩܝ. ܠܐܘܐܣܝܣ ܙܥܘܪܬܐ ܘܪܒܬܐ.
ܡܨܪܝܢ ܘܠܐܓܘܣܛܐܡܢܝܩܝ. ܐܦ ܠܗܦܛܐܢܘܡܘܣ. ܘܠܬܐܒܐܝܣ ܥܠܝܬܐ ܘܡܨܥܝܬܐ.
ܡܢ ܫܢܬ ܐܪ̈ܒܥܝܢ ܘܐܪܒܥ ܕܕܝܘܩܠܛܝܢܘܣ. ܗܝ ܕܒܗ ܗܘܐ ܦܨܚܐ
ܒܫܬܬܥܣܪ ܒܦܪܡܘܬܝ: ܩܕܡ ܬܡܢܬܥܣܪ ܩܠܢܕܣ ܕܡܐܝܘܣ. ܒܣܗܪܐ.
ܒܬܡܢܬܥܣܪ. ܟܕ ܓܝܪ ܢܦܩ ܡܢ ܥܠܡܐ ܐܠܟܣܢܕܪܘܣ ܗܘ ܕܩܕܡܘܗܝ:

1) Apud Aegyptios, aeque ac apud Romanos, et nos usque in hodiernum diem, hebdomadae periodus fuit, cuius singuli dies totidem Deorum, seu planetarum nominibus distinguebantur, id est Lunae, Martis, Mercurii etc. Ergo, chronici athanasiani auctor hac quoque sedulitate utitur designandi, cuinam diei Deorum, id est Lunae, Martis etc. ceterae paschalis sollemnitatis denotationes respondeant. Reprehendit tamen hunc morem S. Augustinus enarr. in ps. XCIII. 3. *Una sabbati* (id est hebdomadae) *dies dominicus est: secunda sabbati, secunda feria, quem saeculares diem Lunae vocant: tertia sabbati, tertia feria, quem diem illi Martis vocant: quarta sabbati, quarta feria, qui Mercurii dies dicitur a paganis, et a multis christianis; sed nollemus: atque utinam corrigant, et non dicant sic! Habent enim linguam suam, qua utantur. Non enim et in omnibus gentibus ista dicuntur. Multae gentes aliae atque aliae aliter atque aliter vocant. Melius ergo de ore christiano ritus loquendi ecclesiasticus procedit.* Conferatur eiusdem Augustini sermo vaticanus XCIV. 4.

2) Aegyptus propria erat Delta.

3) Id est mensis die 18. S. Ambrosius ep. XXIII. 18:

sor eius Alexander die ·XXII· pharmuthi 1), successit ei (Athanasius) post pascha, die ·XIV· payni, indictione ·I·, consulibus Ianuario et Iusto, gubernante Zeneo italo Aegypti praefecto, epacta ·XXV·, Deorum autem ·I·

Ch. 329. Hoc anno dominica paschatis erat pharmuthi die ·XI·, ·VIII· idus aprilis, lunae die ·XXI·, in octavo consulatu Constantini augusti et quarto Constantini caesaris, gubernante eodem Zeneo Aegypti praefecto, indictione ·II·, epacta ·VI·, Deorum ·II· Hanc primam epistolam misit (Athanasius) anno Diocletiani ·XLV·; nam quia consecratus fuit praecedente anno post sollemnitatem (paschalem), ut supra dictum est, Alexander iam miserat consuetam epistolam ante quam vita excederet.

Ch. 330. Hoc anno dominica paschatis erat die ·XXIV· pharmuthi, ·XIII· kal. maii, lunae ·XV·, in consulatu Gallicani et Symmachi, gubernante Magniniano 2) cappadoce Aegypti praefecto, indictione ·III·, epacta ·XVII·, Deorum ·III· Hoc anno Thebas visitavit (Athanasius) 3).

Ch. 331. Hoc anno dominica paschatis erat die ·XVI· pharmuthi, lunae ·XVIII·, ·III· idus aprilis, consulibus Annio Basso et Ablavio, gubernante Hygino italo Aegypti praefecto, epacta ·XXVIII·, indictione ·IV· Hanc epistolam ex itinere misit, cum reverteretur de comitatu: etenim hoc anno perrexit

ܩܡ ܗܘ ܒܬܪ ܦܨܚܐ ܒܐܪܒܥܣܪ ܒܦܐܘܢܝ : ܐܢܕܝܩܛܝܘܢ ܩܕܡܝܬܐ . ܒܗܘܦܛܝܐ
ܕܐܝܢܘܐܪܝܘܣ . ܘܝܘܣܛܘܣ . ܘܡܕܒܪܢܐ ܙܝܢܘܢܘܣ ܗܦܐܪܟܘܣ ܕܡܨܪܝܢ ܐܝܛܠܝܩܘܣ .
ܗܦܩܛܐ ܥܣܪܝܢ ܘܚܡܫܐ . ܘܗܠܝܢ ܕܡܬܩܪܝܢ ܐܠܗܐ ܚܕ ✣ ܫܢܬ ܕܬܪܬܝܢ . ܕܒܗ
ܗܘ ܥܐܕܐ ܕܦܨܚܐ ܒܚܕܥܣܪ ܒܦܪܡܘܬܝ . ܩܕܡ ܬܡܢܝܐ ܐܝܕܘܣ ܐܦܪܝܠܝܣ . ܒܥܣܪܝܢ
ܘܚܕ ܒܣܗܪܐ : ܒܗܘܦܛܝܐ ܬܡܝܢܝܬܐ ܕܩܘܣܛܢܛܝܢܘܣ ܣܒܣܛܐ : ܘܐܪܒܥܐ
ܕܩܘܣܛܢܛܝܢܘܣ ܩܣܪ . ܘܡܕܒܪܢܐ ܗܘ ܗܘ ܙܢܘܢ ܗܦܐܪܟܘܣ ܕܡܨܪܝܢ .
ܐܢܕܝܩܛܝܘܢ ܬܪܬܝܢ . ܗܦܩܛܐ ܫܬܐ . ܘܐܠܗܐ ܬܪܝܢ . ܗܕܐ ܕܝܢ ܩܕܡܝܬܐ ܐܓܪܬܐ ܫܕܪ .
ܒܫܢܬܐ ܓܝܪ ܩܕܡ ܗܘܐ ܠܡܠܟܘܬܗ ܕܕܝܘܩܠܛܝܢܘܣ . ܐܪܒܥܝܢ ܘܚܡܫ . ܠܗܘܢ
ܐܝܟ ܥܝܕܐ : ܩܕܡ ܕܢܥܒܪ ܡܢ ܚܝܐ . ܐܠܟܣܢܕܪܘܣ ܗܘܐ ܕܝܢ ܫܕܪ ܐܓܪܬܐ ܥܝܕܬܐ
ܘܐܬܡܢܝܬܘܗܝ ✣ ܫܢܬ ܕܬܠܬ ܕܒܗ ܗܘ ܥܐܕܐ ܕܦܨܚܐ ܒܥܣܪܝܢ ܘܐܪܒܥܐ ܒܦܪܡܘܬܝ :
ܩܕܡ ܬܠܬܥܣܪ ܩܠܢܕܣ ܡܐܝܘܣ ܒܚܡܫܬܥܣܪ ܒܣܗܪܐ . ܒܗܘܦܛܝܐ ܕܓܠܝܩܢܘܣ
ܘܣܘܡܡܟܘܣ . ܡܕܒܪܢܐ ܗܘ ܡܓܢܝܢܘܣ ܩܦܕܘܩܝܐ ܗܦܐܪܟܘܣ ܕܡܨܪܝܢ .
ܐܢܕܝܩܛܝܘܢ ܬܠܬ : ܗܦܩܛܐ ܫܒܥܣܪ : ܘܐܠܗܐ ܬܠܬܐ . ܒܗ ܒܫܢܬܐ ܐܙܠ ܠܬܐܒܐܝܣ
ܠܡܣܥܪܘ ✣ ܫܢܬ ܕܐܪܒܥ : ܕܒܗ ܗܘ ܥܐܕܐ ܕܦܨܚܐ ܒܫܬܥܣܪ ܒܦܪܡܘܬܝ :
ܒܬܡܢܬܥܣܪ ܒܣܗܪܐ . ܩܕܡ ܬܠܬܐ ܐܝܕܘܣ ܐܦܪܝܠܝܣ : ܒܗܘܦܛܝܐ ܕܐܢܢܝܘܣ ܒܣܘܣ
ܘܐܒܠܒܝܘܣ . ܡܕܒܪܢܐ ܗܘ ܗܘܓܝܢܘܣ ܐܝܛܠܝܩܘܣ ܗܦܐܪܟܘܣ ܕܡܨܪܝܢ .
ܗܦܩܛܐ ܥܣܪܝܢ ܘܬܡܢܐ : ܐܢܕܝܩܛܝܘܢ ܐܪܒܥ . ܗܕܐ ܐܓܪܬܐ ܡܢ ܐܘܪܚܐ ܫܕܪ .

μήνην lunam vocat Graeci; unde μῆνας graece dicunt menses; et naturalis usus nationum exterarum lunam pro diebus appellat. Erant autem Agyptiorum menses lunares.

1) Consonat adamussim chronicon orientale.
2) Syrus *Magninenos. Magnus* quidem comes largitionum in Aegypto apud Theodoretum hist. IV. 22.
3) Videmus episcopalis visitationis morem.

in comitatum ad imperatorem Constantinum, a quo accersitus fuerat, cum eum inimici accusassent, quod aetate admodum iuvenili factus fuisset episcopus. Sed postquam (Constantino) se obtulit, ab eo laudari atque honorari meruit. Circa vero quadragesimam mediam regressus est.

Hoc anno dominica paschatis erat die ·XVII· pharmuthi, lunae ·XX·, ·IV· nonas aprilis, epacta ·IX·, Deorum ·VI·, consulibus Pacatiano et Hilariano, gubernante Hygino Aegypti praefecto, indictione ·V· Hoc anno visitavit Pentapolim, et Ammoniacam. Ch. 332.

Hoc anno dominica paschatis erat die ·XX· pharmuthi, lunae ·XV·, ·XVII· kal. maii, epacta ·XX·, Deorum ·VII·, consulibus Dalmatio et Zenophilo, gubernante Paterno Aegypti praefecto, indictione ·VI· Ch. 333.

Hoc anno dominica paschatis erat ·XII· pharmuthi, lunae ·XVII·, ·VII· idus aprilis, indictione ·VII·, epacta ·I·, Deorum ·I·, consulibus Optato et Paulino, gubernante Paterno Aegypti praefecto. Hoc anno visitavit (Athanasius) partes inferiores: quo tempore vocatus fuit Caesaream Palaestinae ad synodum, ubi eius inimici fraudulentas machinas struebant; verum ipse insidias praesentiens, excusatione usus est, quominus illuc profisceretur. Ch. 334.

Hoc anno dominica paschatis erat die ·XIV· pharmuthi, lunae ·XX·, Ch. 335.

·III· kal. aprilis, indictione ·VIII·, epacta ·XII·, Deorum ·II·, consulibus Constantio * et Albino, gubernante eodem Paterno Aegypti praefecto.

* Syr. *Constantino.*

Ch. 336. Hoc anno dominica paschatis erat die ·XXIII· pharmuthi, lunae ·XX·, ·XIV· kal. maii, indictione ·IX·, epacta XXIII., Deorum ·IV·, consulibus Nepotiano et Facundo, gubernante Philagrio cappadoce Aegypti praefecto. Hoc anno profectus est (Athanasius) ad synodum, quam eius inimici coëgerunt Tyri. Discessit hinc (i. e. ex Aegypto) die ·XVII· epiphi: sed compertis adversus se machinationibus, Tyro se subduxit, et maritimo itinere Constantinopolim profugit; quo quum die ·II· athyr pervenisset, octavo die post adiit imperatorem Constantinum, eiusque gratiam adeptus est. Sed enim iidem eius hostes variis calumniis imperatorem ipsi infensum effecerunt; quamobrem subitum ei exilium decretum fuit, et die ·X· athyr abiit in Gallias ad Constantem caesarem Augusti filium. Propterea festalem epistolam

Ch. 337. non scripsit.

Hoc anno dominica paschatis erat die ·VIII· pharmuthi, lunae ·XVI·, ·IV· nonas aprilis, indictione ·X·, epacta ·IV·, Deorum ·V·, consulibus Feliciano et Titiano, gubernante Philagrio cappadoce Aegypti praefecto. Quum versaretur (Athanasius) adhuc Treviris in Galliis, epistolam festalem scribere non potuit.

Hoc anno dominica paschatis erat die ·XXX· pharmuthi, ·VII· kal. aprilis, lunae ·XIX·, indictione ·XI., epacta ·XV·, Deorum ·VI·, consulibus Urso et Polemio, gubernante Theodoro heliopolitano Aegypti praefecto. Hoc anno quum die ·XXVII· pachon mortuus esset Constantinus, dimissus fuit (Athanasius), et die ·XXVII· athyr de Galliis cum gloria reversus est. Eodem hoc anno multa acciderunt. Magnus ille hegumenus Antonius Alexandriam venit, biduoque tantum illic moratus, et multis patratis miraculis 1), multisque valetudini redditis, die ·III· mensis mesuri discessit. Ch. 338.

Hoc anno dominica paschatis erat die ·XX· pharmuthi, lunae ·XX·, ·XVII· kal. maii, epacta ·XXVI·, Deorum ·VII·, indictione ·XII·, consulibus Constantio ·II· et Constante 2), gubernante Philagrio cappadoce Aegypti praefecto. Hoc anno multis concitatis tumultibus, quaesitus fuit (Athanasius) a persecutoribus noctu ·XXII· phamenoth; sed crastina die fugit ex Theonae ecclesia, postquam multos ibi baptizaverat. Exin quarta die Gregorius cappadox ingressus est urbem tamquam episcopus 3). Ch. 339.

Hoc anno dominica paschatis erat die ·XIV· pharmuthi, lunae * ·XV·, ·III. kal. aprilis, epacta ·VII·, Deorum ·II·, indictione ·XIII·, consulibus * Syr. *mensis.* Ch. 340.

ܠܐ ܐܬܡܪܝ ܠܥܡܡܐ ܐܝܟܢܐ ܠܐܘܪܚܐ .... ܒܗܘ ܕܒܫܢܬܐ܆ ܕܒܗ ܚܕ ܒܫܒܐ ܕܦܨܚܐ
ܒܬܠܬܝܢ ܒܦܪܡܘܬܝ܆ ܩܕܡ ܫܒܥܐ ܩܠܢܕܣ ܕܐܦܪܝܠ܆ ܒܬܫܥܣܪ ܒܣܗܪܐ܆
ܒܐܢܕܝܩܛܝܘܢ ܚܕܥܣܪ܆ ܐܦܩܛܐ ܚܡܫܬܥܣܪ܆ ܕܐܠܗ̈ܐ ܫܬܐ܆ ܒܗܘܦܛܝܐ
ܕܐܘܪܣܘܣ ܘܦܘܠܡܝܘܣ܆ ܘܡܕܒܪܢܐ ܬܐܘܕܘܪܘܣ܆ ܗܘ ܕܡܢ ܗܠܝܘܦܘܠܝܣ ܗܓܡܘܢܐ
ܕܡܨܪܝܢ. ܒܗܕܐ ܫܢܬܐ ܟܕ ܡܝܬ ܩܘܣܛܢܛܝܢܘܣ܆ ܒܥܣܪܝܢ ܘܫܒܥܐ ܒܦܚܘܢ܆
ܐܫܬܪܝ܆ ܘܒܥܣܪܝܢ ܘܫܒܥܐ ܒܐܬܘܪ܆ ܡܢ ܓܠܠܝܐ ܐܬܐ ܒܫܘܒܚܐ. ܒܗܕܐ ܕܝܢ ܫܢܬܐ܆ ܗܘܝ ܣܓܝ̈ܐܢ܆ ܐܢܛܘܢܝܘܣ ܗܘ ܪܒܐ ܗܓܘܡܢܐ ܠܐܠܟܣܢܕܪܝܐ܆ ܘܡܢ
ܬܪܝܢ ܝܘܡܝܢ ܒܠܚܘܕ ܬܡܢ ܩܘܝ. ܘܣܓܝ̈ܐܬܐ ܬܕܡܪܬܐ ܟܕ ܣܥܪ܆ ܘܣܓܝ̈ܐܐ
ܐܣܝ܆ ܒܬܠܬܐ ܒܝܪܚܐ ܕܡܣܘܪܝ ܢܦܩ. ܒܗܘ ܕܒܫܢܬܐ܆ ܕܒܗ ܚܕ ܒܫܒܐ ܕܦܨܚܐ ܒܥܣܪܝܢ
ܒܦܪܡܘܬܝ܆ ܒܥܣܪܝܢ ܒܣܗܪܐ܆ ܩܕܡ ܫܒܥܬܥܣܪ ܩܠܢܕܣ ܕܡܐܝ܆ ܐܦܩܛܐ
ܥܣܪܝܢ ܘܫܬܐ܆ ܕܐܠܗ̈ܐ ܫܒܥܐ܆ ܒܐܢܕܝܩܛܝܘܢ ܬܪܬܥܣܪ܆ ܒܗܘܦܛܝܐ ܕܩܘܣܛܢܛܝܘܣ
ܬܪܬܝܢ ܘܕܩܘܣܛܢܣ܆ ܘܡܕܒܪܢܐ ܦܝܠܓܪܝܘܣ ܩܦܕܘܩܝܐ ܗܓܡܘܢܐ
ܕܡܨܪܝܢ. ܒܗܕܐ ܫܢܬܐ ܟܕ ܐܬܬܙܝܥܘ ܫܓܘ̈ܫܝܐ ܣܓܝ̈ܐܐ܆ ܐܬܒܥܝ ܗܘܐ ܡܢ ܪ̈ܕܘܦܐ
ܒܠܠܝܐ ܒܥܣܪܝܢ ܘܬܪܝܢ ܒܦܡܢܘܬ. ܘܠܝܘܡܐ ܕܒܬܪܗ ܥܪܩ ܡܢ ܥܕܬܐ ܕܬܐܘܢܐ܆
ܟܕ ܣܓܝ̈ܐܐ ܬܡܢ ܥܡܕ. ܘܒܝܘܡܐ ܕܐܪܒܥܐ ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܗܘ ܩܦܕܘܩܝܐ ܥܠ ܠܡܕܝܢܬܐ
ܐܝܟ ܐܦܝܣܩܘܦܐ. ܒܗܘ ܕܒܫܢܬܐ܆ ܕܒܗ ܚܕ ܒܫܒܐ ܕܦܨܚܐ ܒܐܪܒܥܣܪ ܒܦܪܡܘܬܝ܆
ܒܚܡܫܬܥܣܪ ܒܝܪܚܐ܆ ܩܕܡ ܬܠܬܐ ܩܠܢܕܣ ܕܐܦܪܝܠ܆ ܐܦܩܛܐ ܫܒܥܐ܆ ܕܐܠܗ̈ܐ

1) Syrus imperite *multa admiratus.*
2) Vice versa syrus mendose *Constantio I. et Constante iterum.*
3) Narrat haec Athanasius ipse in encyclica ad episcopos n. 3.

* Fast. *Proculo.* Acindyno et Proclo *, gubernante eodem Philagrio Aegypti praefecto. Cum Gregorius oppressionis suae actus augeret, ideo non fuit scripta festalis epistola. Quamobrem cum Ariani (pascha) in diem ·XXVII· phamenoth indixissent, multo risui ob hunc errorem fuerunt; qui tamen media in quadragesima mutata sententia, pascha nobiscum egerunt die ·XIV· pharmuthi, ut supra dictum est; quem sollemnitatis diem significavit Athanasius presbyteris Alexandriae per brevem epistolam; quia non potuit consueti moris mittere epistolam propter fugam et proditionem.

Ch. 341. Hoc anno dominica paschatis erat die ·XXIV· pharmuthi, lunae ·XVI·, ·XIII· kal. maii, epacta ·XVIII·, Deorum ·III·, indictione .XIV·, consulibus Marcellino et Probino, gubernante Longino nicaeno Aegypti praefecto. Schisma fuit in Augustamnica propter morantem in urbe Gregorium quam opprimebat, donec conflictari morbo coepit; proptereaque papa festalem epistolam non scripsit.

Ch. 342. Hoc anno dominica paschatis erat die. ·XVI· pharmuthi, lunae ·XVI·, ·III· idus aprilis, epacta ·XXIX., Deorum ·IV·, indictione ·XV·, consulibus Constantio ·III·, et Constante ·II·, gubernante eodem Longino nicaeno Aegypti praefecto. Cum graviter aegrotaret in urbe Gregorius, idcirco papa mittere (epistolam) non potuit.

Hoc anno dominica paschatis erat die ·I· pharmuthi, lunae ·XV·, ·VI· kal. aprilis, epacta ·XI·, Deorum ·V·, indictione ·I·, consulibus Placido et Romulo, gubernante eodem Longino nicaeno Aegypti praefecto. Hoc anno habita fuit synodus Sardicae 1): qua re cognita, Ariani Philippopolim se contulerunt. Cumque Philagrius eis auctor esset ut in hac urbe synodum cogerent, ipsi quolibet in loco vituperabantur, excommunicatique fuerunt etiam ab ecclesia romana. Et cum de sua paenitentia ad papam Athanasium scripsissent, puduit Arsacium atque Valentem Sardicae de conventione circa pascha facta; et decretum ad annos quinquaginta duraturum ediderunt, quemadmodum ubique Romani atque Alexandrini proponere solebant. Athanasius quoque festalem epistolam scripsit. Ch. 343.

Hoc anno dominica paschatis erat die ·XX· pharmuthi, lunae XIX., ·XVII· kal. maii, epacta ·XXI·, Deorum ·VI·, indictione ·II·, consulibus Leontio et Sallustio, gubernante Palladio 2) italo Aegypti praefecto. Quum rediisset (Athanasius) a synodo Naissi habita, ubi et pascha celebraverat, significavit accurate Alexandriae presbyteris diem paschatis; ceteris tamen locis non potuit. Ch. 344.

Hoc anno dominica paschatis erat die ·XII. pharmuthi, lunae ·XVIII·, ·VII· idus aprilis, epacta ·II·, Deorum ·I·, indictione ·III·, consulibus Ch. 345.

ܒܚܕܒܫܒܐ ܕܦܨܚܐ ܚܕ ܒܦܪܡܘܬܝ܆ ܒܚܡܫܬܥܣܪ ܒܣܗܪܐ܆ ܩܕܡ ܫܬܐ ܩܠܐܢܕܣ
ܐܦܪܝܠ܆ ܐܦܩܛܐ ܚܕܥܣܪ܆ ܘܐܠܗܐ ܚܡܫܐ܆ ܐܢܕܝܩܛܝܘܢ ܩܕܡܝܬܐ܆ ܒܗܘܦܛܝܐ
ܕܦܠܩܝܕܘܣ ܘܪܘܡܘܠܘܣ܆ ܘܡܕܒܪܢܐ ܗܘܐ ܟܕ ܗܘ ܗܘ ܠܘܢܓܝܢܘܣ ܗܘ ܕܡܢ ܢܝܩܝܐ܆
ܗܦܪܟܘܣ ܕܡܨܪܝܢ܆ ܗܕܐ ܫܢܬܐ ܣܘܢܘܕܘܣ ܗܘܬ ܕܣܪܕܝܩܐ ܘܟܕ ܐܪܝܢܘ
ܐܬܝܕܥܘ. ܠܦܝܠܝܦܘܦܘܠܝܣ ܥܪܩܘ. ܘܦܝܠܓܪܝܘܣ ܟܕ ܡܥܕܪ ܗܘܐ ܠܗܘܢ.
ܡܬܟܢܫܝܢ ܗܘܘ ܥܠ ܟܠܗ ܕܝܢ. ܘܐܦ ܡܢ ܟܢܫܐ ܕܪܘܡܝܐ ܐܬܚܪܡܘ. ܘܟܕ ܟܬܒܘ
ܠܦܐܦܐ ܐܬܢܣܝܘܣ. ܒܗܬܘ ܐܪܣܩܝܘܣ ܘܐܘܠܝܣ ܒܣܪܕܝܩܐ ܥܠ
ܦܨܚܐ ܕܐܬܬܣܝܡ ܗܘܐ. ܘܐܦܩܘ ܦܘܩܕܢܐ ܕܢܩܘܡ ܚܡܫܝܢ ܫܢܝܢ ܐܝܟ ܕܒܟܠ ܐܬܪ
ܪܘܡܝܐ ܘܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܡܟܪܙܝܢ. ܘܐܦ ܐܬܢܣܝܘܣ ܟܬܒ ܐܓܪܬܐ ܥܐܕܝܬܐ ܀ ܗܢܐ ܕܫܬܥܣܪ܆
ܕܗܢܐ ܚܕ ܫܢܬܐ ܕܦܨܚܐ ܥܣܪܝܢ ܒܦܪܡܘܬܝ܆ ܒܬܫܥܬܥܣܪ ܒܣܗܪܐ܆ ܩܕܡ ܫܒܥܬܥܣܪ
ܩܠܐܢܕܣ ܕܡܐܝܘܣ܆ ܐܦܩܛܐ ܥܣܪܝܢ ܘܚܕ܆ ܘܐܠܗܐ ܫܬܐ܆ ܐܢܕܝܩܛܝܘܢ ܕܬܪܬܝܢ ܒܗܘܦܛܝܐ ܕܠܐܘܢܛܝܘܣ
ܘܣܠܘܣܛܝܘܣ܆ ܘܡܕܒܪܢܐ ܗܘܐ ܦܠܠܕܝܘܣ܆ ܘܗܦܪܟܘܣ ܕܡܨܪܝܢ ܐܝܛܠܝܐ܆
ܟܕ ܐܬܦܢܝ ܕܝܢ ܡܢ ܣܘܢܘܕܘܣ ܕܗܘܬ ܒܢܝܣܘܣ. ܐܝܟܐ ܕܥܒܕ ܒܗ ܦܨܚܐ. ܘܐܘܕܥ ܠܟܗܢܐ
ܦܨܚܐ. ܠܩܫܝܫܐ ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܒܚܬܝܬܘܬܐ ܝܘܡܐ ܕܦܨܚܐ ܘܠܫܪܟܐ
ܕܐܬܪܘܬܐ. ܠܐ ܐܫܟܚ ܀ ܗܢܐ ܕܫܒܥܣܪ܆ ܕܗܢܐ ܚܕ ܫܢܬܐ ܕܦܨܚܐ
ܬܪܬܥܣܪ ܒܦܪܡܘܬܝ܆ ܒܬܡܢܬܥܣܪ ܒܣܗܪܐ܆ ܩܕܡ ܫܒܥܐ ܐܝܕܘܣ ܕܐܦܪܝܠ

1) En annus synodi catholicae sardicensis, nempe 343: en item annus synodi arianae, vulgo pariter dictae sardicensis, sed potius philippopolitanae. Errat ergo Mansius, qui ponit hanc synodum in anno 344, multoque magis Mamachius de rat. temp. athan. qui trahit in annum 347.

2) Palladius Aegypti praefectus apud Theodoretum hist. lib. IV. 22.

Amantio et Albino, gubernante Nestorio gazaeo Aegypti praefecto. Quum (Athanasius) Aquileiam profectus esset, pascha illic exegit, significavitque accurate diem paschatis presbyteris Alexandriae; ceteris vero locis non potuit.

Ch. 346. Hoc anno dominica paschatis erat die ·IV· pharmuthi, lunae XXIV·, ·III· kal. aprilis, epacta ·XIV·, Deorum ·II·, indictione ·IV·, consulibus * Syr. *Constantino.* Constantio * ·IV· et Constante ·III· augustis, gubernante eodem Nestorio Aegypti praefecto. Quumque obiisset Gregorius die ·II· epihi, reversus est Româ ex Italia (Athanasius) et in civitatem ecclesiamque ingressus. Mirabili autem occursu dignus fuit; etenim die ·XXIV· paophi, populus cunctique magistratus ei obviam iverunt usque ad centesimum lapidem; atque ita honoratus quievit. Festalem vero epistolam huius anni iam breviter ad presbyteros miserat.

Ch. 347. Hoc anno dominica paschatis erat die ·XVII· pharmuthi, lunae ·XV·, pridie idus aprilis, epacta ·XXV·, Deorum ·III·, indictione ·V·, consulibus Rufino et Eusebio, gubernante eodem Nestorio gazaeo Aegypti praefecto. Residens Alexandriae (Athanasius) consuetam significationis *paschalis* epistolam misit, quam antea non potuerat.

Ch 348. Hoc anno dominica paschatis erat die ·VIII· pharmuthi, lunae ·XVIII·, ·III· nonas aprilis, epacta ·VI·, Deorum ·IV·, indictione ·VI·, consulibus

Philippo et Salia, eodem Nestorio gazaeo Aegypti praefecto. Hanc quoque epistolam Alexandriae residens scripsit.

Hoc anno dominica paschatis erat die ·XXX· phamenoth, lunae ·XIX·, ·VII· kal. aprilis, epacta ·XVII·, Deorum ·VI·, indictione ·VII· Sed cum renuissent Romani dicentes, se ob traditionem a Petro apostolo acceptam haud progredi ultra diem ·XXVI· pharmuthi, neque citra ·XXX· phamenoth, lunae ·XXI· . . (*heic lacuna brevis in codice, qui postea prosequitur sic:*) ·VII· kal. aprilis, consulibus Limenio et Catulino, gubernante eodem Nestorio gazaeo Aegypti praefecto. Hanc quoque epistolam misit Alexandriae residens. Ch. 349.

Hoc anno dominica paschatis erat die ·XIII· pharmuthi, lunae ·XIX· hora secunda, ·VI· idus aprilis, epacta ·XXVIII·, Deorum ·VII·, indictione ·VIII·, consulibus Sergio et Nigriano, gubernante eodem Nestorio gazaeo Aegypti praefecto. Hoc anno interfectus fuit a Magnentio Constans, tenuitque imperium Constantius solus; qui tunc ad papam (Athanasium) scripsit ne quid timeret ob Constantis obitum, sed sibi haud secus quam illi viventi confideret. Ch. 350.

Hoc anno dominica paschatis erat die ·V· pharmuthi, lunae ·XVIII·, Ch. 351.

pridie kal. aprilis, epacta ·IX·, Deorum ·I·, indictione ·IX· post consulatum Sergii et Nigriani, gubernante eodem Nestorio gazaeo Aegypti praefecto.

Ch. 352. Hoc anno dominica paschatis erat die ·XXIV· pharmuthi, lunae ·XVIII·, ·XIII· kal. maii, epacta ·XX·, Deorum ·III·, indictione ·X·, in consulatu (quinto) Constantii augusti et primo Constantii caesaris, gubernante eodem Nestorio gazaeo Aegypti praefecto. Gallus proclamatus fuit caesar, mutatumque nomen eius in Constantium.

Ch. 353. Hoc anno dominica paschatis erat die ·XVI· pharmuthi, lunae ·XXI·, ·III· idus aprilis, epacta ·I·, Deorum ·IV·, indictione ·XI·, in consulatu sexto Constantii augusti et secundo Constantii caesaris, gubernante Sebastiano thrace Aegypti praefecto. Hoc anno Serapion episcopus Thmueos, Triadelphus Nicii, et presbyteri Petrus atque Astrucius 1) cum aliis ad imperatorem Constantium missi fuerunt, quia timor imminebat malorum ab Arianis; attamen re infecta revertebantur. Hoc anno Montanus palatii silentiarius, introiit tamquam episcopus (Alexandriam); sed enim coorto tumultu, frustratus abiit.

Hoc anno dominica paschatis erat die ·IV· pharmuthi, lunae ·XVII·,

Ch. 354. ·VI· kal. aprilis, epacta ·XII·, Deorum ·V·, indictione ·XII·, in consulatu

1) Chron. veron. modo *Astericus*, modo *Astericius*.

septimo Constantii augusti et tertio Constantii caesaris, gubernante eodem Sebastiano thrace Aegypti praefecto.

Hoc anno dominica paschatis erat die ·XXI· pharmuthi, lunae ·XVIII·, ·XVI· kal maii, epacta ·XXIII·, Deorum ·VI·, indictione ·XIII·, consulibus Arbetione et Lolliano, gubernante sene illo Maximo nicaeno Aegypti praefecto. Hoc anno Diogenes, qui erat imperatoris notarius 1), conatus episcopum (Athanasium) comprehendere, casso effectu fuit. Ch. 355.

Hoc anno dominica paschatis erat die ·XII· pharmuthi, lunae ·XVII·, ·VII· idus aprilis, epacta ·IV·, Deorum ·I·, indictione ·XIV·, in consulatu octavo Constantii augusti et primo Iuliani caesaris, gubernante eodem sene Maximo nicaeno Aegypti praefecto, cui successit Cataphronius biblius. Hoc anno cum Syrianus dux tumultum magnum die ·XIII· mensis mechir in ecclesia concitavisset, die ·XIV· ingressus est cum militibus suis nocturno tempore in basilicam Theonae: haud tamen comprehendere (episcopum) potuit, qui non sine prodigio evasit. Ch. 356.

Hoc anno dominica paschatis erat die ·XXVII· phamenoth, lunae ·XVII·, ·X· kal. aprilis, epacta ·XV·, Deorum ·II·, indictione ·XV·, consulibus Constantio augusto novies et Iuliano caesare iterum, gubernante eodem Cata- Ch. 357.

1) Ita ipse Athanasius in apol. ad Const. n. 22. nec non chronicon veronense.

phronio biblio Aegypti praefecto, cui successit Parnasius. Tunc Georgius ingressus est die ·XXX· mechir, multosque violenter comprehendit. Verumtamen Athanasius episcopus in fuga erat, seduloque in civitate quaerebatur, cuius rei causa periclitantibus multis, scripta non fuit festalis epistola.

Ch. 378. Hoc anno dominica paschatis erat die ·XVII· pharmuthi, pridie idus aprilis, lunae ·XVII·, epacta ·XXVI·, Deorum ·III·, indictione ·I·, consulibus Tatiano et Cereali, gubernante Pario corinthio Aegypti praefecto. Episcopus quidem Athanasius latebat in urbe Alexandria; Georgius autem recessit die ·V· paophi, a populo expulsus. Propterea ne hoc quidem anno potuit papa (Athanasius) festalem epistolam mittere.

Ch. 379. Hoc anno dominica paschatis erat die ·XIX· pharmuthi, pridie nonas aprilis, lunae ·XX·, epacta ·VII·, Deorum ·IV·, indictione ·II·, consulibus Eusebio et Hypatio, gubernante eodem Pario 1), cui successit Italicianus italus; huic autem post tres menses Faustianus chalcedonensis. Ne hoc quidem anno papa (Athanasius epistolam) scripsit.

Ch. 380. Hoc anno dominica paschatis erat die ·XXVIII· pharmuthi, ·IX· kal. maii, lunae ·XXI·, epacta ·XVIII., Deorum ·VI·, indictione ·III·, in decimo consulatu Constantii augusti et tertio Iuliani caesaris, gubernante Fau-

1) Syrus hoc loco *Pariesio*.

stiano chalcedonensi Aegypti praefecto. Hic praefectus una cum Artemio duce ingressi domunculam cellulamque, ut ibi Athanasium episcopum conquirerent, acriter torserunt Eudaemonem virginem monialem. Quamobrem ne hoc quidem anno epistolam scripsit (Athanasius).

Hoc anno dominica paschatis erat die ·XIII· pharmuthi, ·VI· idus aprilis, lunae .XVII·, epacta ·XXIX·, Deorum ·VII·, indictione ·IV·, consulibus Tauro et Florentio, gubernante Photino Aegypti praefecto, cui successit Gerontius armenius. Ne nunc quidem mittere potuit (epistolam Athanasius.) Hoc anno mortuus est Constantius; cumque solus potentatum obtinuisset Iulianus, persecutio adversus orthodoxos deferbuit: etenim imperator Iulianus mandavit, ut ubique terrarum orthodoxi ecclesiastici dimitterentur, qui Constantii tempore persecutionem passi erant. Ch. 361.

Hoc anno dominica paschatis erat die ·XV· pharmuthi, pridie kal. aprilis, lunae ·XXV·, epacta ·X·, Deorum ·I·, indictione ·V·, consulibus Mamertino et Nevitta, gubernante Gerontio armenio, cui successit Olympius tarsensis. Hoc anno episcopus Athanasius rediit ab exilio mense mechir, et ecclesiam suam recepit Iuliani augusti iussu, qui libertate donavit cunctos Ch. 362.

episcopos et exulantem clerum, uti supra dictum est. Tunc autem scripsit epistolam (Athanasius.).

Ch. 363. Hoc anno dominica paschatis erat die ·XXV· pharmuthi, ·XII· kal. maii, lunae ·XX·, epacta ·XXI·, Deorum II., indictione ·VI·, in quarto consulatu Iuliani augusti cum Sallustio, gubernante eodem Olympio Aegypti praefecto. Pythiodorus thebanus, Philippi servus, attulit Iuliani edictum die ·XXVII· paophi, et episcopo coram exhibuit, quo in edicto multae minae fiebant 1). Tunc sine mora exiit urbe (Athanasius) perrexitque Thebas 2). Octo autem post menses interiit Iulianus; cuius morte vulgata, rediit clam Alexandriam noctu. Deinde octavo die mensis thoth, conscensa navi apud Hierapolim orientalem, obvius ivit imperatori Ioviano, a quo honorifice dimissus fuit. Hanc festalem epistolam misit quaqueversus more solito ex urbe Memphi, dum Thebas fugeret.

Ch. 364. Hoc anno dominica paschatis erat die ·IX· pharmuthi, pridie nonas aprilis, lunae ·XVI·, epacta ·III·, Deorum ·IV·, indictione ·VII·, consulibus Ioviano augusto et Varroniano, gubernante Hyrieo damasceno praefecto, cui successit Maximus rhacotensis 3); huic autem Flavianus illyricus. Hoc anno papa (Athanasius) ingressus est Alexandriam atque ecclesiam die

1) Sive de restituendis idolorum bonis, sive de expellendo Athanasio, ut est in chronico veronensi.

2) Hinc demum corrigitur illud *Thereu* chronici veronensis, n. 7. de quo corrupto vocabulo tot vana verba fecerunt Maffeius, Mansius, atque Mamachius.

3) Syr. *rhaphotensis*.

·XXV· mechir. Epistolam vero festalem misit consueto more Antiochiâ ad cunctos singularum praefecturarum episcopos.

Hoc anno dominica paschatis erat die primo pharmuthi, ·V· kal. aprilis, lunae ·XIX·, epacta ·XIV·, Deorum ·V·, indictione ·VIII·, in consulatu primo Valentiniani et Valentis augustorum, gubernante eodem Flaviano illyrico. Nos occupavimus caesareum 1). At mox multarum accusationum causa patiebatur persecutionem papa (Athanasius), ideoque contulit se in hortum fluvii novi. Sed enim paucis diebus post, quum ad eum venisset cum Baraside secretario praefectus, tulit ei opem ut in ecclesiam ingreretur. Tunc terrae motus contigit die ·XXVII· epiphi, mare in orientali plaga retro cessit, multi perierunt, multaeque res pessum datae. Ch. 365.

Hoc anno dominica paschatis erat die ·XXI· pharmuthi, ·XVI· kal. maii, lunae ·XX·, epacta ·XXV·, Deorum ·VI·, indictione ·IX·, in primo consulatu Gratiani filii Augusti et Daglaiphi, gubernante eodem Flaviano praefecto. Die ·XXVII· epiphi impetum fecerunt ethnici, et caesareum incensum fuit, multique cives immania detrimenta passi sunt. Rei auctores damnati fuerunt et extorres facti. Deinde Proclianus macedo dux creatus fuit. Ch. 366.

1) Una erat ex ecclesiis Alexandriae sic appellata. Hanc *magnam* dicit ipse Athanasius in historia Arianorum cap. 74. (ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ τῇ ἐν τῷ Καισαρείῳ) et ab his atque ab ethnicis pollutam fuisse blasphemiis in Christum atque sacrificiis.

Ch. 367. Hoc anno dominica paschatis erat die ·XVI· pharmuthi, kalendis aprilis, lunae ·XVI·, epacta ·VI·, Deorum ·VII·, indictione ·X· 1), consulibus Lupicino et Iovino, gubernante eodem Procliano, cui Tatianus Lucius successit. Hoc anno quum Lucius ingredi conatus esset die XXVI. thoth, noctu delituit in domo quae erat prope ecclesiae praesidium; cumque Tatianus praefectus et Traianus dux foras ipsum egredi curassent, is mirabiliter ex urbe evasit incolumis, quia eum turba interficere avebat. Hoc quoque anno epistolam scripsit (Athanasius) nec non divinorum librorum canonem edidit.

Ch. 368. Hoc anno paschatis dominica erat die ·XXV· pharmuthi, ·XII· kal. maii, lunae ·XVI·, epacta ·XVII·, Deorum ·II·, indictione ·XI·, Valentiniano et Valente augustis secundo consulibus, gubernante eodem Tatiano praefecto. Caesareum coeptum est reaedificari die VI. mensis pachon, quia gratiose impetratum fuit imperiale decretum per Traianum ducem. Comperti sunt incendii auctores, et remotis statim incensae molis maceriis, eodem mense pachon initium instaurandi aedificii factum est.

Ch. 369. Hoc anno paschatis dominica erat die ·XXVII· pharmuthi, pridie idus aprilis, lunae ·XV·, epacta ·XXVIII·, Deorum ·III·, indictione ·XII·, con-

1) Quae sequuntur continentur in folio, quod in perturbatis membranis nitriensibus, itemque in londinensi editione (syr. p. 7.) extra proprium locum est, ut ipse cl. editor Curetonus recte adnotavit; nos autem nunc iusta in sede folium hoc nativoque ordine, ut par est, collocamus.

sule primum Valentiniano Augusti filio cum Victore, gubernante eodem Tatiano praefecto. Coepit papa (Athanasius) ecclesiam aedificare in Mendesio, quae postea de nomine eius appellata est, die ·XXV· mensis thoth, initio anni ·LXXXV· Diocletiani.

Hoc anno paschatis dominica erat die ·II· pharmuthi, ·IV· kal. aprilis, lunae ·XV·, epacta ·IX·, Deorum ·IV·, indictione ·XIII·, consulibus tertio Valentiniano et Valente augustis, gubernante eodem Tatiano, cui successit Olympius Palladius samosatensis. Absolvit papa (Athanasius) ecclesiam, quae de nomine eius dicta est, desinente anno ·LXXXVI. aerae Diocletiani; quo anno, die ·XIV· mensis mesori anniversaria quoque peregit. Ch. 370.

Hoc anno paschatis dominica erat die ·XXII· pharmuthi, ·XV· kal. maii, lunae ·XVI· epacta ·XX·, Deorum ·V·, indictione ·XIV·, in secundo consulatu Gratiani augusti cum Probo, gubernante eodem Palladio, cui successit in Aegypti praefectura Aelius Palladius palaestinus, qui dictus est Cyrus. Ch. 371.

Hoc anno paschatis dominica erat die ·XIII· pharmuthi, ·VI· idus aprilis, lunae ·XIX·, epacta ·I·, Deorum ·VI· 1), indictione ·XV·, consulibus Modesto et Arintheo, gubernante eodem Aelio Palladio, qui dictus est Cyrus, Aegypti praefecto. Ch. 372.

1) Syrus mendose: *et non ·I·* (die) Postulavit autem temporis series ut nos scriberemus ·VI·

Ch. 373. Hoc anno paschatis dominica erat die ·V· pharmuthi, pridie kal. aprilis, lunae ·XXI·, epacta ·XII·, Deorum ·I·, indictione ·I·, in quarto 1) consulatu Valentiniani et Valentis augustorum, gubernante eodem Aelio Palladio Aegypti praefecto. In huius anni exitu, die ·VII· pachon, prodigiose vita excessit (Athanasius.)

Ch. 372. Finis capitulorum epistolarum festalium sancti Athanasii Alexandriae episcopi.

EPISTOLA I.

Ch. anno 329. Epistola prima festalis papae Athanasii, iuxta quam dominica paschatis erat die ·XI· pharmuthi, ·VIII· idus aprilis, anno ·XLV· Diocletiani, in octavo consulatu Constantini augusti et quarto Constantini caesaris, praefecto Septimio 2) Zeneo, indictione secunda.

De ieiunio, tuba, et festis.

1. Venite, dilecti mei, ad celebrandum festum, quandoquidem nos tempus invitat. Sol ille iustitiae divinos suos nobis radios ostendens, sollemnitatis tempus nobis praedicit; quo cognito, festum agere debemus, ne simul cum tempore avolet a nobis laetitia. Quippe est apprime neces-

1) Huc usque folium tralaticium, quod nos in proprium locum, unde incommode exciderat, restituimus.

2) Vocabulum *Septimio* deerat in chronico.

sarium, ut tempus exercendae virtutis cognoscamus. Sic etiam beatus Paulus discipulum suum ad temporis agnitionem adhortabatur, docebatque eum dicens *: « insta in tempore, et extra tempus. » Nempe ut utrumque sciret et res dignas tempore agere, et cavere quominus reprehendatur extra tempus 1). Similiter et omnium Deus, iuxta sapientem Salomonem 2) uniuscuiusque rei tempus atque momentum distinguebat, ut omnino definiretur tempore proprio hominum salvatio. Sic etiam Dei sapientia dominus ac salvator noster Iesus Christus, cum haud extra tempus, sed idoneo tempore, ad sanctorum animas se confert, Dei amatores atque prophetas apte disponit. Atque ita plurimi eum precabantur, dicentes *: « quis dabit ex » Sion salutare Dei? » Sponsa vero, ut in cantico scriptum est, orabat dicens *: «quis det te filium sororis meae, sugentem ubera matris meae? » Nempe ut hominibus fias similis, et humanos dolores pro nobis subeas.

* Ps. LVII. 7.

* Cant. VIII. 1

2. Sed ille omnium Deus, factor temporum ac momentorum, qui res nostras, plus quam nos ipsi, novit, dum, periti medici instar, solamen per tempus iis concedit, qui sanari consentiunt, id ipsum haud extra tempus, sed idoneo tempore suppeditat, dicens: « tempore accepto exaudivi » te, et in die salutis adiuvi te. » Ideo beatissimus quoque Paulus *, ad huiusmodi tempus nos adhortans scribebat dicens: « ecce nunc tempus

* II. Cor. VI. 2 ex Es. XLIX. 8.

1) II. Tim. IV. 2. gr. ἐπίστηθι εὐκαίρως, ἀκαίρως. Est autem propemodum insperata huius loci interpretatio Athanasii. Philologi sacri iudicent.

2) Eccle. III. 7. *Tempus tacendi, et tempus loquendi.*

» acceptabile, ecce nunc dies salutis. » Item antiquitus invitans (Deus)
*Exod. XXIII. 14. per Moysen Israhelis filios ad festum sacerdotale, sic aiebat *: « tribus vici-
» bus per singulos annos mihi festum celebrabitis. » Sacerdotales tubae clangebant, dilecti mei, atque ad tria celebranda festa hortabantur, quorum
*Ps. LXXX. 4. unum hodiernum est. Ita sanctus psalmista mandavit, dicens *: « vociferate
» in neomenia tuba, in die sollemnitatis vestrae. » Dictum hoc iubet nos vociferare utroque tempore, nempe in mensium initio, et praescriptis diebus, quorum in medio plenilunium fiebat. Diem praescriptum fecit illum, quo tubae modo ad festum, ut olim scriptum fuit, modo ad ieiunium, modo ad bellum invitabant. Haec nimirum haud inscienter fiebant, id est casu; sed tubarum vox exaudiebatur, ut unusquisque ad indicatum opus conveniret. Nec vero ex me, sed ex divinis libris, haec discenda sunt. Sic cum Deus Moysi apparuit, velut in Numerorum libro scriptum
*Num. X. 2. est, ait *: « Dominus locutus est ad Moysen: fac tibi duas tubas; argen-
» teas facies eas; quae tibi usui erunt ad multitudinem convocandam. »
Est autem hoc pulcherrimum apud Dei amatores, nempe ut sciamus, id omne iam inde a Moysis aetate consuetum fuisse, id est ab umbrae tempore.
v. 9. Eaque praescriptio directionis quoque causa fiebat. Etenim dixit (Deus) *:
« si exieritis ad bellum in territorio vestro contra hostes vestros, qui in con-
» spectu vestro sunt 1), scilicet intra territorii limites, non extra illud, tunc

1) Sic interpretatur Athanasius graecum ἀνθεστηκότας.

» signum edetis tubis, et erit recordatio vestri apud Dominum, atque ab » hostibus vestris salvi eritis. » Nec belli tantum causa clangebant, sed etiam festorum, ut in lege scriptum est. Audi enim quae addit dicens: «et in » diebus laetitiae vestrae, vestrisque sollemnitatibus, vestrorumque men- » sium kalendis, tubis clangite. » Nemo credat nihil hoc esse aliud, quam verbum, aut nauci faciendum. Si lex tubarum usum mandat, mirum ac tremendum hoc edictum est: etenim tuba vim excitandi habet, et prae qualibet voce aut organo terribilis est: ideoque imperata fuit, ut eam audiens Israhel, qui tunc adhuc puer erat, haud humanum esse nuncium crederet, sed plus quam humanum. Ille ex norma sonituum obtemperabat; quos ab iis audiens, qui in monte consistebant, legis recordabatur, quae tunc sibi fuit imposita, eamque observabat.

3. Mirabilis erat lex, et speciosa figura; secus enim haud metum ingessisset, neque ad obedientiam flexisset eos qui audiebant, immo tunc etiam videbant. Verum hae res tunc erant figuratae et umbratiles. Nos vero cogitationem nostram transferentes, atque ab umbra nunc digredientes, ad veritatem veniamus, tubasque sacerdotales Salvatoris nostri spectemus clamantes atque invitantes, modo ad proelium, ut ait beatus Paulus *: « non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem, sed ad- * Eph. VI. 12.

» versus principes, adversus potestates, et mundi huius tenebrosi rectores, » contra malignos spiritus aëris. » Modo ad virginitatem, abstinentiam, et
* I. Cor. VII. 34. irreprehensibile coniugium, clamando atque dicendo *: virgo (cogitet) ea quae virginitatis sunt: qui abstinentem vitam praeoptant, de abstinentia cogitent: qui denique cum uxore sunt, de honorabili coniugio; indicens singulis propria officia, praemiumque decorum. Quandoque etiam ad ieiu-
* I. Cor. V. 7. nium invitando et sollemnitatem. Audi adhuc vociferantem clamantemque *: « etenim pascha nostrum immolatus est Christus; ut festum agamus non fer- » mento vetere, neque fermento malitiae et nequitiae. » Sin autem tubam audire mavis tubarum omnium magnificentissimam, aurem praebe Salvatori
* Ioh. VI. 37. nostro dicenti *: « in novissimo magno die stabat Iesus, et clamabat, di- » cens: si quis sitit, veniat ad me et bibat. » Profecto decebat ut Salvator non ad festum simpliciter, sed ad sollemnitatem magnam nos invitaret; qua voce audita, parati essemus et conveniremus ad cuiuslibet tubae signum, ut paulo ante dixi: sunt quippe diversae denunciationes.

4. Audi quomodo propheta sub figura vociferabat; deinde ad veri-
* Ioel. II. 15. tatem te transfer, et tubae denunciationi esto paratus. Ipse ait *: « canite » tuba in Sion, sanctificate ieiunium. » Definitum erat hoc tubae signum, praeciseque omnino imperabat, ut nos ieiunantes sanctificemus ieiunium. Neque enim omnes Deum invocantes, Deum sanctificant; sed quidam potius eum contaminant; quamquam non ipsum contaminant; absit; sed suas

de ipso cogitationes: sanctus enim ille est, et in sanctis quiescit. Sic beatus Paulus definit *, quomodo aliqui contumeliam faciunt Deo; nempe violando praecepta, in Deum fiunt contumeliosi. Ob admonitionem vero eorum, qui ieiunium vitiant, ait nunc: « sanctificate ieiunium. » Etenim multi dum de ieiunio satagunt, animas tamen suas corrumpunt proprii cordis cogitationibus, male facientes fratribus suis, quos opprimere audent: et ne quid praeterea dicamus, adversus proximos suos multi superbiunt, iisque detrimenta maiora moliuntur. Nihil sane pharisaeo illi profuit ieiunii iactantia, qui tantummodo ut coram publicano gloriaretur, bis in hebdomada ieiunabat. Sic item (Deus) ob eiuscemodi ieiunium Israhelitas reprehendebat, perque Esaiam prophetam hortabatur dicens *: Num hoc est ieiunium quod elegi, et dies quo humiliet homo animam suam? quo contorqueas quasi circulum collum tuum, et saccum ac cinerem tibi substernas? Num eiusmodi appellabitis ieiunium acceptabile 1)? Atque ut pateat, debere nosmet ita gerere dum ieiunamus, et cuiusmodi oporteat esse ieiunium, audi Deum Moysi his verbis mandantem, prout in levitico scriptum est *: « locutusque est Deus ad Moysem dicens: decima mensis se- » ptimi die, expiationis dies erit: celebris vobis et sancta haec erit dies, vestrasque animas humiliabitis, et holocausta offeretis perfecta Domino. »

* Hebr. X. 29.

* Is. LVIII. 5.

* Lev. XXIII. 26.

1) Ita sonat textus Athanasii syriacus, consonanter ad syriacum biblicum et hebraicum. At graecus vulgatusque lat. Bibliorum textus paulo aliter; quamquam non magna sententiae discrepantia est.

v. 29. Mox de hac lege sic decernebat *: « quaecumque anima non se humiliaverit, de populo delebitur. »

5. Cernitis, fratres mei, quantum valeat ieiunium, et quomodo lex ieiunare nos iubeat. Vult scilicet, nos haud corpore tantum, sed etiam anima ieiunare. Humiliatur autem anima, cum a pravis doctrinis recedit, et idoneis virtutibus alitur. Porro virtutes aeque ac vitia, alimenta cibique animae sunt, ut alterutris illis vescatur; et pro suo placito in utrumlibet latus declinet. Utroqueversum scilicet pergere potest. Si ad virtutem deflectit, virtute alitur, id est iustitia, castitate, abstinentia, fortitudine;
I. Tim. IV. 6. veluti Paulus aiebat *: « se verbo veritatis pasci. » Sicuti etiam Dominus
* Ioh. IV. 34. noster *: « cibus meus est, ut faciam voluntatem patris mei, qui in caelis » est. » Quod si non ad haec, sed ad inferiora illa se inclinaverit anima, nulla alia re pascetur quam peccato. Ita Spiritus quoque sanctus de pec-
Ps. LXXIII. 14. catoribus loquens deque eorum cibo, diabolum designat dicendo *: » dedi» sti eum escam populis Aethiopum. » Hi sunt peccantium cibi. Et quemadmodum dominus noster ac salvator Iesus Christus panis est caelestis,
* Ioh. VI. 54. fitque sanctorum alimonia, ut ipse ait *: « nisi manducaveritis meam car» nem, et biberitis meum sanguinem; » sic diabolus fit cibus impurorum atque eorum qui non lucis, sed tenebrarum opera faciunt. Propterea mandabat illis, ut virtutis cibis se alerent, quô nimirum saperent, atque a vitiis resipiscerent. Cibi virtutum sunt, demissio animi, iactantiae omissio,

humiliationum patientia, et cognitio Dei. Huiusmodi ieiunium nonanimae tantummodo veniam conciliat, sed cum id reapse sanctificatur, sanctos disponit et tellure extollit.

6. Mirum fortasse videbitur, quod dicturus sum : immo vero prae omnibus ante dictis mirabilius est, neque tamen a veritate alienum, prout vos ipsi ex sacerdotalibus libris potestis condiscere. Magnus Moyses ieiunii merito cum Deo collocutus est, et legem recepit. Magnus item ille sanctusque Elias, peracto ieiunio, ipse pariter dignus fuit divina visione, postremoque tamquam ille qui in caelum ascendit, ita elevatus est. Danihel denique ieiunio indulgens, quamquam adhuc adolescens, dignus aeque fuit intellectu mysterii, solusque regis arcana cognovit, et visiones videre divinas meruit. Neque vero ob stupendum ieiunii ab his tolerati spatium, et ob dierum prolixitatem, incredulus quisquam continuo sit; immo potius certior fiat credatque, unicum erga Deum respectum, atque unicum huius verbum, alendis obedientibus satis esse, et cuiuslibet nutrimenti instar fieri. Sic etiam angeli nulla re alia aluntur, nisi quod semper vident faciem Patris ac Salvatoris, qui in caelis est. Quapropter quotiescumque Moyses cum Deo colloquebatur, toties corpore ieiunabat, divinisque verbis alebatur. Quum autem ad homines descenderet, ab eoque Deus recederet, tunc famem sicut ceteri experiebatur.

Haud ultra quadraginta dies ieiunasse dicitur, quibus cum Deo sermocinatus est. Generatim denique quilibet sanctus huiuscemodi virtutibus pasci meruit.

7. Iam vero et nos, dilecti mei, nostram divinis escis nutrientes animam, et verbo ac voluntate Dei, atque exterius corpore ieiunantes, grandem hanc et salutarem sollemnitatem prout decet celebremus. Stolidi quoque Iudaei divinae huius alimoniae usurpantes figuram, agnum paschali tempore comedebant, neque tamen ipsam figuram intelligebant: et ad praesens usque tempus, agnum contra fas comedunt, quandoquidem extra urbem ac veritatem versantur. Nam figura, agnus, et umbra, intra limites gerebantur Iudaeae et illius urbis; sic iubente lege, ne haec in alia urbe fierent, sed in regione iudaica; nequaquam vero alibi. Una cum his mandabat lex ut holocausta offerrentur ab iis ac victimae, quia nullum aliud erat altare, praeter quam Hierosolymis. Idcirco sacra huiusmodi haud licebat in alia qualibet urbe peragi, nisi in illa, ubi erat altare ac templum, quod Deus aedificatum stare voluerat, donec urbs finem suum nancisceretur: quo demum tempore finem habiturae erant illae quoque res adumbratae.

8. En nunc civitas illa, post nostri Salvatoris adventum, finem experta est, et universa Iudaeorum regio vastata. Quod ut comprobemus, nullo egemus extraneo argumento; namque ipsis oculis rei transactae ve-

ritatem comperimus. Necesse erat umbram terminum suum nancisci: neque id a me discendum est, sed a sacerdotali voce prophetae, qui exclamans praedixit *: «ecce super montes pedes evangelizantis et annuntiantis pacem.» Quid significat verbum annuntiat? nisi quod addit, eis dicendo: « celebra, » o Iuda, festivitates tuas, et redde Domino vota tua. » Ac ne postmodum ad res veteres reditus fieret, ait *: «desiit, ablatus est, ascendit ille qui insuf- » flabat in faciem, teque angustiis expediebat.» Quis ille est qui ascendit, dicet aliquis Iudaeis, propter quem umbrae iactantia desiit? Haud frustraneum est audire verba, desiit, ascendit ille qui insufflabat: quippe nondum ulla res desiverat, ante quam ille ascenderet qui insufflabat; verumtamen post eius ascensum, statim desiit. Quis ergo ille, o Iudaei, de quo supra locutus sum? Si Moyses; mendacium profecto id esset, quia tunc nondum populus ingressus erat regionem, in qua sola iussus fuerat sacra peragere. Sin vero Samuhel aut alius propheta; id quoque falsum foret, quia illatenus fiebant haec in Iudaea, et urbs adhuc manebat; ac necesse erat, quamdiu haec maneret, tamdiu sacra illa frequentari. Igitur, dilecti mei, praedictorum ex numero non erat is qui ascendit. Iam si tu verax verbum audire aves, atque a iudaicis exemplis recedere, videsis Salvatorem nostrum qui ascendit, et insufflavit in faciem, suisque discipulis dixit *: « accipite Spiritum sanctum. » Quae ubi acta sunt, finis omnium rerum

* Naum I. 15.

* Idem II. 1.

* Ioh. XX. 22.

fuit, altare dissiluit, et frons ianuae templi diffissa est. Et quamvis nondum urbs est destructa, interior tamen templi abominatio mansura est, et ipsi urbi cunctisque illis priscis finis aderit caerimoniis.

9. Nos vero extra umbrae tempus sumus, neque secundum hanc iam operamur; sed conversi ad Dominum sumus, qui spiritus est: ubi autem
* II. Cor. III. 17. spiritus Domini est, ibi libertas *, ceu ad aures nostras intonat tuba sacerdotalis. Etenim nunc haud materialem immolamus agnum, sed verum illum, qui immolatus fuit, dominum nostrum Iesum Christum, qui ductus est
* Es. LIII. 7. tamquam ovis ad lanienam *; qui quasi agnus coram lanio mutus erat; pretioso suo nos purificans sanguine, qui multo magis loquitur quam ille
* Hebr. XII. 24. Abelis *. Calciantes pedes nostros in praeparatione evangelii 1), capientesque manibus nostris Domini virgam et baculum; quibus recreatus sanctus
* Ps. XXII. 4. ille dicebat *: « virga tua et baculus tuus, ipsa me consolata sunt. » Sum-
* Phil. IV. 6. matimque aiebat beatus Paulus *: « ad omnia parati, nihil solliciti simus;
* Matth. XXIV. 44. » Dominus prope est. » Ipse denique Salvator noster dicit *: qua nos hora » non putamus, adveniet Dominus. »

* I. Cor. V. 8. 10. « Festum itaque celebremus * non fermento vetere, neque fermento malitiae ac nequitiae, sed azymo puritatis ac veritatis: » exuentes veterem hominem cum omnibus operibus suis, et induentes novum hominem qui propter Deum creatus fuit: cum animi humilitate et conscientia pura, in lege meditantes diu noctuque. Nam si personarum acceptionem vitabimus,

1) Sic adamussim scribit etiam sanctus Augustinus (ex Ephes. VI. 16.) in sermone nostro vaticano CXIX. 7: *calcientur pedes vestri in praeparatione evangelii pacis.*

et superbiam dolumque abiiciemus, tunc caritatem erga Deum et homines consequemur; renovatique et novo vino poti cum Spiritu sancto, mensem quoque rerum harum novarum digne celebrabimus, sanctum ieiunium exordientes die ·V· pharmuthi; et huic consequenter adiungentes sex illos dies sanctos atque magnificos, qui creationis mundi huius symbola sunt, finem ieiunii faciemus die decimo eiusdem pharmuthi in sancto hebdomadae sabbato: atque illucescet nobis sancta dominica, undecimo eiusdem mensis die: ex quo gradatim septem reliquas hebdomadas numerantes, sanctum pentecostes diem celebrabimus; qui olim apud Iudaeos figurabatur sub festi hebdomadarum nomine: quo tempore fiebant amnestiae ac debitorum remissiones, eratque is demum omnimodae libertatis dies. Iam quum nobis id tempus sit futuri mundi symbolum, magnam dominicam celebrabimus, arrham heic futurae illius capientes aeternae vitae. Cum autem hinc demigrabimus, plenam cum Christo peragemus sollemnitatem, et cum sanctis ita exclamabimus *: « transibo in locum tabernaculi admira- * Ps. XLI. 5.
» bilis, usque ad domum Dei; cum voce exultationis, et cum laudis praeconio, tamquam illorum qui laetantur: » ubi scilicet fuga doloris, tristitiae et anxietatis: atque ad summum gaudium et exultationem provecti, cum illis peragere digni erimus.

11. Pauperum meminerimus, et peregrinorum ne obliviscamur. In primis Deum diligamus tota anima, facultate, ac viribus; deinde proximum nostrum tamquam nos ipsos. Sic illa consequemur, quae oculus non vidit, neque auris audivit, neque in cor hominis pervenerunt, quae nempe praeparavit Deus diligentibus ipsum; per unigenitum filium eius dominum nostrum, nostrumque salvatorem, Iesum Christum; per quem sit gloria et imperium 1) soli Patri, per Spiritum sanctum, in saecula saeculorum. Amen. Salutate omnes cum osculo sancto. Salutant vos cuncti, qui mecum sunt, fratres.

Prima epistola festalis sancti Athanasii explicit.

EPISTOLA II.

Ch. anno 330. Epistola secunda festalis papae Athanasii, iuxta quam dominica paschatis erat die ·XXIV· pharmuthi, .XIII. kal. maii, anno ·XLVI· Diocletiani, consulibus Gallicano et Aurelio Symmacho, praefecto Magniniano, indictione ·III·

1. Rursus pascha et laetitia, fratres mei; denuo Dominus ad hoc nos tempus perduxit, ut more solito verbis eius nutriti, festum prout oportet agamus. Cum sanctis illis caeleste hoc gaudium celebremus; quoniam et ipsi

1) *Imperium* scribo exemplo Hieronymi interpretantis epistolam Theophili. Sic etiam Augustinus serm. vat. CXXXVI; pariterque ego legebam in clausula priscae homiliae in cod. vat. 264. f. 118.

sollemnitatem huiusmodi praenunciaverunt, nobisque exemplo praeiverunt per suam in Christo conversationem. Haud illis tantummodo curae erat evangelium praedicare; sed si attente intuemur, utique scriptum cernimus, Christi virtutem in ipsis fuisse manifestatam. Ad Corinthios enim ita (Paulus) scribebat *: « imitatores mei estote. » Iam quod singulis perscripsit, simul omnibus atque ubique imperabat, quia omnium gentium doctor erat in fide ac veritate. Prorsus hortatorium hoc iussum sanctorum omnium est. Iam et Salomon in parabolis aiebat *: « audite, filii, disciplinam patris, et » attendite ut intelligatis. Donum bonum do vobis, verba mea ne dere- » linquatis. Ego quoque filius obediens patri fui, et dilectus coram matre mea. » Sic optimam institutionem perficeret iustus pater, cum horum ductu exemplorum erudiendis aliis operam daret. Quod si aliter se gereret, ignominiam experiretur a dicentibus sibi: tu qui alios erudis, te ipsum non erudis. Igitur frugi illum servum potius imitando, et ipse sibi deberet consulere et aliis prodesse; ut gratiam sibi adtributam duplicans, ita se compellari audiret: « euge, serve bone et fidelis! quia super pauca fuisti » fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium domini tui *. »

* I. Cor. IV. 16.

* Prov. IV. 1.

* Matth. XXV. 21.

2. « A nobis quoque danda opera est, ut semper quidem, sed diebus » praecipue festalibus, non auditores tantum, sed factores praeceptorum » Salvatoris nostri simus, ut sanctorum vitam imitantes, in caeleste illud Do-

mini nostri gaudium simul intremus, haud transitorium, sed firmiter per-
» manens 1): » gaudium, inquam, illud, quo exclusi ii qui nequiter agunt, nihil de actibus suis reliquum habebunt, praeter dolorem, afflictionem, et cruciatuum molestiam. Hi similitudinem hominis retinentes, minime tamen formam vitae sanctorum prae se ferunt, atque eius recti intellectus, quicum ab initio creatus homo rationalis fuit ad imaginem Dei; sed se bestiae potius irrationali comparant atque adsimilant, voluptati contra legis normam dediti, lascivorum instar equorum, nec non calliditati dolisque, peccato demum mortifero, ut aiebat Iohannes, qui eos genimina viperarum dixit *. Hi enim sic procumbentes, seque humi ceu serpens volutantes, haud cogitant alia esse meliora quam haec visibilia, in quibus ipsi constitutam felicitatem arbitrantur; dumque his fruuntur, non Deo famulantur, sed concupiscentiis suis.

* Luc. III. 7.

3. At enim Verbum illud tantopere hominum amans, quum hanc ob causam advenerit, ut rem perditam quaerat atque inveniat, deterrebat eos ab huiusmodi insania, exclamansque aiebat *: « nolite fieri sicut equus

* Ps. XXXI. 9.

1) A Cosma indicopleuste, qui sub Iustiniano magno vixit, recitatos fuisse nonnullos festalium Athanasii epistolarum locos, constabat ex ipsius Cosmae curata a Montfauconio editione ex mediceo codice. Iam eius operis vaticanum quoque habemus mirabilem codicem 699, auctori contemporalem, grandibus litteris scriptum, et decoris pariter imaginibus exornatum. Ibi f. 122. b. primus hic apparet Athanasii locus, qui nihil ab illo edito differt, nisi verbo γενοίμεθα pro γινώμεθα (ut est in Montf.). Et quidem melior est vaticana lectio, quia priori γένοιτο respondet. En igitur graeca Athanasii apud Cosmam verba. Ἀθανασίου ἐκ τῆς δευτέρας ἑορταστικῆς. Γένοιτο δ' ἂν καὶ παῤ ἡμῶν πρεπόντως ἑκάστοτε μέν, μάλιστα δὲ ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς ἑορτῆς, μὴ μόνον ἀκροαταί, ἀλλὰ καὶ ποιηταὶ τῶν τοῦ σωτῆρος προσταγμάτων γενοίμεθα· ἵνα καὶ τῶν ἁγίων τρόπον μιμησάμενοι, συνεισέλθωμεν εἰς τὴν τοῦ κυρίου ἄπαυστόν τε καὶ ὄντως μένουσαν ἐν οὐρανοῖς χαράν. Videmus autem heic Athanasium dixisse optativo modo, quod syrus interpres vel minus recte vel libere absoluto et quasi imperativo protulit.

» et mulus, quibus non est intellectus: in camo et freno maxillas illorum
» constringunt » tamquam scilicet desperatorum et improbis similium. Idem
propheta in spiritu orabat dicens: « fuistis mihi tamquam Phoenices nego-
» tiatores *. » Ultor vero spiritus his, qui eiusmodi sunt, adversatus ita * Is. XXIII. 2.
est: « Domine, in civitate tua imaginem eorum abominaberis *. » Ipsi au- * Ps. LXXII. 20.
tem tamquam insani semet transformantes, proprium fallunt ratiocinium; et
quasi vi logica magnopere praediti, Dei sapientiam suae adsimilant; ta-
lem scilicet reputantes, qualia sunt propria opificia. Hinc de sapientia
sua praesumentes * tument, gloriamque Dei incorruptibilis immutant ad * Rom. I. 23.
similitudinem imaginum hominis corruptibilis, volatilium, quadrupedum,
atque reptilium. Propterea contulit illos Deus in mentem reprobam, ut
absurditates illas perpetrarent. Isti scilicet haud audierunt propheticam vo-
cem ipsos reprehendentem *: « cui assimilastis Dominum, et cuinam adae- * Is. XL. 25.
» quastis? » Nec Davidem psalmistam audierunt imprecantem hisce homi-
» nibus: « similes sint eis opifices eorum, et omnes qui confidunt in eis *. » * Ps. CXXXIV. 18.
Iam vero ad veritatem caeci, lapidem ceu Deum respiciunt 1); sensuque
carentes, in tenebris ambulant, ut propheta clamat *: « audientes audiunt, * Is. VI. 9.
» et non intelligunt: videntes vident et non agnoscunt. Incrassatum est cor
» eorum, et auribus graviter audierunt *. » * Act. XXVIII. 27.

4. Qui igitur festi huius hactenus participes non fuerunt, exhibent

1) Hinc Lucretius lib. V. 1197: *nec pietas ulla est vertier ad lapidem.*

sibi stulteque excogitant alios festorum titulos; qui tamen gaudiine dies
* Is. XLVIII. 22. revera sunt, an potius tristitiae? « Non est pax impiis, dicit Dominus*. »
Item ut Sapientia loquitur 1): « ablatum est ab ore eorum gaudium et exul-
» tatio. » Talia sunt improborum festa. At vero servi illi qui sensum Domini
intelligunt, quique hominem illum vere sibi induunt propter Deum creatum,
hi verba evangelica admittunt, reputantque generale esse praeceptum, quod
* I. Tim. IV. 12. Timotheo his verbis traditum fuit*: « exemplum esto fidelium in verbo, in
» conversatione, in caritate, in fide, in castitate. » Sic videlicet festum bene
agunt; ita ut ethnici quoque rectum illorum ordinem spectantes, dicturi
sint: vere Deus cum ipsis est. Sicut autem qui missum recipit, mittentem
recipit; ita sanctorum imitator, Domini notam impressam habet. Idem Pau-
* I. Cor. IV. 16. lus, quia imitationi studebat, addit dicens*: « sicut et ego Christi. » Sed an-
te Paulum verba nostri Salvatoris extabant, qui ex propriae divinitatis subli-
* Matth. XI. 29. mitate discipulos suos alloquens*: « discite, inquit, a me quia mitis sum et
» humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris. » Sic etiam cum
in pelvim aquam immisit, seque linteo praecinxit, pedesque lavit discipu-
* Ioh. XIII. 12. lorum, dixit eis*: « scitote, quid fecerim vobis. Vos me vocatis, magister et
» domine; et bene dicitis, sum etenim. Si ergo ego dominus et magister lavi
» pedes vestros, et vos debetis alter alterius lavare pedes: exemplum enim
» dedi vobis, ut quemadmodum ego feci, ita et vos faciatis. ».

4) Confer Isaiam XVI. 10, Hieremiam XLVIII. 33, Baruchum II. 23.

5. O quantopere admirari deberemus, fratres mei, Salvatoris nostri erga homines caritatem! quantaque vi, qualique tuba exclamare, atque haec eius beneficia exaltare! Non solum ad eius imaginem facti sumus, sed ab eodem formam exemplumque caelestis vitae accipimus: idque debemus discere, cui ipse factis praeivit. Quare cum aliquid patimur, haud est excandescendum, neque ulciscendae iniuriae, sed benedicendum est maledicentibus, atque omnia Deo iuste iudicanti permittenda *. Qui ita se gerunt, seque evangelio conformant, participes Christi erunt, et exemplorum apostoli imitatores, a quo laudis praemium consequentur, prout ipse Corinthios laudabat dicens *: « laudo vos, quod per omnia mei memores estis. » Deinde quia nonnulli verbis eius abutebantur, horum sensum ad sua desideria trahentes, audebantque ea immutare, sicuti in Hymenaei atque Alexandri negotio contigit, et ante hos cum Sadducaeis *, qui ut ipse * ait, naufragium fidei passi, resurrectionis mysterium deridebant, propterea statim subdidit: « et sicut tradidi vobis, traditiones meas tenetis *. » Quod reapse propterea dixit, ne aliter opinemur quam doctor tradidit.

*Ex I. Petr. II. 23.

* I. Cor. XI. 2.

* Matth. XXII. 23.
* I. Tim. I 19.

* I. Cor. XI. 2.

6. Multifariam simulant improbi, qui sibi, ut Dominus ait *, agni vestimenta induunt, et quasi dealbata sepulcra videntur: hi nempe divina

* Matth. VII. 15. XXIII. 27.

etiam verba ore effantur, et nihilominus pravam intus sententiam fovent. Hac quippe olim ratione is qui primus malitiam invenit, serpens inquam ille, hostis ille, cum Eva colloquens simulatorem se gessit, atque ita ipsam decepit. Post hunc, immo cum hoc ipso, cuncti haeresum praeter fas inventores, lectis libris, non tamen prout sancti tradiderunt, opinantur; sed eos secundum hominum traditiones intelligentes, errore labuntur, quia vim illorum ignorant. Merito igitur laudabat beatus Paulus Corinthios, qui secundum ipsius traditionem sententiam tenebant. Dominus item iustius adhuc reprehendebat Iudaeos ita *: « quare vos transgredimini mandata Dei » propter vestras traditiones? » Etenim hi accepta a Deo mandata mutabant, proprium sensum sequentes, atque ad hominum potius traditiones accedentes; ob quas Galatis paulo post molesti fuerunt. Cuius rei causa beatus Paulus missa ad hos epistola, sic scribebat *: « si quis vobis annun- » tiaverit, praeter id quod annuntiavimus, anathema sit. »

* Matth. XV. 3.

* Gal. I. 9.

7. Nulla est communio inter sanctorum verba, et humanorum inventorum phantasias: nam cum viri sancti veritatis ministri sint, caelorum regnum annuntiant: secus illi, qui in parte contraria sunt, nihil nisi epulas cogitant; et quasi iam nihil sint, aiunt: comedamus et bibamus, cras enim moriemur *. Idcirco beatus Lucas hominum adinventiones improbat, et sanctorum potius tradit, dum initio evangelii ita scribit: « quoniam multi

* Is. XXII. 13.

» ausi sunt 1) narrationem scribere rerum quas nos edocti fuimus 2), si-
» cut ii nobis tradiderunt, qui ab initio viderunt, et ministri fuerunt ser-
» monis; visum est et mihi, assecuto omnia a principio, diligenter ex or-
» dine tibi scribere, illustris 3) Theophile, ut cognoscas eorum verborum,
» de quibus eruditus es, veritatem. » Nam quod unusquisque sanctorum accepit, id ipsum immutabiliter tradit, propter doctrinae circa mysteria soliditatem. Horum mandat verbum (s. scriptura) ut simus discipuli, hosque decet nobis esse magistros, ad hos tantummodo nos accedere oportet, quia solis ipsis concreditum verbum fuit, verbum inquam omni laude ornandum. Hi sunt discipuli, non quia ab aliis audiverint, sed quia quum ipsi viderint ministrique sermonis fuerint, res a Christo auditas tradiderunt. Hi magna narraverunt miracula a Salvatore nostro patrata, aeternam eius divinitatem annuntiaverunt, carnalem eiusdem de virgine nativitatem descripserunt, et sancti paschatis sollemnitatem praedicarunt dicentes *: « pascha * I. Cor. V. 7.
» nostrum immolatus est Christus: » nempe ut nos singuli, immo et simul universi, et cunctae orbis ecclesiae, memores simul scriptum esse de Christo, quod a mortuis surrexerit, quodque de Davidis stirpe fuerit, ut est in evangelio, nequaquam obliviscamur, quod Paulus Corinthiis * significans tradidit, * I. Cor. XV. 4.
resurrectionem eius, inquam, qua destruxit illum qui habebat mortis impe-

1) Ex polysemo ἐπιχειρέω, *aggredior* vel *ausus sum*.
2) Ex πεπληροφορημένων, ut est in gr. At vulgatus lat. legebat πεπληρωμένων.
3) Ita textus syr. pskittus. Sed heic praefecte.

bebat, adversarium scilicet *; fecitque omnes nos secum resurgere, mortis vinculis resolutis: contulitque nobis benedictionem pro maledictione, gaudium pro tristitia, pro maerore festivitatem. Hac sancta paschatis exultatione, quam semper nostris in cordibus retinemus, omni tempore laeti erimus *, ut Paulus iubet: sine intermissione orantes, et de omnibus gratias agentes *: ac ne omittemus quidem tempus eiusdem denuntiare, sicut a patribus traditum accepimus. His superaddimus: nempe, ut apostolicis attendentes traditionibus, simus invicem memores in precum conventibus: et cum simul omnes festum celebrabimus, Domino gratias uno ore semper agamus. Sic eius gratia accepta, sanctos imitando, in Domino laudabimur quotidie 1), ut ait psalmista *: nimirum si prout decet sollemnitatem exegerimus, caelesti gaudio digni erimus.

* Hebr. II. 14.
* Philip. IV. 4.
* I. Thess. II. 13.
* Ps. XLIII. 9.

8. Nunc quoque quadragesimale tempus exordiemur die ·XIII· mensis phamenoth. Deinde ex ordine ieiunii abstinentiam prosequentes, sanctam paschatis hebdomadam incipiemus die ·XVIII· mensis pharmuthi: et die ·XXIII· ieiunia finientes, celebrataque dominica, die ·XXIV·, adiungemus his septem reliquas magnae pentecostes hebdomadas; gaudentes omnes atque exultantes in Christo Iesu domino nostro; per quem gloria sit et imperium Patri per Spiritum sanctum in saecula saeculorum. Amen.

Salutant vos, qui mecum sunt, fratres. Salutate omnes cum osculo sancto.

Explicit secunda epistola sancti Athanasii Alexandriae episcopi.

1) Ita Syrus, non *tota die*.

EPISTOLA III.

Epistola tertia festalis papae Athanasii, iuxta quam dominica paschatis erat die ·XVI· pharmuthi, ·III· idus aprilis, anno ·XLVII· Diocletiani, consulibus Annio Basso et Ablavio, praefecto Florentio 1), indictione ·IV· Ch. anno 331.

1. Rursus, fratres mei dilecti, appropinquat nobis dies ille festalis, in quo prae ceteris orare dignum est. Hunc lex celebrari iubet: et quamquam nos a noxiis hominibus impedimur, nihilominus haud sanctum nobis foret, silentio hunc diem premere, neque vobis, illorum causa, annunciare. Sed Deo gratias, qui consolatur humiles! Nos haudquaquam, ut accusatorum calumnias vitemus, silentium tenebimus; sed audito veritatis verbo, vobiscum in festali die exclamamus: universalis Deus praecipit dicens *: « celebrent filii Israhelis pascha. » Spiritus item in psalmo praedicat *: « canite tuba in mensis kalendis, in insigni die sollemnitatis vestrae. » Propheta autem exclamat *: « celebra, Iuda, festivitates tuas. Hanc ego vobis epistolam mitto, non quasi de re ignota, sed bene gnaris significo: ut nimirum sciatis, Deum nos vobis adstringere, etiamsi homines separaverint. Ipsa nos sollemnitas copulat, eundemque Dominum qualibet hora adoramus. Nos haud ideo festum agimus, quia dierum simus observatores; etenim novimus ab apostolo eos reprehendi, qui sunt huiusmodi, dicente *:

* Exod. XIII. 5.
* Ps. LXXX. 4.
* Nahum I, 15.
* Gal. IV. 10.

1) In chronico *Hygino*. Ergo vel *Florentius* eodem anno successit *Hygino*, vel mendum est.

« dies observatis, et menses, et tempora, et annos. » Sed festum hoc nunciamus, ceu satis notum diem, in quo omnes Deo ubique famulemur, eumque orationibus placemus. Beatus quippe Paulus dum huius gaudii propinquitatem significaret, haud dies denotavit, sed Dominum illum cuius causa festum agimus, aitque*: « pascha nostrum immolatus est Christus: » ut nos omnes Verbi aeternitatem contemplantes, ad famulatum eius accedamus.

*I. Cor. V. 7.

2. Quid est sollemnitas, nisi servitium ab anima exhibitum? Quid porro est hoc servitium, nisi iugis ad Deum oratio, et debita eidem gratiarum actio? Qui gratias non agunt, quoniam ab eo recesserunt, hi merito ab illius quoque laetitia excluduntur: ablatum est ex ipsorum ore gaudium et exultatio. Idcirco illud oraculum pacem ipsis esse non sinit*: « non est enim pax impiis, dicit Dominus: » atque ita opera faciunt tristitiae et doloris. Propterea ne ille quidem duodecim 1) talentorum debitor, cui in evangelio facta fuit remissio, gratias domino egit; et qui grandis debiti remissionem obtinuerat, levis debiti gratiam facere oblitus est; ideoque iustam retulit poenam prioris debiti persolvendi. Oportuerat enim, quemadmodum gratiam impetraverat, ita et ipsum conservi sui misereri. Ille item, qui acceptum talentum in sindone alligavit, atque humi obruit, aequum fuit ut tamquam

* Is. XLVIII. 22.

1) Matth. XVIII. 24. μυρία, *decem millia.*

ingratus reiiceretur, sibique dictum audiret *: «serve male et piger, sciebas * Matth. XXV. 26.
» quia ego meto ubi non seminavi, et congrego ubi non sparsi? Oportuit
» te committere pecuniam meam nummariis, ut veniens ego quod meum
» est reciperem. Auferte igitur ab eo talentum, et date ei qui habet decem
» talenta.» Aequum itaque fuerat, ut redditurus rem suam domino, beneficium simul eius qui dederat, reique collatae vim agnosceret. Nam qui dederat, durus non erat; secus enim, ab initio non dedisset. Ne id quidem, quod datum fuerat inutile erat aut sterile, neque vituperabile: sed et qui dedit bonus erat; et quod datum fuit, non erat fructu cariturum. Igitur sicut ille qui serendi tempore triticum supprimit, maledictus est, ut divinum proverbium ait *; sic ille etiam qui gratiam negligit, et sine cultura abdit, * Prov. XI. 26.
iure meritoque ceu nequam et ingratus abigendus erit. Contra autem laudat dominus illos qui lucrati fuerant, dicens *: «euge, serve bone et fidelis: * Matth. XXV. 23.
» quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gau-
» dium domini tui. »

3. Recte sapienterque actum est, ut illi cuncta ad lucrandum contulerint, quae acceperant, ut ait scriptura. Oportet itaque ut nos quoque, dilecti mei, cum Dei gratia, curramus neque desistamus; ne dum otiari volumus, gratia accepta se subducere incipiat; et ne hostis vacuos nos nudosque deprehendens, subingrediatur velut in illum de quo evangelium lo-

quitur*: « cùm daemonium ab eo exivisset, postquàm per inaquosa loca ex- » erravit, assumpsit secum alios septem spiritus ipso peiores; reversusque » invenit domum vacantem, ibique habitavit; et fuerunt novissima hominis » illius peiora prioribus. » Quippe a virtute recessus ingressum impuro spiritui praebet. Quapropter ne forte gratia sit nobis inutilis, apostolus discipulo suo scripsit peculiare praeceptum, ita tamen ut nos simul ad- hortetur dicens*: « noli negligere gratiam, quae in te est. Qui suam ope- » ratur terram, satiatur pane: viae autem otiosorum spinis occupantur*. » Atque ut nemo in illas incurrat, Spiritus nos praemonet dicens*: « novate » vobis novale, et nolite serere super spinas. » Qui spreta quam accepit gratia, in mundanas se curas ingurgitat, hic semet cupiditatibus tradit; atque ita superveniente persecutione, scandalum patitur, et infructuosus fiet. Quinam vero est huiusmodi pigritiae exitus? Propheta hunc significat dicens*: « maledictus homo, qui facit opera Domini negligenter. » Quod » in obsequium Domini fit, id attente est peragendum, absque pigritia, immo ferventer: ut consumpto omni per spiritus fervorem materiali peccato, ad Deum illum propinquare possimus, qui est ignis devorans, ut sancto- rum verba aiunt.

4. Quippe universalis ille Deus, qui fecit angelos suos spiritus, et cherubinos suos flammam ignis, in egressu ex Aegypto vetuit quominus huiusmodi hominum multitudo monti propinquaret, ubi eis legem laturus erat.

* Matth. XII. 43.
* I. Tim. IV. 14.
* Prov. XII. 11. XV. 19.
* Hier. IV. 3.
* Exod. XIX. 12.

At beatum illum Moysem, cuius ardens erat spiritus et gratia inextinguibilis, ad se vocabat dicens: unus accedat Moyses. Idcirco ille in caliginem ingrediebatur, et fumante monte nullum detrimentum capiebat; immo illinc probatior descendebat, propter Domini eloquia, quae sunt argentum electum et probatum terrae. Interea beatus Paulus, datam nobis Spiritus gratiam nolens frigescere, nosmet adhortans scripsit *: « Spiritum nolite extin- » guere. » Sic videlicet participes Christi permanebimus, si in Spiritûs initiatione usque ad finem consistemus. Dixit autem: nolite extinguere; non quod Spiritus in hominum potestate sit, aut aliquid ab eis pati possit; sed quia improbi atque increduli videntur in animo suo illum extinguere: et cum sint in impuris operibus inveterati, Spiritum persequuntur. Spiritus vero sanctus, qui dicitur correptionis, fraudem defugit, neque moratur in corpore culpae addicto, sed a mentibus intellectu carentibus recedit; quae cum iam non intelligant, fraudulentaeque sint, et peccati studiosae, quasi in tenebris ambulant, luce illa carentes, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Par ignis prophetam quoque Hieremiam contingebat, cum in eo verbum instar ignis fieret, aiebatque *: ego undique angustior, nec ferre queo. Noster autem dominus Iesus Christus, quia magnopere homines diligit, ut hunc ignem in terram iniiceret, venit, aitque *: « quid? » utinam iam arderet! » Ipse vult, teste Ezechiele *, paenitentiam hominis po-

* I. Thess. V. 19.

* Hier. IV. 31?

* Luc. XII. 49.

* Ezech. XVIII. 23.

tius quam eius mortem; adeo ut hominum malitia exuratur, atque anima purificata fructus iustitiae possit offerre; atque ita satum ab eo verbum, fructum ferat tricesimum, sexagesimum, atque centesimum. Sic Cleophas, quum initio ambigeret, gratiam referre non est visus; mox tamen propter
* Luc. XXIV. 32. Domini verba exardescens *, grati animi sui fructum obtulit. Beatus item Paulus, postquam hoc igne inflammatus fuit, carnis et sanguinis rationem non habuit; sed gratia agnita, exultavit in verbo. Secus vero, dissimiles his, leprosi illi novem, lepra mundati, grati erga sanatorem suum Dominum non fuerunt. Ille pariter Iudas, qui dignus apostolica sorte habitus fuerat, et Domini discipulus appellatus, postremo quum panem cum Domino nostro comedisset, calcaneum contra hunc levavit, et factus est proditor. Horum similes, vecordiae suae praemium capiunt: nempe expectatio illorum vana erit propter eorumdem ingratum animum, quia nulla ingrato homini spes superest. Eos vero qui divinum ignem neglexerint, alter potius ignis manebit; ignis inquam ille, qui est paratus diabolo et angelis eius. Huic igni par erit illorum exitus, qui adversus gratiam ingratos se praebent.

5. At enim fideles verique servi Domini, probe gnari quod Dominus gratos gratiae diligit, nullum praetermittunt tempus, quo Domino gratias laudesque non referant. Et sive tempora serena sint sive molesta, ipsi qui-

dem gratias laudationesque Deo extollunt 1); nullaque temporalium vicissitudinum ratione habita, Deum temporum dominum adorant. Primus quidem ille Iobus omnium constantissimus, qui in rerum abundantia versatus fuerat, ita censebat; dum angeretur, tolerabat; dum cruciaretur, gratias agebat. Sic etiam humilis ille David ipso tribulationis tempore psallebat dicens *: «benedico Dominum omni tempore.» Beatus denique Paulus, nulla propemodum in epistola a gratiis agendis desinebat; nec requiei indulgebat, immo vero gloriabatur in tribulationibus *: sciebat enim, quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem, spes autem non confunditur. Si nos itaque huiusmodi homines imitabimur, nullum nobis elabetur tempus, quo gratias non agamus. Et nunc quidem potissime cum tempus tribulationum est, quas haeretici adversus nos concitarunt, gratias agere Domino debemus, verba sanctorum usurpantes *: «haec omnia venie» runt super nos, nec obliti sumus te.» Iudaeorum autem exempla sectantes, qui nihil de animi vigore remittebant, cum Idumaeorum audaci impetu pulsarentur, et abs Hierusalem hostibus detrimenta paterentur, sed tunc impensius Deo canebant; ita et nos, fratres mei dilecti, cum a verbo Dei dicendo impedimur, tunc id vehementius praedicare debemus; et canere, cum tribulamur; ut digni simus contemptum atque aerumnam pro veritate

* Ps. XXXIII. 2.

* Rom. V. 3.

* Ps. XLIII. 18.

1) Ita Ioh. Chrysostomus; (ut est in eius nova vita apud nos, auctore Theodoro Trimithuntis episcopo) morti proximus in exilio, aiebat more sibi solito: δόξα τῷ Θεῷ πάντων ἕνεκεν, *gloria Deo propter omnia*; quibus in verbis vir divus et usquequaque mirabilis expiravit.

pati. Omnino quum damnis adficimur, tunc gratiae a nobis agendae sunt. Sic etiam beatus Paulus omni tempore gratias agebat; atque ut pari secum
* Phil. IV. 6. studio ad Deum accedamus, hortabatur dicens *: « petitiones vestrae cum » gratiarum actione innotescant apud Deum. » Vult autem ne umquam a
* I. Thess. V. 17. tali desiderio desinamus, dum ait *: « omni tempore gratias agite, sine in- » termissione orate. » Sciebat enim, quod dum fideles gratias agunt, potentes sunt: et quod dum exultant, moenia inimicorum pervadunt. Velut
* Ps. XLIII. 6. et XVII. 30. illi sancti, qui aiebant *: « tecum inimicos nostros expugnabimus; cum Deo » meo transgrediar murum. » Sic firmi semper perstantes, nunc praecipue, etsi multae tribulationes sunt, multique adversus nos furentes haeretici; nihilominus, fratres mei dilecti, cum gratiarum actione, quod nobis modo appropinquat sanctum pascha peragemus, succincti lumbos conscientiae nostrae, quemadmodum salvator noster Iesus Christus, de quo scriptum est *:
* Is. XI. 5. « iustitia erit cingulum lumborum eius, et fides cinctorium 1) renum eius. » Manu unusquisque tenentes virgam, quae de stirpe Iessae exiit, nostrosque
* I. Cor. V. 8. pedes evangelico apparatu calciantes, festumque agentes, ut ait Paulus *, non fermento vetere, sed azymo puritatis ac veritatis: promittentes insuper nosmet reconciliare in timore bono per Christum; a fide erga eum numquam desciscentes, nec cum haereticis nos polluentes, aut cum illis qui extra veritatem versantur, quorum desideria ac mores abiecti sunt: nec non

1) Syrus erat ܣܪܐ *sagitta*, levi scripturae mendo quod correximus.

in tribulationibus laetitia gestientes, ferream illam tenebrosamque praetergrediemur fornacem, ac sine detrimento tremendum illud rubrum mare tranabimus. Atque ita suffusos pudore haereticos spectantes, magnam illam cum beato Moyse laudem canemus, dicentes *: « laudemus Dominum, glo- * Exod. XV. 1.
» riose enim magnificatus est. » Sic cantantes, et peccatum nostrum submersum videntes, desertum quoque pertransibimus. Denique praevia nostra intra quadragesimam purificatione per preces, ieiunia, bonosque mores et opera, sanctum quoque intra Hierusalem pascha comedere nobis licebit.

6. Quadragesimae initium est die quinto mensis phamenoth. Et postquam his diebus purificati fuerimus, ut iam dixi, ac bene comparati, sanctae hebdomadae magni paschatis initium faciemus die pharmuthi decimo: quo tempore, fratres mei, exercere nosmet debemus assiduis orationibus, ieiuniis atque vigiliis, ut postes nostros pretioso sanguine possimus inungere, et exterminatorem vitare. Finiemus autem ieiunia die ·XV· pharmuthi. Et cum in vespere sabbati audiemus dicentes angelos *: « cur quaeritis viventem inter * Luc. XXIV. 5.
» mortuos? surrexit » statim nobis magna dominica illucescet, die inquam ·XVI· eiusdem mensis pharmuthi, quo Dominus noster resurrexit, qui nobis pacem cum proximis nostris donavit 1). Sic festum agentes iuxta eius voluntatem, et huic sanctae dominicae hebdomadas septem adiungentes, videlicet illius pentecostes, in qua Spiritus gratiam recipiemus, semper Do-

1) Nempe ante sacram synaxim mandatur in liturgiis fraterna condonatio.

mino gratias agemus; per quem gloria sit et imperium Patri per Spiritum sanctum in saecula saeculorum. Amen.

Salutate omnes cum osculo sancto. Salutant vos, qui mecum sunt, fratres. Oro, fratres mei dilecti, ut sitis incolumes, et nostri in Domino memores.

Explicit epistola tertia festalis sancti Athanasii.

EPISTOLA IV.

Epistola quarta festalis papae Athanasii de dominica paschatis, quae erat die ·XVII· pharmuthi, ·IV· nonas aprilis, anno ·XLVIII· Diocletiani, consulibus Papinio Pacatiano et Maecilio Hilariano, praefecto Hygino, indictione ·V· Hanc epistolam misit de comitatu per officialem.

Chr. anno 332. 1. Sero quidem, et consuetum extra tempus, scribo vobis, dilecti mei; sperans tamen vos mihi hanc tarditatem condonaturos, habita magnae longinquitatis ratione, nec non eius quae me male habuit infirmitatis. Utroque hoc videlicet impedimento retentus fui, nec non et hiemis asperitate, quominus litteras ad vos darem. Sed tamen etsi longe absum, et adhuc morbo conflictor, non ideo sum oblitus festale tempus vobis significare; gnarus quippe consuetudinis, officio meo defungor. Quamquam epistola ultra solitos significandi limites exarata sit, nihilo tamen minus hoc idoneum tempus esse

videtur festalem hymnum canendi, cum hostes ignominia affecti sunt, atque ab ecclesia reprehensi, propter actam adversus nos gratuitam persecutionem. Tempus, inquam, est repetendi illud contra Pharaonem canticum, dicendo *: «cantemus Domino, gloriose enim magnificatus est: equum » et ascensorem deiecit in mare. »

* Exod. XV. 1.

2. Bene est, dilecti mei, nos de festo ad festum pervenire; ita tamen, ut festales conventus ac vigiliae pacificae mentem nostram excitent, nostrumque intellectum impellant ad bonarum rerum contemplationem. Ne, quaeso, his diebus utamur ad fovendam tristitiam, sed ad nutriendam solatio animam, atque orandum ut corporis concupiscentia sedetur. Hisce actibus hostes quoque superare poterimus, aeque ac beata Iuditha, quae ieiuniis precibusque exercita, hostes devicit, et Holophernem interemit. Ita se gessit beata quoque Esther, proximo iam totius gentis suae exterminio, et israhelitici populi imminente excidio, quum aliter tyranni ira compesci nequiret nisi ieiunio ac precibus ad Deum fusis; atque ita populi salutem cum eiusdem internecione commutavit. Iam ut huiusmodi dies, festorum loco ab Israhele haberentur, diserte festa antiquitus appellata sunt; cum videlicet hostis destruebatur, populi periculum expediebatur, Israhel denique salvabatur. Propterea ut festum huiusmodi celebraretur, beatus Moyses magnum paschatis festum praefiguravit, quia Pharaone pariter interempto subductus fuit servituti populus. Sed

enim haec nonnisi idemtidem olim fiebant: quando scilicet noxii populo tyranni destruebantur, tunc festa pro tempore ac sollemnitates celebrabantur.

3. Nunc vero postquam inimicus universi orbis tyrannus interemptus fuit, nequaquam, dilecti mei, temporaneo festo intersumus, sed aeterno illi ac caelesti; quod nos figuris haud portendimus, sed re vera peragimus. Tunc carnis agni irrationalis esu festum diem celebrabant, unctisque illius cruore stipitibus exterminatorem fugabant. Nunc autem cum Patris Verbum comedimus 1), cordiumque nostrorum labia novi sanguine testamenti signa-
* Luc. X. 19. mus, datam nobis a Salvatore gratiam agnoscimus, qui ait*: «ecce dedi vobis » calcare supra serpentes ac viperas, et supra omnem inimici potestatem.» Haud ulterius mors dominabitur, sed morti vita succedit, quia idem Dominus ait: «ego sum vita.» Omnia scilicet nunc laetitia redundant ac gestiunt,
* Ps. XCVI. 1. sicut iam scriptum fuit: «Dominus regnavit, exultet terra*.» Tunc mors regnabat, cum in Babylonis fluminum ripis sedentes flebamus, et in captivitatis amaritudine tristabamur. Nunc vero morte regnoque adversarii destructis, copiosa laetitia gaudioque cumulata sunt omnia. Neque in Iudaea tantum notus est Deus, sed in omnem terram exivit vox eorum, et scientia Domini universus orbis plenus est. Ceteroquin exploratum est, dilecti mei, oportere nos, qui huiusmodi festo intersumus, conscientias nostras induere haud sordidatis vestibus, sed puris omnino indumentis ornare in hoc domini nostri

1) Observemus heic et postea Athanasii testimonium de sacrosancta Eucharistia.

Iesu (die), ut cum eo reapse festum agitare possimus. Utique sic induimur, cum virtutem diligimus, et vitium aversamur: cum castitatem servamus, et lasciviam omittimus: cum iniquitati iustitiam praeferimus: cum necessariis contenti, animum potius nostrum corroboramus: cum pauperum non obliviscimur, sed unicuique fores nostras patere volumus: cum nostrum animum studemus demittere, ac superbiam detestari.

4. Israhel quoque ritum hunc sedulo olim tamquam in figura exercebat, et festis intererat: attamen hae res tunc velut umbra ac repraesentatio quaedam erant. Nos vero, dilecti mei, pulsa umbra, consumptisque figuris, haud iam hoc festum ceu figurativum reputare debemus, nec velut in terrestri Hierusalem ad paschale altare conscendere, iuxta indeterminatum Iudaeorum pervigilium, timentes ne decurrente tempore, videamur extra tempus operari; sed omittendae a nobis figurae sunt, apostolorum exemplo, et illud canticum novum cantandum. Quam rem cum iidem apostoli futuram praesensissent, seque sodales veritatis fecissent, ad Salvatorem nostrum accedentes dixerunt *: ubinam vis pascha tibi paremus? Quippe ea res terrenae Hierusalem gratia iam non fiebat, neque festi illic tantummodo celebrandi voluntas erat, sed ubicumque Deo placeret: ipse autem ubique id fieri volebat, atque omni loco tus sibi et sacrificium offerri. Olim quidem, ut historia tradit, paschatis festum nusquam extra Hierusalem transferre li- * Luc. XXII. 9.

cebat: sed enim postea, temporaneis rebus dilapsis, figurisque conclusis, quia praedicatio evangelii quaqueversus dilatanda erat, ideoque hoc etiam festum nullo non loco a discipulis propagandum; propterea Salvatorem rogarunt: ubinam vis paremus? Ipse vero Salvator noster a figurato pariter ad spiritale transiliens, promisit eis fore ut non agni carnem deinceps comederent, sed sui ipsius dicentis: accipite, comedite, et bibite; hoc est corpus meum et sanguis meus.

5. Quum nos his pariter, dilecti mei, vescemur, tunc enimvero paschatis sollemnitatem complebimus; capto initio a die pharmuthi primo, et in sexto eiusdem mensis ieiunia finiemus, sabbati vespere. Sanctus autem dominicae dies illucescet nobis die eiusdem pharmuthi septimo Deinde certis evolutis diebus, sanctae pentecostes sollemnia agemus; quorum dierum periodo futurum mundum innuimus, in quo cum Christo semper versantes, universalem Deum laudabimus per Christum Iesum; perque hunc cum sanctis dicemus Domino: amen.

Salutate omnes cum osculo sancto: salutant vos cuncti, qui mecum sunt, fratres. Hanc epistolam misimus vobis ex comitatu per officialem nobis ab eo concessum, qui vere Deum timet, id est ab Ablavio praetorii praefecto. Ego porro in comitatu versor, quia ad imperatoris Constantini conspectum vocatus fui. Sed enim qui heic degunt Meletiani pugnant,

invident, adversantur nobis apud imperatorem; attamen ignominia notati pulsique hinc fuerunt, ceu calumniatores, et multis de rebus obiurgati. Pulsi vero nominatim fuerunt Callinicus, Ision, Eudaemon, et Geloeus 1) Hieracammon, qui nominis sui pudens, Eulogium se appellandum curavit.

Sancti Athanasii quarta epistola festalis explicit.

EPISTOLA V.

Haec est Athanasii quinta epistola, in consulatu Dalmatii et Zenophili, Paterno praefecto, indictione ·VI·, cum esset dominica paschatis ·XVII· kal. maii, nempe ·XX· pharmuthi, lunae ·XV·, epacta ·XX·, Deorum septimo, Diocletiani anno ·XLIX· Ch. anno 333.

1. Praeclarum est, fratres mei, ab uno ad aliud festum pervenire, ab una ad aliam transire orationem, ab uno ad aliud ieiunium, ab una denique ad aliam sollemnitatem. Adest videlicet rursus illud tempus, quod nobis novum initium adfert, beati nempe notitiam paschatis, in quo Dominus fuit immolatus. Nos utique vescimur, tamquam vitae cibo, animamque nostram pretioso illius sanguine semper oblectamus, ceu fonte quodam; et nihilominus semper sitimus, semperque ardemus. Ipse vero sitientibus adest, et ob suam benignitatem diei festali admovet illos qui sitientia vi-

1) Nempe Γελοῖος, *ridiculus*.

scera habent, iuxta eiusdem Salvatoris nostri effatum *: si quis sitit, veniat ad me et bibat. Non nunc tantummodo cum quisque accedit, sitim suam extinguit; sed quotiescumque etiam aliquis petit, libenter ei conceditur, ut ad Salvatorem accedat 1). Gratia festi haud uno tempore coarctatur, neque splendidus eius radius occasum patitur, sed semper in promptu est illorum menti illuminandae qui cupiunt. Pollet autem continua virtute erga illos, qui illuminatam mentem gerunt, et divinis libris attendunt diu noctuque; velut homo ille qui beatus appellatur, prout in sancto psalmo scriptum est *: « beatus vir, qui non abiit in consilium impiorum, » et in via peccatorum non stetit, et in cathedra pestilentium non sedit; » sed in lege Domini voluntas eius est, et in lege eius meditatur die ac no» cte. » Non hunc sol illuminat, vel luna, vel aliorum siderum turba; verum is excelsis Dei universalis radiis resplendet.

* Ioh. VII. 37.

* Ps. I. 1.

2. Porro ille Deus, dilecti mei, qui initio festum hoc nobis instituit, ut id quotannis peragatur concedit. Ipse qui filium suum morti tradidit, propter (nostram) salutem, eadem de causa sanctum festum largitur, quod in anni cursu notatur, et circa hoc tempus semper nunciatur. Festum hoc regit nos per occurrentes nobis in hoc mundo aerumnas: et nunc laetitiam nobis salutis confert Deus ex hoc festo emicantem, dum nos ad unum consessum adducit, cunctos spiritaliter ubique copulans, nobisque com-

1) Animadverte morem concedendi omni tempore, etiam extra pascha, eucharistiam petentibus.

muniter orare concedens, communesque gratiarum actiones persolvere, prout in festo factitare opus est. Hoc est benignitatis eius miraculum: ipse scilicet ad hoc festum longinquos congregat: et eos qui forte corpore remoti sunt, fidei unitate proximos facit.

2. Agesis itaque, dilecti mei, quid ni gratiam festi huius, ut par est, agnoscimus? Quid ni rerum adeo pulcrarum auctorem remuneramur? Deum sane pro merito remunerari, impossibile est; verum enimvero acceptum donum non grate agnoscere, ea demum iniquitas est. Natura quidem impossibilitatem prodit, sed libera nostra voluntas ingratum animum arguit. Ideo etiam beatus Paulus divini magnitudinem doni admirans aiebat: et ad haec quis idoneus *? Is terrarum orbem Salvatoris nostri sanguine redemit, * II. Cor. II. 16.
inferos item Salvatoris nostri morte conculcandos curavit, caeli ianuas patefecit, perque Dominum nostrum viam absque ullo impedimento ascendentibus munivit 1). Interim sanctorum quidam de hoc beneficio cogitans, nec Dominum remunerari valens, aiebat *: « quid retribuam Domino pro * Ps. CXV. 12.
» omnibus, quae retribuit mihi? » Pro morte vitam, pro servitio libertatem, pro inferis caeli regnum contulit. Antea regnabat mors ab Adam usque ad Moysen *; nunc divina vox insonuit: « hodie mecum eris in * Rom. V 14.

1) Laudavit olim hunc locum Indicopleustes ed. p. 316, et cod. vat. f. 122. b. Τοῦ αὐτοῦ (Ἀθανασίου) ἐκ τῆς ἑ ἑορταστικῆς. Καὶ πρὸς ταῦτα τίς ἱκανός; τὸν μὲν γὰρ κόσμον τῷ αἵματι τοῦ σωτῆρος ἠλευθέρωσεν· τὸν ἅδην πάλιν τῷ τοῦ σωτῆρος θανάτῳ πατεῖσθαι δέδωκεν, καὶ εἰς τὰς οὐρανίους πύλας ἀνεμπόδιστον τοῖς ἀνερχομένοις τὴν ὁδὸν παρασχών. (Textus hic apud Montfauconium non differt a codice vaticano).

* Luc. XXIII. 43. * Ps. XCIII. 17. » in paradiso *. » Revera et sancti illi, rem experti aiebant *: « nisi quia » Dominus adiuvit me, paulo minus habitasset in inferno anima mea. » Et nihilominus cum se (David) ineptum retribuendo sensit, gratiam agnovit, * Ps. CXV. 13. sibique diffidens dixit *: « calicem salutaris accipiam, et nomen Domini in- v. 15. » vocabo. Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius *. » Ad calicem * Matth. XX. 22. quidem quod attinet, ipse etiam Dominus aiebat *: «potestis bibere calicem, » quem bibiturus sum? » Et cum discipuli adfirmarent, Dominus ait *: « calicem quidem meum bibetis; sed sedere ad dexteram meam vel sini- » stram meam, non est meum dare, nisi illis quibus id paratum est. »

3. Ergo tenero erga gratiam animo simus, dilecti mei; et quamquam retribuendo impares sumus, pro viribus ad id connitamur. Etsi autem natura res tantas digne verbis remunerari nequit, attamen dum in timore bono versamur, gratias agamus. Quandonam autem in timore bono versamur, nisi cum gratiores erga illum Deum sumus, qui benignitate sua talia nobis contulit? Sic morigeri legem observare debemus, atque eius mandata custodire; praecipue ne ingrati extra legem nosmet esse putemus, et nefanda perpetremus. Deus gratum animum diligit: et cum nobis omnino diffidimus, tunc utique nostras animas Domino offerimus, more sanctorum: quia non nobis vivimus, sed Domino qui pro nobis mortuus est; prout se * Gal. II. 19. gessit etiam beatus Paulus dicens *: « Christo confixus sum cruci. Vivo » ego, sed non ego, vivit vero in me Christus. »

4. Vere exploratum est, dilecti mei, debere nos corporis rebus abrenunciare, atque in iis tantummodo quae sunt Salvatoris nostri exerceri. Iam et tempus a nobis postulat, ut non eiuscemodi verba tantum dicamus, sed etiam operibus sanctos homines imitemur. Imitamur autem, cum eum qui mortuus est recognoscimus, nec nobis vivimus, sed ipse vivit in nobis Christus; et cum Dominum omni vi nostra remuneramur. Si autem retribuemus, nihil nostrum conferemus, sed quod ab eo accepimus; quae quum eius gratia sit, ipse a nobis gratiam suam reposcit; ac propterea dicit: oblationes mihi exhibitae, munera mea sunt; id est quod mihi tribuitis, id a me antea acceperatis. Dona autem Dei sunt quaelibet virtus, verusque ac bonus timor ipsius. Haec offeramus Domino; et cum in timore bono comperti fuerimus, una cum iis rebus, quas ipse nostri causa sanctificavit 1), festum ei celebrabimus. Ita nos in ieiuniis sanctis gerere debemus, prout sunt ab eo instituta, quorum ope viam ad Deum inveniemus: non tamen velut ethnici aut contumaces Iudaei, aut hodierni haeretici, vel sectarum alumni. Ethnici quidem scopum festi in epularum copia positum aestimant: Iudaei figura et umbra decepti, idem opinantur: sectarum vero alumni, separatis locis vanisque sententiis (aberrant.) Nos autem, fratres

1) Intellige eucharistiam in paschate a fidelibus sumendam.

mei, ethnicos superamus, festum agendo cum animae puritate corporisque munditia: Iudaeos item, quia iam figuram aut umbram non admittimus, sed vera luce splendemus, solemque iustitiae aspicimus: sectarum denique alumnos, quia Christi tunicam non discindimus, sed una in domo, in ecclesia nempe catholica, pascha Domini illius comedimus, qui sanctarum legum suarum constitutione nos ad virtutem dirigit, atque abstinentiam sollemnitati debitam suadet. Vere pascha est a malo abstinentia, virtutis exercitium, et a morte ad vitam transitio. Hoc homo ab antiqua discit figura: tunc enim ex Aegypto Hierosolymam transire studebant; nunc nos de morte ad vitam transimus: tunc a Pharaone ad Moysen; nunc a diabolo ad Salvatorem. Et quemadmodum tunc praestiti auxilii typus quotannis repraesentabatur, ita nunc quoque salutem nostram commemoramus. Ieiunamus, quia de morte cogitamus, ut postea vivere possimus. Vigilamus haud moesti, sed veluti dominum de convivio redeuntem expectantes, ut invicem videamus, et victoriae signum adversus mortem quantocius nunciemus.

5. Utinam, dilecti mei, prout sacra doctrina requirit, sic omni tempore, et nunc maxime, ita nos geramus vivamusque, ne umquam pulcrorum Dei operum obliviscamur, neque a virtutis exercitio desinamus, ceu apostolica

verba nos monent *: « mementote Iesu Christi, qui a mortuis resurrexit. » Sane definitum tempus non statuit (apostolus) huius recordationis; nos tamen nostris cogitationibus semper hanc versare debemus, et de multorum socordia quotidie dolere. His ergo diebus rei initium faciamus, quandoquidem commemorationis tempus adest, quod sanctis hominibus vocationis praemium ostendit, negligentes autem non sine reprehensione adhortatur. Ceteris vero diebus virtutis cursum teneamus, patratorum flagitiorum paenitentes, uti par est, quaecumque ea fuerint: nemo enim mundus est a sordibus, tametsi unius horae vita eius in terra fuerit, ut omni virtute praeditus testatur Iobus *. Deinde ad res futuras animum convertentes, oremus ne indigne pascha comedamus, et ne periculis irretiamur. Pascha quidem, esca caelestis erit pure festum agentibus; impuris autem et aspernantibus, periculum atque ignominia. Scriptum est enim *: qui manducat et bibit indigne, reus erit mortis Domini nostri. Igitur ne simpliciter ad festalis ritus celebrationem veniamus; sed ut idonei simus ad divinum agnum accedere, et caelestes escas attingere, manus nostras purificemus, corpus mundemus, et omni fraude expertem conscientiam teneamus. Ne, quaeso, ad ebrietatem laxemur neque ad concupiscentias, sed cum Domino nostro et cum divinis doctrinis confabulemur; ut usquequaque puri, possimus fieri Verbi participes.

* II. Tim. II. 8.

* Iob. gr. XIV. 4.

* I. Cor. XI. 27.

6. Die autem ·XIV· pharmuthi, vespere sabbati, sanctum ieiunium incipientibus, et eiusdem mensis pharmuthi die ·XIX· finientibus, illucescet no-

bis sancta dominica, die eiusdem pharmuthi ·XX· : cui adiungentes septem illas pentecostes hebdomadas, in orationibus, communione cum proximo, et voluntate omnino pacifica, regni quoque caelestis heredes fiemus, per dominum nostrum Iesum Christum, per quem gloria sit et imperium Patri in saecula saeculorum, amen. Salutant vos cuncti, qui mecum sunt, fratres. Salutate invicem omnes cum osculo sancto.

Explicit quinta epistola sancti Athanasii.

EPISTOLA VI.

Chr. anno 334. Haec est sexta papae Athanasii epistola, iuxta quam (paschatis) dominica erat die ·XII· pharmuthi, ·VII· idus aprilis, lunae ·XVII·, Diocletiani anno ·L·, consulibus Optato Patricio et Anicio Paulino, praefecto Philagrio 1) cappadoce, indictione ·VII·

1. Deus nunc etiam, dilecti mei, ad sollemnitatis tempus nos deduxit, suaque benignitate ad hunc consessum pervenire providit. Deus ille, qui Israhelem ex Aegypto eduxit, idem nos ad sollemnitatem nunc invitat. Is ore Moysis dixit *: «observa mensem novarum frugum 2), ut fa-

* Deut, XVI. I.

ܠܡܕܪܐ ܘܢܫܬܘܬܦ ܠܡܠܟܘܬܐ. ܡܢ ܡܥܢܝܢ ܒܝܘܡܐ ܩܕܝܫܐ ܕܐܪܒܥܣܪ ܒܦܪܡܘܬܝ
ܒܙܒܢܐ ܕܫܒܬܐ: ܘܡܬܬܠܝܢ ܠܫܒܬܐ ܒܗ ܡܢ ܒܗ ܒܥܣܪܝܢ ܒܦܪܡܘܬܝ: ܘܢܗܘܐ ܠܢ
ܚܕ ܒܫܒܐ ܩܕܝܫܐ. ܒܥܣܪܝܢ ܒܗ ܡܢ ܒܗ ܒܦܪܡܘܬܝ ܝܪܚܐ. ܘܢܗܘܐ ܡܬܬܠܝܢ
ܠܗܠܝܢ ܫܒܥܐ ܫܒܘܥܐ ܕܦܢܛܝܩܘܣܛܝ: ܒܨܠܘܬܐ ܘܫܘܬܦܘܬܐ ܕܥܡ ܩܪܝܒܐ.
ܘܒܨܒܝܢܐ ܕܟܠܗ ܫܝܢܐ: ܘܝܪܬܐ ܗܘ ܕܡܠܟܘܬܐ ܕܡܢ ܫܡܝܐ. ܢܗܘܐ ܒܝܕ ܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ
ܕܒܗ ܠܐܒܐ ܫܘܒܚܐ ܘܐܘܚܕܢܐ: ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ ܐܡܝܢ. ܫܐܠܝܢ ܒܫܠܡܟܘܢ ܐܚܝܢ ܟܠܗܘܢ ܕܥܡܝ
ܘܐܚܝܐ. ܫܐܠܘ ܒܫܠܡܐ ܚܕ ܠܚܕ. ܟܠܟܘܢ ܐܚܐ ܕܥܡܝ ܒܫܒܬܐ
ܘܫܐܠܘ ܒܢܘܫܩܬܐ ܩܕܝܫܬܐ..

ܫܠܡܬ ܐܓܪܬܐ ܚܡܝܫܝܬܐ ܕܩܕܝܫܐ ܐܬܢܐܣܝܘܣ ✠

ܗܕܐ ܐܝܬܝܗ̇ ܫܬܝܬܝܬܐ ܕܦܦܐ ܐܬܢܣܝܘܣ ܕܒܗ̇ ܚܕ ܒܫܒܐ ܒܬܪܥܣܪ ܒܦܪܡܘܬܝ ܩܕܡ
ܫܒܥܐ ܐܝܕܘܣ ܐܦܪܝܠܝܣ ܒܣܗܪܐ ܫܒܥܣܪ. ܫܢܬ ܚܡܫܝܢ ܕܕܝܘܩܠܛܝܢܘܣ
ܒܗܘܦܛܝܐ ܕܐܘܦܛܛܘܣ ܦܐܛܪܝܩܝܘܣ ܘܐܢܝܩܝܘܣ ܦܐܘܠܝܢܘܣ ܟܕ ܗܦܪܟܘܣ
ܦܝܠܐܓܪܝܘܣ ܩܦܘܕܩܝܐ ܗܦܪܟܘܣ. ܐܝܢܕܝܩܛܝܘܢ ܫܒܥܐ ✠

ܐܠܗܐ ܐܦ ܗܫܐ ܚܒܝܒܝ. ܠܙܒܢܐ ܕܥܐܕܐ ܐܝܬܝ ܠܢ. ܘܒܛܝܒܘܬܗ ܐܣܦܩ ܕܢܬܟܢܫ.
ܠܟܢܘܫܝܐ ܗܢܐ ܕܡܛܝܢ. ܐܠܗܐ ܓܝܪ: ܗܘ ܕܠܐܝܣܪܝܠ ܐܦܩ ܡܢ ܡܨܪܝܢ: ܗܘ ܐܦ
ܗܫܐ: ܠܥܐܕܐ ܩܪܐ ܠܢ. ܡܢ ܦܘܡܐ ܓܝܪ ܕܡܘܫܐ ܐܡܪ: ܛܪ ܝܪܚܐ ܕܚܕܬܐ. ܘܥܒܕ
ܠܡܪܝܐ ܐܠܗܟ ܦܨܚܐ. ܟܕ ܢܒܝܐ ܕܝܢ ܕܘܝܕ ܡܙܡܪ ܗܘܐ. ܩܥܘ ܒܫܝܦܘܪܐ ܒܝܪܚܐ.

1) In chronico erat *Paterno* non *Philagrio*. — 2) Syrus tantum *novarum*, ut graecus νέων, sed

» cias pascha domino Deo tuo.» Idem etiam per prophetam ait *: « celebra, * Nahum I. 15.
» Iuda, festivitates tuas, et persolve Domino vota tua. » Si Deus ipse festo oblectatur, atque ad id invitat, haud oportet, fratres mei, demorari, neque negligere, sed hilariter seduloque ad hoc convenire; ut hinc sollicite incipientes, festi illius caelestis arrham capiamus. Si diligenter festum heic agemus, sine dubio gaudium illud perfectum in caelo adsequemur, velut ipse Dominus dixit *: « desiderio desideravi hoc pascha manducare vobis- * Luc. XXII. 15.
» cum, ante quam patiar. Dico enim vobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno Dei. » Comedemus autem hoc, si mente causam festi comprehendemus, si auxilii auctorem agnoscemus, atque ut decet in eius gratia vivemus; celebrantes, ut ait Paulus *, non fermento * I. Cor. V. 8.
vetere, neque fermento malitiae, sed azymis puritatis et veritatis. Mortuus est his diebus Dominus, ne ulterius opera mortis ageremus: animam suam tradidit, ut nostram incolumem ab inimici machinationibus conservaremus. Quodque mirum est, Verbum fuit in carne, ne nos ulterius essemus in carne; atque ut in spiritu constituti, Deum qui spiritus est adoremus. Si quis autem non ita se comparat, sed his diebus abutitur, hic non agit festum, sed quasi incredulus gratiam incusat; mavultque honorare dies, quam Domino illi supplicare, qui salutem per hos dies largitus est. Homo

subintelligitur *frugum*. Sic dicendum fuit etiam in epistola I. p. 29. v. 3.

huiusmodi sine dubio, quamquam agere festum putat, apostolicis verbis
* Gal. IV. 10. se reprehensum audiret *: « vos dies observatis, et menses, et tempora,
» et annos. Timeo ne forte apud vos frustra laboraverim. »

2. Festum hoc non dierum gratia fit, sed Domini illius causa sollemnes sumus, qui in his passus est : « pascha nostrum immolatus est Chri-
» stus. » Sic Moyses Israhelem increpans, quominus festum fieri crederet
* Exod. XII. 11. dierum gratia, sed propter Dominum, aiebat *: « pascha Domini est. » Et Iudaei quidem celebrare se pascha credebant; sed quia Domino adversabantur, inutile ipsis festum erat. Et quamquam nomen Domini non erant obliti, sed confitebantur, attamen pascha Domini non erat, sed Iudaeorum. A Iudaeis, fratres mei, dicebatur pascha; sed quia negabant paschatis Dominum, ideo idem Dominus ab hac illorum credulitate vultum
* Is. I. 14. avertebat, aiebatque *: « anima mea mensium vestrorum kalendas et heb-
» domadas odit. »

3. Nunc quoque idem Dominus illos increpat, qui pascha Iudaeorum more celebrant; ut ex illorum leprosorum casu cognoscitur, qui mundati fuerunt; quia nimirum Dominus ex his unum ob eius gratum animum adamavit; alios autem acerbe tulit, qui ob suam vecordiam beneficii auctorem non agnoverant, sed sanitatem a lepra suam, sananti praetulerunt. Quippe ex his unus, cognita propria sanitate, regressus est magna Deum voce collaudans; et ad Iesu pedes abiectus, gratias ei egit; erat autem hic
* Luc. XVII. 17. samaritanus. Iesus vero respondit dicens *: « nonne decem mundati sunt ?

» novem autem illi ubinam? Non inventi sunt qui redirent, et darent glo-
» riam Deo, nisi hic alienigena?» Ille vero qui mundatus lepra fuerat,
audiit prae ceteris a Domino: « surge, vade; fides tua salvum te fecit *. » v. 19.
Iam qui gratias agit, et qui laudat, fratres veluti sunt, qui invicem conspi-
rant ad benedicendum auxilii auctori, ob ea quae feliciter experti sunt. Si-
cuti ad hoc apostolus unumquemque adhortatur dicens *: « glorificate Deum * I. Cor. VI. 20
» corpore vestro. » Et propheta id inculcat dicens *: « date laudem Deo. » * Ps. LXV. 2.
Etsi autem testimonium a Caipha dictum fuit adversus Salvatorem nostrum,
idemque a Iudaeis contumeliam passus, et a Pilato his diebus damnatus,
sublimior tamen potentiorque est illa Patris vox ad eum demissa *: « cla- * Ioh. XII. 28.
rificavi, et iterum clarificabo. »

4. Num vero quae pro nobis passus est (Iesus) transitoria sunt? Im-
mo vero Salvatoris nostri res in aeternum manebunt. Propterea, fratres
mei, harum rerum memores, ne nosmet epulis addicamus, sed Domino
laudes dicamus. Sponte nosmet aspernemur propter eum qui pro nobis mor-
tuus est, sicut ait Paulus *: « sive enim mente excedimus, Deo: sive so- * II. Cor. V. 13.
» brii sumus, vobis. Quoniam si unus pro omnibus mortuus est, ergo
» omnes mortui sunt, et pro omnibus ipse mortuus est: ut et nos qui
» vivimus, iam non nobis vivamus, sed ei qui pro omnibus mortuus est
» et resurrexit. » Non nostri gratia, sed ut servi vivere Domino debemus.
Ne, quaeso, in cassum gratiam recipiamus; praesertim cum sit tempus ac-

ceptabile, quo mors Salvatoris nostri tamquam dies salutis apparuit. Cum Verbum nostri causa descenderit; et incorruptibile cum esset, corruptibile sibi corpus induerit propter nostrûm omnium salutem, ideo Paulus con-
1. Cor. XV. 53. fidenter dixit: « oportet hoc corruptibile, sibi induere incorruptionem. » Et interfectus fuit Dominus, ut sanguine suo mortem extingueret. Merito itaque quodam in loco reprehendit eos, qui frustra participant sanguinis
Ps. XXIX. 10. eius effusionem, neque Verbi carne delectantur: « quae utilitas in sanguine » meo, dum descendo in corruptionem? » Certe utilitate non caruit Domini descensio, immo orbi universo utilitatem peperit. Iam cum ipse ita sit passus; ii qui peccant, malint ne amittere an lucrari? Utilitatem ac peculiare lucrum ipse nostram salutem reputat; secus vero, nostram damnationem.

5. Idem in evangelio ceu lucrificos ac fructuosos eos commendat, qui gratiam duplicaverunt, ceu fuit ille qui de quinque talentis, decem; et alius qui de duobus, quatuor effecit. At illum qui talentum occuluit, tamquam
* Matth. XXV. 26. perditorem obiurgat dicens*: « serve male, nonne oportuit, te pecuniam » meam committere nummulariis, et veniens ego recepissem utique quod » meum est cum eiusdem usura? Tollite itaque ab eo talentum, et date ei » qui decem talenta habet. Nam qui habet, datur ei, et cumulatur: ab » eo autem qui non habet, etiam illud quod habet, aufertur. Et ducite

» servum inutilem ad tenebras exteriores: ibi erit fletus et stridor dentium.» Haud vult esse inutilem quam accepimus gratiam, sed sedulo a nobis fructum eius proprium retribui, quem Paulus beatus dixit *: « fructus Spiritûs est caritas, gaudium, atque pax. » Propter hanc ergo bonam voluntatem, neminem fraudabat, sed unicuique suum tribuebat; cuius honestatis magistrum se fecit, dicens *: « reddite omnibus debita. » Similis nimirum illis erat, quos dominus misit ad exigendos ab operariis vineae fructus; ideoque unumquemque ad satisfaciendum cohortabatur. Sed enim Israhel satisfacere contempsit, quia honestus non erat; immo illos interfecit qui missi fuerant; sicuti ne vineae quidem dominum reveritus est, qui ab illis fuit interemptus. Quamobrem cum ipse venit, nec fructus apud ipsos reperit, in ficulnea (eis) maledixit dicens *: «numquam ex te fructus nascatur. » Et continuo infructuosa atque mortua evasit ficulnea; ceu reapse mirati sunt discipuli, postquam exaruit.

* Gal. V. 22.

* Rom. XIII 7.

* Matth. XXI. 19.

6. Tunc prophetae dictum completum est *: « perdamque ex eis vo- » cem gaudii et vocem laetitiae, vocem sponsi et vocem sponsae, odo- » rem opobalsami 1) et lumen lucernae, et erit universa terra in solitu- » dinem. » Abolitum est ipsis legis ministerium, et abhinc usque in aeternum sine festo erunt: patriaque carentes, et quaqueversus errantes, pascha non faciunt, et contra legis fas comedunt azymum, quia iam eis non licet agnum sacrificio offerre, prout etiam de azymo comedendo constitutum

* Hier. XXV. 10.

1) Ita syrus, ex graeco vulgato ὀσμὴν μύρου, cui consonat interpres arabicus in Polyglottis.

illis fuit. At ipsi ubique legem violant; Deique iudiciis sic est decretum, ut pro gaudii diebus, dies moestitiae transigant. Causa autem ipsis horum fuit, Domini occisio, et quia Unigenitum non sunt reveriti. Ideo patiuntur haec. Scelesti autem haeretici, et temerarii sectarum alumni, illi quidem Verbum interficientes; hi autem tunicam illius scindentes, ipsi quoque a sollemnitate excludentur, quia sine bono timore vivunt ac sine intellectu; sed latronem aemulantur Barabbam, quem Iudaei loco Salvatoris condonari sibi postularunt. Ideo ipse Dominus haud secus quam ficulneae illis maledixit 1); ita tamen ob suam clementiam misertus eorum est, ut radicitus perire noluerit. Radici enim non maledixit, sed ne quisquam ex eius deinceps fructu comederet, curavit. Hoc acto, umbraque arescere iussa, hanc utique abolevit, sed radicem retinuit, donec huic nos insereremur: illi au-
* Rom. XI. 23. tem, nisi forte in incredulitate permanserint, in olivam suam inserentur *. Interim illis Dominus propter pigritiam maledixit.

7. Transactae sunt kalendae, verusque agnus qui vere pascha est, ad nos venit. Dies sollemnis adest, quo festum tubâ proclamandum est, quo nos ad Deum gratiarum agendarum causa convertamur, atque ipsum paschatis nostri loco habeamus. Festum Domino, non nobis, celebrare debemus; neque nobis exultare sed Domino, qui afflictiones nostras pertulit, dixitque:

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

1) Abhinc ingens lacuna est in editione londinensi; supplementum autem in perturbatis codicis membranis ab editore postea repertum, nonnisi multo post in eo libro positum fuit, nempe in pagina tertia additamentorum. Nos vero omnia iusto ordine, ut oportebat, ponimus.

tristis est anima mea usque ad mortem*. Ethnici quidem, cunctique fide nostra alieni, cum festa celebrare suscipiunt, pace carent, quia peccant adversus Deum: secus vero sancti, quandoquidem Domino vivunt, festum revera eidem celebrant dicentes: « ego exultabo in salutari tuo *. Exultabit anima » mea in Domino.» Commune videlicet ipsis mandatum illud est*: «exultate, » iusti, in Domino *.» Quamobrem in conventibus suis commune illud festale canticum canent: venite, exultemus *, haud sane in nobis, sed in Domino.

* Matth. XXVI. 38.
* Ps. IX. 15. XXXIV. 9.
* Ps. XXXII. 1.
* Ps. XCIV. 1.

8. Abraham quoque, ille patriarcharum princeps, non quia diem suum, sed quia diem Domini vidit, exultavit. Atque ita cum expectasset, vidit atque exultavit. Et cum fidei eius experimentum captum fuit, Isaacum perduxit in montem, obtulitque unigenitum, cui factae erant promissiones: et dum proprium offerret filium, Dei filium adorabat: et dum a caede Isaaci prohiberetur, Christum in illo agno contemplabatur qui Deo immolatus fuit. Princeps ille patriarcharum probatus in Isaaco fuit, qui haud ipse quidem sacrificabatur, sed ille de quo apud Esaiam praedicatur*, fore ut tamquam agnus ad lanienam duceretur, et coram lanio obmutesceret; mundi autem peccatum auferret. Idcirco Abraham ab inferendis puero manibus prohibitus fuit, ne forte Iudaei in Isaaci immolatione sistentes, propheticas voces de Salvatore nostro prolatas frustrarentur, cunctas praesertim illas, quas praedicavit psalmista *: « sacrificium et oblationem noluisti, cor- » pus autem aptasti mihi » parisque sensus ceteras omnes.

* Is. LIII. 7.
* Ps. XXXIX. 7.

9. Sane quod ad Abrahami filium attinet, sacrificium quidem haud ab Isaaci sed ab Abrahami offerentis proposito fiebat, qui ea in re tentabatur: etenim Deus voluntatem offerentis excepit, obstitit tamen quominus oblatus ille immolaretur. Nempe Isaaci mors mundum non erat liberatura, sed illa tantum Salvatoris nostri, qui nos omnes vulneribus suis sanavit, lapsos erexit, infirmis medelam contulit, famelicos saturavit, egentibus consuluit; quodque est mirabilius, nos omnes a mortuis suscitavit, morte destructa; atque ex angustiis et afflictione, ad requiem et huius festi laetitiam transtulit, quae in caelum usque pervenit. Neque enim nos soli hanc experimur; sed huius causa, caeli quoque nobiscum exultant, simulque universa laetatur primogenitorum ecclesia, qui in caelo sunt scripti; veluti propheta depraedicat dicens*: laetamini caeli, quoniam Deus misertus est Israhelis: canite terrae fundamenta, clamate montes cum gaudio, et vos colles et omnia ligna quae in vobis sunt, quia Deus salvavit Iacob, et Israhel gloriabitur. Item, exultate, caeli, et laetamini: gaudium germinent montes, quoniam Deus populi sui misertus est, et humiles populi recreavit.

* Ps. XCV. et alibi.

10. Creatura omnis, fratres mei, festum agit; et omnis spiritus, iuxta psalmistam*, Domino laudem propter deletos hostes extollit. Nostra, inquam, salus peracta est. Enimvero aequum apprime est: nam si pro uno peccatore paenitentiam agente, gaudium in caelo est, quanta futura est lae-

* Ps. CL. 6.

titia ob peccati destructionem, atque a mortuis resurrectionem? O quae sollemnitas, quantaque laetitia in caelo fiet, quantoque opere exultabunt ac laetabuntur virtutes omnes (caelestes), cum conventus nostros spectabunt laetos semperque vigiles praesertim in sollemnibus paschatis concionibus! Cum resipiscere peccatores cernentur; et qui vultum averterant, denuo converti; et qui antea cupiditatibus indulserant et ebrietatibus, nunc ieiuniis et abstinentia semet comprimere: cum denique hostem aspicient debilitatum atque iacentem, manibus pedibusque ligatis, et exanimem; ita ut ei insultare possimus dicendo *: « ubi est victoria tua, o mors? ubi stimu- * I. Cor. XV. 55.
» lus tuus, o inferne? »

11. Cantemus Domino victoriae canticum. Quis ad hanc veluti angelorum turbam perveniet? Ille nimirum, qui ad caeleste festum et angelicam sollemnitatem convenire ambit, qui cum propheta dicat *: « quoniam transi- * Ps. XLI. 5.
» bo in locum tabernaculi admirabilis usque ad domum Dei. In voce exulta-
» tionis et confessionis, sonus epulantis. » Sancti pariter ad id nos hortantur dicendo *: «venite ascendamus ad montem Dei, ad domum Dei Iacob.» * Is. II. 3.
Non ita tamen ut huiusmodi sollemnitas impura sit, neque tamquam peccatores ad eam ascendamus, sed quasi virtute ornati ac seduli, illorum instar, qui ex norma sanctorum vivunt *. « Quis ascendet ad montem Do- * Ps. XXIII. 3.
» mini, aut in sanctuario eius consistet? Innocens manibus et mundus
» corde, qui non accepit in vanum animam suam, qui non iuravit dolose

» proximo suo. » Hic, ut propheta subdit, cum ascendet, benedictionem a
v. 5. » Domino accipiet*. Exploratum vero est, Dominum hanc impertiturum esse iis qui in dextera erunt, atque dicturum : venite benedicti, possidete paratum vobis regnum. Dolosus autem homo, et qui mundo corde minime est,
* Prov. XIV. 15. nihil purum habebit, ut ait proverbium* : « filio proditori nihil inest boni. » Sine dubio quia hic factus extraneus, et in alienam a sanctis stirpem insertus, indignus erit paschali epulo. « Alienigena non comedet ex eo* » Sic
* Exod. XII. 43. Iudas pascha sese celebrare putabat, sed quia proditionem adversus Salvatorem praeconceperat, factus est supernae vocationi et apostolorum sodalitio extraneus. Lex quidem pascha festinanter comedere iubebat; verumtamen ipse dum comederet, a daemone correptus fuit, qui in eius animam introivit.

12. Nos interim festum agamus non tamquam in terra versantes, sed cum angelis quasi in caelo degentes. Laudemus Dominum cum castitate atque innocentia ceterisque virtutibus. Non in nobis sed in Domino exultemus, ut sanctorum simus coheredes. Feriemur cum Moyse, vigilemus cum Davide, qui septies consurgens, nocte media, iudicia iustitiae Dei
* Ps. XCIV. 2. collaudabat. « Praeocupemus, ut ipse ait* : mane adstabo tibi : conspicies
* Ps. V. 4. » me in matutinis, et vocem meam exaudies. *» Ieiunemus tamquam Danihel : oremus assidue, ut Paulus iubet, cum orandi tempus nobis annun-

tiabitur, ii praesertim qui honorabili coniugio iuncti sunt; ut in praedictis rebus feriantes, intrare in gaudium Domini nostri, in regnum scilicet caelorum, possimus 1). Sed quemadmodum Israhel dum Hierosolymam versus tenderet, antea semet in deserto mundabat erudiebatque, ut Aegypti consuetudinum oblivisceretur; ita aequum est ut in sancta quadragesima, quae a nobis suscepta est, purgationem nostram et emundationem prosequamur; ut hinc profecti, et ieiunii memores, ad caenaculum cum Domino possimus ascendere, et cum eo caenare, gaudiumque in caelo participare. Secus enim neque Hierosolymam ascendere, neque pascha comedere, nisi observata quadragesima, nobis liceret.

13. Quadragesimam igitur exordiemur die primo mensis phamenoth, qua decurrente usque ad diem ·V· pharmuthi, cum dominicarum et praecedentium sabbatorum vacatione, die mox pharmuthi sexto sanctos paschalis temporis dies incipiemus; et undecimo eiusdem mensis ieiunium finiemus, sabbato tenebris vespertinis; post quas illucescet nobis die ·XII· pharmuthi sancta dominica; quae radium suum immensa cum gratia ad omnes reliquas sanctae pentecostes hebdomadas protendet: quo demum tempore quiescentes paschalem sollemnitatem semper absolvemus, in Christo Iesu domino nostro, per quem gloria sit et imperium Patri eius in saecula saeculorum. Amen.

ܘܐܝܣܪܐܝܠ ܟܕ ܠܘܬ ܐܘܪܫܠܡ ܡܗܠܟ ܗܘܐ܆ ܩܕܡ ܗܘܐ ܡܬܕܟܐ ܗܘܐ ܒܡܕܒܪܐ܆ ܟܕ
ܡܬܪܕܐ ܗܘܐ ܠܡܛܥܝܘ ܠܥܝ̈ܕܐ ܡܨܪ̈ܝܐ܆ ܟܕ ܗܟܢܐ ܡܬܠܐ ܘܐܦ ܠܨܘܡܐ ܩܕܝܫܐ ܕܐܪ̈ܒܥܝܢ
ܠܡܣܒ ܠܢ܆ ܚܝܠ ܢܬܒܘܥ ܕܟܝܘܬܐ ܘܢܬܒܘܥ ܬܘܟܠܐ. ܐܝܟܢܐ ܕܟܕ ܡܢ ܬܡܢ ܢܦܩܝܢ܆
ܘܢܗܘܐ ܡܬܥܗܕܝܢ܆ ܗܘܝܐ ܕܨܘܡܐ܆ ܕܠܥܠܝܬܐ ܢܣܩ ܥܡ ܡܪܢ. ܠܡܣܬܡܟܘ
ܥܡܗ܆ ܘܠܡܫܬܘܬܦܘ ܒܚܕܘܬܐ ܕܒܫܡܝܐ ܗܘܐ. ܐܝܟܢܐ ܓܝܪ ܕܠܐ ܡܫܟܚܐ ܠܡܣܩ ܠܐܘܪܫܠܡ
ܘܠܡܐܟܠ ܦܨܚܐ܆ ܐܠܐ ܐܢ ܢܛܪ ܨܘܡܐ ܕܐܪ̈ܒܥܝܢ. ܡܫܪܝܢܢ ܗܟܝܠ ܨܘܡܐ ܕܐܪ̈ܒܥܝܢ
ܒܪܝܫ ܝܪܚܐ ܦܡܢܘܬ. ܘܟܕ ܡܫܠܡܝܢ ܝܘܡܐ ܚܡܫܐ ܕܦܪܡܘܬܝ܆ ܘܐܦ ܠܢ ܟܕ
ܫܒ̈ܬܐ ܘܚܕ ܒܫ̈ܒܐ. ܘܫܒܬܐ ܕܩܕܡ ܗܠܝܢ. ܡܫܪܝܢܢ ܕܝܢ ܒܐܘܕ ܕܫܬܐ ܒܝܘܡܬܐ ܩܕ̈ܝܫܐ
ܕܦܨܚܐ. ܒܚܕܥܣܪ ܕܦܪܡܘܬܝ. ܘܡܫܠܡܝܢ ܒܫܒܬܐ ܒܗ ܟܕ ܒܗ ܒܪܡܫܐ. ܒܪܡܫܐ
ܚܫܘܟܐ ܕܫܒܬܐ. ܘܕܢܚ ܕܝܢ ܠܢ ܐܦ ܚܕܒܫܒܐ ܩܕܝܫܐ܆ ܒܬܪ̈ܥܣܪ ܕܦܪܡܘܬܝ. ܟܕ
ܦܫܛ ܠܙܠܝܩܐ ܕܝܠܗ ܒܛܝܒܘܬܐ ܕܠܐ ܡܬܡܫܚܐ. ܠܘܬ ܟܠܗܝܢ ܗܠܝܢ ܫܒ̈ܘܥܐ ܫܒܥܐ
ܕܦܢܛܩܘܣܛܐ ܩܕܝܫܬܐ. ܘܒܗ ܟܕ ܡܬܬܢܝܚܝܢ܆ ܒܟܠܙܒܢ ܢܫܠܡ ܠܥܐܕܐ ܕܦܨܚܐ.
ܒܡܫܝܚܐ ܝܫܘܥ ܡܪܢ. ܕܒܐܝܕܘܗܝ ܠܐܒܘܗܝ ܫܘܒܚܐ ܘܐܘܚܕܢܐ܆ ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ
ܐܡܝܢ ✣

1) Cosmas loc. cit. in ed. et in cod. vat. hoc adamussim fragmentum ex sexta Athanasii festali epistola laudabat. Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς ς ἑορταστικῆς. Καὶ οὕτως ἑορτάσαντες δυνηθῶμεν εἰσελθεῖν εἰς τὴν τοῦ κυρίου 2) χαρὰν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν.

2) Ita cod. vat. cum syro. At ed. Montfauc. Χριστοῦ.

Salutant vos cuncti, qui mecum sunt, fratres. Salutate omnes cum osculo sancto.

Explicit sexta epistola festalis sancti ac deiferi Athanasii.

EPISTOLA VII. 1)

Ch. anno 335. Haec est septima Athanasii epistola, iuxta quam (paschatis) dominica erat die ·XIV· pharmuthi, ·III· kal. aprilis, lunae ·XX·, anno ·LI· Diocletiani, consulibus Iulio Constantio, fratre illius adorabilis 2), et Rufino Albino, eodem Philagrio 3) praefecto, indictione ·VIII·

1. Beatus Paulus semper mortificationem Iesu in corpore suo circumferebat, prout ipse ad Corinthios scribebat *; non ut gloriaretur tantummodo, fratres mei, sed ut illi, et nos pariter, hac in re imitatores eius essemus. Gloriatio haec ubique occurrit; namque et David hac utebatur in psalmis, dicens *: « propter te quotidie mortificamur, et tamquam agni ad macellum » aestimati sumus. » Hoc idem oportet a nobis quoque fieri, praesertim diebus eius festi, in quo commemoratio peragitur mortis a Salvatore nostro obitae. Qui mortem eius imitatus fuerit, et virtutis operibus studium impenderit, membra in hac terra mortificans, et carnem cum passionibus concupiscentiisque crucifigens, hic spiritu vivet, et spiritui se conformabit,

* II. Cor. IV. 10.

* Ps. XLIII. 22.

1) Haec quoque epistola nonnisi in supplementis p. 7. syriace apparet editionis londinensis.

2) Ita heic et alibi syrus. Intelligitur autem magnus Constantinus augustus σεβαστός.

3) Ita syrus heic et in praecedente epistola. Verumtamen in chronico utrubique legebatur *Paterno*.

semper Dei memor, nullaque oblivione captus, nec mortis opera umquam perficiet. Propterea, ut mortificationem Iesu in corpore nostro circumferamus, statim pergit demonstrare huiusce abstinentiae viam, dicens *: « Ha- * v. 13.
» bentes nos eundem spiritum fidei, sicut scriptum est: credidi, propter
» quod locutus sum: et nos credimus, propter quod et loquimur. » Addidit
etiam illam, quae est a scientia gratiam, dicens *: « scientes, quoniam qui v. 14.
» suscitavit Iesum, et nos cum Iesu suscitabit, et constituet vobiscum co-
» ram eo. ».

2. Age vero cum sancti veram hanc vitam tali cum fide scientiaque amplexi fuerint, sine dubio gaudium illud caelorum consequentur: improbi autem vitam eiusmodi cum neglexerint, iure meritoque felicitate illinc manante carebunt. « Extolletur autem impius, ne videat gloriam Domini *. » Et quamquam communem promissionis praedicationem audituri *Is. XXVI. 10. gr.
» sint, id est « expergiscere qui dormis, atque a mortuis resurge * » ipsi * Eph. V. 14.
utique surgent, et in caelum usque pervenient, pulsabuntque dicentes *: * Luc. XIII. 25.
« aperi nobis; » verumtamen Dominus nullius rei indigus, cum ipsi ab eius notitia recesserint, increpabit eos dicens: « nescio vos. » Spiritus vero sanctus eisdem inclamabit *: « convertantur impii in infernum, omnes gen- * Ps. IX. 18.
» tes quae oblitae sunt Dei. » Nos quidem impios mortuis connumerabimus, quia non opponunt peccato abstinentiam, neque in corpore suo mortificationem circumferunt more sanctorum; sed animam peccatis atque insa-

niis quasi sepulcro obruunt, mortuis propinquantes; eamque quolibet escarum mortuarum genere alunt; aquilinorum instar pullorum, qui de caelo in cadavera involant; quorum avium esum lex vetabat, figurate praecipiens *: « neque aquilam, neque animal quodvis quod cadavere pascitur. » Immo quidquid morticino vescitur reiiciebat. Hi suam animam propriis passionibus enecarunt, nec aliud aiunt, nisi « comedamus et bibamus, cras enim moriemur *. » Talem porro referunt fructum. De his, inquam, qui ita delicias sectantur, statim dicere pergit *: « atque haec manifesta sunt auribus » Domini sabaoth, quod nempe minime vobis condonabitur hoc peccatum, donec moriamini. » Sed et adhuc viventes, in ignominia erunt, quia ventrem suum Dominum existimaverunt: et post obitum cruciabuntur, quia huiusmodi morte gloriati sunt. Quamobrem contestatur Paulus dicens *: « esca ventri, et venter escis: Deus autem et illum et has destruet. » » Divina vero vox de illis praenuntiat *: mors peccatorum pessima *. Et qui iustum odio habent, peccabunt. Molestus erit vermis ille, duraeque tenebrae quas impii hereditabunt. »

* Lev. XI. 13.

* Is. XXII. 13.

v. 14.

* I. Cor. VI. 13.

* Ps. XXXIII. 22.

3. Secus autem viri sancti, et virtutis causa vere abstinentes, qui membra sua in terra mortificaverunt, scilicet fornicationem, immunditiam, passionem, pravam concupiscentiam; ideoque mundi ac sine macula effecti; promissioni insuper Salvatoris nostri fidentes qui ait *: «beati mundi corde, » quoniam ipsi Deum videbunt;» hi mundo mortui, et a mundi communione alieni, pretiosa morte fruentur, quatenus scilicet « pretiosa est coram oculis

* Matth. V. 8.

» Domini mors iustorum eius*. » Hi praeterea poterunt, capientes de apostolo exemplum, dicere *: « Christo confixus sum cruci. Vivo ego, iam non ego; » vivit vero in me Christus. » Si vivamus in Christo, haec vera vita est, quamquam mundo mortui simus. Tum de rebus supernis cogitantes, ita afficiemur, quasi iam caelum incoleremus; aeque ac ille videlicet talis habitaculi amator, qui ait *: « ambulantes in terra, habitamus in caelo *. » Qui ita vivunt, et huiusmodi virtutem participant, soli Deum laudare valebunt. Sibi igitur unusquisque suadeat, propriam festi ac sollemnitatis vim, haud epularum amplificatione confieri, neque vestium splendore, neque feriis agendis, sed ingenuo erga Deum affectu, gratiarum actione, et laudis retributione. Haec autem nonnisi a sanctis fiunt in Christo viventibus; etenim scriptum est *: « mortui non laudabunt te, Domine; neque omnes illi » qui ad inferna descendunt. » Sed nos qui vivimus, benedicemus Domino » nunc et in aeternum. » Velut etiam Ezechias, qui morte liberatus, propterea Deum laudabat dicens *: « Non illi qui sunt inferno laudabunt te, » neque mortui tibi benedicent; sed viventes, aeque ac ego, tibi benedi» cunt. » Viventium tantummodo in Christo propria laus est, atque erga Deum benedictio: cuius rei causa ad festum conveniunt. Etenim non est ethnicorum pascha, neque eorum qui adhuc carne Iudaei sunt; sed illorum

* Ps. CXV. 15.
* Gal. II. 19.
* Philip. III. 20.
* Ps. CXIII. 17.
* Is. XXXVIII. 18.

potius qui veritatem in Christo noverunt, prout ille exclamat, qui ad festum
* I. Cor. V. 7. hoc promulgandum missus fuit : « pascha nostrum immolatus est Christus *. »

4. Quamobrem etiamsi impii sollemnes esse nituntur, et Deum quasi in festo laudare, ad iustorum ecclesiam confluentes, Deus tamen reluctabitur, peccatori dicens * : « quare tu enarras iustitiam meam ? » Benignus au-
* Ps. XLIX. 16.
* Eccli. XV. 9. tem spiritus id vetat dicens * : « non est speciosa laus in ore peccatoris. » Neque sane consistit cum Dei laude peccatum. Peccatoris os perversitatem
* Prov. XV. 28. loquitur, ut in Proverbiis dicitur * : « os impiorum redundat malis. » Quî enim fieri potest ut impius impuro ore Deum laudet ? Res contrariae consistere nequeunt. « Quaenam communio iustitiae cum iniquitate ? Vel quae » commixtio tenebrarum cum luce ? » Haec videlicet ait Paulus evangelii mi-
* II. Cor. VI. 14. nister *. Propterea peccatores, cunctique catholicae ecclesiae extranei, haeretici, et sectarum alumni 1), quum a iustorum laudatione sint alieni, merito sollemnes non erunt. Iustus autem, etiamsi mundo mortuus existimetur,
* Ps. CXVII. 17. et IX. 2. fiducialiter agit, dicens * : « non moriar, sed vivam, et narrabo omnia mi-» rabilia tua. » Simulque ipse Deus non renuet invocari Deus ab illis, qui membra sua in terra mortificaverint, et tamen in Christo vivunt. Porro Deus, vivorum Deus est, non mortuorum ; immo per suum vivum Verbum omnem hominem vivificat ; quod nimirum cibi vitaeque causa sanctis lar-
* Ioh. VI. 41. gitur, ut Dominus ipse clamat * : « ego sum panis vitae. » Cui rei Iudaei,

1) S. August. adv. Cresc. II. 9. *Schisma est recens congregationis ex aliqua sententiarum diversitate dissensio ; haeresis autem, schisma inveteratum.* Certe schismati veterascenti obrepit haeresis.

gustu infirmo, et animi sensibus ad virtutem minime exercitis, neque sermonem de hoc pane probe intelligentes, obtrectabant, quia dixerat: « ego » sum panis qui de caelo descendit, et vitam hominibus dat*. » * Ioh. VI. 33.

5. Sed enim peccatum quoque peculiaris quidam panis est, mortem continens; et quando deliciarum amatores et vecordes invitat, ait illis *: * Prov. IX. 17.
« contrectate suaviter panes absconditos, dulcesque furtivas aquas. » Verumtamen ille qui eos contrectabit, ignorat perituros ibi esse terrigenas *. Exi- v. 18.
stimabit peccator se voluptatem inde capturum, sed haud iucundus finis huius panis erit, quemadmodum Dei quoque sapientia dicit *: « dulcis fuit * Prov. XX. 17.
» peccatori panis mendacii, sed postea implebitur os eius calculo. Mel de-
» stillat de ore mulieris fornicariae, et os tuum parumper mulcet; postre-
» mo tamen amarius absynthio experieris, et ancipiti gladio exactius *». * Prov. V. 3.
Ideo comedens brevi tempore gaudet; sed retro deinde procul abscedet; quia non noverat infelix, eos qui a Deo se elongant fore perituros. Et nihilominus propheticum monitum id vetabat dicens *: « quid tibi vis in * Hier. II. 18.
via Aegypti, ut bibas aquam Gehon? Et quid tibi cum via Assyriorum, ut bibas aquam fluminis? » Iam et Dei erga homines benigni sapientia hoc ipsum vetabat clamans: « sed cito praeteri, neque oculum tuum in illa defigas. Sic alienas aquas praetergradieris, et extranea flumina saltu transmittes. » Atque hos ad se invitat dicens*: « sapientia aedificavit sibi domum, * Prov. IX. 1.

» eamque septem fulcivit columnis. Immolavit victimas suas, miscuit in
» hydriis vinum suum, et mensam suam apparavit. Misit servos suos, ut
» elata voce vocarent ad hydrias dicendo: si quis est stultus, declinet ad
» me. Et insipientibus ait: venite, comedite panem meum, et bibite vi-
v. 6. » num quod miscui vobis. » Quaenam igitur his supersit spes? « Derelin-
» quite stultitiam, ut vivatis; quaerite prudentiam, ut sitis longaevi. » Nam
* Ioh. VI. 51. sapientiae panis, vitae fructus est, ut ait ipse Dominus *: « ego sum panis
» vivus qui de caelo descendit: si quis de hoc pane comederit, vivet in ae-
» ternum. » Fuit enimvero delicatus cibus atque mirabilis manna, dum
illud Israhel comederet; qui nihilominus mortuus est: quia nequaquam
ille cibus manducanti erat ad vitam aeternam. Revera enim omnis illa mul-
* Ioh. VI. 59. titudo in deserto extincta est. Dominus autem docet dicendo *: « ego sum
» panis vitae: patres vestri manducaverunt manna in deserto, et mortui
» sunt. Hic est panis qui de caelo descendit, ut qui de eo comederit,
» non moriatur. »

6. Impii interim et animae indifferentes 1) panis huius famem patiuntur;
* Ps. XVI. 15. dum vir sanctus huic idoneus saturatur et dicit *: « ego autem cum iustitia
faciem tuam videbo; et cum mihi apparuerit gloria tua, satiabor. » Qui divi-
num panem participat, perpetuam desiderii famem experietur: et qui ita
* Prov. X. 3. esurit, gratiam sine fine habebit, ut promittit sapientia dicens *: « non in-

1) S. Augustinus serm. LXXI. 17. *Multi vel corde fixo carnem illam manducant et sanguinem bibunt; vel cum manducaverint et biberint, apostatae fiunt.* Confer etiam serm. CCXXVII. circa finem.

» terficiet Dominus fame animam innocuam. » Inpsalmis quoque promisit dicens *: « venationibus 1) eius benedicens benedicam, pauperes eius satura- » bo pane. » Audiamus nostrum quoque Salvatorem dicentem *: « beati qui » esuriunt et sitiunt iustitiam, quia saturabuntur. » Oportet itaque ut sancti vitaeque in Christo amatores, ad huius cibi desiderium se extollant, orantesque dicant *: « sicut desiderat cervus fontes aquarum, ita anima mea » te, Deus, desiderat. Anima mea Deum vivum sitit; quandonam veniam, » et faciem Dei videbo? Item *: Deus meus, Deus meus, ad te anticipo; » te sitit anima mea, multipliciter caro mea. In terra deserta et invia et » inaquosa, sic in sanctuario apparui tibi, ut viderem potentiam tuam et » gloriam tuam. »

* Ps. CXXXI. 15.
* Matth. V. 6.
* Ps. XLI. 2.
* Ps. LXII. 2.

7. Quae cum ita se habeant, nos quoque, fratres mei, membra in terra mortificare debemus, et pane vivo vesci, cum fide et caritate erga Deum; quandoquidem scimus, sine fide impossibile esse hunc panem participare. Noster ipse Salvator, quo tempore ad se omnes vocabat, ait *: « si » quis sitit, veniat ad me et bibat. » Moxque intulit de fide mentionem, sine qua nemo huiusmodi alimoniam deberet suscipere, aitque *: « qui credit in » me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquae vivae. » Quamobrem ipse discipulos semper alebat verbis suis, credentes scilicet, vitamque ipsis propinquitate divinitatis suae conferebat. At vero mulierem

* Ioh. VII. 37.
v. 38.

1) Vulgatus *viduam*. Constat enim legisse χήρας pro θήρας. Syrus ceteris textibus consonat.

illam chananaeam, quae nondum ad fidem accesserat, ne responso quidem dignatus est, quamquam ab ipso ali valde indigebat. Ita porro se gessit, non contemptim, absit; quia benignus bonusque est Dominus, propterque illam ad partes Tyri ac Sidonis perrexerat; sed quia ipsa nondum crediderat, et quia stirpis suae causa nullo iure potiebatur. Merito id egit, fratres mei, quia nihil proderat, quod ante fidem susceptam preces obtulisset, nam fidei conformandae erant ab ea preces suae. Quapropter qui ad Deum accedit, ante omnia credat in eum necesse est, qui rem petitam tunc retribuet. Etenim impossibile est sine fide placere, ut Paulus docet*. Cum igitur illa adhuc fide careret, atque insuper esset alienigena, sic magistrali ore effatus est: « non est * bonum sumere panem filiorum, et proiicere canibus. » Sed mox illam verborum vi obiurgatam, et omissa iam gentilitate sua fidem adeptam, non quasi canem sed ut hominem allocutus est dicens *: « magna est fides tua. » Quumque illa credidisset, statim ipse fructum eidem contulit fidei suae, aitque: « fiat tibi sicut vis; et sanata est filia eius ex illa hora. »

* Hebr. XI. 6.

* Matth. XV. 26.

v. 28.

8. Iustus autem fide se nutriens, et scientia, et divinorum verborum obsequio, anima semper utetur incolumi. Ideo (Paulus) mandabat, ut infirmum in fide ad nos reciperemus, eumque aleremus, si pani nondum comedendo sit idoneus, saltem oleribus. « Qui autem infirmus est, olus man- » ducet. * » Ne Corinthii quidem panem hunc participare valebant, cum ad-

* Rom. XIV. 2.

huc parvuli essent, et ceu parvuli lac biberent: « omnis enim, qui la-
» ctis est particeps, expers est sermonis iustitiae * » iuxta viri divini verba. * Hebr. V. 13.
Dilecto autem filio Timotheo praecipiebat apostolus in prima epistola *, ut * I. Tim. IV, 6.
verbis fidei se nutriret, et bonae doctrinae, quam assecutus, inquit, es.
In secunda vero *: « formam habe sanorum verborum, quae a me audisti, * II. Tim. I. 13.
» in fide et in dilectione, in Christo Iesu. » Panis hic, fratres mei, non heic
tantummodo iustorum alimonia est, nec soli sancti in terra tali pane ve-
scuntur et sanguine; sed eum in caelo quoque nos comedemus: namque
omnium supernorum spirituum atque angelorum Dominus aeque nutrimen-
tum est, ac caelestium omnium potestatum voluptas, eritque omnia omni-
bus, atque omnium ob benignitatem suam miserebitur. Dominus primo de-
dit nobis panem angelorum; nunc vero pollicetur iis qui una secum ten-
tationes tolerant, dicens *: « ego autem promitto vobis, sicut promisit mihi * Luc. XXII. 29.
» pater meus regnum, ut edatis et bibatis super mensam meam in regno
» meo, et sedeatis super duodecim thronos, iudicantes duodecim tribus
» Israhel. » Pro illius nimirum caenae dignitate, fratres mei, quanta erit
concordia et exultatio eorum, qui in caelesti illa mensa vescentur! Utique
epulis vescentur, haud illis tamen quae sint evacuandae, sed iis quae vitam
aeternam efficiunt. Quis erit illo coetu dignus? Quis ita felix, ut ad cae-
nam illam divinam vocari mereatur? Beatus vero ille, qui panem in regno

* Luc. XIV. 15. tuo comedet*! ille scilicet qui caelestem vocationem meritus est, et ob hanc ipsam vocationem sanctus evasit!

9. At qui haec negligit, et dum abluitur, contaminatur, reputans quasi simplicem (i. e. κοινὸν) sanguinem illum testamenti, quo sanctificatus fuit; spernensque spiritum gratiae, sibi dictum audiet: o sodes, quomodo huc intrasti non habens vestem convivalem?» Etenim pura est et immaculata sanctorum caena: multi sunt vocati, pauci vero electi. Iudas ad caenam venit, sed ea contempta, de conspectu Domini exiit 1); et quoniam vitam suam dereliquerat, laqueo sibi gulam fregit. At verò qui cum Salvatore manserunt discipuli, caenae delicias participarunt. Adolescens ille, qui peregre * Luc. XV. 13. profectus, dissipat substantiam suam vivendo luxuriose *, si eum caperet divinae caenae cupiditas, atque in se reversus diceret: quot patris mei famuli pane abundant, ego autem heic fame pereo! atque illinc surgens, ad patrem suum veniret, confitensque diceret: peccavi in caelum, et coram te: iam non sum dignus vocari filius tuus; fac me sicut unum de mercenariis tuis; si ita, inquam, confiteretur, tunc foret plane dignus qui a patre reciperetur, nec quasi mercenarius, aut tamquam extraneus haberetur, sed osculo ut filius exciperetur, et quasi mortuus ab eo vitae restitueretur, ad

1) Videtur existimare Athanasius, ut et alii quidam veteres, Iudam recessisse de caenaculo ante ss. eucharistiae institutionem, vel eius sumptionem. Sed contradicit S. Augustinus enarr. in ps. X. 6, et CXLII. 16, itemque apud nos in hoc volumine Theodorus andidensis p. 571, nec non ibi laudati a nobis in adnotationibus Petrus Damiani, et Petrus laodicenus.

divinam caenam dignanter admissus, stola prima pretiosa donatus, gaudio ob id et canticis in paterna domo sonantibus.

10. Hic est benignitatis bonitatisque paternae actus, non vitam tantummodo mortuis reddendi, sed gratiae quoque medelam per Spiritum suppeditandi. Idcirco pro corruptela, induit hominem incorruptione; famis loco, vitulum immolat: et ne ille peregre abscedat, curam gerit reditus ipsius, pedes eiusdem calceans: quodque mirum est, divinum anulum manui inserit; per haec illum regenerans, ut sit forma gloriae Christi. Sunt haec patris dona, quibus Dominus eos exornat et alit, qui cum ipso perseverabunt; nec non et illos qui paenitentia tacti ad eum revertentur; quibus pollicetur dicens *: « ego sum panis vitae. Qui venit ad me, non esu- » riet; et qui credit in me, non sitiet in aeternum. » His utique bonis nos quoque digni essemus, si Salvatorem nostrum semper sectaremur; et si non his tantum sex paschatis diebus mundaremur, sed totam nostram sollemnitatis instar vitam reputaremus; semperque adhaerentes, et numquam recedentes, diceremus ei *: « verba vitae habes; quô ibimus?» Quod si forte nos elongavimus, cum nostrarum confessione transgressionum 1) revertamur, nulla adversus quempiam simultate retenta, sed actus corporis spiritu mortificemus. Certe si rebus his nutrire animam heic praevertemus,

* Ioh. VI. 35.

* Ioh. VI. 69.

ܐܒܗܝܐ. ܕܪܚܡܬ ܐܢܫܘܬܐ ܓܝܪ ܘܕܛܒܘܬܗ ܕܐܒܐ ܐܝܬܘܗܝ ܥܒܕܐ ܗܢܐ: ܕܠܐ ܒܠܚܘܕ
ܡܢ ܡܝܬܐ ܢܚܐ: ܐܠܐ ܕܐܦ ܪܘܚܢܐ ܢܥܒܕܝܗ ܠܛܝܒܘܬܐ ܒܝܕ ܪܘܚܐ. ܡܛܠ ܗܕܐ ܚܠܦ
ܚܒܠܐ (2) ܡܢ: ܠܒܘܫܐ ܕܠܐ ܡܬܚܒܠܢܘܬܐ ܡܠܒܫ ܠܗܢܐ. ܚܠܦ ܟܦܢܐ ܕܝܢ ܬܘܪܐ
ܕܦܛܝܡܐ ܕܒܚ. ܚܠܦ ܕܝܢ ܕܗܘ ܕܠܐ ܡܟܝܠ ܢܚܙܘܩ ܠܪܘܚܩܐ. ܡܪܕܗܪ ܒܦܘܢܝܐ
ܕܝܠܗ: ܟܕ ܣܐܘܢܐ ܝܗܒ ܠܪܓܠܘܗܝ. ܘܗܘ ܟܝܬ ܕܐܡܝܗܐ. ܕܐܦ ܠܐܝܕܗ ܡܠܘܬ
ܒܚܬܡܐ ܐܠܗܝܐ. ܟܕ ܒܝܕ ܟܠܗܝܢ ܒܪ ܕܡܘܬܐ ܕܫܘܒܚܗ ܕܡܫܝܚܐ ܝܠܕ ܠܗ ܡܢܕܪܫ.
ܗܠܝܢ ܫܘܘܟܢܐ ܕܐܒܐ ܐܝܬܝܗܘܢ. ܕܒܗܘܢ ܠܗܠܝܢ ܕܡܩܘܝܢ ܥܡܗ: ܘܐܦ ܠܐܝܠܝܢ ܕܗܦܟܝܢ
ܐܠܝܢ ܠܘܬܗ ܘܐܬܝܒܝܢ: ܡܝܩܪ ܘܡܬܪܣܐ ܡܪܝܐ. ܟܕ ܡܫܬܘܕܐ ܘܐܡܪ. ܕܐܢܐ ܐܝܬܝ
ܠܚܡܐ ܕܚܝܐ ܗܘ ܕܐܬܐ ܠܘܬܝ ܠܐ ܢܟܦܢ. ܘܗܘ ܕܡܗܝܡܢ ܒܝ ܠܐ ܢܨܗܐ ܠܥܠܡ. ܠܗܠܝܢ
ܕܝܢ ܐܦ ܚܢܢ ܡܫܬܘܝܢ: ܐܢܗܘ ܕܒܟܠܫܥܐ ܢܩܦ ܠܦܪܘܩܢ. ܘܠܐ ܒܠܚܘܕ ܠܗܠܝܢ
ܫܬܐ ܡܘܡܬܐ ܕܦܪܚܐ ܢܕܟܐ: ܐܠܐ ܠܟܠܗ ܕܘܒܪܐ ܕܝܠܢ ܥܐܕܐ ܢܚܫܘܒ: ܘܢܗܘܐ ܡܢ
ܒܩܘܪܒܐ ܘܠܐ ܢܪܚܩ ܟܕ ܐܡܪܝܢ ܠܗ: ܕܡܠܐ ܕܚܝܐ ܕܠܥܠܡ ܐܝܬ ܠܟ ܘܠܐܝܟܐ ܢܐܙܠ:
ܗܠܝܢ ܕܝܢ ܕܒܪܘܚܩܐ ܗܘܝܢ: ܢܬܦܢܐ ܟܕ ܡܘܕܝܢ ܒܠܐ ܢܡܘܣܝܬܐ ܕܝܠܢ: ܘܠܘܩܒܠ
ܐܢܫ ܡܕܡ ܠܐ ܐܚܝܕܝܢ: ܐܠܐ ܒܪܘܚܐ ܠܣܘܥܪܘܬܐ ܕܦܓܪܐ ܡܡܝܬܝܢ. ܗܟܢܐ ܓܝܪ
ܟܕ ܒܗܠܝܢ ܩܕܡܝܢ ܠܬܪܘܣܝܢ ܗܪܟܐ ܠܢܦܫܐ. ܡܟܝܠ ܐܦ ܒܦܬܘܪܐ ܗܘ ܫܡܝܢܐ
ܘܪܘܚܢܐ. ܒܥܡܗܘܢ ܕܡܠܐܟܐ ܢܫܬܘܬܦ. ܠܘ ܟܕ ܢܩܫܝܢ ܘܡܬܛܪܕܝܢ: ܒܕܡܘܬ ܗܠܝܢ

1) Rursus Athanasii testimonium pro confessione. — 2) Syrus habebat ܚܠܒܐ cum vitiosa metathesi.

mensae illius caelestis ac spiritalis participes fiemus cum angelis: neque excludemur, cum pulsabimus, quinque illarum fatuarum virginum more; sed cum Domino ingrediemur, prout illae prudentes sponsi amicae; mortem Iesu in corporibus nostris ostentantes, et ab eo vitam regnumque obtinentes.

Itaque quadragesimae initium faciemus die ·XXIII· mensis mechir; sanctum vero beatae sollemnitatis ieiunium die ·XXVIII· phamenoth. Tum transigentes sex quoque subsequentes dies cum ieiuniis atque vigiliis, pro suis quisque viribus, die ·III· mensis pharmuthi finem ieiunio imponemus vespere sabbati. Moxque illa dies 1) sancta ac beatissima, Christi onomastica, id est dominica, nobis illucescet. Post quam sancta pentecoste celebrata, Patrem semper adorabimus per Christum, per quem et cum quo sit ei gloria et imperium per Spiritum sanctum in saecula saeculorum, amen.

Salutant vos cuncti qui mecum sunt, fratres. Salutate invicem cum osculo sancto.

(Octavam ac nonam (epistolas) praedictam ob causam 2) non misit.)

Explicit septima epistola festalis sancti Athanasii patriarchae.

1) Quae prosequitur huius epistolae clausula, legitur extra proprium locum (quia posterius inventa) in pagina syriaca 45. editionis londinensis. Nos vero eam iusta in sede heic atteximus.

2) Nempe causa superius cognoscitur in chronico ad annos 336. et 337.

EPISTOLA X.

Haec est decima (Athanasii epistola), consulibus Urso et Polemio, gubernante Theodoro heliopolitano catholico praefecto; cui post biennium successit Philagrius; indictione ·XI·, cum esset dominica paschatis ·VII· kal. aprilis, die ·XXX· pharmuthi, lunae ·XVIII· ac dimidio, Diocletiani anno ·LIV· Ch. anno 338.

1. Non quia a vobis absum, fratres mei, idcirco meae erga vos consuetudinis oblitus sum, quam a patrum traditione accepi; ita ut silendum mihi sit, nec annui sancti festi tempus cum ipso sollemnitatis die annunciandum. Et quamquam iis tribulationibus teneor, quas vos sine dubio fando audistis; et quamvis graves tentationes nobis incumbunt, hostesque veritatis iamdiu nos vestigant, insidioseque dant operam inveniendo alicui scripto nostro, ut inde accusationem instruant, et nostrorum vulnerum dolorem augeant; nihilominus quia Dominus vires suggerit, et consolatur nos in angustiis nostris, haud metuimus proclamationem hanc facere: et licet molestiis fraudibusque obsessi, vobis nihilominus ab extremis terrae partibus salutare pascha nostrum significamus. Iam quo tempore ad Alexandriae scribebam presbyteros, in mandatis dedi ut litterae vobis manu ipsorum traderentur: idque agebam, quia impendere illis ab inimicis timorem sciebam. Contestabar insuper, apostolicae fidu-

fiduciae memor, dicens * : « nihil nos separabit a caritate Chhristi, nec tri- » bulatio, nec angustiae, nec persecutio, nec fames, nec nuditas, nec » periculum, neque gladius. » Iam cum ego sic festum agam, opto ut vos quoque, fratres mei, pari modo celebretis. Cumque me faciendae huius- modi proclamationis debitorem sciam, nihil moror officium exsequi; secus enim ab apostolico monito me damnatum iri timerem, quod ait « reddite » omnibus debita *. »

* Rom. VIII. 35.

* Rom. XIII. 7.

2. Quum igitur res meas cunctas Domino commendaverim, dedi operam ut vobiscum festum peragerem, quia non arbitror me a vobis abesse : nam etsi locus nos separat, attamen festorum donator Dominus, immo qui fe- stum nostrum est, quique Spiritum concedit, congregat nos spiritaliter per concordiam pacisque vinculum. Dum autem sic affecti animo sumus, eas- demque preces extollimus, nullus nos dividit locus, sed adunat nos Domi- nus atque copulat : etenim ubi duo vel tres in nomine eius conveniunt, ipse ut promisit * in medio eorum erit. Porro iis notissimum est, qui quo- libet in loco congregabuntur, Dominum in ipsorum societate fore, cun- ctorum recepturum orationem, tamquam si proximi essent, atque omnes exauditurum cum clamaverint : amen 1). Profecto angustias atque omnes tribulationes, quas sum perpessus, tunc subindicavi; cum alias litteras ad

* Matth. XVIII. 20.

1) Hoc sollemni vocabulo respondebat populus li- turgicis precibus, praecipueque in sumendo Chri- sti corpore; de qua re nos diximus in missae graecae descriptione p. 592.

vos dedi, fratres mei. Sed ne quid vos angat, nunc etiam paucas ex his vobis memorabo . . . 1).

3. Non enim expedit homini, ut quietis tempore dolorem in angustiis toleratorum obliviscatur, ne extra divinum sodalitium fiat. Sed ne laudes quidem canere deberet, nisi postquam ex angustiis emerserit; nec gratias agere, nisi post quietem a tentationum labore; Ezechiae more, qui peremptis Assyriis, laudabat Dominum, gratiasque agens dicebat *: salva me, Domine; neque desinam tibi benedicere cithara cunctis diebus vitae meae, coram domo Domini 2). Illi pariter beati viri, qui Babylone tentati fuerunt, id est Ananias, Misahel, et Azarias, media in quiete, dum flamma esset ipsis roris instar, cum canticis gratias agebant, et laudes Deo attollebant. Ita ut isti, sic ego quoque opinor, fratres mei, atque haec scribo. Quae non sunt temporibus nostris apud homines possibilia, ea Deus facit possibilia: quodque homines minime poterunt, id Deus facile factu demonstrabit, nos videlicet ad vos revocando, non autem praedam iis tradendo qui nos pulsare contendunt. Haec vero omnia non tam in nos intorquentur quam in ecclesiam et rectam fidem, quam isti iniquitate sua obruere moliebantur.

4. Attamen bonus Deus, benignitatem suam erga nos prodigebat, non

ܐܬܝܢ. ܘܐܡܪܢܐ ܕܠܐ ܡܕܡ ܢܬܥܟܒ. ܐܦ ܗܟܢܐ ܕܢܬܘܕܐ ܥܡ ܗܠܝܢ ܐܬܘܕܝܬ...
ܡܛܠ ܕܠܐ ܙܕܩ ܠܗ ܠܐܢܫ. ܕܢܬܛܥܐ ܕܚ̈ܫܐ ܢܝܚܐ ܒܥܕܢܐ ܕܐܘ̈ܠܨܢܐ. ܐܡܪܢܐ
ܕܠܐ ܐܝܟ ܠܐ ܡܬܘܕܝܢܐ ܢܦܩ ܘܠܐ ܒܬܘܕܝܬܐ. ܠܒܪ ܡܢ ܟܢܘܫܬܐ ܐܠܗܝܬܐ ܢܗܘܐ. ܐܦܠܐ ܢܙܡܪ
ܬܫܒܚܬܐ ܐܢܫܐ ܫܠܡܐܝܬ ܡܫܘܐ ܐܝܟ. ܐܠܐ ܐܡܬܝ ܕܥܒܪ ܠܐܘ̈ܠܨܢܐ. ܘܠܐ ܐܘܕܝܬܐ
ܡܩܒܠ ܠܬܘܕܝܬܐ. ܐܠܐ ܐܡܬܝ ܕܡܢ ܥܡܠܐ ܕܢܣܝܘܢܐ. ܡܬܬܢܝܚ. ܐܡܪܢܐ ܕܐܦ
ܚܙܩܝܐ ܐܝܟ ܕܡܢ ܕܐܬܘܪܝܐ. ܡܫܒܚ ܗܘܐ ܠܡܪܝܐ ܘܡܘܕܐ ܗܘܐ ܠܐܠܗܐ. ܟܕ ܐܡܪ ܡܪܝܐ
ܦܪܘܩܝܢ (ܦܪܘܩܝܢܝ): ܘܠܐ ܫܠܐ ܐܢܐ ܕܒܟܢܪܐ ܐܒܪܟ ܠܟ ܟܠܗܘܢ ܝܘ̈ܡܬܐ ܕܚܝ̈ܝ. ܩܕܡ ܒܝܬܗ
ܕܡܪܝܐ. ܗܠܝܢ ܕܝܢ ܛܘܒܢܐ ܓܒܪ̈ܐ ܕܒܒܒܠ ܐܬܢܣܝܘ: ܚܢܢܝܐ ܡܝܫܐܝܠ
ܘܥܙܪܝܐ: ܟܕ ܒܢܝܚܐ ܗܘܘ: ܘܢܘܪܐ ܐܝܟ ܛܠܐ ܗܘܬ ܠܗܘܢ: ܟܕ ܡܙܡܪܝܢ ܡܫܒܚܝܢ ܗܘܘ
ܬܘܕܝܬܐ: ܘܡܪܝܡܝܢ ܗܘܘ ܬܫܒܘܚܬܐ ܠܐܠܗܐ. ܘܐܝܟ ܗܠܝܢ ܐܦ ܐܢܐ: ܟܕ ܡܬܚܫܒ
ܐܢܐ ܗܠܝܢ ܟܬܒ ܐܢܐ ܐܚܝ̈: ܐܦ ܓܝܪ ܗܠܝܢ ܕܒܙܒܢܝܢ ܕܝܠܢ ܐܢܫܐ ܠܐ ܡܨܝܢ:
ܡܬܡܨ̈ܝܢܐ ܠܗܘ ܠܐܠܗܐ. ܘܗܠܝܢ ܕܠܗܘܢ ܩܠܝܠܐ ܘܠܐ ܡܫܟܚܐ ܐܬܚܙܝܘ: ܦܫܝܩܐ
ܠܡܫܟܚܘ ܗܘܐ ܡܪܝܐ: ܕܢܗܦܟܢ ܠܢ ܠܘܬܟܘܢ. ܠܐ ܕܝܢ ܢܫܠܡ ܠܢ ܠܕܒܪܐ ܠܗܢܘܢ
ܕܨܒܝܢ ܠܡܕܚܝܘ: ܠܗ ܟܠܗܝܢ ܗܠܝܢ ܠܢ ܓܘܪ ܕܥܒܕܐ: ܘܐܬܡܫܟܚܘ ܥܕܬܐ ܘܗܝܡܢܘܬܐ
ܬܪܝܨܬܐ ܠܣܘܦ ܗܠܝܢ ܥܡ ܓܝܪ ܢܦܩ ܡܬܡܫܚܝܢ ܗܘܘ. ܐܠܗܐ ܕܝܢ ܟܕ ܛܒܐ ܐܬܚܙܝ:

1) Heic est lacuna in londinensi editione; sed quem nos subiungimus longum tractum usque ad verba *centenarium numerum procreat* (sive continua sit textûs series, quod non videtur, sive secus) is illic est in supplementis p. ܝܗ (15.)

2) Ita in graeco textu Isaiae XXXVIII. 20, quo utebatur Athanasius. Aliter autem latinus vulgatus ex hebraico.

tunc tantummodo cum universalem salutem per Verbum suum procurabat, sed nunc etiam cum nos inimici persequebantur, et occupare nitebantur, ceu alicubi narrat beatus Paulus de incomprehensibilibus divitiis Christi, dicens *: « Deus autem cum sit dives in misericordia, propter ni- » miam caritatem suam, qua dilexit nos; et cum essemus mortui pro- » pter peccatorum insaniam, convivificavit nos in Christo. » Etenim vires hominum et creaturarum debiles miseraeque sunt: at vis illa, hominibus altior et increata, dives est et incomprehensibilis, caret dissolutione, ac sempiterna est. Itaque non uno tantum modo sanitatem operata est; sed cum dives sit, multimodis salutem nostram per Verbum suum perfecit: quod neque coactum neque a nobis attractum fuit, sed quia dives est et multiplex, ipsummet quoque variat pro cuiusque animae habitu. Verbum autem est potentia ac sapientia Dei, prout de sapientia testatur Salomon * quae cum una sit, omnia potest; et in se manens, omnia renovat: et cum ad sanctas animas accedit, tunc Dei amatores et prophetas efficit. Iis autem qui nondum perfectum iter insistunt, quasi ovis lactans fiet: qua similitudine utitur Paulus *: « lac vobis potum dedi, non escam. » Porro iis qui puerili statu excesserunt, cum adhuc imperfectione laborent, fiet esca illorum gustui idonea; qua locutione utitur Paulus *: « qui autem infirmus est,

* Ephes. II. 4.

* Sap. X. 12.

* I. Cor. III. 2.

* Rom. XIV. 2.

olus manducet. » Simul ac vero perfectam viam terere coeperimus, haud diutius praedictis rebus homo se alet, panem rationalem comedet et cibum carneum. Scriptum est enim *: « perfectorum autem est solidus cibus; » eorum scilicet, qui exercitatos consuetudine sensus habent. » Propterea cum verbum seritur, haud simplicem mortalitatis fructum in humana vita germinat, sed flavescens atque maturascens centenarium numerum procreat . . . .

* Hebr. V. 14.

5. . . lugebat. Si quae in psalmis scripta sunt intellexissent, vanam audaciam adversus Salvatorem non exprompsissent; quoniam Spiritus dixerat *: « quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania? » Si Moysis vaticinium * considerassent, haud suam vitam de medio abstulissent. Et si mente sua revolvissent scripta oracula, haud trepidanter de prophetiis loquerentur, quae contra ipsos sunt: verbi gratia, quod eorum urbs destruenda foret, quod eripienda iis gratia, quod legis bono spoliandi, quod filiorum nomen amissuri; prout in psalmis exclamatur his verbis *: « filii » alieni mentiti sunt mihi. » Atque ut Esaias ait *: » filios peperi et enu» trivi, ipsi autem oppresserunt me. » Et quod posthinc ne populus quidem vocandi forent, nedum populus Dei atque gens sancta, sed principes potius Sodomorum, et Gomorrhae natio: quoniam ipsi hoc pacto Sodomitarum nequitiam superaverunt, ut ait propheta *: « iustificata sunt Sodoma » prae te. » Sodomitae quidem adversus angelos peccaverunt; at Iudaei oc-

* Ps. II. 1.

* Deut. XXVIII. 66.

* Ps. XVII. 46.

* Is. I. 2.

* Ezech. XVI. 48.

cidere ausi sunt dominum Deum, regem universalem, dominum angelorum: nescii profecto, Christum ab ipsis occisum vivere. Mortui sunt Iudaei, qui contra Dominum conspiraverunt; et breviter temporalibus rebus gavisi, ab aeternarum possessu exciderunt. Magnopere in hoc errarunt: etenim immortalis promissio est non deliciarum brevi perituraram, sed aeternarum quae sperantur. Per angustias multas, aerumnas, atque dolores introibit vir sanctus in regnum caelorum; illucque perveniet, unde dolor et moestitia exulabunt atque anxietas. Quiescet tunc, velut apte vaticinatus est Iob, qui postquam heic tentatus fuerat, confabulatus postea cum Domino est. At vero deliciarum amator, brevi gaudebit, sed postea tristem vitam exiget; quemadmodum Esau, qui brevis momenti esca potitus, postea ob hanc ipsam damnatus fuit.

6. Figura autem, ut aliquis dicet, quae utramque conditionem discernit, illa est Israhelitarum Aegypto egredientium, et ipsorum Aegyptiorum. Hi quidem, postquam brevi tempore adversus Israhelem inique exultaverant, ad extremnm in exitu, submersi abysso sunt. Contra autem, Dei populus brevi, ut diximus, tempore afflictus atque detritus persecutorum operâ, mox in exitu ab Aegypto, mare incolumis tranavit, atque in deserto non secus ac in exculta regione iter fecit: et si loca illa a frequentia hominum deserta erant, non tamen a legis beneficio deserebantur, neque ab angelo-

rum colloquio, immo qualibet bene habitata regione potiora erant. Veluti etiam Elisaeus dum se putabat solum esse in deserto, reapse in angelorum turba versabatur *. Similiter, quamquam initio populus in deserto molestiis conflictatus est, ii qui nihilominus permansere fideles, promissam in terram ingressi sunt. Similiter, qui brevi nunc tempore afflicti, constantem patientiam retinuerint, ad solatium pervenient: qui autem heic persecutorum vice funguntur, corripientur demum, et malum exitum experientur. Dives ille, ut evangelium demonstrat, postquam heic voluptati brevi tempore indulserat, illic esuriit: et heic ebrietati deditus, illic vehementer sitivit. Secus vero Lazarus mundanarum rerum angustias passus, requiem in caelo adeptus est: et esuriem panis qui de tritico molitur perpessus, esca illic satiatus fuit meliore quam manna, id est Domino ipso qui de caelo descendit, dixitque *: « ego sum panis, qui de caelo descendit, et vitam hominibus dat. »

* IV. Reg. VI. 17.

* Ioh. VI. 33.

7. O dilecti atque carissimi, si ex angustiis ad solatium, si ex labore ad requiem, si ex infirmitate ad sanitatem, si ex morte ad immortalitatem fit transitus; haud est nobis tristandum ob ea quae hominibus parumper accidunt, neque vicissitudinum causa dolendum est. Non est expavescendum, si mundus 1) Christo repugnat, et contra timorem bonum conspirat: quin potius Deo placere in rebus huiusmodi studeamus, quas loco experimenti

1) Syrus *habitaculum*, pro *mundus*. Nimirum in graeco fortasse fuit οἰκουμένη, *mundi pars habitata*, quod Syrus legit tamquam οἶκος. Vel graece item fuit σκῆνος, pariter *habitaculum*, id est *corpus* animae habitaculum, ut loquitur Paulus. Corpus autem saepe Christo repugnat.

atque exercitii virtutum habere debemus. Quomodo enim patientiam quisquam exerceat, nisi ex adverso sint labores atque aerumnae? Quomodo fortitudinem cognoscat, si nullus inimicorum impetus fiat? Quomodo magnanimitas appareat, nisi iniuria et offensio praecedat? Quis longanimitatis notionem habeat, nisi antichristorum iniquitas antevertat? Atque ut summatim dicam, quis virtutem prae oculis habeat, nisi malum in antecessum existat? Dominus quoque et salvator noster Iesus Christus peiora his mala sustinuit, ut suam hominibus patientiam demonstraret: cum percuteretur, tolerabat: cum iniuria adficeretur, non referebat iniuriam: cum pateretur, non irascebatur *: sed dorsum suum flagellis, genas alapis concedebat, faciem a sputis non avertebat *: denique, prout voluit, ad necem ductus est, ut nos in ipso virtutum omnium imaginem, una cum immortalitate, teneamus.

* I. Petr. II. 23.

* Is. L. 6.

8. Si unusquisque nostrum ad haec exempla se conformaverit, sine dubio serpentes ac viperas, cunctasque inimici vires calcabimus. Sic etiam Paulus ex norma Domini nos hortabatur dicens *: « estote mei imitatores, » sicut et ego Christi. » Hac nimirum ille ratione turbae universae adversarii diaboli praevaluit; nam scriptum reliquit *: « certus sum, quia neque mors, » neque vita, neque angeli, neque dominationes, neque instantia, neque » futura, neque potestas, neque altitudo, neque profundum, neque crea» tura alia, poterit me separare a caritate Dei quae est in Christo Iesu. »

* I. Cor. IV. 16.

* Rom. VIII 38.

Etenim inimicus tentationibus aerumnisque pugnat, omni ope nitens ad exterminium. At homo, qui adversus haec per Christum se comparat, dum irae opponit longanimitatem, contumeliae humilitatem, malo virtutem, victor evadet, dicetque: « omnia possum per Christum, qui me con- » fortat *. » Sic vincemus per Christum, qui nos dilexit. Haec est gratia Domini: haec est doctrina Domini ad homines. Ipse passus est, ut immortalitatem homini adquireret, qui pro eo foret passurus: descendit, ut nos extolleret: nativitatem experiri consensit, ut nos eum diligeremus qui nativitati non est obnoxius: ad corruptibilitatem se depressit, ut quod est corruptibile indueret incorruptibilitatem: pro nobis infirmatus est, ut nos fortes exsurgeremus: ad mortem venit, ut immortalitatem nobis concederet, et mortuos vita donaret. Ut compendio dicam, hominem se fecit, ut nos mortales homines vitam habeamus, neque mors nobis dominetur. Mors, inquam, nobis non dominabitur; sic enim apostoli locutio praedicat *.

* Philip. IV. 13.

* Rom. VI. 9.

9. At vero Arius, et Manes, atque haeretici, his quas diximus rebus non consideratis, Christum oppugnant, salvatorem lingua sua pulsant, liberatorem blasphemant, atque omnia contraria opinantur de salutis auctore. Nam quia descendit propter homines, ipsi divinitatem eius naturalem negarunt: quia natum de virgine viderunt, quominus Dei sit filius suspicantur: et dum factum hominem animadvertunt, aeternitatem eius negant: et dum eius

pro nobis passionem considerant, non credunt esse filium incorruptibilem ex patre incorruptibili. Generatim denique, quia is pro nobis passus est, naturalem eius immortalitatem inficiantur; ingrateque se gerentes, benefactoremque aspernantes, nedum gratias agunt, sed contumeliam retribuunt. His merito dicendum foret: o incredule Christi oppugnator, scelestissime Domini tui interfector, caecum animae oculum gerens, mente iudaee; si libros intelligeres, si sanctis auscultares dicentibus*: « illumina faciem tuam, » et salvi erimus ; vel *, emitte lucem tuam et veritatem tuam ;» tunc utique agnosceres, Dominum haud sui gratia descendisse, sed nostri ; magisque eius benignitatem admirarereris. Si, quid sit pater, et quid filius, considerares, profecto non blasphemares, quasi filius ab illo diversus sit: et si benignitatis eius operam nobis impensam intelligeres, filium a patre non abalienares, neque extraneum reputares illum qui patrem nobis reconciliavit.

Ps. CXVIII. 135.

* Ps. XLII. 3.

10. Novi equidem, haec non solum Christo contradicentibus displicere, verum etiam sectarum alumnis, qui eadem fere opinantur, atque inter se conspirant; quia didicerunt indivisibilem Dei tunicam dividere; neque absurdum se facere iudicant, a patre filium separando. Scio, dum haec dicuntur, ipsos contra nos dentibus stridere aeque ac illum, qui eos concitat,

adversarium diabolum, quia veram Salvatoris laudem aegre fert. Sed Dominus, qui adversarium illum semper ridet, et cum eo etiam hos neotericos, dixit *: « ego sum in patre meo, et pater meus in me est. » Id est Dominus ille, qui in patre conspicitur, et in quo conspicitur pater, quum verus patris filius esset, homo postremo pro nobis factus est, ut semet pro nobis patri offerret, et per sui oblationem ac sacrificium nos salvaret. Hic est qui olim populum Aegypto eduxit : et qui denique nos, immo universum hominum genus, morte liberavit, atque ex inferis eripuit. Hic est qui antiquitus tamquam agnus immolabatur, quia sub agni figura agnoscebatur. Postremo se hominem fecit pro nobis. « Pascha nostrum immolatus est Christus *. » Hic est qui de laqueo venantium nos expedivit, sectariorum inquam et Christi oppugnatorum, nosque, ecclesiam suam videlicet, salvavit.

* Ioh. XIV. 10.

* I. Cor. V. 7.

11. Quid vero nunc agere decet, fratres mei, praedictarum rerum causa, nisi laudes extollere, regique omnium Deo gratias agere, praeoccupantes psalmis, exclamantesque *: « benedictus Dominus, qui non dedit nos « in captionem dentibus eorum! » Celebremus viam, quam ipse nobis instauravit ad salutem, diem inquam paschatis, ut illam postea caelestem sollemnitatem cum angelis exigamus. Sic enim iudaicus olim populus, ex angustiis ad solatium egrediens, festum celebrabat, triumphalem illum recitans hymnum. Sic idem populus Estheris aetate, festum Domino persolve-

* Ps. CXXIII. 6.

bat, propterea quod denunciatae morti fuisset ereptus; pensi hanc celebritatem habens, gratias Domino agens, ipsumque ob commutatam rerum vicissitudinem laudans. Igitur nos quoque reddentes Domino vota nostra, et peccata nostra confitentes, Dominum bonis moribus honoremus, dignaque ratione eum celebremus: qui etsi aliquantisper corripit, attamen non destituit, neque derelinquit usque in finem: neque tantummodo in causa nostra non tacet, sed ex perfida intellectuali nos abstraxit Aegypto illorum qui Christo contradicunt; et per multas tribulationes angustiasque traductos, tamquam per desertum ad sanctam ecclesiam suam deduxit: ut hinc more solito ad vos mittere, vicissimque recipere, litteras possemus. Quamobrem ego gratias Deo agens, oro vos ut magis magisque gratias mecum agatis, et pro me: quia cum sit haec apostolica consuetudo, ipsam quoque Christi oppugnatores, et sectarum alumni, antiquare atque abolere moliti sunt. Attamen Deus non annuit, sed renovavit potius et custodivit, quod ipse per apostolos praeformaverat; ut festum simul agamus, coniunctimque celebremus, iuxta patrum traditionem atque praecepta.

12. Ergo initium quadragesimae faciemus die ·XIX· mensis mechir: sanctum autem paschatis ieiunium die ·XXIV mensis phamenoth; ieiuniumque finiemus die ·XXIX· mensis eiusdem phamenoth in tenebris vesperarum sabbati: atque ita dominicam celebrabimus, quae die ·XXX· eiusdem pha-

menoth illucescet. Ex quo gradatim septem hebdomadas supputantes, pentecostem celebrabimus: et debitum studium his diebus impendentes, digni fieri poterimus futurarum rerum, per Iesum Christum dominum nostrum, per quem sit gloria et imperium Patri in saecula saeculorum. Amen.

Salutate invicem cum osculo sancto, nostrique in sanctis orationibus vestris reminiscamini. Salutant vos cuncti, qui mecum sunt, fratres, qui semper memores vestri sunt. Equidem oro ut in Domino nostro incolumes sitis, carissimi fratres, quos prae omnibus dilexi.

Explicit decima epistola sancti Athanasii.

EPISTOLA XI.

Undecima Athanasii epistola, in consulatu secundo Constantii augusti et primo Constantis, gubernante iterum Philagrio cappadoce, indictione ·XII·, cum esset dominica paschatis die ·XVII· kal. maii, pharmuthi ·XX·, Diocletiani anno ·LV· Ch. anno 339.

1. Beatus ille Paulus, in omni virtute exercitus, et Domini appellatus fidelis *, nihil tamen pensi habebat, nisi quod virtus et vera commendatio est, et caritati ac bono timori congruum. Hae in eo erant peculiares dotes, donec ad caelestes illas res se extulit, et in paradisum pervenit: praetergres- *I. Tim. I. 12.

sus videlicet humanam conversationem, superior evasit hominibus: et cum illinc rediit, praedicavit cuilibet dicens*: «ex parte enim cognoscimus, et ex » parte prophetamus. Nunc cognosco ex parte; tunc autem cognoscar*, si- » cut et cognitus fui.» Et reapse a sanctis illis caelestibus cognitus fuit tamquam ipsorum civis in omni re futura et perfecta. Quod dicit, ex parte, illud erat quod in praesenti ab eo cognoscebatur: verumtamen propter illa sublimia ipsi a Domino communicata, perfectus evasit, aitque*: «quicumque » ergo perfecti sumus, hoc sentiamus. » Et quoniam Christi evangelium absolutio est atque finis illius ministerii, quod per legem traditum fuit Israheli, ita res futurae finis erunt praesentium; postea quam completa fuerint evangelia, et fideles homines illa acceperint, quae nunc etsi non visa expectant, sicut idem Paulus ait*: « nam quod videt quis, cur expectat? Si » autem quae non videmus, speramus, per patientiam expectamus. » Sic ille vir beatus, cui apostolatus gratia commissa fuit, scribebat, volens omnes homines similes ei esse. Porro erga homines caritas, ea demum virtus est. Regni caelestis turba infinita est: milia milium et decies centena milia sunt ibi in Domini obsequium. Illuc homo ingredietur per angustam arctamque viam: ingressus autem, immensum spatium conspiciet, et locum omnium maximum, ut ii narrant, qui spectatores atque heredes talium rerum fuerunt. Posuisti ante nos angustias. Deinde post angustias aiebant:

* I. Cor. XIII. 9. et 12.
* Ex gr. ἐπιγνωσομαι.
* Phil. III. 15.
* Rom. VIII. 24.

eduxisti in latitudinem. Item: in tribulatione dilatasti nobis *. Revera fratres mei, vita sanctorum heic angustia est, quia ipsi aerumnose laborant, rerum futurarum desiderio, ut ille dicit *: «heu mihi, quia peregrinatio mea » prolongata est!» Vel quia anguntur atque laborant ob aliorum salutem, ut ad Corinthios Paulus scribit *: «fortasse cum venero, humiliabit me » Deus; et moerebo propter multos ex iis qui ante peccaverunt, et non » egerunt paenitentiam super immunditia et fornicatione et impudicitia, » quas gesserunt.» Quemadmodum etiam moerebat Samuhel de Saulis perditione: et populi captivitatem deflebat Hieremias. Verumtamen post hanc afflictionem, dolorem, atque tristitiam, cum de hoc mundo abibunt, excipiet eos divina hilaritas, gaudium atque laetitia, unde exulabunt miseria, moeror ac gemitus.

* Ps. IV. 2. XVII. 20. LXV. 11.

* Ps. CXIX. 5.

* II. Cor. XII. 21.

2. Quae cum ita se habeant, fratres mei, ne quaeso umquam a terenda virtutis via desinamus, sed eius consilium sequamur, qui ait *: « imitatores » mei estote, sicut ego Christi.» Consilium autem huiusmodi haud solis Corinthiis dat, quia non horum tantummodo erat apostolus; sed quia doctor erat gentium in fide ac veritate, nos pariter cum praedictis commonet; generatimque omnibus haec universalia praecepta scribebat. Propterea dum scriberet, quosdam exorabat, ut in epistolis ad Romanos, ad Ephesios, et ad Philemonem: alios vero reprehendebat cum ira, veluti Corinthios et

* I. Cor. IV. 16.

Galatas: aliis promittebat, ceu Colossensibus ac Thessalonicensibus: Philippenses autem hilariter excipiebat: Hebraeos edocebat, legem apud eos tamquam umbram fuisse. Suos autem electos filios Timotheum ac Titum, ceu proximos erudiebat. Longinquos denique commonefaciebat. Prorsus ipse fiebat omnia omnibus. Nam cum hic homo perfectus evasisset, dabat operam ut sua doctrina singulorum usibus esset idonea, ut omnimode ex his aliquos salvaret. Neque effectu doctrina illius caruit; sed ea ubique disseminata, ad hunc usque diem fructum praebet.

3. Quam ob rem, dilecti mei, apostolicam mentem debemus agnoscere. Is precibus et exhortationibus usus est non initio suarum epistolarum tan» tummodo, sed in earum conclusione ac medio. Spero itaque mihi propter vestras orationes concessum iri, ut nullo modo sancti viri mentem defraudem. Is in divinis rebus eruditus, doctrinaeque vim probe sciens, necessarium putavit dilatare ab initio orationem circa Christum eiusque mysterium: deinde vero morum integritatem ostendere; ita ut, cognito Domino, ac satis res eius edocti, quidquid ipse iussisset, sedulo exsequi vellent. Etenim nisi legislator innotuerit, nemo mandata eius diligenter exsequi poterit. Ita se gessit fidelis ille Moyses Dei minister, qui ante quam
* Deut. VI. 4. divinae legis verba promulgaret, Dei notitiam praedicavit *: « audi Israhel, » dominus Deus tuus, dominus unus est. » Mox initiato populo, et cre-

dendarum rerum tenorem edocto, et refricata memoria de vero Deo, legem tulit earum rerum, quibus homo gratificari Deo posset, dicens: non adulterabis, non furaberis; cum alio quolibet praecepto. Item secundum apostolicam doctrinam *, oportet accedentem ad Deum credere illum esse, et inquirentibus se fore remuneratorem. Quaeritur vero Deus per virtutis opera, ut ait propheta *: « quaerite Dominum; et cum inveneritis, invocate » eum: et cum ad vos propinquaverit, derelinquat impius viam suam, et » homo ex lex cogitationem suam. »

* Hebr. XI. 6.

* Is. LV. 6.

4. Quod si quis testimonio Pastoris non offenditur, melius ei erit si ante omnia discat, quae ille scripto tradidit: « in primis crede unum esse » Deum, qui creavit disposuitque res omnes, quas ex nihilo ad existen- » dum produxit. 1) » Hinc beati evangelistae memores verborum Domini, sub evangeliorum initiis de Salvatore nostro locuti sunt; ut agnito primum domino illo creatore, ea deinceps promulgare possent, quae credenda sunt. Secus enim quomodo creditum foret scriptis de illo a ventre matris suae caeco, et de aliis qui visum recuperarunt caecis, et de mortuis ad vitam revocatis, et de aqua in vinum mutata, et de mundatis leprosis, nisi de creatore adfirmavissent scribentes: « in principio erat Verbum. » Et secun-

1) Citat hunc ipsum ex opere Pastoris locum Athanasius noster de incarn. Verbi cap. 3, nec non de decretis nic. synodi cap. 18: *πρῶτον πάντων πίστευσον, ὅτι εἷς ἐστιν ὁ θεὸς, ὁ τὰ πάντα κτίσας καὶ καταρτίσας, καὶ ποιήσας ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι.* Quae verba adamussim pertinent ad praedicti Pastoris librum II. mand. 1. Vide Cotelerium Patr. apost. T. I. p. 85.

dum Matthaeum : « et qui nascetur de semine Davidis, hic est Emmanuhel filius Dei vivi » a quo Iudaei pariter atque Ariani faciem avertunt; sed nos eum cognitum adoramus. Sic apostolus merito quibusdam scripsit, praecipueque filio suo, commonefaciens illum quominus id aspernaretur quod a se didicerat. Quam rem commendans ait*: « memento Iesu Christi, qui sur- » rexit a mortuis, qui est de semine Davidis, secundum evangelium meum. » Atque ut haec memoriae illius semper occurrerent, ilico haec verba scripsit: « haec meditare, et in his esto. » Sane studium perpetuum, et divinorum verborum memoria, bonum Dei timorem roborant. Apostolo quidem inerat caritas inseparabilis et inexpugnabilis erga Deum, prout de se ipse testatur, dum cum suorum consiliorum sociis fiducialiter sic disserebat dicens*: « quis nos separabit a caritate Dei? » Alios autem 1) devincie- bat, veluti in proverbiis scriptum est*: « peccatorum suorum funibus im- » pius illigatur. »

* II. Tim. II. 8.

* Rom. VIII. 35.

* Prov. V. 22.

5. Quum haec Iudaei moliti fuerint, et Domino iniuriam intulerint, errarunt ut sibimet iram attraherent. Ideo Scriptura cum moerore aiebat*: « quare gloriatae sunt 2) gentes, et populi meditati sunt inania? » Vana erat Iudaeorum molitio, qui mortem machinabantur vitae, et contra Verbum patris absurda struebant. Quis nunc illorum dispersionem, urbisque ipso-

* Ps. II. 1.

1) Heic fit lacuna in editione londinensi p. 56. Sed epistolae deinde continuatio usque ad finem supletur illic in additamentis p. ⊢ (17).

2) Verbum est polysemum φρυάσσειν, *gloriari*, vel *fremere*. Variat autem huius loci verbum apud priscos interpretes.

rum exterminium spectans, haud iure meritoque dicat: vae illis, qui male contra se meditantur dicentes *: « circumveniamus iustum, quia nobis mini- * Sap. II. 12.
» me placet. » Merito, fratres mei, dum per libros vagi discurrerent, nequaquam tamen illud agnoscebant: «qui foveam proximo suo fodit, in eandem
» incidet *. Item: qui sepem dissipat, mordet eum coluber. » Et nisi faciem * Eccle. X. 8.
suam a Domino avertissent, haud ea formidarent quae in divinis laudibus praedicuntur *: « captae fuerunt gentes fune quem ipsae struxerunt; in la- * Ps. IX. 16.
» queo quem absconderunt, comprehensus est pes eorum. Cognoscetur Do-
» minus iudicia faciens; in operibus manum suarum comprehensus est pec-
» cator. » Hoc item animadvertite *: « venient eis insidiae, quas non cogno- * Ps. XXXIV. 8.
scebant; laqueus quem occultaverunt, capiet eos. » Haec videlicet non intellexerunt; secus, Dominum gloriae non crucifixissent *. * I. Cor. II. 8.

6. Quamobrem iusti atque fideles Domini famuli, disciplinam propter regnum caelorum amplexi, hinc nova et vetera hauriunt, atque in verbis Domini meditantur, domi sedentes, dormientes, vigilantes, et in viis ambulantes, bona spe praediti, propter Spiritus promissionem qui dicit *: * Ps. I. 1.
« beatus vir qui non abiit in consilium impiorum, et in via peccato-
» rum non stetit, et in cathedra pestilentium non sedit; sed voluntas
» eius in lege Domini, et in ipsius lege meditatur die ac nocte. » Firma autem fide, laeti spe, quieti spiritu, fiducialiter dicent *: « os meum lo- * Ps. XLVIII. 4.
» quetur sapientiam, et meditatio cordis mei prudentiam. Item *: medita- * Ps. LXXVI. 13.

» tus sum in omnibus operibus tuis; et opera manuum tuarum considera-
» bam. Si memineram tui super stratum meum, in matutinis medita-
* Ps. LXII. 7. » bar de te. » Deinde adhuc confidentius dicent *: « meditatio cordis mei
» in conspectu tuo semper. » Quis porro huiusmodi hominis finis? Hic
* Ps. XVIII. 15. statim in verba erumpet *: « Dominus adiutor meus ac liberator. » Cum his
ergo, qui apud semet ipsos contemplabuntur, et in corde suo Domini me-
mores erunt, nullus poterit hostis proeliari; quia cor illorum ob suam erga
* Ps. CXXIV. 1. Dominum fiduciam, ita se habebit ut scriptum est *: « qui confidunt in Do-
» mino sicut mons Sion; non commovebitur in aeternum qui habitat in
» Hierusalem. » Quod si aliquando callidus ille praesumat, ausitque aciem
praesertim sanctorum perrumpere, et discidium inter fratres efficere, ipsis
quidem in hoc etiam aderit; qui non solum eos ulciscetur, sed interim
etiam dum flagellantur, divina illa promissio eosdem liberabit: « Dominus
* Exod. XIV. 14. » pugnabit pro vobis * ». Propterea etiamsi angustiae ac tentationes exterius
invadant, hi nihilominus, verba apostoli considerantes, angustiarum pa-
tientes, in precibus perseverantes, et ingruentibus casibus meditationem
legis opponentes, Deum placaturi sunt, recitatis iis quae scripta sunt ver-
*Ps. CXVIII. 143. bis: « tribulatio et angustiae invenerunt me *: Et mandata tua, meditatio
» mea est *.»

7. Verumtamen quia haec haud externis tantum actibus peragenda

sunt, sed mentis quoque cogitatione consideranda, quô virtutem exerceamus; idcirco ille subdidit: « praevenerunt oculi mei ad te diluculo, ut me- » ditarer eloquia tua* ». Oportet enim animi cogitationes in hominibus puris, praeire actibus qui corpore fiunt, et non vice versa. Noster quoque Salvator hanc doctrinam traditurus, ab animi cogitationibus coepit, dicens*: « qui spectat mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatus » est. Et qui fratri suo irascetur, reus homicidii est*.» Quippe ira non praecedente, homicidium excluditur: exclusa pariter cupiditate, crimen adulterii aberit. Necessaria est igitur, dilecti mei, legis meditatio, et continuum virtutis exercitium, quô nulla in re vir sanctus claudicet, sed in omni opere bono perfectus sit: etenim his vitae aeternae promissio adnexa est, ut Paulus Timotheo scribebat, quo loco meditationem vocabulo exercitationis indigitabat, dicens*: « exerce te ipsum ad pietatem: nam corporalis exercita- » tio ad modicum utilis est, pietas autem ad omnia utilis est, promissio- » nem habens vitae quae nunc est, et futurae. »

v. 148.

* Matth. V. 28.

* I. Ioh. III. 15.

* I. Tim. IV. 7.

8. Mirabilis est viri huius virtus, fratres mei; qui dum monet Timotheum, mandat omnibus ut rei cuilibet exercitium pietatis anteferant; sed prae ceteris omnibus fidem erga Deum pensi habeant. Nam quae hominis esset bonitas, qui dum inique peccat, nihilominus praecepti observantiam simularet? Immo vero nullam legis partem observare posset, qui iniquus est: namque animi sententiae, opera quoque consentire necesse est, prout

Spiritus hos reprehendit dicens [a]: « dixit insipiens in corde suo, non est » Deus. » Mox eadem scriptura, ut opera demonstret cogitationum pedisequa, ait: « corrupti sunt, et in studiis suis inquinati. » Homo ergo iniquus, corpore quoque corrumpitur, cum furatur, moechatur, maledicit, ebriatur, atque his similia committit. Quemadmodum propheta quoque Hieremias, dum de his cum Israhele expostularet, clamabat dicens [b]: « quis » mihi aliud donet in deserto diversorium, ut populum meum derelinquam, » et ab eis recedam? Quia omnes adulteri sunt, coetus praevaricatorum, » et quasi arcum linguam suam tetenderunt. Mendacium et incredulitas » invaluerunt super terram; de malo ad malum progressi sunt, et me » non cognoverunt. » Igitur iniquitatis mendaciique vocabulis, opera illorum vituperabat: et sub imagine illorum, qui increduli Deum ignorabant, populi scelera accusabat.

[a] Ps. XIII. 1.

[b] Hier. IX. 2.

9. Fides ac pietas conexae sunt atque sorores: qui Deo credit, pietate non caret; et qui pietatem habet, valde credit. Igitur qui in iniquitate versatur, sine dubio et in fide errat: et qui a pietate excidit, a vera pariter fide excidit quam possidebat. Paulus quidem discipulum suum praemonens, hoc ei consilium praebet [a]: « impura verba devita, multum enim proficiunt « ad impietatem, et sermo eorum ut cancer serpit; ex quibus est Hyme» naeus et Philetus » quorum patratam iniquitatem narrat dicens: qui a

[a] II. Tim. II. 16.

» veritate declinaverunt, dicentes resurrectionem esse iam factam.» Deinde idem apostolus, ut demonstret sociam esse fidei pietatem, ait*: « et om- * II. Tim. III. 12.
» nes qui pie vivere volent, propter Iesum Christum persecutionem pa-
» tientur. » Quamobrem ne quis in persecutionibus pietati nuncium remittat, fidem conservandam suadet, subdens*: « tu vero permane in iis quae v. 14.
» didicisti, et in quibus es confirmatus. » Nam quemadmodum si frater a fratre adiuvetur, ambo invicem loco moenium fiunt; ita fides ac pietas, eodem stipite ortae, inter se cohaerent: et qui in una exercetur, necessario corroboratur in altera. Ideo cum vellet Paulus discipulum suum ad pietatem exerceri, et denique pro fide certare, suadebat ei dicens*: * I. Tim. VI. 12.
« certa bonum certamen fidei, et apprehende vitam aeternam. » Ceterum ante omnia ab idolorum impietate recedendum homini est, firmeque credendum esse Deum. Tum deinde fide nixus cum adversariis depugnet.

10. Una est ambarum spes, id est fidei atque pietatis, scilicet vita aeterna. Certa, inquam, bonum fidei certamen, et apprehende vitam aeternam: exerce te ad pietatem, quoniam haec habet praesentis vitae atque futurae promissionem. Propterea Arius et Manes, qui nunc ab ecclesia exiverunt, dum oppugnant Christum, infidelitatis foveam foderunt, in qua sunt confracti: et impietate provecti, fidem simplicium pervertunt, in Dei

filium blasphemantes, quem creaturam esse dicunt, atque ex non extantibus factum. Sed quomodo tunc adversus Philetum atque Hymenaeum, ita nunc contra parem illis impietatem, cavet unicuique apostolus dicens *: nunc au- » tem fidei fundamentum elevatum est, habens signaculum hoc: cognovit » Dominus qui sunt eius; et discedat ab iniquitate omnis qui invocat » nomen Domini. » Bonum est ab impietate discedere, atque ab iniquitatis operibus, ut recte unusquisque festum agere queat. Qui autem impiorum sordescit impuritate, pascha domini nostri Dei immolare non poterit. Quare ille etiam tunc in Aegypto degens populus aiebat *: nobis non licet in Aegypto pascha domini nostri Dei immolare. Idem quin immo omnium Deus, recedere Israhelitas a Pharaone volebat, et a iugo ferreo, ut qualibet improbitate liberi, et omni extranea opinione spoliati, Dei notitiam suscipere possent, cum virtutis operibus. Idcirco aiebat: recedite ab eis, egredimini de medio illorum: nolite tangere impuros; secus nemo peccato emerget, nemo virtutis opera sectabitur; nisi cum operum studio et pietatis exercitio, fidei simul confessionem teneat, pro qua Paulus proeliatus, coronam iustitiae adeptus est, quam dabit ille iustus iudex; nec huic tantummodo, sed et omnibus eidem similibus.

* II. Tim. II. 19.

* Exod. VIII. 26.

11. Huiusmodi meditatio ac pietatis exercitium sanctis perpetuo fami-

liare, nunc quoque instat ; vult enim scriptura, ut quum fuerimus ita affecti, cum illis festum celebremus. Quid enim aliud festum est, nisi ad Deum oratio continua, pietatis scientia, et preces non vaga quadam ratione sed concordi cordium consensu actae? Quapropter volens Paulus nos hoc modo semper esse dispositos, mandat dicens *: « semper gaudete, sine intermis- » sione orate, in omnibus gratias agite. » Ne igitur seorsum sed coniunctim atque concorditer cuncti simul festum agamus, ceu hortatur propheta dicens *: « venite exultemus Domino, laudemus Deum salvatorem nostrum. » Quis ita piger est, quis inquam audita divina voce, quodlibet haud omittit negotium, ut ad communem concionem festalemque conventum accurrat, qui non uno in loco celebratur? Non enim unius loci sollemnitas « sed » in omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terrae verba eo- » rum *. » Non uno in loco sacrificium offertur, sed in omni populo tus offertur mundumque sacrificium Deo. Cum sic unanimiter extolletur laus et oratio ab iis, qui ubique sunt, ad patrem illum clementem ac bonum ; cum universa catholica ecclesia, ubique diffusa, coniunctim et cum exultante laetitia Deum adorabit ; cum unusquisque generatim laudem extollet, dicetque amen ; quam bene nobis erit, fratres mei? Quis non gaudebit, cum recte orabit? Tunc ipsa hostilis artificii moenia, tamquam Hierichuntis, subito cadent : tunc purum Spiritus sancti donum in singulos copiose ef-

* I. Thess. V. 16.

* Ps. XCIV. 1.

* Ps. XVIII. 5.

fundetur, ita ut omnes agnito Spiritus adventu dicturi sint *: « repleti su- » mus mane misericordia tua, et laetati sumus atque exultavimus in die- » bus nostris. » *Ps. LXXXIX. 14.

12. Quae cum ita se habeant, cantemus cum sanctis, nemoque nostrûm haec officia negligat, quolibet angustiarum respectu habito aut tentationum, praecipueque illarum, quas nunc per invidiam nobis suscitant Eusebiani, nobisque crimini et accusationi vertunt usque ad necem rectum nostrum cultum, qui tamen in Dei tutela est: sed tamquam fideles Dei famulos nosmet geramus, quandoquidem scitis salutem nostram ipso angustiarum tempore confieri. Dominus quoque iampridem promisit dicens *: « beati estis » cum maledixerint vobis, et persequuti vos fuerint, et malum adversus vos » dixerint mentientes propter me. Gaudete et exultate, quoniam merces » vestra copiosa est in caelis. » Item Salvatoris effatum est, haud omnes in mundo angustiis corripi, sed qui Deum timent *. Quapropter quoties nos inimici gravius adfligunt, nos solamine utimur: et quamvis illi iniu- riam inferant, nos concordiae vincula adstringimus: quoties denique im- pedire nos a recta religione satagunt, nos eam cum fiducia praedicamus, dicentes *: omnia haec nobis supervenerunt, quia tui non sumus obliti, neque impietatem commisimus cum Ario ac Manete, qui dicunt te ex non extantibus factum, cum tamen Verbum semper cum patre fuerit, ex eo- que sit. *Matth. V. 11. * Ioh. XV. 19. * Ps. XLIII. 18.

13. Ergo nos quoque, fratres mei, sollemnes simus; non enim rem celebramus tristificam vel molestam. Neque misceamur haereticis, propter tentationes, quae pietatis causa brevi tempore accidunt; verum ita nos geramus tamquam gaudio elati ac laetantes; ne sit cor nostrum moerore pulsatum, ceu Caini; sed tamquam servi fideles bonique dictum nobis audiamus: intra in gaudium domini tui. Neque omnino paschalia haec quasi tristitiae atque angoris loco habeamus, ut forte quis arbitrabitur, sed hilaritate redundantes et gaudio, festales simus; neglecta Iudaeorum fraude, et Arianorum praedicatione, quae deitatem filio eripit, eumque in creaturis connumerat; sed iustitiam illam a Domino patratam consideremus. Certe dolus Iudaeorum, et effrenis Arianorum improbitas nihil aliud quam tristitiam meditantur: etenim primo illi Dominum interfecerunt; hi autem triumphum eius de morte abolent, quam ipse a Iudaeis depulerat, dum aiunt haud creatorem esse sed creaturam. Atqui si creatura fuisset, mors eum detinuisset; verumtamen cum ipsum, scriptura teste * non detinuerit, sequitur ut non creatura, sed creaturarum sit dominus; quod festi huius immortale argumentum est. * Act. II. 24.

14. Mortis dominus mortem voluit destruere; quodque Dominus voluit omnino peractum est. Omnes nos de morte ad vitam transibimus. Iudaeorum consilium, nec non eorum qui his assimilantur, vanum evasit; neque

prout voluerant contigit, sed res in contrarium cessit. Utrosque irridet qui
* Ps. II. 4. in caelis residet, et eos Dominus ludibrio habet *. Huius rei causa Dominus cum ad necem duceretur subsequentes feminas flentesque obiurgabat
* Luc. XXIII. 28. dicens: nolite me deflere *; volens his verbis significare, mortem suam haud tristificam esse sed laetificam; et quod etiamsi pro nobis moreretur, ipse vivit; et quod nequaquam ex nihilo extitit sed ex patre. Res enim vero gaudio digna! triumphalis nempe victoria adversus mortem, nostraque simul imputribilitas, per dominicum illud corpus: etenim eo resuscitato, futura pariter nostra resurrectio est: cumque eius corpus corruptionis immune fuerit, sine dubio id nostrae incorruptibilitatis causa fit.
* Rom. V. 12. Sicut autem propter unum hominem, ut veraciter Paulus ait *, ad omnes homines peccatum transiit, sic ob domini nostri Iesu Christi resurrectionem omnes resurgemus: oportetque, ait, corruptibile hoc induere incorruptio-
* I. Cor. XV. 53. nem, et mortale hoc induere immortalitatem *. Id tempore passionis accidit, qua Dominus noster pro nobis obiit, et pascha nostrum immolatus est Christus. Propterea igitur quia immolatus fuit, unusquisque eo vescetur, et hilariter seduloque alimoniam hanc participabit. Ipse vero sine invidia unicuique semet communicabit; et in singulis commorans, fiet fons aquarum
* Ioh. IV. 14. decurrentium in vitam aeternam *.

15. Exordiemur itaque quadragesimam die ·IX· mensis phamenoth, Deoque per hos dies servientes cum continentia, nosque in antecessum

purificantes, initium sancti paschatis faciemus die ·XIV· mensis pharmuthi. Dein ieiunia nectentes usque ad sabbatum, nempe ad ·XIX· mensis diem, finem illorum faciemus obscuro serotino, post quod orietur nobis lux dominicalis, sancta inquam dominica nobis splendescet, qua Dominus noster surrexit. Decet autem nos laetari et illo gaudio exultare, quod ex operibus bonis provenit, per illas reliquas septem hebdomadas, quae est pentecoste; gloriam Patri dantes dicentesque: haec dies quam fecit Dominus, laetemur et exultemus in ea, per dominum ac salvatorem nostrum Iesum Christum, per quem eidem et eius Patri, gloria sit atque imperium in saecula sceculorum. Amen.

Salutate invicem cum osculo sancto. Salutant vos cuncti qui mecum sunt fratres. Oro ut valeatis in Domino, dilecti fratres.

Sancti Athanasii epistola undecima explicit.

EIUSDEM SANCTI ATHANASII EPISTOLA AD SERAPIONEM THUMEOS EPISCOPUM.

Dilecto fratri, nostroque in ministerio collegae, Serapioni 1).

Gratiae sint providentiae divinae, propter ea quae singulis horis tribuit nobis beneficia, et quia nunc quoque ad hoc festi tempus pervenire concessit. Interim misi tibi, dilecte noster, epistolam quam more solito de praesenti festo lucubravi, ut per te fratres pariter omnes laetitiae diem cognoscant. Chr. anno 340 vel 341.

1) Huius Serapionis epistolas graecas duas nos ante hos annos vulgavimus; priorem brevem in class. AA. T. V. p. 362; alteram libelli instar prolixam in Spicil. rom. T. IV. p. 45-67.

Quoniam vero Meletiani, cum de Syria venerunt, gloriati sunt id obtinuisse, quod minime ad eos spectabat, id est se quoque catholicae ecclesiae adscriptos fuisse, idcirco misi tibi exemplar unius epistolae illorum ministerii nostri collegarum, qui sunt de Palaestina, ut tu hac lecta cognoscas hypocritarum illorum circa id fraudem. Nam quia, ut supra dixi, semet iactabant, necesse fuit ut ad Syriae episcopos scriberem; nobisque ilico Palaestini responderunt, iudicium de illis editum confirmantes, ceu tu ex rei expositione cognosces. Ne tu enim cunctorum episcoporum epistolas continuatim legeres, misi tibi ceterarum unum conforme exemplum, ut hinc omnium voluntatem rescias. Et sane intelligo, quod ex hoc convicti, summum omnium hominum odium incurrent. Sic itaque propter hos hypocritas apprime necessarium impenseque urgens existimavi, rem hanc modestiae vestrae significare. Scripsi autem singulis, fore ut tu quadragesimam indiceres fratribus, eisque ieiunium suaderes, ne dum universus orbis ieiunat, nos Aegyptii risui essemus, quia non ieiunemus, atque hos dies in hilaritate transigamus 1). Ac ne hac excusatione quisquam utatur, quod epistola (non) sit lecta, quominus ieiunii debitum agnoscamus, hunc oportet obtentum de medio auferre, dareque operam ut ante quadragesimam omnino legatur, ne aliqua ansa capta, ieiunium omittatur. Profecto ex huius lectione,

1) Hoc videlicet contingebat, siquando diverso die a christianis pascha celebraretur, quod ante nicaenum decretum reapse usuvenerat. Urget itaque Athanasius paschalis diei indictionem, quo ex debita norma cognito, concorditer christiani aegyptii sollemnitatem celebrarent.

ieiunii officium discent; sed et tu nihilominus, dilecte, sive hoc sive alio modo, suade illis atque eos edoce ut quadragesimale ieiunium obeant: pessimum quippe foret, si cum orbis universus ita se gerit, soli Aegyptii ieiunii loco voluptati indulgerent. Equidem aegre ferens quod nonnulli hanc nos ob causam irrideant, ad te scribere coactus sum. Porro his acceptis lectisque litteris, mihi, dilecte noster, rescribes, ut hac notitia exhilarer.

2. Necessarium insuper iudicavi vos certiores facere, substitutos fuisse defunctis episcopos, Tanis Theodorum loco Eliae: Arsinoïte Silvanum pro Calosyrio: Parali Nemesianum pro Nonno: Bicheli 1) Heraclium: Tentyris Andronicum pro Saprione parente ipsius: Thebis Philonem pro Philone: Maximianopoli Herminium pro Atra 2): Apollone inferiore Serapionem pro Polotione: Aphroditi Serenum pro Theodoro: Rhinocorurae 3) Salomonem. Setatmae 4) Arabionem. Itemque in Marmarica, Geruatis 5) orientalibus Andragathum pro Hierace: Geruatis australibus, Chenitum pro Nicone 6). Haec aio, ut his scribatis, mutuoque canonicas epistolas recipiatis.

1) Stephanus byz. de urb. Μέτηλις πόλις αἰγυπτία, πλησίον Ἀλεξανδρείας, ἣ νῦν Βήχυς λέγεται. Ergo *Bichelis* eadem videtur quae *Metelis*, urbs cognita episcopalis.

2) An *Hermion* et *Atla* et mox *Politiano*?

3) Syr. *Dinocoruri*. Sed patet mendum? pro ›.

4) Syrum vocabulum legi potest etiam *Statemae*. Num *Semnudae* aut *Semmenut*, id est *Sebennyti*?

5) *Gereatis* in itin. Ant. ed. Wess. p. 71. At Theophilus in paschali an. 404. scribit *Geras*.

6) De his urbibus episcopalibus Or. ch. T. II. col. 534. 535. 582. 570. 517. 611. 603. 586.

Salutate invicem cum osculo sancto. Salutant vos cuncti qui mecum sunt fratres.

Hanc epistolam ex urbe Roma scripsit 1). Deest autem duodecima.

EPISTOLA XIII.

Haec est Athanasii ·XIII· epistola 2), in consulatu Marcellini et Probini 3), cum esset praefectus Longinus, indictione ·XIV·, ·XIII· kal. maii, die ·XXIV· pharmuthi, Diocletiani anno ·LVII·

Ch. anno 351. 1. Nunc quoque, fratres mei dilectissimi, haud demoror vobis indicare Salvatoris 4) iuxta annuam consuetudinem sollemnitatem. Si hostes Christi vos una nobiscum molestiis et cruciatibus oppresserunt, Deus tamen nos per fidem mutuam consolatur. En ex urbe Roma ad vos scribo 5), in qua cum fratribus festum exigens, vobiscum etiam spiritu ac voluntate id celebrabo; preces pariter Deo illi attollens, qui nobis concessit non solum in

ܫܐܠܘ ܫܠܡܐ ܕܚܕܕܐ : ܒܢܘܫܩܬܐ . ܩܕܝܫܬܐ ܫܐܠܝܢ ܒܫܠܡܟܘܢ ܟܠܗܘܢ ܐܚܐ ܕܥܡܝ .. ܗܕܐ
ܡܢ ܪܗܘܡܐ ܟܬܒܗ . . ܗܝ ܕܬܪܬܥܣܪܐ ܠܝܬܝܗ ✥

ܗܕܐ ܐܓܪܬܗ ܕܬܠܬܥܣܪܐ ܕܐܬܟܬܒܬ ܒܗܘܦܛܝܐ ܕܡܪܩܠܝܢܘܣ ܘܦܪܘܒܝܢܘܣ ܒܗܦܛܝܘܬ
ܠܘܢܓܝܢܘܣ ܗܦܪܟܐ . ܒܐܢܕܝܩܛܝܘܢ ܕܐܪܒܥܣܪܐ ܗܘ ܕܝܢ ܒܥܣܪܝܢ ܘܐܪܒܥܐ ܕܦܪܡܘܬܝ :
ܩܕܡ ܬܠܬܥܣܪܐ ܩܠܢܕܣ ܕܡܐܝܘܣ . ܗܝ ܕܐܝܬܝܗ ܒܚܡܫܝܢ ܘܫܒܥܐ ܠܕܩܠܛܝܢܘܣ .
ܡܢ ܕܐܬܬܩܢܛܝܠܘܗ ܕܝܢ ܒܥܠܡܐ ܕܢܫܬܠܡܘܢ ܡܢܝܢܐ ✥

ܐܦ ܗܫܐ ܐܚܝ ܚܒܝܒܐ . ܠܐ ܡܬܚܠ ܐܢܐ ܕܐܫܘܕܥܟܘܢ ܥܐܕܐ ܦܪܘܩܝܐ : ܗܘ ܕܐܝܟ ܥܝܕܐ
ܕܫܢܬܐ ܗܘܐ . ܐܢ ܓܝܪ ܐܘܠܨܢܐ ܘܐܘܠܨܢܐ : ܐܦ ܠܟܘܢ ܥܡܢ ܐܠܨܘ ܒܥܠܕܒܒܐ
ܕܡܫܝܚܐ : ܐܠܐ ܒܗ ܒܝ ܐܠܗܐ ܡܒܝܐ ܠܢ ܒܝܕ ܗܝܡܢܘܬܐ ܕܒܝܢܬܢ . ܗܐ ܐܦ ܡܢ
ܪܗܘܡܐ ܠܟܘܢ ܟܬܒ ܐܢܐ . ܟܕ ܡܥܒܕ ܐܢܐ ܥܡ ܗܢܘܢ ܥܡ ܐܚܐ ܐܦ ܐܢܐ ܡܥܒܕ ܐܢܐ

1) Scilicet Athanasius Romam profugerat sub Iulio pontifice, ut aiunt scriptor anonymus vitae illius n. 15, aliique historici. Nam verba *deest duodecima* syrus interpres posuit vel amanuensis. Atqui undecima data fuit an. 339. coss. Constantio II, et Constante I. Quae autem mox sequitur tertia decima, anni est 341, coss. Marcellino et Probino. Ergo duodecima scribi debuerat anno intermedio, coss. Acindyno et Proclo. Iam vero in chronico dictum fuit non potuisse illo anno 340. mitti ab Athanasio *more solito* (id est publico) epistolam festalem. *More solito*, inquam, ideo fortasse dixit, quia clanculum et serius miserit. Et tamen in epistola ad Serapionem ait Athanasius se includere consuetam festalem, ab illo in Aegypto diribendam. Haec vero inclusa utrum duodecima fuerit an tertia decima, quam aeque se ex urbe Roma scribere ait divus pater, non omnino definio. Etenim Cosmas certe indicopleustes tot heortasticas numerat, quot athanasiani episcopatus annos, videlicet 45. Etsi enim annis 46. praefuit alexandrinae sedi Athanasius primo tamen non scripsisse narratur in chronico.

2) In chronico ad an. 341. coss. Marcellino et Probino dicitur Athanasius non scripsisse; mendose tamen dicitur, ut ex hac apparet.

3) Syr. heic *Probiani*, sed in chronico recte *Probini*.

4) Syr. *salutarem*. Sed sine dubio graece fuit σωτήριον ἑορτήν, quod pro linguae genio transferendum erat, ut fecimus.

5) Indidem scripserat ad Serapionem anno praecedente, vel hoc ipso, prout criticis definire placuerit.

ipsum credere, sed etiam pro ipso nunc pati. Quamquam vero abesse a vobis dolemus, Deus nihilominus nos ad scribendum vobis exstimulat, ut epistolarum saltem commercio recreemur, cunctique ad bonam frugem excitentur. Multae sane oppressiones et persecutiones acerrimae contra ecclesiam et contra nos peractae fuerunt. Quidam enim haeretici homines, corruptam mentem gerentes, nec in fide probati, bello adversus virtutem suscepto, violenter ecclesiam insectantur, ita ut fratres nonnulli seduci se patiantur, alii vero propter cruciatus fiant desertores: quodque acerbius est, illorum contumeliae ad episcopos usque pertingunt. Haud idcirco tamen festi oblivio nos capiat, immo magis recordemur, atque eius idemtidem commemorationem mente versemus. Profecto quae huic festali tempori congruunt, ea increduli homines minime curant, quorum universa vita ebrietate ac vitiis consumitur: quae vero ipsi festa agunt, ea tristitiam potius quam gaudium pariunt. Ceterum haud hi magnopere nobis obsint, qui vitam heic transitoriam degimus. Adhuc tempus superest: haec vero eveniunt exercitii experimentique nostri causa; ut comperti stabiles probatique servi Christi, sanctorum hereditatis filii simus. Namque ut ait Iobus *: «mundus universus tentationis stadium est terricolis.» Probantur autem (homines) in hoc mundo gravibus molestisque anxietatibus, ut unusquisque dignam a Deo accipiat mercedem. Sic enim per prophetam dixit *:

* Iob. VII. 1.

* Hier. XVII. 10.

« Ego Dominus scrutans corda, et vestigans renes, ut dem unicuique iuxta » vias suas. »

2. Homo sane dum experimento probatur, quid sibi eventurum sit non praenoscit; sed generatim tantum ante sententiam latam agnoscet. Verumtamen bonus atque amator hominum (Deus) singulos pro operum meritis remunerabitur; quo fit ut passim quisque dicere soleat: iustum est Dei iudi-
* Ps. VII. 10. cium! sicut etiam propheta ait *: « Dominus quod iustum est inquirit, et » scrutatur renes. » Propterea singillatim nos vestigat, vel ut iis qui non intelligunt, manifestetur virtus ab illis quorum fit experimentum, prout Iobo
* Iob. XXXIII. 32? dictum fuit *: « credisne memet tibi denique manifestasse, ut tu iustus appa- » reas? » Vel quod ubi propria opera inspexerint, cuiusmodi fuerint agnituri sint; ideoque a malitia sua resipiscent, aut in vera fide manebunt. Interim beatissimus Paulus dum angustiis premeretur, persecutionem, famem, sitimque pateretur, omnibus superior erat per Iesum Christum qui dilexit nos. Patiebatur in infirmo corpore, credebat, sperabat, atque ita spiritu roborabatur, virtusque eius in infirmitate perficiebatur.

3. Ceteri quoque sancti homines, Deo pariter confidentes, probatio-
* Iob. I. 21. nem hanc cum gaudio excipiebant, ut Iobus aiebat *: « sit nomen Domini
* Ps. XXV. 2. » benedictum. » Psalmista item *: « proba me, Domine, et tenta me; scru- » tare cor meum et renes meos. » Reapse virtutis probatio ignavos coar-

guit. Quamobrem gnari ipsi quanta fieret purgatio et utilitas ab igne divino, in eiusmodi tentationibus animum non despondebant, immo et fortius perstabant, detrimenta patientes, nullis casibus territi, et tamquam aurum ex igne splendidiores prodibant. Sic ille, qui in pari palaestra exercitus fuit, aiebat *: «probasti cor meum, et visitasti nocte; vestigasti, et ni- * Ps. XVI. 3.
» hil in me iniquum reperisti; ut non loquatur os meum opera hominum.» At illi qui illegitimis moribus sunt, quia nihil nisi comedere, potare, ac mori, cogitant, tentationes praecipitii instar reputant. Hi nimirum facile in huiusmodi casibus corruent: et quia in fide non sunt probati, reprobo sensui se tradent, et flagitiis semet inquinabunt. Ideo beatissimus Paulus ad eiusmodi exercitia nos excitat, seque apprime in exemplum praebet, dicens *: «propterea angustias opto (gr. εὐδοκῶ) et infirmitates. Additque *: * II. Cor. XII. 10. * I. Tim. IV. 7.
«exerce te in timore Domini.» Sciebat enim quas fuissent tentationes perpessi, ii qui in timore Domini vivere constituerant. Atque ut sui discipuli in his exercerentur, optabat ipse labores, propter timorem Domini; ut tentationibus supervenientibus, et angustiis ingruentibus, tamquam experti homines eas facile tolerarent. Nam qui animum suum in his occupat, consuetudine ipsa fit interius peritus 1). Hinc beatissimi martyres, quum se ab initio aerumnis assuefecissent, repente extiterunt perfecti in Christo, et ignomi-

ܡܫܟܚܐ ܣܠܐ ܡܚܡܣ ܠܩܛܠܐ. ܡܛܠ ܗܢܐ ܓܝܪ ܡܬܒܚܪܝܢ ܗܘܘ ܒܢܘܪܐ: ܘܡܬܕܟܝܢ ܗܘܘ
ܘܢܘܪܐ ܡܢ ܢܘܪܐ ܐܠܗܝܐ. ܠܐ ܡܬܡܟܟܐ ܗܘܬ ܠܗܘܢ ܒܢܣܝܘܢܐ ܕܐܝܟ ܗܠܝܢ: ܐܠܐ ܡܬܚܝܠܝܢ
ܒܗܘܢ ܡܬܚܣܪܝܢ ܗܘܘ. ܟܕ ܡܬܚܣܪܝܢ ܚܣܝܢ ܦܝ. ܘܠܐ ܗܘ ܡܢ ܗܠܝܢ ܕܓܕܫܝܢ ܗܘܘ. ܡܛܠ ܕܐܝܟ
ܢܗܝܪܐ: ܐܝܟ ܕܗܒܐ ܡܬܚܙܝܢ ܗܘܘ ܡܢ ܢܘܪܐ. ܐܝܟ ܗܘ ܕܐܬܢܣܝ ܡܢ ܥܡܗ ܒܕܪܐ ܕܐܝܟ
ܗܢܐ ܐܡܪ: ܒܚܢܬ ܠܒܝ: ܣܥܪܬܢܝ ܒܠܠܝܐ ܒܚܪܬܢܝ ܘܠܐ ܐܫܟܚܬ ܒܝ ܥܘܠܐ:
ܐܝܟܢܐ ܕܠܐ ܢܡܠܠ ܦܘܡܝ ܥܒܕܐ ܕܒܢܝ ܐܢܫܐ. ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܠܐ ܢܡܘܣܝܐ ܒܕܘܒܪܝܗܘܢ:
ܐܝܟܢܐ ܕܠܐ ܡܕܡ ܐܚܪܢ ܡܬܪܢܝܢ ܐܠܐ ܗܝ ܕܢܐܟܠܘܢ ܘܢܫܬܘܢ ܘܢܡܘܬܘܢ: ܠܢܣܝܘܢܐ ܐܟ ܫܠܝܦ
ܡܬܚܫܒܝܢ ܡܬܬܚܝܢ. ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܡܬܬܠܝܢ ܒܗܢܝܢ. ܐܝܟܢܐ ܕܝܢ ܗܢܘܢ ܠܐ ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܢܟܝܢ
ܒܗܝܡܢܘܬܐ: ܢܬܬܠܡܘܢ ܠܗܘܢܐ ܡܣܠܝܐ ܘܒܛܢܦܘܬܐ ܘܠܐ ܢܟܦܘ. ܡܛܠ ܗܢܐ
ܦܘܠܘܣ ܛܘܒܢܐ ܟܕ ܡܥܝܪ ܠܢ ܠܗܘܢ ܘܐܡܪ ܗܟܢܐ: ܘܡܕܡܐ ܗܘ ܠܗܘ
ܡܪܚܡ ܗܘܐ ܒܐܘܠܨܢܐ ܐܡܪ ܗܘܐ. ܘܡܛܠ ܗܢܐ ܪܚܡ ܐܢܐ ܠܐܘܠܨܢܐ: ܒܟܘܪܗܢܐ. ܘܐܡܪ:
ܕܪܘܫ ܢܦܫܟ ܒܕܚܠܬܐ ܕܡܪܝܐ. ܝܕܥ ܓܝܪ ܢܣܝܘܢܐ ܕܗܘܘ ܠܗܘܢ: ܠܗܢܘܢ
ܕܨܒܝܢ ܗܘܘ ܕܢܚܘܢ ܒܕܚܠܬܐ ܕܡܪܝܐ. ܘܨܒܝܢ ܕܢܬܕܪܫܘܢ ܬܠܡܝܕܘܗܝ ܒܗܠܝܢ: ܪܚܡ
ܗܘܐ: ܠܥܡܠܐ ܗܠܝܢ ܕܡܛܠ ܕܚܠܬܐ ܕܡܪܝܐ. ܐܝܟܢܐ ܕܟܕ ܢܐܬܘܢ ܢܣܝܘܢܐ ܘܐܘܠܨܢܐ
ܐܘܠܨܢܐ. ܗܠܝܢ ܟܕ ܐܝܟ ܗܘ ܕܒܥܕܠܐ ܕܕܪܝܫܝܢ ܐܢܘܢ. ܢܣܝܒܪܘܢ

1) Mirum! Nos in huius collectionis tomo II. p. 493. fragmentum edideramus ex codice quodam vaticano sumptum, cum titulo τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου ἐκ τῆς ιγ΄ ἐπιστολῆς, *sancti Athanasii ex XIII. epistola*, ibique in adnotatione suspicati fueramus pertinere reapse ad divi viri heortasticas, quod nunc feliciter ita se habere comperimus. En itaque graecum fragmentum. Οἷς ἄν τις τὴν διάνοιαν ἀσκηθῇ, ἐν τούτοις λανθάνουσαν τὴν προθυμίαν πρὸς τὴν συνήθειαν ἔχει.

niam corporis teruntii fecerunt, quia speratam requiem intentis oculis prospiciebant.

[*] Ps. XLVIII. 12. 4. Cuncti autem qui promulgarunt nomina sua super terram [*], et quorum cura ad ligna et stipulas herbasque, et (idola) his similia, conversa erat, hi aerumnarum inexperti, a caelorum regno se abalienarunt. Quod si contra scivissent, ab angustiis patientiam perfici, a patientia fieri probationem, ex probatione spem oriri, spem denique non pudefacere; hi [*] I. Cor. IX. 27. sane exercitationes illas adamassent, Paulum imitantes qui ait [*]: subiugo » corpus meum, et in servitutem redigo; ne cum aliis praedicaverim, ipse » reprobus forte fiam. » Porro facilius molestias illas sibi idemtidem inci- [*] Thren. III. 27. dentes pertulissent, si prophetae monitis paruissent dicentis [*]: « beatus homo, qui portaverit iugum tuum ab adolescentia sua! » Sedebit humi solitarius, quia iugum tuum tulit: maxillam percutienti se tradet, satiabitur contumeliis; quia Dominus non repellet in perpetuum; sed dum humiliat, clemens est, secundum multitudinem misericordiarum suarum. Quicquid inimici agunt, flagella, ignominiae, contumeliae sunt, quae tamen numerum misericordiarum Dei superare non poterunt. Harum molestiarum nonnullae adhuc manent, nihilo tamen minus temporaneae sunt; sed Deus omni tempore miseretur, abundanter tribuens misericordias suas volentibus. Ideo, fratres dilectissimi, haud temporanea haec spectare debemus, sed ae-

terna. Et si angustiae instant, harum finis erit: et si ignominiae persecutionesque non desunt, nihil tamen hae sunt prae illa quaesita spe. Praesentia haec omnia, ineptiae sunt prae futuris illis. Non sunt aequales passiones huius temporis spei futurae *. Quid reapse exaequaverit regnum Dei? Vel quid aeternae vitae comparabitur? Quanti demum est, quod heic contribuimus, ut hereditatem illic consequamur? Nos quippe erimus Dei heredes, et filii hereditatis Christi. * Rom. VIII. 18

5. Itaque, dilecti mei, ne quaeso intueamur angustias et persecutiones, sed spem potius, quae persecutionum causa nobis proposita est. Qua in re prodest nobis patriarchae Issacharis exemplum, prout in bibliis dicitur *: « Issachar pulchritudinem concupivit, requiescens inter possessiones, vi- » densque requiem quod esset bona, et terram quod pinguis, supposuit » humerum suum labori, fuitque vir agricola. » Divino amore vulneratus fuit, ut illa cantici sponsa: atque utilitatem de sacris libris percepit: neque ex vetere testamento tantum, verum ad possessionem utramque cogitationes suas intendit. Interim velut ille, cui natae sunt alae, caelestem requiem spectabat: nam terrena quidem requies in operibus bonis habetur; verum enimvero genuina illa et caelestis, nova semper est nec veterescit. Terrena requies transitoria est, teste Domino; sed futura, quae sanctos complectetur, immortalis. His itaque consideratis patriarcha Issachar libenter gloriabatur molestiis et aerumnis, atque humerum suppone- * Gen. XLIX. 14.

bat labori: sine querela erat cum percutientibus se: neque animum demittebat in ignominiis, sed quasi vir fortis de omnibus triumphabat, et maiore cum alacritate terram suam excolebat. Verbum quidem serebat, ipse autem vigil agricolabat, donec maturescens fructus paene centuplex factus est.

6. Quid est hoc, dilecti mei, nisi quod cum inimicos patienter ferimus, tunc de angustiis gloriamur? Et cum persecutionem patimur, concidere animis nequaquam oportet, sed potius erga coronam decurrere supernae vocationis in Christo Iesu domino nostro. Et cum iniuria adficimur, ne quaeso commoveamur, sed maxillam nostram percutientibus praebeamus, simul humerum nostrum inclinantes. Deliciarum quidem et iur-
* Iac. I. 14. giorum amatores tentantur, ut beatus Iacobus apostolus ait *, abstracti et illecti a concupiscentia sua; nos tamen scimus pro veritate nos pati, nec nisi a negatoribus Dei percuti et infestari: speramusque plenum gaudium obtinere, iuxta Iacobi dictum: « cum in varias probationum tentationes » inciderimus, scimus quod probatio fidei nostrae patientiam operatur. » Et dum festum agimus, fratres mei, laeto animo simus, probe scientes salutem nostram in angustiarum tempore esse repositam. Neque enim Salvator noster requiescendo nos salvavit; sed pro nobis patiendo, mortem
* Ioh. XVI. 33. destruxit. Propterea praedixit *: « pressuram in mundo habebitis. » Neque hoc de omnibus dixit, sed de illis qui cum fide constante ei deservient: praevidit, inquam, fore ut ii qui Deum metuent, persecutionem patiantur.

7. Homines scelesti ac nebulones eo deveniunt, ut prave agendo fallant et fallantur; velut ii, qui somnia explanant, aut falsi prophetae qui miracula a se patratum iri spondent: hi videlicet insipientes, non vino ebrii sed nequitia sua, stabilitatem promittunt, et comminationes iactant. Cavete quominus his credatis; sed cum tentationes ingruunt, mansuetudinem tenere discamus, nec ab his irretiamur. Sic enim israheliticum populum ore Moysis Deus admonebat *: «si surrexerit in medio tui propheta, aut som- * Deut. XIII. 1.
» niorum somniator, edideritque signa aut portenta, et evenerint ea sig-
» na ac portenta quae praedixerat; dixeritque, eamus ad serviendum diis
» alienis quos vos ignoratis; cavete ne audiatis verba prophetae illius aut
» somniatoris, quia tentat vos dominus Deus vester, ut dignoscat, utrum
» toto corde vestro dominum Deum vestrum diligatis.» Quamobrem si in hisce rebus tentati fuerimus, a caritate Dei separari non debemus. Sed nunc quoque festum agamus, dilecti mei; ad idque accedamus non tamquam ad diem moeroris, sed laetitiae potius in Christo, quo quotidie vescimur 1). Tum memores eius (agni), qui diebus paschalibus occidebatur, pascha celebremus in quo Christus fuit occisus. Ille (agnus) populum ex Aegypto eduxit; Christus mortem destruxit, simulque eum qui imperium mortis habebat, id est diabolum, quem nunc pudefacere possumus; opemque iis conferre, qui in angustiis sunt, atque ad Deum noctu diuque clamant.

1) Videsis eucharisticae communionis, vel certe sacerdotalis liturgiae seu missae, usum quotidianum.

8. Ergo quadragesimale ieiunium incipiemus die ·XIII· phamenoth; sancta vero paschatis hebdomada ordietur die ·XVIII· pharmuthi. Finiemus demum ieiunia sabbato, die ·XXIII· Denique magna dominica erit die·XXIV· eiusdem mensis pharmuthi. Ex quo supputabimus tempus usque ad pentecostem. Porro in cunctis Christum laudemus, qui nos vocavit; atque ita ex hostibus liberabimur, per Iesum Christum dominum nostrum; per quem gloria sit et imperium Patri ipsius in saecula saeculorum. Amen.

Salutate omnes cum osculo sancto. Salutant vos, qui mecum heic sunt, cuncti. Oro, fratres atque dilecti, ut per Dominum nostrum valeatis.

Hanc quoque (epistolam Athanasius) Româ scripsit.

Explicit decima tertia epistola.

EPISTOLA XIV.

Haec est ·XIV· Athanasii epistola in consulatu tertio Constantii, et secundo Constantis, gubernante eodem Longino, indictione ·XV·, iuxta quam paschatis dominica erat ·III· idus aprilis, id est die ·XVI· pharmuthi, anno Diocletiani ·LVIII·.

1. Sollemnitatis nostrae laetitia, fratres mei, semper instat, neque umquam recedit ab illis qui festum agere avent. Proximum nobis est Verbum

Ch. anno 342.

illud, quo pro nobis omnia factum est, dominus inquam noster Iesus Christus, qui apud nos indesinenter spondet se esse mansurum. Quamobrem clamat dicens: «ecce ego vobiscum sum omnibus diebus saeculi *.» Quemadmodum autem ipse pastor est, summus sacerdos, via, et ianua, simulque omnia pro nobis factus est, ita etiam festum atque sollemnitas nobis apparuit, ceu beatus ait apostolus: « pascha nostrum immolatus est Christus, » qui expectabatur. Sed ad psalmistae quoque preces illuxit dicentis *: « exulta- » tio mea, erue me a circumdantibus me. » Haec est vera exultatio, haec est germana sollemnitas, malorum nempe depulsio; ad quam ut unusquisque perveniat, rectis omnino moribus sit, suaque mente meditetur in quiete timoris Dei. Sic etiam sancti dum viverent, omni aetate sua laetabantur, tamquam in festo; quorum unus, nempe beatus David *, noctu surgebat haud semel sed septies, et Deum precibus propitiabat. Alter, magnus videlicet Moyses, hymnis exultabat, laudesque canebat * ob victoriam de Pharaone relatam, et de iis qui laboribus (Hebraeos) oppresserant. Postremo alii assidua cum hilaritate sacro cultu perfungebantur, veluti magnus Samuhel, et beatus ille Elias; qui morum suorum merito libertatem sunt adepti, et nunc festum agunt in caelo, et de sua in umbra olim peregrinatione laetantur, et iam veritatem a figura discernunt.

* Matth. XXVIII. 20.

* Ps. XXXI. 7.

* Ps. CXVIII. 62. et 164.

* Exod. XV. 1.

2. Nos autem nunc sollemnitatem agentes, quas vias corripimus? Et festo

huic propinquantes, quem ducem habebimus? Neminem profecto, dilecti mei, nisi quem vos ipsi mecum dicetis dominum nostrum Iesum Christum,
* Ioh. XIV. 6. * Ioh. I. 29. qui ait *: « ego sum via. » Ipse est, qui ut beatus inquit Iohannes *, tollit peccatum mundi: ipse animas nostras purificat, ceu dicit alicubi Hieremias
* Hier. VI. 16. propheta *: « state super vias, et videte, et dispicite quaenam sit via bona, « et in ea invenietis animarum vestrarum emendationem. » Olim vero hircorum sanguis, et cinis vituli super immundos aspersus, purificando tantum corpori aptus erat: nunc per Verbi Dei gratiam unusquisque abunde mundatur: quod si mox sectabimur, licebit nobis heic tamquam in vestibulis caelestis Hierusalem festum illud aeternum praemeditari: sicut etiam beati apostoli, qui ducem suum Salvatorem sequebantur, et tunc erant, et adhuc in
* Matth. XIX. 27. praesenti sunt, huiusmodi gratiae magistri; namque aiebant *: « ecce nos » reliquimus omnia, et secuti sumus te.» Videlicet nos sequimur Dominum; et festum Domini, non verbis tantum sed operibus adimplemus. Iam quaelibet legis mandatique exsequutio duplici actu (i. e. re verboque) constat: atque ita magnus ille Moyses, cum hieraticas leges ferebat, sponderi sibi a populo exsequutionem volebat; ne postquam obedientiam spopondissent, mendacii criminationem vellent incurrere, si forte verba in rem minime contulissent. Sic ergo festi et paschatis peractio quae sit, extra quaestionem est, nec ullo responso eget; sed facti cum dicto copulâ efficitur, dicente

« Moyse *: et peragant filii Israhelis pascha: » nimirum ad praeceptum quod attinet, actus a dicto non absit; namque ipsa exsequutio operam levat. * Num. IX. 2.

3. De his rebus prudenter me facere arbitror, si vos erudiero. Sane haud semel et in aliis epistolis spartam hanc adornavimus; nunc vero praecipue necessarium est, ut vobiscum ego meminerim, scripturam sacram nolle nos simpliciter ad paschatis festum accedere, sed non sine allegoriis, traditionibus, legisque observantia, quemadmodum ex historia didicimus *: « alienigena autem, et empticius, aut incircumcisus, pascha non comedat. » Nec vero id omni in domo comedendum erat; sed festinanter iubebatur fieri: quia antiquitus afflicti fuimus et contristati sub Pharaonis servitio, atque eorum iussibus qui ad labores compellebant. Ita se antiquitus gesserunt Israhelis filii, et hanc habendi figuram digni habiti sunt. Atqui illa propter haec nostra fuerunt, et ad hoc nos festum per illud priscum adducimur. Sicut etiam Dei Verbum, cum hoc ipsum optaret, aiebat discipulis *: « desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum. » Atque illa quidem historia est admirabilis: etenim cum id opus fieret, unumquemque vidisses quasi ad pompam choreamque pergentem; quippe calceati prodibant cum baculis atque azymo; quae omnia cum in umbra praecederent, non sine allegoria sunt. Proxima nunc nobis est veritas, imago illa Dei invisibilis, dominus noster Iesus Christus, lux vera. Ipse * Exod. XII. 43. * Luc. XXII. 15.

loco baculi, sceptrum nobis est: pro azymo, panis qui de caelo descendit: pro calceamentis, evangelii apparatum instruit; atque ut summatim dicam, ipse omni in re ad patrem suum nos dirigit. Quod si nos inimici persecutionibus premerent, is Moyse melius eiusque verbis, nobis animos
* Ioh. XVI. 33. adderet dicendo *: « confidite, ego vici malignum. » Et si rubro mari transmisso, aestûs fervor nos opprimeret, et aliqua aquae amaritudo occurreret, illic Dominus appareret, suamque nobis dulcedinem impertiretur, cum suo
* Ioh. VII. 37. vivifico fonte, dicens *: « si quis sitit, veniat ad me et bibat. »

4. Cur ergo differimus aut demoramur, quominus ad sollemnitatem cum omni hilaritate ac sedulitate veniamus? Iesu fidentes qui invitat nos; qui pro nobis omnia factus est, salutis nostrae curam modis plurimis gerens. Qui nostri causa esuriit atque sitivit, is alit potatque per sua salutaria dona. Haec est eius gloria, hoc eius divinitatis miraculum, qui dolorum nostrorum naturam sua bonitate immutavit. Quumque ipse vita esset, ut nos vivificaret est mortuus: et Verbum cum esset, in carne extitit, ut Verbum carnem erudiret: et vitae fons cum esset, sitim nostram adoptavit, ut nos idcirco ad festum cohortaretur dicens: « si quis sitit, veniat ad
* Exod. XII. 2. me, et bibat. » Moyses olim festi initium intimavit dicendo *: « mensis iste, vobis principium mensium erit. » Dominus autem, qui in fine saeculorum descendit, alium diem proclamat, non ut legem destruat, absit, sed ut

lex statuatur, atque ut culmen legi imponatur. « Finis enim legis Christus » est, ad iustitiam omni credenti, ut beatus Paulus ait*. Num legem fide de- * Rom. X. 4.
» struimus? Absit, sed legem statuimus*.» Haec nimirum stupore affecerunt Rom. III. 31.
ministros illos abs Iudaeis missos, qui demirantes Pharisaeis dixerunt*: * Ioh. VII. 46.
« numquam sic locutus est homo. » Quid porro stupori ministris fuit? Vel quid sic homines miraculo interesse impulit? Nihil profecto aliud nisi fiducia illa et auctoritas Salvatoris nostri. Olim vero quotiescumque propheta aut legisperiti sacras scripturas legerent, cavebant prorsus ne quid ad se traherent, sed potius ad alios referendum curabant, quod legebant. Nam Moyses propheta*: « Dominus, inquit, constituet vobis *Deut. XVIII. 15.
» prophetam ex fratribus vestris; ipsi auscultate in omnibus, quae praecipiet vobis.» Esaias autem*: « ecce virgo concipiet in utero suo, et pa- * Is. VII. 14.
» riet filium, et vocabitis nomen eius Emmanuhel. » Alius alia de Domino vaticinabatur. Secus tamen Dominus, qui non ad alium verba referebat, sed de se ipso omnia recitabat, dicens*: « si quis sitit, veniat ad me:» non * Ioh. VII. 37.
ad alium, inquam, sed ad me. Nonnullos quidem ex iis de meo adventu narrantes audiet; ex me tamen, non ex aliis bibat.

5. Igitur etiam nos cum ad festum veniemus, haud tamquam ad priscas umbras (veniamus); hae quippe finem nactae sunt; neque veluti ad simplex festum; sed ad Dominum, qui ipsemet festum est, festine-

mus: neque arbitremur festum esse voluptatem quamdam et ventris oblectamentum, sed virtutis potius ostensionem. At vero ethnicorum sollemnitates ingluvie et omni pigritia scatent. Hi sollemniter agere putant, si inertes sint; et dum festum agunt, perditionis opera patrant. At festa nostra virtutis exercitationes sunt, abstinentiae, castitatisque; ceu prophetica quo-
[a] Zach. VIII. 19. que dictio testatur alicubi dicens [a]: « ieiunium quarti, et ieiunium quinti, » et ieiunium septimi, et ieiunium decimi, erunt domui Iuda in gaudium, » et laetitiam, et in sollemnitates praeclaras. » Quum id ergo veluti quaedam schola nobis propositum sit, diesque huiusmodi instet, et propheticum dictum festum agere iubeat, conveniamus sane omnes ad hanc egregiam praedicationem: et more illorum qui in palaestra aemulantur, in unum congregemur cum puritate, ieiunio, precum vigiliis, et librorum lectionibus, cum largitione ad pauperes, pace cum inimicis nostris, discordes conciliando, superbiam omittendo, humilitatem recuperando, pacifici ad omnes, fratresque nostros ad caritatem hortando. Sic etiam beatus Paulus in ieiuniis saepe vigiliisque erat, et anathema pro fratribus esse volebat. Beatus quoque David ieiuniis semet humilians, versabatur in fi-
[b] Ps. VII. 4. ducia dicens [b]: « domine Deus meus, si feci istud, si est iniquitas in mani» bus meis, si reddidi retribuentibus mihi mala; decidam merito ab ini» micis meis inanis. » Haec si egerimus, mortemque superaverimus, regni caelorum arrham recipiemus.

5. Exordiemur itaque sanctum paschatis festum die ·X· pharmuthi, et ieiunia sancta finiemus die ·XV· eiusdem mensis pharmuthi, vespere sabbati, sanctamque celebrabimus sollemnitatem die ·XVI· mensis (eiusdem) pharmuthi; atque hinc nectentes ex ordine sanctam pentecosten, quam velut aliud ex alio festum indicimus, Spiritus sollemnitatem celebrabimus qui iam proximus nobis est, per Christum Iesum, per quem et cum quo sit gloria et imperium (Patri) in saecula saeculorum. Amen.

Decima quinta et decima sexta desiderantur.

EPISTOLA XVII.

Haec est ·XVII· Athanasii epistola, consulibus Amantio et Albino, praefecto Nestorio gazaeo, indictione ·III·, cum paschatis dominica esset ·VII· idus aprilis, id est die ·XII· pharmuthi, lunae ·XVIIII·, Diocletiani anno ·LXI· Chr. anno 345.

Athanasius presbyteris, diaconis, fratribusque dilectis in Christo, gaudium.

More solito vobis pascha annuntio, dilecti mei, ut vos pariter longinquis provinciis iuxta consuetudinem nuncietis; nempe quod praesens sollemnitas fiet die ·XX· mensis pharmuthi, ·VII· idus aprilis, id est secundum Alexandrinos die ·XII· pharmuthi. Hoc itaque provinciis illis significate,

nempe paschatis dominicam incidere in diem ·VII· idus aprilis, nempe secundum Alexandrinos die ·XII· pharmuthi.

Oro, fratres mei dilecti, ut valeatis in Christo.

EPISTOLA XVIII.

Ch. anno 346. Haec est ·XVIII· Athanasii epistola in quarto consulatu Constantii augusti, et tertio Constantis, Nestorio eodem praefecto, indictione ·IIII·, cum paschatis dominica esset ·III· kal. aprilis, die ·IIII· pharmuthi, lunae ·XXI· *, anno Diocletiani ·LXII·

* In chronico est XXIV.

Athanasius presbyteris et diaconis Alexandriae,
fratribus et dilectis in Domino, gaudium.

1. Recte egistis, amabiles et dilecti fratres, quum more solito sanctam paschatis dominicam provinciis illis nunciastis, cuius rei certam iam notitiam accepi. Aliis vero litteris vobis significavi, quomodo praesenti exacto anno, sequentem quoque cognosceretis. Nunc necessarium putavi eadem ad vos scribere, ut de his certiores facti, nulla mora interposita scribere possitis, instantem sollemnitatem fore die ·XII· mensis pharmuthi, ·III· kal. aprilis. Itaque paschatis dominica agetur ·III· kal. aprilis, die secundum Alexandrinos ·IIII· pharmuthi.

2. Significate igitur, iis provinciis iuxta veterem consuetudinem, fore paschatis dominicam ·III· kal. aprilis, id est secundum Alexandrinos die ·IIII· pharmuthi. Nemo de die ambigat, neque contendat dicendo, pascha fieri debere die ·XXVII· mensis phamenoth. Etenim in sancta synodo quaestio ventilata fuit, cunctique definierunt festum esse agendum ·III· kal. aprilis, videlicet die ·IIII· mensis pharmuthi. Propterea (kalendae) valde infra sunt, usque ad praecedens sabbatum. Nemo igitur pertinaciter agat, sed bona cum voluntate. Idem hoc ad Romanos quoque scriptum fuit. Quod ergo vobis significavi, ad publicam transferte notitiam, pascha videlicet fore tertio idus aprilis, id est secundum Alexandrinos die ·IIII· pharmuthi.

Oro, fratres amabiles ac dilecti, ut valeatis in Domino.

EPISTOLA XIX.

Haec est Athanasii ·XIX· epistola, in consulatu Rufini atque Eusebii, Nestorio eodem praefecto, indictione ·V·, iuxta quam paschalis dominica erat pridie idus aprilis, nempe die ·XVII· pharmuthi, lunae ·XV·, anno Diocletiani ·LXIII· Ch. anno 347.

1. Benedictus Deus pater domini nostri Iesu Christi. Pulchrum est huiusmodi initium epistolae, praesertim quia, veluti nunc, apostoli verbis fit,

cum gratiarum actione ad Dominum, propterea quod nos de longinquis regionibus reduxerit, et fiducia instruxerit ut paschales de more litteras ad vos mitteremus. Festale tempus, fratres mei, est, et quidem proximum. Nec vero tubis nuntiatur, prout in historicis libris scribitur, sed a Salvatore patefit, qui pro nobis passus resurrexit; et iam prope est, ut Paulus
* I. Cor. V. 7. proclamat dicens *: pascha nostrum immolatus est Christus. Nostra porro est, et nullius praeterea extranei, ac ne Iudaeorum quidem, paschalis sollemnitas. Umbrarum tempus desiit, res veteres interdictae, novarumque frugum mensis advenit, quo unusquisque sollemnitatem agere debet, cum
* Deut. XVI. 1. audit dicentem *: « observa mensem novarum frugum, ut facias pascha do-» mino Deo tuo. » Ethnici quoque festum sibi mente confingunt; Iudaei vero cum hypocrisi simulant 1). Attamen (Deus) ethnicorum festa tamquam epulis inhiantium obiurgat, a Iudaeis autem ceu iam legi extraneis, faciem
* Is. I. 14. avertit dicens *: « odit anima mea vestrorum mensium kalendas, et vestra » sabbata. »

2. Quidquid extra legis pietatisque normam fit, quamvis credatur actum, nihilominus futile est; immo magis aperteque reprehenduntur ii, qui ita se gerere audent: ideoque huiusmodi homines, etiamsi sacrificia offerre simu-
v. 14. lant, patrem audient sibi dicentem *: « holocausta vestra non sunt accepta

ܒܪܐ ܡܠܐ ܥܡܝܢܐܝܬ܂ ܒܥܘܢ ܕܡܢ ܦܘܪܫܢܐ ܐܡܬܝ ܠܝ܂ ܘܡܘܕܐ ܠܟܘܢ ܕܐܬܐ ܒܥܡ
ܦܪܘܩܢܐ܂ ܢܥܠܡ ܠܘܬܟܘܢ ܐܝܟ ܕܟܬܝܒ܂ ܐܝܟܢܐ ܕܐܡܪ ܦܘܠܘܣ܂ ܦܨܚܐ ܗܘ ܓܝܪ ܕܝܠܢ ܐܬܢܟܣ
ܘܡܢܟܣ ܗܘܐ܂ ܠܗ ܕܝܢ ܡܢ ܥܡܡܐ ܠܐ ܐܚܪܢܐ ܗܘ ܡܬܝܗܒ ܐܦ ܠܝܗܘܕܝܐ܂ ܐܠܐ ܕܝܢ ܡܢ ܦܢܝܬܐ
ܗܘ ܕܢܦܩ ܢܛܦܝܢ ܘܥܒܪ܂ ܡܬܒܛܠ ܘܡܬܚܕܬ܂ ܐܝܟܢܐ ܕܦܩܘܕܐ ܡܣܬܒܪ ܕܝܢ ܐܡܪ܂
ܦܨܚܐ ܕܝܠܢ ܐܬܘܬܝ ܡܫܝܚܐ܂ ܕܟܠ ܓܒܪ ܥܠܘܗܝ ܕܢܥܒܕ ܥܐܕܐ܂ ܐܠܐ ܘܐܦܠܐ ܕܝܗܘܕܝܐ
ܠܗܘܢ܂ ܐܝܠܝܢ ܕܡܚܪܝܢ ܡܐܟܘܠܬܐ ܘܦܪܝܫܐ܂ ܐܬܟܢܫ ܓܝܪ ܥܐܕܐ ܕܠܟܢܫܐ܂ ܘܗܠܝܢ ܠܥܡܡܐ
ܠܐܢܫܝܢ܂ ܘܡܣܒܠܝܢ ܚܙܝܐ ܕܢܦܩܬܐ ܡܢ܂ ܕܗܘ ܢܘܗܪ ܠܥܠܡܐ ܠܥܒܕܘܗܝ܂ ܡܢ ܥܡܡܝܢ
ܠܗܘ ܕܐܡܪ܂ ܠܡ ܚܙܝܐ ܕܝܬܐܐ܂ ܘܠܥܒܕ ܦܪܝܫܐ ܠܥܠܡܐ ܠܐܠܗܐ܂ ܡܬܬܦܢܝܢ ܡܢ
ܕܡܬܥܒܕܝܢ ܐܦ ܚܝܠܐ܂ ܡܘܩܕܐ ܕܝܢ ܥܡܡܐ ܟܠܗܘܢ ܡܬܩܒܠܝܢ܂ ܐܠܐ ܟܠܗܘܢ ܡܢ ܕܝܢܐ܂
ܐܝܟ ܡܢ ܕܠܐܘܪܚܐ ܡܬܦܪܫܝܢ (ܡܬܦܪܫܝܢ) ܡܢܗܘܢ܂ ܡܢ ܩܕܡ ܕܝܢ ܕܡܘܩܕܐ܆ ܐܝܟ ܡܢ ܕܠܒܪ
ܡܢ ܐܘܪܚܐ ܐܠܗܝܐ܂ ܡܚܘܝܢ ܐܦܝܗܘܢ ܕܝܢ ܐܡܪ܂ ܒܬܪܟܢ ܡܬܚܪܝܢ ܘܠܡܬܩܒܠܘ ܫܒܬܐ
ܢܦܫܝ ܕܝܠܝ܂ ܡܬܩܒܠܐ ܠܟ܆ ܐܠܗܐ ܕܠܗ ܢܬܬܥܠܡܐ ܘܠܐ ܢܬܚܙܐ ܘܕܟܝܐ ܐܢܘܢ܆
ܐܦ ܡܬܚܙܝܢ ܕܗܘܝܢ܆ ܠܐ ܡܬܩܒܠܝܢ ܐܠܗܘܬܐ܂ ܘܡܬܚܪܝܢ (ܘܠܐ) ܡܬܚܙܐ ܟܠܗ ܡܢܗܘܢ܆
ܠܥܒܕܝܢ ܕܐܠܗܘܬܐ ܗܢܝܢ܂ ܡܬܠܠ ܗܘܐ܆ ܐܦ ܡܬܚܙܝܢ ܢܦܫܢ ܕܕܐܝܟ ܗܟܢ ܘܡܬܥܒܕܝܢ
ܘܚܝܐ܂ ܥܡܡܝܢ ܡܢ ܐܚܐ܂ ܘܡܫܡܫܝܢ ܬܠܡܝܕܐ ܐܠܗܘܬܐ ܠܐ ܡܬܩܒܠܐ܂ ܘܬܫܒܚܬܐ ܠܐ

1) Quomodo hodierni Iudaei pascha agnumque paschalem simulent, narrat Buxtorfius synag. iud. cap. 18. Sanctus vero Augustinus in ps. XCI. 2. reprehendebat sui temporis Iudaeos male pariter sabbatizantes: *sabbatum otio quodam corporaliter languido et fluxo et luxurioso celebrant Iudaei: vacant enim ad nugas.* Idem tomo V. serm. IX. 3. ait similiter eos prave otiari, et viros in theatro seditiose se gerere, feminas autem toto die in menianis suis impudice saltare.

» sacrificia vestra minime mihi iucunda fuerunt: si offeratis similam, cassa
» res est; tus mihi abominabile. » Deus nulla re eget; cumque nihil im-
purum habeat, horum satietate tenetur, sicut apud Esaiam testatur dicens *: * Is. I. 11.
« plenus sum. » Porro lex horum rituum lata fuit ob populi eruditionem,
et futurarum rerum figurationem. Ait Galatis Paulus *: «prius quam veniret * Gal. III. 23.
» fides, sub lege custodiebamur, conclusi in eam fidem quae in nobis
» manifestanda erat. Itaque lex paedagogus noster fuit in Christo, ut ex
» fide iustificaremur. » Verumtamen Iudaei non agnoverunt hoc, neque
intellexerunt: quamobrem in die tamquam in tenebris ambulabant; pal-
pabant, sed veritatem nostram non contingebant, quae in lege est: scri-
pturae figuram sectabantur, sed spiritui non propinquabant: Moysem dum
esset absconsus expectabant, comparentem aversabantur: quae legebant,
nesciebant, sensuque perverso commentabantur. Igitur propheta inclamat
illis dicens *: « mendacium et incredulitas praevaluerunt in eis. » Tunc au- * Os. IV. 2.
tem Dominus sic de iis loquebatur *: « filii extranei mentiti sunt mihi, filii * Ps. XVII. 46.
« alieni inveterati sunt. » Nunc vero pacifice reprehendit dicens *: « si * Ioh. V. 46.
» Moysi credideretis, utique et mihi credideretis; de me enim ille scripsit. »
Quum increduli fuerint, legem nunc eierant, dum pro libito blaterant,
nihil eorum intelligentes quae scripta sunt. Ideo dum hypocrisim in nuda
scriptura simulant, et in hac credulitate versantur, Deus illis irascens per

* Is. I. 12. Esaiam ait *: « quis haec de manibus vestris exquisivit? » Et iam audacio-
* Hier. VII 21. res factos, per Hieremiam increpat *: « vestras utique victimas cum holo-
» caustis vestris coacervate, carnes comedite: neque enim ego talia patri-
» bus vestris indixi; neque eo die, quo de Aegypto eduxi, de holocaustis
» aut victimis mandata tuli. » Nequaquam hi prout fas erat agebant, ne-
que legis observantia rite fiebat; sed iis potius diebus, prout eis impro-
* Is. LVIII. 3. seq. perat propheta *, voluntatibus suis satis facere studebant, servos suos op-
primebant, iudicia exercebant et rixas, humiles pugnis verberabant, et
omnia ad voluptates referebant. Ideo in sempiternum sollemnes non erunt,
quamquam id modo prae se ferunt: carnem enim extra locum tempusque
comedunt, et pro legali agno, sacrificare Baali didicerunt. « Et qui verum
» azymum conficere debuissent, nunc [filii eorum] ligna colligunt, eorum-
» que patres ignem suscitant, feminae eorum farinam subigunt ut offas mi-
» litiae caeli conficiant, atque libationes diis extraneis immolant, ut me
* Hier. VII. 18. » ad iram concitent, dicit Dominus *. » Sed talium operum mercedem re-
ferent: quamvis enim pascha agere simulant, attamen ablatum est ab ore
eorum gaudium et exultatio, prout Hieremias ait: « Desiit in Iudae civita-
» tibus, et in viis Hierusalem vox laetantium, et vox iubilantium, vox
sponsi et vox sponsae. Nunc igitur, quisquis eorum immolat vitulum,
idem facit hominem percutienti: et qui de grege sacrificat, instar illius est

qui canem victimet: et qui similam offert, perinde est ac si suillum sanguinem offerat: et qui tus exhibet, ut se Deo commendet, par blasphemo habetur. Haec numquam Deo placuerunt, neque eius mandatum talia exegit, verum ipsimet vias suas elegerunt, et eam quam anima ipsorum adamavit abominationem.

3. Verumtamen quid est hoc, fratres mei? Sane oportet prophetae verba a nobis perpendi, praecipueque quasnam isti haereses adversus legem meditati sint. Deus per Moysen sacrificia imperavit; nam liber leviticus mandatis huiusmodi redundat: ut (cognoscatur) quomodo gratus fiat qui offert, vicissimque contumaciae reus agatur qui haec contemnit. Atqui is ore prophetarum dicit: haec de manibus vestris non exquisivi, neque de sacrificiis verba ad patres vestros feci, neque illis holocausta imperavi. Videtur itaque, siquidem scriptura sibi non consonat, Deus mentiri qui praecipit, quandoquidem dictorum concordia nulla est. Absit tamen; nam veritatis parens non mentitur, quia impossibile est, ut Paulus adfirmat *, mentiri Deum. Quippe haec omnia aequa sunt recte consideran- * Hebr. VI. 18.
tibus, et cum fide scripturas legis suscipientibus. Credo itaque Deum per vestras orationes concessurum, ut quae ego dicam, a veritatis tramite nequaquam devient. Mandatum ac lex de sacrificiis, antiqua non fuerunt, neque holocausta erant ex mente Dei qui legem statuit; sed eius potius rei

gratia extiterunt quae in figuris antecedebat: lex autem bona illa adumbrabat, quae depositi loco erant usque ad tempora reparationis.

4. Non ergo lex universa propter sacrificia erat, sed in lege praeceptum continebatur sacrificiorum, quorum ope Deus Hebraeos praemuniebat, atque ab idolorum cultu arcebat, et ad se trahebat, praesentia simul tempora portendens. Propterea Deus ne initio quidem cum populum Aegypto eduxit, sacrificia huic indixit aut holocausta, neque tum quidem cum ad Sinai montem pervenerunt. Non est Deus homini similis, ut harum rerum curam in antecessum gerat; sed utique praeceptum eius erat, ut se verum Deum agnoscerent; idque ob eum finem ut falsos deos contemnerent qui nihil sunt. Sic rem illis innotescere voluit, et ipsorum phantasiam imbuit, per eductionem ex Aegypto, et transitum maris rubri. Postquam vero socium Deo creare voluerunt, et iis sacrificare sunt ausi qui nulli sunt, miraculorum in Aegypto propter eos patratorum immemores, et illuc reverti machinati sunt; tunc demum lex lata fuit, et imperata fuere sacrificia, ut illi mentem suam avocarent a priore vanorum idolorum cogitatione, seque verum Deum agnoscerent; et nedum sacrificia coram offerre, sed faciem ab idolis avertere discerent, atque ad illud accederent, quod Deus imperabat dicens *: « nihil de sacrificiis effatus sum, holocausta non imperavi. »

* Hier. VII. 22.

Statimque addidit: verumtamen hoc verbum eis intimavi: « audite vocem v. 23.
» meam, et ero vobis Deus, vosque populus meus eritis; atque in cunctis
» viis meis ambulate, quas vobis mandavero. » Nempe ut sic imbuti et edocti, nemini praeter quam Domino obsequium exhibere condiscerent, et quamdiu duratura umbra foret scirent, neque fallerentur circa tempus iam adventans, quo Deo amplius non immolaretur vitulus taurorum, neque aries ovium, neque hircus caprarum; sed haec omnia spiritaliter exsequenda forent, per assiduam orationem, rectam morum regulam, cum verbis pietatis, veluti psallit David *: «iucunda sit ei laudatio mea. Dirigatur oratio mea si- * Ps. CIII. 35. CXL. 2 XLIX. 14. IV. 6.
» cut incensum in conspectu tuo. Elevatio manuum mearum, ceu sacrifi-
« cium vespertinum. » Spiritus autem per os eius praecipit dicens: « sa-
» crificate Deo sacrificium laudis. Redde Domino vota tua. Sacrificate sa-
» crificium iustitiae, et sperate in Domino. » Ille pariter magnus Samuhel, haud perfunctorie sed districte Saulem increpabat dicens *: « nonne ver- * I. Reg. XV. 22.
bum melius dono est?» His agendis rebus homo legem exsequitur, Deoque placet dicenti *: sacrificium laudis honorificabit me. Unusquisque autem * Ps. XLIX. 23.
quale id sit, compertum habebit, videlicet *: « misericordiam volo, et non * Matth. XII. 7
sacrificium *.» Neque Deus contrariis delectatur.

5. At hi nihilominus intelligere haud sategerunt; « si enim cognovissent, numquam dominum gloriae crucifixissent *. » Et cuiusmodi horum * I. Cor. II. 8.

exitus futurus esset, propheta vaticinabatur clamans : vae illorum animabus, qui perversa cogitatione machinati sunt dicentes * : « circumveniamus » iustum, quia non est nobis iucundus. » Exitiosus huiusmodi exitus nihil aliud quam error est, teste Domino qui eos reprehendit dicens * : « erratis, nescientes scripturas. » Quamobrem hac increpatione commoti, maiore adhuc audacia dicebant * : « nos Moysis discipuli sumus : nos scimus » quia Moysi locutus est Deus » : sic (Christi) verbis vehementius contradicentes, ac semet, accusantes ; nam si his quae audierant fidem adhibuissent, Dominum non negassent, qui praesentialiter cum Moyse collocutus est. At non ita se gessit credens ille, quem apostolorum actus memorant * ; audiens enim sibi dictum : «putasne intelligis quae legis ?» non puduit eum confiteri ignorantiam suam, seque edoceri rogavit. Ideo Spiritus gratia datur iis qui se doceri curant : at ii qui permanent inemendati, mortem incurrunt ; ut ait proverbium * : morietur stultus in peccatis suis.

* Sap. II. 12.
* Matth. XXII. 29.
* Ioh. IX. 28.
* Act. VIII. 30.
* Prov. XXIV. 9. gr.

6. Ita se habent qui sectantur haereses ; namque a vera intelligentia excidentes, callide sibi impietatem adsciscere audent, et « dicit insipiens in » corde suo, non est Deus. Corrupti sunt atque inquinati in operibus suis * . » Quorum mens insanit, eorum sunt opera quoque pessima, quemadmodum ipse (Christus) aiebat * : «num bona loqui possetis, cum sitis mali ?» Perversi sunt, quia impie cogitant. Quomodo autem iuste agant, qui studium oppri-

* Ps. XIII. 1.
* Matth. XII. 34.

mendi fovent? Quî fieri potest ut diligat, qui se antea odio imbuit? Quae sit in eo caritas, qui pecuniae amore tenetur? Quomodo castimoniam sectetur, qui ad mulierem oculos cupiditatis iniicit? De corde enim prodeunt pravae cogitationes, fornicationes, adulteria, homicidia; quibus pertúrbationibus stultus tamquam fluctibus agitatur, carnis suae deliciis abstractus et illectus. De hoc pariter scriptum est*: « valde agitatur omnis caro stulto- » rum. » Nempe cum se insania implicuerit, tunc tempestate iactabitur atque peribit, ut inquit in proverbiis Salomon: « simul insipiens et stultus peribunt, et relinquent alienis divitias suas*. » Male isti habebunt, quia sanae mentis ducatu carebunt: at ubi sapientia est, illic animarum dux Verbum ratem gubernabit. Homo intelligens, recto regimine utetur; sed qui tali regimine carent, ceu frondes decident. Nonne hic prorsus corruit, ut Hymenaeus et Philetus corruerunt, quia male de resurrectione senserunt, atque hac omnino opinione semet imbuerunt? Nonne et Iudas proditor a ducis sui latere excidit, et cum Iudaeis disperiit? At vero cordati discipuli, Domino suo adhaerentes, mare licet intumesceret, ac navis fluctibus iam mergeretur, et procella simul ventusque contrarius flarent, animo non conciderunt, sed Verbum secum navigans somno excitaverunt; moxque mare Domino suo iubente deferbuit; ipsique incolumes facti sunt praedicatores, immo et doctores, miraculorum scilicet Salvatoris nostri narratores; nos

* Prov. XXVI. 10. gr.

* Ps. XLVIII. 11.

pariter admonentes, ut ipsorum exemplis imitemur. Quae quidem propter nos nostraeque eruditionis causa scripta fuerunt, ut ex miraculis Dominus illorum auctor innotescat.

7. Porro nos cum magistro per discipulorum fidem conversamur. Etenim, fratres mei, mundus hic nobis est veluti mare, de quo scriptum est*: « hoc mare magnum et spatiosum: illic naves pertransibunt. Draco hic » quem creasti ad illudendum ei. » Hoc in mari pro venti opportunitate navigamus: unusquisque autem pro arbitrio suo, quô mavult tendit; et in requiem ingreditur, si modo Verbum sit ei dux; secus autem naufragium patitur, si voluptas praevaleat. Periculum quidem a tempestate est: et quomodo in mari concitantur procellae et fluctus, sic in mundo angustiae multae ac pericula sunt. Homo interim incredulus, superveniente pressura vel persecutione, scandalum, ut ait Dominus*, patitur quia firmus in fide non est: siquidem temporalia spectans, laborem de pressuris scatentem non perferet: vique ventorum domus illa corruet, quam stultus in arena aedificavit. Ita hic cum sit vecors, tentationum impetu victus procumbet. Secus vero sancti cum sensus suos consuetudine bona exercitos habeant, atque in fide solidati sint, Verbique vim cognoscant, quamvis tentationum commotio idemtidem adversus eos validior consurgat, nihilominus fideles persistent, Dominum itineris comitem suscitabunt, et salutem

* Ps. CIII. 25. v. 26.

* Matth. XIII. 21.

consequentur; perque ignem et aquam transeuntes, recreati simul festum agent, gratiarum actionem extollentes liberatori Deo. Hi si forte tentarentur, semet instar Abrahami praeberent: si malis vexarentur, Iobum repraesentarent: si oppressi et proditione divenditi, tamquam Ioseph ille patienter ferrent: persecutione instante, haud se praeoccupari sinerent, sed veluti scriptum est *, Deo freti transgredientur iniquitatis murum: qui fratres separat, atque arcet a veritate. Ita etiam beatus Paulus, gaudebat infirmitatibus suis, delectabatur ignominia propter Christum, nec non tentationibus, persecutionibus, atque carceribus, nosque omnes laetari volebat, dicens *: « semper gaudete, in omnibus gratias agite. » Quid autem huic festo aptius, quam conversio a malo, morum rectitudo, precum sine intermissione oblatio ad Deum cum gratiarum actione?

* Ps. XVII. 30.

* I. Thess. V. 16. 18.

8. Igitur, fratres mei, dum gaudium illud sempiternum celebrare in caelo praestolamur, nunc quoque laeti id frequentemus, sine intermissione orantes, in omnibus gratias agentes Domino. Ego pariter Deo gratias ago ob haec nova miracula atque adiumenta nobis suppeditata: quamvis enim nos castigavit, neci tamen non tradidit, sed a remotissimis terrae finibus nos revocavit, vobisque festi causa celebrandi copulavit. Quare et curae mihi fuit magnum paschatis festum vobis nunciare, ut ad Hierusalem ascendentes, non divisim sed tamquam una in domo, pascha manducemus; non

tamquam aqua elixatum 1), quo molle fiat verbum Dei; neque ossa frangentes, quasi praecepta evangelica dissolventes; sed igne tostum cum felle; spiritu ac fervore optantes ieiunia persolvere atque vigilias cum chaumeniis, paenitente animo, et confessione 2).

9. Quadragesimam ergo incipiemus die ·VI· phamenoth, atque hanc ieiuniis et orationibus transigentes, ad diem sanctum pervenire licebit. At vero qui quadragesimae observantiam aspernabitur, is pascha non celebrabit; more eius, qui incaute impureque res sanctas pedibus calcat. Quare invicem memores simus, a negligentia caveamus, sed apprime his diebus ieiunemus, donec ieiuniis continuatis, sollemnitatis celebrationi feliciter occurramus.

10. Initium itaque, ut supra diximus, quadragesimae faciemus die ·VI· phamenoth; et deinde magnam passionis hebdomadam die ·XI· pharmuthi; ac ieiunio finem imponemus die ·XVI· eiusdem mensis, sabbati tenebris vespertinis: sollemnes denique erimus exoriente dominica, mensis pharmuthi die ·XVII· Additis posthinc septem continuatim pentecostes sanctis hebdomadis, iubilabimus Deumque laudabimus, qui per haec nobis in antecessum denotavit gaudium illud requiemque aeternam, paratam in caelo nobis et iis qui vere credunt; per Iesum Christum dominum nostrum,

1) Quippe Iudaei partem agni paschalis elixabant; de quo ritu scribit inter alios Bartoloccius biblioth. rabb. T. I. p. 736. n. 41.

2) Animadvertamus Athanasii testimonium de peccatorum confessione paschali.

per quem et cum quo gloria sit et imperium Patri eius et eiusdem Spiritui sancto per saecula saeculorum. Amen. Salutate invicem cum osculo sancto. Salutant vos qui mecum sunt fratres.

Necessarium putavi vobis quoque significare factam episcoporum promotionem, beatorum loco nostrorum ministerii collegarum; ut ad quos scribendae, et a quibus accipiendae sint epistolae, probe sciatis. Ergo Syene 1) pro Nilammone, alter pari nomine Nilammon. Latopoli 2) Masis pro Ammonio. Copti *a*) Psenosiris 3) pro Theodoro *b*). Panopoli 4), quia Artemidorus ipsemet senii sui corporisque infirmi causa, preces obtulit, factus est ei coëpiscopus Arius. Hypselae datus est Arsenius 5), qui in concordiam cum ecclesia rediit. Lycopoli *c*) autem Eudaemon pro Plusiano *d*). Antinoi Orion pro Ammonio 6) et Tyranno. Oxyrynchi Theodorus pro Pelagio. Nilopoli Amatas et Isaacus, qui ad concordiam inter se redierunt, pro Theone. Arsinoite Andreas pro Silvano. Prosopi 7) Tarnadelphus 8) pro Serapammone. Diosphaci *e*) ad mare Theodorus pro Serapammone. Saite Paphnutius

ܐܚܝ̈ܢ ܕܥܡܝ .. ܐܦ ܗܢܐ ܐܢܢܩܝܐ ܐܣܬܒܪܬ ܠܡܘܕܥܘܬܟܘܢ . ܡܢ ܩܛܣܛܐܣܝܣ
ܕܐܦܝܣܩܘܦܐ . ܗܢܘ ܕܗܘܬ ܚܠܦ ܛܘ̈ܒܢܐ ܠܫܘܬܦܝ ܕܬܫܡܫܬܢ : ܐܝܟܢܐ ܕܬܕܥܘܢ ܠܡܢܘ
ܢܟܬܒܘܢ ܘܡܢ ܐܝܠܝܢ ܢܩܒܠܘܢ ܐܓܪ̈ܬܐ . ܐܝܟ ܗܟܢܐ ܒܣܘܐܢ ܡܢ ܚܠܦ
ܢܝܠܐܡܘܢ ܢܝܠܐܡܘܢ ܒܫܡܗ . ܒܠܛܘܢ ܕܝܢ : ܚܠܦ ܐܡܡܘܢܝܘܣ ܡܐܣܝܣ .
ܒܟܦܛܘܢ ܕܝܢ : ܚܠܦ ܛܪܘܕܘܣ ܦܣܢܘܣܝܪܝܣ . ܒܦܐܢܘܣ ܕܝܢ : ܡܛܠ ܗܘ
ܕܐܪܛܡܝܕܘܪܘܣ ܡܛܠ ܣܝܒܘܬܗ ܘܟܪܝܗܘܬܐ ܕܦܓܪܗ : ܒܥܐ ܒܥܘܬܐ .
ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܝܢ ܐܪܝܘܣ ܗܘܐ ܠܗ ܥܡܗ . ܒܗܘܦܣܝܠܐ ܕܝܢ : ܝܗܝܒ
ܐܪܣܢܝܘܣ ܗܘ ܕܐܫܬܠܡ . ܒܠܝܘܟܘܢ ܕܝܢ : ܐܘܕܝܡܘܢ ܚܠܦ ܦܠܘܣܝܢܘܣ
ܐܘܪܝܘܢ ܒܐܢܛܝܢܘ ܕܝܢ : ܚܠܦ ܐܡܡܘܢܝܘܣ ܘܛܘܪܢܘܣ . ܒܐܘܟܣܘܪܘܢܟܘܣ
ܕܝܢ : ܬܐܘܕܘܪܘܣ ܚܠܦ ܦܠܓܝܘܣ . ܒܢܝܠܘܦܘܠܝܣ ܐܡܛܐܣ ܘܐܝܣܚܩ ܕܫܝܢܐ ܥܒܕܘ ܥܡ ܚܕ̈ܕܐ .
ܚܠܦ ܬܐܘܢ . ܒܐܪܣܝܢܘܝܛܝܣ ܐܢܕܪܐܣ ܚܠܦ ܣܝܠܒܢܘܣ : ܒܦܪܘܣܘܦܘܢܛܝ ܕܝܢ : ܛܪܢܕܠܦܘܣ ܚܠܦ ܣܪܐܦܐܡܘܢ
ܕܝܢ : ܚܠܦ ܣܪܐܦܐܡܘܢ ܗܘ ܕܠܘܬ ܝܡܐ . ܒܕܝܘܣܦܐܩܘܣ ܕܝܢ ܬܐܘܕܘܪܘܣ .
ܒܣܐܝܛܝܣ ܕܝܢ : ܚܠܦ ܦܐܦܢܘܬܝܘܣ ... ܬܐܘܕܘܪܘܣ .

a) Syr. *Chipton.* — *b*) Syr. corrupte *Terodos*. Theodorum ordinaverat Meletius. — *c*) Syr. *Leuchon*. — *d*) Ita heic codex. In pagina autem nostra 115. v. 13. corrigatur *Plutione*, prout scribit ipse Athanasius apol. contr. Arian. n. 40. et 74. *e*) Syr. *Diosphacos*.

1) Syr. corrupte *Sivani*, vel potius ex *Asowani* ut pronunciant Arabes.

2) Syr. *Laton*. Reapse Strabo simpliciter Λατὸν, et in Meletii breviario Λητώ.

3) *Psenosiris* episcopus memoratur in Athanasii historia Arianorum n. 72.

4) Syr. *Panos*, id est Panis civitas.

5) Homo hic satis est celeber in rebus athanasianis. Extat (in collect. Conc. ed. florent. T. II. col. 1137.) huius Arsenii epistola ad patriarcham Athanasium, qua suum a meletiano schismate ad eius concordiam ac subiectionem reditum denunciat. In apologia autem Athanasii contra Arian. n. 8: 'Αρσένιος μεθ' ἡμῶν εὔχεται συνάγεσθαι.

6) In praedicta Arsenii epistola dicitur *Ammonianus*. Ibidem nominatur etiam *Tyrannus*. At in breviario Meletii (quod est in apol. contr. Arian. n. 71.) ex his nostris nominantur *Ammonius*, *Theodorus*, *Pelagius*, *Theon*, *Amos* (idem qui apud nos *Amatas*), *Eudaemon*, *Tyrannus*, *Isaacus*, qui plerique fuerant meletiani.

7) Syrus *Prosoponte*; sed *Prosopis* fuit urbs Aegypti, teste Stephano byzantino.

8) Supra p. 10. *Triadelphus*.

pro Nemesio. Chusis 1) Theodorus pro Anubione 2); cum eo etiam Isidorus qui ad ecclesiae concordiam rediit. Sethroite *a*) Arius pro Potammone. Clysmate Titus pro Iacobo cum eoque Paulus, qui item ad pacem ecclesiae rediit 3).

EPISTOLA XX.

Haec est Athanasii epistola ·XX· in consulatu Philippi et Saliae, eodem Nestorio praefecto, indictione ·VI·, iuxta quam paschatis dominica erat ·III· nonas aprilis, pharmuthi die ·VIII·, Diocletiani anno ·LXIV·, lunae ·XVIII·

Ch. anno 348. 1. Nunc quoque, fratres mei, sollemnes sumus. Quomodo autem tunc Dominus noster discipulis suis significavit, sic nobis pariter nunc praedicit post dies aliquantos pascha fore, quo tempore Iudaei Dominum prodiderunt. Nos illius mortem cum gaudio celebramus, quia postea tristari desinemus. Nunc sedulo congregamur, quia dispersi atque errantes antea, demum convenimus: remoti, invicem propinquamus: extranei pridem,

[illegible]

[illegible]

[illegible]

a) Syr. *Sithruanti.*

1) Syr. *Chesuanes.* Sed *Chusas* vel *Cusas* scimus urbem episcopalem fuisse Aegypti, dictam etiam *Cais, Keis,* aut *Kis.* Curetonus ponit *Xois,* quae fuit item episcopalis.

2) Anubion episcopus apud Athanasium apol. contr. Arian. n. 79. et 87.

3) De harum urbium et episcoporum nominibus, praeter indices athanasianos, consulatur Oriens chr. T. II. col. 613. 609. 607. 601. 599. 577. 588. 583. 565. 519. 621. 587. Videmus autem tum ex hoc catalogo, tum etiam ex superiore in epistola ad Serapionem, non parum lucis affundi Aegypti episcopologio. Lequinii enim opus posthumum Or. ch. valde esse imperfectum, alibi docuimus.

nunc illius familiares facti sumus, qui pro nobis passus est et crucifixus, et peccata nostra portavit, ut ait propheta *; et nostri causa moestus fuit, ut nostrûm omnium finem imponeret afflictioni, miseriae, atque dolori. Si nos sitis vexabit, ipse nostrae occurret necessitati, exclamans in die festo: « si quis sitit, veniat ad me et bibat *. Est hic semper sanctorum affectus, nempe ut nullo temporis intervallo subsistant, sed necessaria quadam assiduitate ad Dominum tendant, eum semper sitiant, ab eoque potum exquirant, quemadmodum David psallit *: « Deus, Deus meus, ad te anticipo, te » sitivit anima mea, tibi multoties caro mea. In terra deserta et invia et » inaquosa, sic in sancto apparui tibi. » Propheta vero Esaias ait *: « nocte » anticipat in matutino ad te spiritus meus, quia lux sunt mandata tua. » » Alius vero ait *: « dilexit anima mea desiderare iudicia tua semper. » Et » idem quoque inquit *: « in iudiciis tuis speravi, et legem tuam semper » custodiam *. » Idem adhuc cum fiducia clamabat dicens *: « oculus meus semper ad Dominum. Idem ait *: meditatio cordis mei coram te semper. » Item Paulus hortatur *: «semper agite gratias Deo, sine intermissione orate. » Hi qui ita semet semper exercent, sine dubio Dominum expectabunt dicentes *: sequemur, ut cognoscamus Dominum; et tamquam paratam auroram eum inveniemus, et ad nos veniet tamquam imber autumnalis et vernus telluri. Neque in matutino tantummodo tribuet eis sufficienter: neque pro postulatis solum potabit, sed copiose largietur pro magna benignitate sua,

* Is. LIII. 4.
* Ioh. VII. 37.
* Ps. LXII. 2.
* Is. XXVI. 9. gr.
* Ps. CXVIII. 20.
v. 43.
* Ps. XXIV. 15.
* Ps. XVIII. 15.
* I. Thess. V. 17. 18.
* Os. VI. 3.

Spiritus gratiam semper concedens. Quem vero denotet vocabulum illud sitient, ipse statim dicere pergit: qui in me credit. Sicut autem frigidae
* Prov. XXV. 25. aquae sitienti gratae sunt, ut ait proverbium *, ita erit Spiritus sancti adventus credentibus Domino, omni requie gaudioque potior.

2. Nos quoque oportet his paschatis diebus cum sanctis vigilare, atque ad Dominum accedere cum omnimoda animae corporisque munditie, cum gratiarum actione, et cum religiosa erga eum fide, ut heic primo bibentes, divinisque illius aquis perfusi, sedere in caelo possimus cum sanctis, ibique fieri participes cantici eiusdem et gaudii, a quo merito peccatores excludentur, quia tantam rem neglexerunt, sibique dictum audient: amice, quomodo huc intrasti, non habens vestem convivalem? Peccatores sitient, gratiae scilicet spiritalis penuriam patientur, cum sint
* Prov. XXI. 26. nequitia inflammati, et voluptatibus prorsus exusti, ut est in proverbiis *: « tota die desiderat desideria improba. » Propheta vero contra eos excla-
* Is. V. 11. mat dicens *: « vae illis qui consurgunt mane ad ebrietatem sectandam, in » eaque se conterunt usque ad vesperam, et vino aestuant: » atque ita crapulati circumeuntes, aliis quoque sitim commovere audent ad perniciem. Priores illi mendacii et incredulitatis aquas bibunt; hique a pro-
* Hier. XV. 18. pheta denotantur dicente *: « plaga mea dura est; quomodo sanabor? Fa- » cta est mihi quasi mendaces aquae infideles. » Alteri vero cum sodalibus potitantes seducent mentem sanam atque pervertent, a qua stulti

recedent, prout Habacuc exclamat *: « vae qui potum dat proximo suo » vappam turbidam, et inebriat ut aspiciat nuditatem eius ! » Hi vero cum simulant et veritatem suffurantur, conscientia sua excidunt, rebus iam huiusmodi ebrii, et illius proverbiorum fornicariae verba usurpant *: « sua- » viter attingite panem absconditum. » Et in dulcedine furtivarum aquarum delitescunt; quia virtutis libertate carent, et fiduciâ sapientiae quae publica luce gloriatur, et in plateis confidenter versatur, et in moenium sublimitate praedicatur. Propterea monentur ut suaviter attingant, quia in securitate atque deliciis emolumentum habent, veritatis dulcedinem suffurantes, atque in amaris aquis suis simulate versantes, ut propriae nequitiae criminationem vitent, quae eis facile aperteque posset inferri. Ideo lupus agninam pellem sibi induit, et dealbata mortuorum sepulcra exteriore facie fallunt. Diabolus autem . . . *Reliqua desiderantur.*

* Hab. II. 15.

* Prov. IX. 17.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς κβ' ἑορταστικῆς 1).

Ἵν' ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς, ὁ 2) Χριστὸς ὁ τὸν ὑπὲρ πάντων 3) ἀναδεξάμενος θάνατον, οὐκ ἐν ᾅδῃ τινι κάτω, ἀλλ' ἐν αὐτῷ τῷ ἀέρι τὰς χεῖρας ἅπλωσεν, ἵνα πάντων τῶν πανταχοῦ τὸ διὰ τοῦ σταυροῦ σωτήριον εἶναι δειχθῇ 4), τὸν μὲν ἐν

Eiusdem ex vigesima secunda festali.

Ut dominus noster Iesus Christus, qui mortem pro omnibus suscepit, non in quodam infimo terrae loco, sed in ipso aëre manus expandit; quo hinc demonstretur, illud per crucem salutare omnibus ubique prodesse: ut

1) Hoc et sequens graecum fragmentum epistolarum XXII. et XXIV. a Cosma indicopleuste sumimus, collato tamen codice antiquissimo vatic. 699, qui complures emendationes nobis suppeditavit.

2) Deest ὁ in editione.

3) Ed. ἁπάντων. — 4) Ed. διδαχθῇ.

τῷ ἀέρι ἐνεργοῦντα διάβολον καθελών, τὴν δὲ εἰς οὐρανὸν ἡμῖν ἄνοδον ἐγκαινίσῃ, καὶ ἐλευθέραν καταστήσῃ.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς κδ' ἑορταστικῆς.

Καὶ τότε μὲν ἐξιόντων καὶ περώντων 1) αὐτῶν τὴν Αἴγυπτον, οἱ ἐχθροὶ θαλάττης ἐγένοντο θρύλλημα· 2) ἄρτι δὲ ἡμῶν ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν περώντων, αὐτὸς ὁ σατανᾶς ὡς ἀστραπὴ 3) λοιπὸν ἀπ' οὐρανοῦ καταπίπτει *.

* Luc. X. 18.

sic eo, qui in aëre operabatur, diabolo sublato, adscensum nobis in caelum novum pararet, ac liberum constitueret.

Eiusdem ex vigesima quarta festali.

Et tunc quidem illis exeuntibus ex Aegypto, inimici eorum maris ludibrium fuerunt; nunc vero nobis a terra in caelum traiicientibus, ipse deinde Satanas sicut fulgur de caelo cadit.

Ex epistola vigesima septima 4) festali Athanasii Alexandriae episcopi et confessoris, quae incipit: « Denuo dies paschatis adest. »

Quae est exultatio nostra et gloria, nisi dominus noster atque salvator noster Iesus Christus, qui pro nobis est passus, patremque nobis revelavit? Ipse ille idem est qui olim per prophetas locutus est, et nunc unicuique dicit: ego sum qui loquebar, ego adsum. Optime id scriptura declarat; etenim non is est qui modo loquatur, modo sileat; sed semper et omni tempore (loquitur). Ab initio unumquemque confirmat sine intermissione, et singulorum corda affatur.

1) Ita cod. At editio heic et infra περωώντων.

2) Ed. melius θρύλλημα. Sed miror Montfauconium qui liberius interpretatur: *mari absorpti fuerunt.*

3) Verba ὡς ἀστραπὴ desunt in editione Montf.

4) Syriacum hoc fragmentum sumpsit D. Curetonus ex opere Severi antiocheni adversus Iohannem grammaticum caesariensem, seu contra apologiam huius pro concilio chalcedonensi; ex qua quidem Iohannis apologia nos multa inedita, illic citata, Cyrilli alex. fragmenta decerpta dedimus in huius bibliothecae tomo II. p. 445. seqq. Contraria itaque opera expilavimus, Curetonus Severi, nos Grammatici; ex illo Athanasius, ex altero Cyrillus incrementum acceperunt. Opus vero praedictum (cui titulus fuit etiam φιλαλήθης) scripsit Severus ante episcopatum, cum esset hegumenus in palaestino monasterio, ut in codice syriaco vaticano legitur, cuius nos alibi rationem habebimus.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς κη'. ἑορταστικῆς.

Ἵν' 1) αὐτὸς μὲν ὑπὲρ πάντων θυσία γένηται· ἡμεῖς δὲ ἐντρεφόμενοι τοῖς λόγοις τῆς ἀληθείας, καὶ ζώσης αὐτοῦ διδασκαλίας 2) μεταλαμβάνοντες, δυνηθῶμεν μετὰ τῶν ἁγίων καὶ τὴν ἐπουράνιον 3) ἀπολαβεῖν χαράν· ἐκεῖ γὰρ ἡμᾶς, ὡς ἐπὶ τὸ ἀνάλαιον τοὺς μαθητὰς, ἐπὶ τὴν θείαν καὶ ἄφθαρτον ὄντως ἑστίασιν 4) ὁ λόγος καλεῖ μετ' αὐτῶν· ἐνταῦθα μὲν παθὼν ὑπὲρ ἡμῶν, ἐκεῖ δὲ τὰς οὐρανίους σκηνὰς ἑτοιμάζων Τοῖς μάλιστα προθύμως ὑπακούσασι πρὸς τὴν κλῆσιν 5), καὶ ἀνενδότως καὶ κατὰ σκοπὸν ἀκολουθήσασιν εἰς Τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως, ἔνθα τοῖς ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἐρχομένοις τε καὶ πρὸς τοὺς ἐμποδίζοντας ἀγωνιζομένοις, ἀπόκειται καὶ στέφανος καὶ ἡ ἄφθαρτος εὐφροσύνη· εἰ γὰρ καὶ πολὺς ὡς πρὸς τοὺς ἀνθρώπους ὁ κάματος Τῆς Τοιαύτης ἐστὶν ὁδοῦ, ἀλλ' αὐτὸς ὁ σωτὴρ καὶ ταύτην ἐλαφράν τε καὶ χρηστὴν κατεσκεύασε.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς αὐτῆς.

Ἡμεῖς δὲ, ἀδελφοὶ, οἱ Τὸν ἀμπελῶνα παρὰ Τοῦ σωτῆρος παραλαμβάνοντες καὶ εἰς τὴν οὐράνιον εὐωχίαν κληθέντες, ὡς ἤδη τῆς ἑορτῆς ἐγγιζούσης, λάβωμεν τὰ βάϊα τῶν φοινίκων, καὶ νικηταὶ τῆς ἁμαρτίας γενόμενοι 6), ὡς οἱ ἀναντήσαντες τῷ σωτῆρι τότε, οὕτω καὶ ἡμεῖς ἕτοιμοι γινώμεθα 7) ταῖς πράξεσιν, ἵνα καὶ ἀπαντήσωμεν ἐρχομένῳ, καὶ συνεισελθόντες αὐτῷ τῆς ἀθανάτου μεταλάβωμεν τροφῆς, καὶ ἀϊδίως λοιπὸν ζήσωμεν ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

Eiusdem ex vigesima octava epistola festali.

Ut ipse quidem pro omnibus hostia fieret; nos autem veritatis innutriti sermonibus, viventisque eius doctrinae participes, cum sanctis caelestem quoque laetitiam adipisci valeamus. Illuc quippe nos, tamquam discipulos ad caenaculum, ad divinum atque incorruptibile convivium cum iisdem Verbum invitat: heic quidem passum pro nobis; illic vero caelestia tabernacula praeparans iis, qui prompte et non remisse vocationi obediverint, atque desinenter ac secundum scopum sequuti fuerint ad bravium supernae vocationis; ubi illis qui ad caenam accesserint, et adversus cohibentes se certaverint, reposita est corona, et incorruptibilis laetitia. Etiamsi enim multus apud homines talis viae labor sit; at ipse Servator expeditam eam et commodiorem effecit.

Eiusdem ex eadem epistola.

Nos autem, fratres, qui vineam a Servatore accepimus, et ad caeleste convivium invitamur, utpote iam imminente die festo, ramos palmarum accipiamus; ac peccati victores effecti, quemadmodum illi qui tunc Salvatori obviam iverunt; ita et nos operibus ipsis parati simus, ut venienti occurramus, ut cum illo ingressi, immortalis cibi participes simus, ac denique immortaliter vivamus in caelis.

1) Ed. ἵνα, et mox ἁπάντων.
2) Ed. καὶ τῆς ἀληθινῆς καὶ ζωηρᾶς διδασκαλίας αὐτοῦ.
3) Ed. ἐν οὐρανοῖς. — 4) Ed. ἑστιάσιν.
5) Deest in ed. πρὸς τὴν κλῆσιν.
6) Ed. γινόμενοι. — 7) Ed. γενώμεθα.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς κθ' ἑορταστικῆς.

Καὶ τὰ μὲν τῶν ἀνθρώπων παύεται· ἡ δὲ τοῦ θεοῦ ἀγαθότης οὐ παύεται· ὅθεν καὶ ἀποθανόντας ἡμᾶς καὶ ἀσθενησάσης τῆς ἰδίας ἡμῶν φύσεως ἀνεγείρει, καὶ ἐκ γῆς γεγονότας εἰς οὐρανοὺς ἀνάγει.

Eiusdem ex vigesima nona festali.

Et ea quidem quae hominum sunt, finem habent; quae autem bonitatis Dei sunt, numquam desinunt. Quamobrem nos mortuos, et ex natura nostra infirmos suscitat, atque ex terra plasmatos deducit in caelum.

1) Ex vigesima nona epistola, quae incipit: «Satis huic tempori erant, quae antea scripta a nobis fuerunt.»

Ipse Dominus experimentum capiebat de suis discipulis, quo tempore
* Marc. IV. 28. pulvinari innixus dormiebat *, et cum id patravit miraculum, quod etiam improbos pudore potest afficere. Cum is surrexit et mare increpuit, tempestatemque sedavit, duo apprime demonstravit, nimirum illam maris a ventis tempestatem non fuisse, sed a Domini sui potius terrore, qui mare decurrebat; et quod Dominus, a quo fuit increpitum, haud res creata erat, sed illius creator: neque enim creatura alii obtemperat creaturae. Et quamvis olim Moyses rubrum mare divisit, non tamen ipse Moyses id patravit; nec quia is iussit, illud effectum est; sed quia Dei mandatum erat. Rursus quamvis sol in Ghibeon substitit, et luna in valle Ilon, haud ea res filio Nun tribuenda est, sed Domino qui illius precibus annuit. Hic nimirum mare increpuit: idem hic in cruce pendens solem obscurari praecepit.

ܘܠܘܬ ܡܢ ܐܢܫܐ ܗܘ ܕܒܣܕܝܐ ܣܡܝܟ: ܗܘ ܕܐܬܚܙܝܘܗܝ ܡܬܕܡܪܢܘܬܐ. ܢܣܝ ܗܘܐ
ܡܢ ܬܠܡܝܕܘܗܝ ܗܘܐ ܟܕ ܕܡܟ: ܐܝܟ ܕܥܒܕ ܬܕܡܘܪܬܐ ܗܝ.
ܘܡܬܚܙܝܢܐ ܡܢ ܟܠܗ ܗܘܐ ܗܘ ܡܪܝܐ ܟܕ ܕܩܡ ܘܟܐ ܒܝܡܐ. ܐܚܘܝ ܕܐܦ ܠܥܠܘܝܐ
ܗܘܬ: ܗܘ ܕܡܬܢܐܡ ܡܪܝܐ ܕܐܦ ܒܥܠܡܐ ܠܐܚܪܢܐ. ܟܕ ܓܝܪ ܩܡ ܘܟܐ ܒܝܡܐ: ܘܫܬܩܬ
ܥܠܥܠܐ. ܬܪܬܝܢ ܚܘܝ ܠܬܠܡܝܕܘܗܝ. ܕܥܠܥܠܐ ܡܢ ܕܝܡܐ. ܠܐ ܐܝܬܝܗ ܗܘܬ ܡܢ
ܪܘܚܐ. ܐܠܐ ܡܢ ܕܚܠܬܐ ܕܡܪܗ ܗܘ ܕܪܕܐ ܗܘܐ ܥܠܘܗܝ. ܘܡܪܝܐ ܠܐ ܐܝܬܝܗܘܗܝ ܡܪܝܐ ܗܘ
ܕܐܬܐ ܒܗ. ܐܠܐ ܡܬܢܐܡ ܒܪܝܬܗ. ܟܬܒܝܬܐ ܓܝܪ ܠܐ ܡܫܬܡܥܐ ܗܘܬ ܠܒܪܝܬܐ. ܐܦ
ܓܝܪ ܡܘܫܐ ܝܡܐ ܕܣܘܦ ܦܠܓ ܗܘܐ ܡܘܫܐ. ܐܠܐ ܠܐ ܡܘܫܐ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܗܘ
ܕܥܒܕ. ܠܐ ܓܝܪ ܡܛܠ ܕܐܡܪ ܗܘ ܗܘܬ. ܐܠܐ ܡܛܠ ܕܦܩܕ ܐܠܗܐ. ܐܢܕܝܢ ܘܩܡ ܫܡܫܐ
ܒܓܒܥܘܢ: ܘܣܗܪܐ ܒܢܚܠܐ ܕܐܝܠܘܢ ܐܠܐ ܗܘܐ ܠܒܪܗ ܐܬܝܗܒ ܗܘܬ. ܠܗ ܕܢܘܢ ܒܪܗ ܕܢܘܢ
ܐܠܐ ܡܪܝܐ ܗܘ ܕܫܡܥ ܨܠܘܬܗ. ܐܝܬܝܗܘܗܝ ܕܝܢ ܗܘܐ. ܗܘ ܕܐܦ ܒܝܡܐ ܟܐܐ: ܘܟܕ ܙܩܝܦ
ܕܢܣܒ ܚܫܟ ܥܠ ܫܡܫܐ.

1) Alterum hoc quoque sumpsit syriacum fragmentum D. Curetonus ex praedicto Severi opere. Utrum vero sit praevertendum graeco, an secus, hactenus latet.

Quot et quinam sint libri quos ecclesia recipit 1).

Ex epistola trigesima nona sancti Athanasii Alexandriae episcopi de paschatis festo, in qua definit canonice, quinam sint libri quos ecclesia recipit.

Quoniam nonnulli ausi sunt libros sibi conficere, qui occulti dicuntur, et a Graecis appellantur apocryphi, eosque permiscere dictatis a Spiritu sancto libris, de quibus a patribus edocti fuimus, quomodo traditi fuerint, atque ab iis provenerint, qui ab initio spectatores ac ministri verbi fuerunt, visum est et mihi (rogantibus qui veritatem diligunt fratribus, et me ipso huius rei sponsore, prout anterius cognovi) canonice definire quinam sint divini libri sanctae ecclesiae commissi ac traditi; ut nimirum quicumque errarunt, iam reprehendant erroris sui auctores; et qui in sua puritate permanserunt, librorum horum mentione laetentur.

Veteris ergo testamenti libri sunt ·XXII· Ita traditum est, ut audio, tot fuisse Hebraeorum litteras. Horum autem ordo et titulus huiuscemodi est.

In primis Genesis, deinde Exodus, mox levitarum liber, postea Numeri, exin Deuteronomium. Post hos Iosue filius Nun, tum Iudices, postea

1) Sequentem ss. librorum canonem, scriptum anno 367, ut ex chronico syriaco agnoscimus, et epistolae festali 39. subiunctum, conservarunt nonnulli codices graeci, laudaveratque iampridem Theodorus Balsamon in suis ad canones scholiis, ed. paris. p. 636, et Maurini in Athanasii editionem non sine variis lectionibus receperunt (T. I. part. 2. ed. ven. p. 767.) Quamobrem graecum textum mox subtexemus. Nunc syriacum ponimus, quem D. Curetonus ex anonymo quodam in ss. biblia commentario sumpsit.

Ruth, dehinc regum liber in quatuor tomos distributus; primus quidem ac secundus tamquam liber unus habentur, tertius quartusque pariter quasi unus. Sequitur Paralipomenon liber, namque horum primus ac secundus instar unius habentur. Hinc Esdrae primus ac secundus, quasi pariter liber unus. Post hos psalmorum liber unus. Exin Salomonis proverbiorum liber unus. Mox Ecclesiastae liber unus. Tum cantici canticorum liber unus. Sequitur item Iobi liber unus. Deinde duodecim prophetae, qui instar libri unius reputantur. Tum Esaiae liber unus: et mox Hieremias et Baruch cum lamentationibus et epistola *, similiter liber unus. Sequitur Ezechielis unus, itemque Danihelis liber unus. Hactenus Testamentum vetus.

* Syr. *epistolae.*

Sed neque novi negligenda mentio est. Sunt autem evangelia quatuor, Matthaei, Marci, Lucae, et Iohannis. Exin Actus apostolorum. Tum septem Epistolae, quae sunt huiusmodi: Iacobi una, Petri duae, Iohannis tres. Post has Iudae una. Sequuntur Pauli quatuordecim hoc ordine positae; prima ad Romanos, tum ad Corinthios duae, ad Galatas una, ad Ephesios una, ad Philippenses una, ad Colossenses una, ad Thessalonicenses duae, posttea ad Hebraeos una: deinde ad Timotheum duae, ad Titum una, et ad Philemonem alia. Denique Apocalypsis Iohannis.

Hi sunt salutis fontes, unde satiantur ii qui viventium verborum ibi

contentorum sitim prae se ferunt. Per hos tantummodo pietatis magisterium traditur; nemo eos augeat, nemo deminuat. De his Dominus noster Sadducaeis praedicans aiebat *: « erratis, quia libros nescitis. » Tum et Iudaeos increpabat dicens *: «scrutamini libros, quoniam ipsi de me testantur.» Sed tamen maioris accurationis gratia, hoc etiam addam festinanti scripto; quod cum alii praeter hos libri extent, nequaquam canonice definiti, patrum sententia est, ut hi legi possint ab iis qui eruditionem quaerunt et pietatis doctrinam. Sunt autem, Sapientia Salomonis, Sapientia filii Sirach 1), Esther, Iudith, Tobias, Apostolorum dicta didascalia, et liber Pastoris. Verumtamen, dilecti mei, cum priores illi canonice sint definiti, et hi etiam legantur; nusquam tamen librorum occultorum mentio est, quos Graeci vocant apocryphos 2). Hoc enim haereticorum commentum est, qui libros illos pro libito scribunt, eisdemque gratiam tribuunt, dum remotam ipsis aetatem appingunt, nec secus ac priscis libris utuntur, ut fallendi simplices ansam habeant.

* Matth. XXII. 29.
* Ioh. V. 39.

ܗ̈ܠܝܢ ܡܒܘ̈ܥܐ ܕܦܘܪܩܢ. ܒܗܠܝܢ ܒܠܚܘܕ ܡܬܟܪܙܐ ܡܠܦܢܘܬܐ ܕܕܚܠܬ ܐܠܗܐ. ܠܐ ܐܢܫ
ܢܘܣܦ ܥܠ ܗܠܝܢ: ܘܐܦܠܐ ܢܒܨܪ ܡܢ ܗܠܝܢ. ܡܪܢ ܓܝܪ ܟܕ ܠܨܕܘܩܝܐ ܡܟܣ ܗܘܐ ܐܡܪ.
ܛܥܝܢ ܐܢܬܘܢ ܘܠܐ ܝܕܥܝܢ ܐܢܬܘܢ ܟܬ̈ܒܐ. ܠܝܗ̈ܘܕܝܐ ܕܝܢ ܡܟܣ ܗܘܐ ܘܐܡܪ. ܒܨܘ
ܟܬ̈ܒܐ ܕܗܢܘܢ ܡܣܗܕܝܢ ܥܠܝ. ܐܠܐ ܡܛܠ ܚܬܝܬܘܬܐ ܝܬܝܪܬܐ: ܡܘܣܦ ܐܢܐ ܐܦ ܗܕܐ.
ܟܕ ܒܥܓܠ ܟܬܒ ܐܢܐ. ܐܝܟ ܕܐܝܬ ܐܦ ܟ̈ܬܒܐ ܐܚܪ̈ܢܐ ܠܒܪ ܡܢ ܗܠܝܢ: ܘܠܐ ܡܬܡܢܝܢ
ܥܡ ܩܢܘܢܐ: ܦܣܝܩܝܢ ܕܝܢ ܠܐܒܗ̈ܬܐ ܠܡܬܩܪܝܘ: ܠܐܝܠܝܢ ܕܨܒܝܢ ܠܡܬܠܡܕܘ
ܠܡܠܦܢܘܬܐ ܘܠܬܘܠܡܕܐ ܕܕܚܠܬ ܐܠܗܐ. ܘܐܝܬܝܗܘܢ ܗܠܝܢ. ܚܟܡܬܗ ܕܫܠܝܡܘܢ. ✣
ܘܚܟܡܬܗ ܕܒܪ ܣܝܪܐ. ✣ ܘܐܣܬܝܪ. ✣ ܘܝܗܘܕܝܬ. ✣ ܘܛܘܒܝܐ. ܘܗܝ ܕܡܬܩܪܝܐ
ܡܠܦܢܘܬܐ ܕܫܠܝ̈ܚܐ. ܘܪܥܝܐ. ✣ ܒܪܡ ܕܝܢ ܚܒܝ̈ܒܝ ܟܕ ܗܢܘܢ ܡܬܡܢܝܢ ܥܡ ܩܢܘܢܐ:
ܗܠܝܢ ܡܬܩܪܝܢ. ܘܠܐ ܒܕܘܟ ܐܚܕ ܕܘܟܪܢܐ ܕܟ̈ܬܒܐ ܡܛܫ̈ܝܐ: ܐܝܠܝܢ ܕܡܬܩܪܝܢ ܡܢ
ܝ̈ܘܢܝܐ ܐܦܘܩܪܘܦܐ. ܐܠܐ ܥܒܕܐ ܐܝܬܝܗ̇ ܗܘܐ ܕܗܪ̈ܣܝܘܛܐ: ܕܟܬܒܝܢ ܠܗܘܢ ܡܢ ܐܡܬܝ
ܕܨܒܝܢ ܒܙܒܢܐ. ܟܕ ܡܘܣܦܝܢ ܠܗܘܢ ܛܝܒܘܬܐ ܘܡܩܕܡܝܢ ܠܗܘܢ ܙ̈ܒܢܐ ܩ̈ܕܡܝܐ.
ܘܐܝܟ ܕܒܗܠܝܢ ܐܝܟ ܕܒܟ̈ܬܒܐ ܡܬܚܫܚܝܢ: ܡܢ ܗܪܟܐ ܥܠܬܐ ܢܗܘܐ ܠܗܘܢ ܠܡܛܥܝܘ.
ܠܦ̈ܫܝܛܐ. ✣

1) S. Augustinus de doctr. ch. II. 13. de his duobus sic: *Sapientia et Ecclesiasticus, quoniam in auctoritatem recipi meruerunt, inter propheticos numerandi sunt.* Sed et alios agnoscit canon Damasi in paraphrasi (apud Sedul. ed. Arevali p. 431.) *Tobiam* admittit Ben-Assali, cap. 2. cod. vat. arab. 151. Denique *Pastorem* memorat antiquissimus omnium N. T. canon apud Murator. antiq. M. Ae. T. III. col. 854.

2) Animadvertamus sedulo, distingui ab Athanasio libros Sapientiae, Esther, Iudith etc. ab *occultis* seu *apocryphis*; et hos quidem, vitandos dici utpote haereticorum commenta; illos autem legendos pietatis ergo ex patrum sententia. Ergo Athanasius in illorum numero est, qui libros, ut nos loquimur, *deuterocanonicos* distinguunt omnino ab *apocryphis*. Quare iam prorsus nolim (quiquid aliqui veteres libere secureque interdum fecerint) duo haec vocabula promiscuo sensu usurpari; praesertim si id heterodoxo animi sensu fiat, ut in externis saepe editionibus videre est. Ceterum haud nunc vacat, gravissimum biblici canonis argumentum attingere, de quo iamdiu docti catholici sive in singulorum librorum praefationibus, sive in separatis tractatibus plenissime disputarunt; post tridentinum praesertim decretum, quod libros omnes πρώτους ac δευτέρους canonicos in auctoritatis arce pariter collocavit.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς λϑ' ἑορταστικῆς ἐπιστολῆς.

Ἀλλ' ἐπειδὴ περὶ μὲν τῶν αἱρετικῶν ἐμνήσϑημεν, ὡς νεκρῶν· περὶ δὲ ἡμῶν, ὡς ἐχόντων πρὸς σωτηρίαν τὰς θείας γραφάς 1)· καὶ φοβοῦμαι μή πως, ὡς ἔγραψε Κορινθίοις Παῦλος, ὀλίγοι τῶν ἀκεραίων ἀπὸ τῆς ἁπλότητος καὶ τῆς ἀγνότητος πλανηθῶσιν, ἀπὸ τῆς πανουργίας τῶν ἀνϑρώπων, καὶ λοιπὸν ἐντυγχάνειν ἑτέροις ἄρξωνται τοῖς λεγομένοις ἀποκρύφοις, ἀπατώμενοι τῇ ὁμωνυμίᾳ τῶν ἀληθινῶν βιβλίων· παρακαλῶ ἀνέχεσθαι, εἰ περὶ ὧν ἐπίσασθε, περὶ τούτων κἀγὼ μνημονεύων γράφω, διά τε τὴν ἀνάγκην καὶ τὸ χρήσιμον τῆς ἐκκλησίας. Μέλλων δὲ τούτων μνημονεύειν, χρήσομαι πρὸς σύσταστν τῆς ἐμαυτοῦ τόλμης τῷ τόπῳ τοῦ εὐαγγελιστοῦ Λουκᾶ, λέγων καὶ αὐτός· ἐπειδήπερ τινὲς ἐπεχείρησαν ἀνατάξασθαι ἑαυτοῖς τὰ λεγόμενα ἀπόκρυφα, καὶ ἐπιμίξαι ταῦτα τῇ θεοπνεύστῳ γραφῇ, περὶ ἧς ἐπληροφορήϑημεν, καϑὼς παρέδοσαν τοῖς πατράσιν οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται γενόμενοι τοῦ λόγου· ἔδοξε κἀμοὶ, προτραπέντι παρὰ γνησίων ἀδελφῶν, καὶ μαϑόντι ἄνωϑεν, ἑξῆς ἐκϑέϑαι τὰ κανονιζόμενα καὶ παραδοϑέντα, πιστευϑέντα τε ϑεῖα εἶναι βιβλία· ἵνα ἕκαστος, εἰ μὲν ἠπατήϑη, καταγνῷ τῶν πλανησάντων· ὁ δὲ καθαρὸς διαμείνας, χαίρῃ πάλιν ὑπομιμνησκόμενος.

Ἔστι τοίνυν τῆς μὲν παλαιᾶς διαϑήκης βιβλία τῷ ἀριθμῷ τὰ πάντα εἰκοσιδύο· τοσαῦτα γάρ, ὡς ἤκουσα, καὶ τὰ στοιχεῖα τὰ παρ' Ἑβραίοις εἶναι παραδέδοται· τῇ δὲ τάξει καὶ τῷ ὀνόματί ἐστιν ἕκαστον, οὕτως. Πρῶτον Γένεσις, εἶτα ἔξοδος, εἶτα λευιτικὸν, καὶ μετὰ τοῦτο ἀριθμοὶ, καὶ λοιπὸν τὸ δευτερονόμιον· ἑξῆς δὲ τούτοις 2) ἐστὶν Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυὴ, καὶ κριταί· καὶ μετὰ τοῦτο ἡ Ῥοῦθ· καὶ πάλιν ἑξῆς βασιλειῶν τέσσαρα βιβλία· καὶ τούτων τὸ μὲν πρῶτον καὶ δεύτερον, εἰς ἐν βιβλίον ἀριθμεῖται· τὸ δὲ τρίτον καὶ τέταρτον ὁμοίως εἰς ἕν· μεϑ' ἃ δὲ ταῦτα παραλειπομένων α' καὶ β', ὁμοίως εἰς ἓν βιβλίον ἀριθμούμενα· εἶτα Ἐσδρὰς α' καὶ β', ὁμοίως εἰς ἕν· μετὰ δὲ ταῦτα βίβλος ψαλμῶν, καὶ ἑξῆς παροιμίαι· εἶτα ἐκκλησιαστὴς, καὶ ᾆσμα ᾀσμάτων· πρὸς τούτοις ἐστὶ καὶ Ἰωβ, καὶ λοιπὸν προφῆται· οἱ μὲν δώδεκα εἰς ἓν βιβλίον ἀριθμούμενοι· εἶτα Ἡσαΐας, Ἱερεμίας, καὶ σὺν αὐτῷ Βαρούχ, Θρῆνοι, ἐπιστολὴ, καὶ μετ' αὐτὸν Ἰεζεκιὴλ καὶ Δανιήλ· ἄχρι τούτων τὰ τῆς παλαιᾶς διαϑήκης ἵσταται.

Τὰ δὲ τῆς καινῆς πάλιν οὐκ ὀκνητέον εἰπεῖν· ἔστι γὰρ ταῦτα· εὐαγγέλια τέσσαρα, κατὰ Ματθαῖον, κατὰ Μάρκον, κατὰ Λουκᾶν, κατὰ Ἰωάννην· εἶτα μετὰ ταῦτα, πράξεις ἀποστόλων, καὶ ἐπιστολαὶ καϑολικαὶ καλούμεναι τῶν ἀποστόλων ἑπτά· οὕτως μὲν, Ἰακώβου α', Πέτρου δὲ β', εἶτα Ἰωάννου γ', καὶ μετὰ ταύτας Ἰούδα α'· πρὸς τούτοις Παύλου ἀποστόλου εἰσὶν ἐπιστολαὶ δεκατέσσαρες, τῇ τάξει γραφόμεναι οὕτως· πρώτη, πρὸς Ῥωμαίους· εἶτα πρὸς Κορινθίους δύο· καὶ μετὰ ταῦτα πρὸς Γαλάτας· καὶ ἑξῆς πρὸς Ἐφεσίους· εἶτα πρὸς Φιλιππησίους, καὶ πρὸς Κολασσαεῖς· καὶ μεϑ' ταύτας πρὸς Θεσσα-

1) Codex alius: ϑείας γραφὰς χρὴ πιστεύειν· καὶ γὰρ φοβοῦμαι. 2) Codex alius τούτων.

λονικεῖς δύο· καὶ ἡ πρὸς Ἑβραίους· καὶ εὐθὺς πρὸς μὲν Τιμόθεον δύο· πρὸς δὲ Τίτον μία· καὶ τελευταία ἡ πρὸς Φιλήμονα· καὶ πάλιν Ἰωάννου ἀποκάλυψις.

Ταῦτα πηγαὶ τοῦ σωτηρίου, ὥστε τὸν διψῶντα τῶν ἐν τούτοις ἐμφορεῖσθαι λογίων· ἐν τούτοις μόνοις τὸ τῆς εὐσεβείας διδασκαλεῖον εὐαγγελίζεται· μηδεὶς τούτοις ἐπιβαλλέτω, μὴ δὲ τούτων ἀφαιρείσθω τι· περὶ δὲ τούτων ὁ κύριος Σαδδουκαίους μὲν ἐδυσώπει, λέγων· "πλανᾶσθε μὴ εἰδότες τὰς „ γραφάς· τοῖς δὲ Ἰουδαίοις 1) παρήνει· ἐρευνᾶτε τὰς γραφάς, ὅτι αὐταί εἰ- „ σιν αἱ μαρτυροῦσαι περὶ ἐμοῦ·„ Ἀλλ' ἕνεκά γε πλείονος ἀκριβείας προστίθημι δὲ τοῦτο γράφων ἀναγκαίως, ὡς 2) ὅτι ἐστὶ καὶ ἕτερα βιβλία τούτων ἔξωθεν, οὐ κανονιζόμενα μὲν, τετυπωμένα δὲ παρὰ τῶν πατέρων ἀναγινώσκεσθαι τοῖς ἄρτι προσερχομένοις καὶ βουλομένοις κατηχεῖσθαι τὸν τῆς εὐσεβείας λόγον· σοφία Σολομῶντος, καὶ σοφία Σιρὰχ, καὶ Ἐσθὴρ, καὶ Ἰουδὶθ, καὶ Τωβίας, καὶ διδαχὴ καλουμένη Τῶν ἀποστόλων 3), καὶ ὁ Ποιμήν· καὶ ὅμως, ἀγαπητοὶ, κἀκείνων κανονιζομένων, καὶ τούτων ἀναγινωσκομένων, οὐδαμοῦ Τῶν ἀποκρύφων μνήμη· ἀλλὰ αἱρετικῶν ἐστιν ἐπίνοια, γραφόντων μὲν ὅτε θέλουσιν αὐτά· χαριζομένων δὲ καὶ προστιθέντων αὐτοῖς χρόνους, ἵν' ὡς παλαιὰ προφέροντες, πρόφασιν ἔχωσιν ἀπατᾶν ἐκ τούτου τοὺς ἀκεραίους.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς μ ἑορταστικῆς.

"Ὑμεῖς δὲ ἐστὲ οἱ διαμεμενηκότες μετ' ἐμοῦ ἐν Τοῖς πειρασμοῖς μου 4) κἀ- „ γὼ διατίθεμαι ὑμῖν καθὼς διέθετό μοι ὁ πατήρ μου βασιλείαν, ἵνα ἐσθίητε „ καὶ πίνητε ἐπὶ τῆς τραπέζης μου ἐν 5) τῇ βασιλείᾳ μου.„ Ἐπὶ δεῖπνον τοί- νυν τὸ μέγα καὶ οὐράνιον διὰ τοῦ εὐαγγελίου κληθέντες εἰς τὸ ἀνάγαιον ἐκεῖνο τὸ σεσαρωμένον, καθαρίσωμεν ἑαυτοὺς, ὡς παρήγγειλεν ὁ ἀπόστολος *, ἀπὸ *II. Cor. VII. 1. παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος, ἐπιτελοῦντες ἁγιωσύνην ἐν φόβῳ θεοῦ· ἵν' ἔσωθεν καὶ ἔξω 6) ἄσπιλοι τυγχάνοντες, ἔξωθεν μὲν περιβεβλημένοι

Eiusdem ex quadragesima festali.

« Vos autem estis qui permansistis mecum in tentationibus meis; et ego » dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater, regnum; ut edatis et bibatis » super mensam meam in regno meo. » Ad magnam itaque et caelestem caenam per evangelium invitati ad caenaculum illud scopis mundatum, nosmet mundemus, ut praecepit apostolus, ab omni inquinamento carnis » et spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei; ut intrinsecus et extrinsecus immaculati; extrinsecus quidem induti temperantia et iustitia,

1) Duo codices τοὺς δὲ Ἰουδαίους.

2) Deest ὡς in tribus codd.

3) Codex colbertinus hoc habet in margine scholion. Διδαχὴν τῶν ἀποστόλων λέγουσιν εἶναι τὰς διὰ τοῦ Κλήμεντος γραφείσας διατάξεις τῶν ἀποστόλων, ἃς ἡ ς' λεγομένη σύνοδος ἀναγινώσκεσθαι οὐ συγχωρεῖ: *doctrinam vocant apostolorum, constitutiones apostolorum a Clemente scriptas: quas legi, ea quae dicitur sexta synodus, non concedit.*

4) Verba ἐν τοῖς πειρασμοῖς μου desunt in ed.

5) Ed. ἐπί.

6) Ed. ἵν' ἔξωθεν καὶ ἔσωθεν.

σωφροσύνην καὶ δικαιοσύνην, ἔσωθεν δὲ τῷ πνεύματι ὀρθοτομοῦντες τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, ἀκούσωμεν· εἴσελθε εἰν τὴν χαρὰν τοῦ κυρίου σου *.

* Matth. XXV. 21.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς μβ' ἑορταστικῆς.

Κεκλήμεθα γὰρ, ἀδελφοὶ, καὶ νῦν συνκαλούμενοι 1) ὑπὸ τῆς σοφίας καὶ κατὰ τὴν εὐαγγελικὴν παραβολὴν, ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἐκεῖνο τὸ μέγα τὸ ὑπερκόσμιον καὶ πάσῃ τῇ κτίσει 2) διαρκοῦν, ἐπὶ τὸ πάσχα δὴ λέγω, τὸν τυθέντα Χριστόν· τὸ γὰρ πάσχα ἡμῶν ἐτύθη Χριστός *. Καὶ μεθ' ἕτερα. Οἱ μὲν οὖν οὕτω κεκοσμημένοι ἀκούσονται· εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ κυρίου σου.

* I. Cor. V. 7.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς μγ' ἑορταστικῆς.

Ἡμῶν δὲ, ὧν ἐστὶ καὶ τὸ πάσχα, ἡ κλῆσις ἄνωθέν ἐστὶν, καὶ τὸ πολίτευμα ἡμῶν ἐν οὐρανοῖς ἐστὶν 3), μετὰ Παύλου λέγοντος *· " οὐ γὰρ ἔχομεν „ ὧδε μένουσαν πόλιν, ἀλλὰ τὴν μέλλουσαν ἐπιζητοῦμεν, ἔνθα καὶ ἀποβλέποντες, ἑορτάζομεν καλῶς. Καὶ πάλιν 4) μεθ' ἕτερα. Ὑψηλὸς μὲν ὁ οὐρανὸς ἀληθῶς, καὶ ἀπέραντον τὸ τούτου διάστημα πρὸς ἡμᾶς· ὁ γὰρ οὐρανός, φησιν *, τοῦ οὐρανοῦ τῷ κυρίῳ· ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο ἀποκνητέον, οὐδὲ φοβητέον, ὡς ἀδύνατον οὖσαν τὴν πρὸς ἐκεῖνον ὁδόν· ἀλλὰ καὶ μᾶλλον προθυμητέον· οὐ γὰρ, ὡς οἱ ἀπὸ ἀνατολῶν τότε κινήσαντες καὶ εὑρόντες πεδίον ἐν γῇ Σεναὰρ ἐπεχείρησαν, χρεία καὶ ἡμῖν ὀπτῆσαι πλίνθον ἐν πυρὶ, καὶ ζητεῖν ἄσφαλτον ἀντὶ πηλοῦ· συνεχύθησαν γὰρ ἐκείνων αἱ γλῶσσαι, καὶ κατελύθη τὸ ἔργον· ἡμῖν δὲ ὁ κύριος τὴν ὁδὸν ἐνεκαίνισε διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος, καὶ

* Hebr. XIII. 14.

* Ps. CXIII. 16.

intrinsecus autem spiritu intelligentes recte doctrinam veritatis 5), audiamus: intra in gaudium domini tui.

Eiusdem ex quadragesima secunda festali.

Vocati enim sumus, fratres, et nunc convocati a Sapientia, nec non secundum evangelicam parabolam, ad caenam illam magnam et caelestem omnique creaturae sufficientem; ad pascha videlicet, sive immolatum Christum: « nam pascha nostrum immolatus est Christus. » Et paucis interiectis. Illi quidem sic ornati, ingredientes audient: «intra in gaudium Domini tui.»

Eiusdem ex quadragesima tertia festali.

Nostrûm autem, quorum est pascha, vocatio item superna est, et conversatio nostra in caelis, cum Paulo dicente: « non enim habemûs hic ma» nentem civitatem; sed futuram inquirimus: » quô respicientes, probe festum celebramus. Et quibusdam interpositis. Excelsum sane caelum est, infinitoque a nobis spatio distant: nam «caelum caeli Domino» ait. Verumtamen haud idcirco ad torporem et metum declinandum est, quasi nempe via ad caelum traiici nequeat; immo potius alacriter agendum. Non enim ut illi olim ab oriente profecti, reperto campo in terra Senaar, (turrim) adgressi sunt, opus est et nos lateres igne coquere, ac bitumen pro caemento quaerere. Eorum quippe linguae confusae fuerunt, opusque dissolutum. Nobis vero

1) Ita cod. l. m. συνκ. pro συγκ. qui est notus archaismus. — 2) Editio addit τό.
3) Desunt praecedentia septem verba in editione.
4) Deest πάλιν in editione.
5) Discessimus hoc loco ab interpunctione simul et ab interpretatione Montfauconii.

εὔκολον αὐτὴν κατεσκεύαζε. Καὶ πάλιν. Οὐ γὰρ μόνον ἐν τῷ διαστήματι καὶ παρακλήσει παρεμυθήσατο, ἀλλ' ὅτι καὶ κεκλεισμένην ταύτην ποτὲ τὴν πύλην ἐλθὼν ἤνοιξε· κέκλεισται γὰρ ὄντως ἐξ ὅτου τὸν Ἀδὰμ ἐξέβαλεν ἐκ τοῦ παραδείσου τῆς τρυφῆς, καὶ ἔταξε τὰ χερουβεὶμ 1) καὶ τὴν φλογινὴν ῥομφαίαν τὴν στρεφομένην φυλάσσειν τὴν ὁδὸν τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς· νῦν δὲ ἐκτεταμένην· καὶ πλείονι χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ ἐμφανεὶς αὐτὸς ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν 2) χερουβεὶμ, εἰσήγαγεν εἰς μὲν τὸν παράδεισον μεθ' ἑαυτοῦ τὸν ὁμολογήσαντα λῃστήν· εἰς δὲ τὸν οὐρανὸν ὁ 3) αὐτὸς πρόδρομος ὑπὲρ ἡμῶν εἰσελθὼν, πᾶσιν ἀνεπέτασε τὰς θύρας. Καὶ πάλιν. Ὁ δὲ Παῦλος κατὰ σκοπὸν διώκων εἰς τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως, ἡρπάσθη δι' αὐτῆς ἕως τρίτου οὐρανοῦ, ἑωρακὼς τά τε 4) ἄνω, λοιπὸν κατερχόμενος, κατηχεῖ 5) καὶ ἡμᾶς εὐαγγελιζόμενος τὰ πρὸς Ἑβραίους γραφέντα*· "οὐ γὰρ προσεληλύθατε, λέγων, ψηλαφωμένῳ ὄρει, καὶ κεκαυμένῳ * Hebr. XII. 18.
„ πυρὶ, καὶ γνόφῳ, καὶ σκότῳ, καὶ θυέλλῃ, καὶ σάλπιγγος ἤχῳ, καὶ φωνῇ
„ ῥημάτων· ἀλλὰ προσεληλύθατε Σιὼν ὄρει καὶ πόλει θεοῦ ζῶντος, Ἱερουσα-
„ λὴμ ἐπουρανίῳ, καὶ μυριάσιν ἀγγέλων πανηγύρει, καὶ ἐκκλησίᾳ πρωτοτό-
„ κων ἀπογεγραμμένων ἐν οὐρανοῖς." Τίς οὐκ ἂν εὔξαιτο μετὰ τούτων ἔχειν τὴν ἄνω σύνοδον; τίς οὐκ ἀγαπήσει μετὰ τούτων ἀπογράφεσθαι; ἵνα καὶ μετ' αὐτῶν ἀκούσῃ *· δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου, κατακληρονομήσατε * Matth. XXV. 34.
τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου.

Dominus novam per proprium sanguinem viam munivit, ipsamque facilem et expeditam paravit. Et iterum. Neque solum circa caeli distantiam consolatus nos est, sed etiam quia portam hanc olim clausam, ipse veniens aperuit. Vere etenim clausa fuit, ex quo Adamum expulit ex paradiso voluptatis, atque Cherubim et flammeum gladium versatilem deputavit ad viam ligni vitae custodiendam; quae quidem nunc aperta est. Ac maiore gratia clementiaque usus, adveniens ipse qui sedet super Cherubim, in paradisum quidem latronem, qui ipsum confessus fuerat, introduxit; in caelum vero ipsemet praecursor pro nobis ingressus, portas omnibus aperuit. Ac rursum. Paulus vero secundum scopum persequens ad bravium supernae vocationis, per hanc raptus est usque ad tertium caelum: postquam autem superna vidisset, deinde descendens, nos quoque edocet, annuntians ea, quae ad Hebraeos scripta sunt, dicensque: « non enim accessistis ad tracta» bilem montem, et accensum ignem, et turbinem, et tenebras, et pro» cellam, et tubae sonum, et vocem verborum; sed accessistis ad Sion » montem, et civitatem Dei viventis, Hierusalem caelestem, et multorum » millium angelorum frequentiam, et ecclesiam primitivorum, qui descri» pti sunt in caelis. » Quis non optaverit superno horum consortio frui, et cum illis describi, ut simul audiat: « venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi?

1) Ed. χερουβίμ. — 2) Ed. τά. — 3) Deest ὁ in ed. hoc loco valde est evanidus codex vat.
4) Ed. τε τά. Plures fortasse erant varietates, sed 5) Male Montf. gr. κατέχει, et lat. *continet.*

Item ex epistola ·XLIV· quae incipit: « Cuncta haec quae idem dominus noster ac salvator Christus Iesus nostri causa et propter nos fecit. »

Cum ergo pontificum ministri nec non scribae haec animadverterunt, et Iesum audierunt dicentem: « qui sitit, ad me veniat et bibat » satis cognoverunt non esse hunc parem ipsis simpliciter hominem, sed illum potius qui aquas sanctis suppeditavit, quique ab Esaia propheta praedicatur. Hic est revera quasi splendor lucis, et verbum Dei, quasi fluvius de fonte qui tunc paradisum irrigabat; nunc autem Spiritum unicuique donat, aitque: si quis sitit, veniat ad me et bibat. Qui in me credit, ut inquit scriptura, flumina viventium aquarum de ventre eius fluent. » Haec de homine dici nequeunt, sed de vivente Deo, qui vere vitam tribuit, qui Spiritum sanctum donat.

(1)

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς μεʹ ἑορταστικῆς.

Ἀρωμεν πάντες τὰς θυσίας ἑαυτῶν, τὴν πρὸς τοὺς πτωχοὺς κοινωνίαν ἐπιγινώσκοντες, καὶ εἰσπορεύομεθα εἰς τὰ ἅγια, ὡς γέγραπται, ἔνθα καὶ πρόδρομος ὑπὲρ ἡμῶν εἰσῆλθεν Ἰησοῦς 2), αἰωνίαν λύτρωσιν εὑράμενος. Ἐκ τῆς αὐτῆς 3) ἀ.. Τοῦτο δὲ μέγα τεκμήριον τὸ ξένους ἡμᾶς ὄντας ἀκοῦσαι οἰκείους καὶ ἀλλοτρίους ποτὲ ὄντας, γενέσθαι συμπολίτας τῶν ἁγίων, καὶ τέκνα χρηματίσαι Τῆς

Eiusdem ex quadragesima quinta festali.

Adferamus omnes sacrificia nostra, communionem cum pauperibus agnoscentes: et ingrediamur in sancta, ut scriptum est, quô praecursor pro nobis ingressus est Iesus, aeterna redemptione inventa. Ex eadem . . Magnum id argumentum est, quod nos qui extranei eramus, familiares dicamur; et qui alieni eramus, concives sanctorum efficiamur, atque filii

1) Hoc item tertium fragmentum ex praedicto Severi opere sumpsit D. Curetonus.

2) Ed. Χριστός.

3) Ed. καὶ πάλιν.

ἄνω Ἱερουσαλήμ, ἧς τύπος ἦν ἣν ᾠκοδόμησε Σολομών· εἰ γὰρ κατὰ τὸν δειχθέντα ἐν τῷ ὄρει πάντα πεποίηκεν Μωσῆς 1), τύπος ἦν δηλονότι ἡ ἐν τῇ σκηνῇ λατρεία τῶν ἐν οὐρανοῖς μυστηρίων, εἰς ἃ θέλων καὶ ἡμᾶς εἰσελθεῖν ὁ κύριος ὡδοποίησεν ἡμῖν τὴν ὁδὸν πρόσφατον καὶ μένουσαν· ὡς δὲ πάντα τύπος ἦν τὰ παλαὰ 2) τῶν νέων, οὕτω τύπος τῆς ἄνω χαρᾶς 3) καὶ ἡ νῦν ἐστὶν ἑορτή, εἰς ἣν ἐρχόμενοι μετὰ ψαλμῶν καὶ ᾠδῶν πνευματικῶν ἀρχώμεθα τῶν νηστειῶν.

supernae Hierosolymae, cuius figura erat illa, quam Salomon aedificavit. Nam si Moyses omnia secundum exemplar, quod sibi in monte monstratum fuerat, effecit, sane exploratum est cultum in tabernaculo exhibitum, mysteriorum caelestium figuram fuisse; ad quae mysteria cum nos ingredi vellet Dominus, viam paravit nobis novam et permanentem. Quemadmodum autem omnia vetera novorum figura erant, sic haec sollemnitas superni gaudii typus est, ad quod pergentes cum psalmis et canticis spiritalibus ieiuniorum initium faciamus.

Maurini editores in parte secunda tomi I. operum Athanasii (ed. ven. p. 772.) posuerunt latinum quoddam epistolae athanasianae fragmentum incipiens Deus quidem etc. *idque in monito diserte aiunt, prout sibi sponte persuaserunt, ex aliqua eius heortastica epistola sumptum. Verumtamen quum nullo id argumento suffulciant, nullumque ipsi fragmento insit heortastici generis indicium, nos minime illud admisimus, ne res certas cum incertis, vel potius omnino arbitrariis, confunderemus.*

DE CHRONICO QUODAM LATINO RERUM S. ATHANASII.

Inter opuscula ecclesiastica a cl. Scipione Maffeio ex codicibus veronensibus eruta, illud valde pretiosum est, quod inscripsit: fragmentum insigne historiae ecclesiasticae quarti saeculi *(quod a nobis legitur in editione tridentina anni 1742. post eiusdem Maffeii vernaculo sermone historiam quaestionum de divina gratia etc., quamquam etiam Gallandius in suam bibliothecam intulit T. V., nec operum Athanasii venetus editor omisit.) Ibi inter praeclara oppido multa, duae quoque Athanasii nostri epistolae novae sunt, prior ad ecclesias mareoticas, altera ad presbyteros et diaconos ecclesiae alexandrinae; quae cum de genere heortasticarum non sint, illic a nobis relictae sunt. Non tamen omittendum iudicavimus chronicon acephalum rerum Athanasii sub Theophilo episcopo (qui post annos duodecim successit Athanasio) scriptum graece, ut putamus, sed latine tantum in antiquissimis Veronae membranis servatum, manu Theodosii diaconi exaratis. Nam chronicon hoc latinum tantam chronico nostro syriaco lucem aspergit, tantamque vicissim ab eo accipit, ita se invicem emendant aut augent, ut separari omnino non debeant. Ceteroqui quidquid erat in latino chronico ad res Athanasii non pertinens, praetermisimus.*

1. Scripsit autem et imperator Constantius de reditu Athanasii, et inter imperatoris epistolas haec quoque habetur.

Chron. syr. An. 346. 2. Et factum est post Gregorii mortem Athanasius, reversus est ex Urbe, et partibus Italiae, et ingressus est Alexandriam paophi XXIV, consulibus Constantio IV, et Constante III, hoc est post annos VI, et remansit quietus apud Alexandriam annis XVI, et mensibus VI.

An. 353. 3. Post hoc tempus Athanasius audiens adversum se turbam futuram, imperatore Constante in Mediolano constituto, direxit ad comitatum navigium cum episcopis quinque, Serapionem thmuitanum, Triadelphum niciotanum, Apollinem cynopolitanum superioris, Ammonium pachemmonensem et presbyteros Alexandriae III, Petrum medicum, Astericium, et Phileam 4). Post quorum navigationem de Alexandria, consulibus Constantio VI. aug. et Constante Caesare II, pachon XXIV. die: mox post IV. dies Montanus palatinus ingressus Alexandriam pachon XXVIII, eiusdem Augusti litteras Constantis dedit episcopo Athanasio, per quas vetabat eos occurrere ad comitatum; ex qua re nimis vastatus est episcopus, et omnis populus fatigatus est valde: ita Montanus nihil agens profectus est, relinquens episcopum Alexandriae.

1) Ed. Μωϋσῆς. — 2) Ed. παλαιά. — 3) Cod. χώρας — 4) Apollo, Ammonius, et Phileas desunt in chron. syr.

An. 355. 4. Postmodum autem Diogenes, imperialis notarius, venit Alexandriam mense mesuri 1), consulatu Arbitionis, et Lolliani: hoc est post annos II, et menses V, ex profectione Montani de Alexandria: et incubuit omnibus Diogenes, expellens egredi episcopum civitate, et omnes satis adflixit. VI. autem die toth mensis acriter incumbens expugnabat ecclesiam; et fecit insistens menses IV, hoc est mense mesuri, sive ex die intercalariorum, usque choiac 2) XXV. diem. Populo vero resistente Diogeni vehementer, et iudicibus, reversus est Diogenes sine effectu praedicti mensis choiac die XXVI, consulatu Arbitionis et Lolliani post menses IV, sicut dictum est.

An. 356. 5. Itaque dux Syrianus, et notarius Hilarius de Aegypto Alexandriam venerunt, tybi decimo die, post consulatum Arbitionis et Lolliani, ac praemittentes omnes per Aegyptum ac Libyam militum legiones, ingressi sunt dux et notarius per noctem cum omni manu militari ecclesiam Theonae, mechir 3) XIII. die per noctem supervenientem XIV; et frangentes ostia ecclesiae Theonae, ingressi sunt cum infinita manu militari. Episcopus autem Athanasius effugit manus eorum, et salvatus est die praedicto mechir XIV. Hoc tamen factum est post annos IX, et menses III, ac dies XIX, quam Italia reversus est episcopus. Liberato autem episcopo, presbyteri ipsius, et populus remanserunt obtinentes ecclesias, et colligentes mensibus IV, donec ingrederetur Alexandriam Cataphronius praefectus, et Heraclius comes mense payni, XVI. die, consulatu Constantis VIII, et Iuliani Caesaris primo.

6. Et post dies IV, quam sunt ingressi, Athanasiani electi sunt ecclesiis, et traditae sunt ad Georgium 4) pertinentibus, et episcopum exspectantibus. Susceperunt autem ii ecclesias die XXI. mense payni. Advenit etiam Georgius Alexandriam consulatu
An. 357. Constantii IX, et Iuliani Caesaris II, mechir XXX. die, hoc est post menses octo, et dies XI, quando susceperunt ecclesias ad eum pertinentes. Ingressus itaque Georgius Alexandriam, tenuit ecclesias mensibus XVIII. integris; et tunc plebs adgressa est illum in dominico Dionysii, et vix cum periculo et magno certamine liberatus est, die primo mensis thoth, consulatu Tatiani, et Cerealis. Eiectus est autem Georgius de Alexandria die X. factae seditionis, hoc est paophi die V. Ad Athanasium vero episcopum
An. 358. pertinentes, post dies IX. profectionis Georgii, hoc est XIV. die mensis choiac, eiicientes Georgii homines, tenuerunt ecclesias mensibus duobus, et diebus XIV, donec advenit dux Sebastianus de Aegypto, et eiecit eos, et iterum ad Georgium pertinentibus ecclesias consignavit mense choiac die XXVIII.

An. 359. 7. Post menses autem IX. integros profectionis Georgii de Alexandria, Paulus notarius advenit payni XXIX, consulante Eusebio et Hypatio, et proposuit imperiale praeceptum pro Georgio, et domuit multos ob eius vindictam. Et post menses V. Georgius venit Alexandriam, athyr XXX. die, consulatu Tauri et Florentii, de comitatu; hoc est post annos III, et menses duos quam fugerat.

8. Ingressus autem, sicut praedictum est, Geor- An. 361.
gius Alexandriam, athyr die XXX, degit in civitate securus dies III, hoc est die III. choiac, nam IV. die mensis eiusdem praefectus Gerontius nunciavit mortem Constantii imperatoris, et quod solus Iulianus tenuit universum imperium. Quo audito cives alexandrini, et omnes contra Georgium clamaverunt; eodemque momento sub custodia illum constituerunt; et fuit in carcere ferro vinctus ex praedicto die choiac IV, usque ad XXVII. eiusdem mensis diebus XXIV. Nam XXVIII. die eiusdem mensis mane pene omnis populus illius civitatis perduxit de carcere Georgium, nec non etiam comitem, qui cum ipso erat, insistentem fabricae dominicae, quae dicitur *Caesareum*, et occiderunt ambos, et eorum corpora circumduxerunt per mediam civitatem, Georgii quidem super camelum, Dracontii vero homines funibus trahentes; et sic iniuriis adfectos circa horam VII. diei, utriusque corpora combusserunt.

9. Proximo autem die mechir, X. die mensis, An. 361.
post consulatum Tauri et Florentii, Iuliani imperatoris praeceptum propositum est, quo iubebatur reddi idolis et neocoris et publicae rationi, quae praeteritis temporibus illis sublata sunt.

10. Post dies autem III, mechir XIV, datum est praeceptum Gerontio praefecto eiusdem Iuliani imperatoris, nec non etiam vicarii Modesti, praecipiens episcopos omnes factionibus antehac circumventos, et exiliatos reverti ad suas civitates, et provincias. Hae autem literae sequenti die mechir XV. propositae sunt: postmodum autem et praefecti Gerontii An. 362.
edictum propositum est, per quod vocabatur episcopus Athanasius ad suam reverti ecclesiam. Et post dies XII. huius edicti propositionis, Athanasius visus est apud Alexandriam, ingressusque est ecclesiam eodem mense mechir die XXVII: ut sit ex eius fuga, Syriani et Hilarii temporibus facta, usque ad reditum eius, Iuliano . . . mechir XXVII. Remansit in ecclesia usque paophi XXVI, consulatu Mamertini et Nevittae, mensibus VIII. integris.

11. Praedicto autem die paophi XXVII. proposuit Iuliani imperatoris edictum, ut Athanasius episcopus recederet de Alexandria, et eodem momento quo propositum est edictum, episcopus egressus est civitatem, et commoratus est circa Thereu 5). Quo mox egresso, Olympus praefectus obtemperans ei-

1) Ed. *mensore*. Sic et infra. — 2) Ed. *cyac*. Sic et infra. — 3) Ed. *methir*. Sic infra. — 4) Ed. *Gregorium*. Notum est autem, Georgium cappadocem successisse Gregorio item cappadoci qui iam obierat Alexandriae.

5) Athanasium tunc temporis fugam capessivisse Thebas versus, dicitur in chronico syriaco, nec non in vita eiusdem Athanasii apud Maurinos ad hunc annum (ed. ven. T. I. p. 82.) Ceteroqui ne *Thereu*, de quo ambigunt Maffeius in adn. et Mamachius in ratione temporum athanasianorum p. 8, vanum esse vocabulum existimemus, docet nos ipse Athanasius in vita S. Antonii n. 86, ubi *Chereu* (quod idem putamus ac *Thereu*) dicitur prima statio ab Alexandria: τὴν πρώτην μονὴν Ἀλε-

dem Pythiodoro, et his qui cum ipso erant, hominibus difficillimis, misit ad exilium Paulum et Astericium presbyteros Alexandriae, et direxit eos habitare andropolitanam civitatem 1).

An. 363. 12. Olympus autem idem praefectus, mense mesuri, XXVI. die, consulibus Iuliano Augusto IV, et Sallustio, nunciavit Iulianum imperatorem esse mortuum, et Iovianum christianum imperare; et sequente mense toth XVIII, imperatoris Ioviani litterae advenerunt ad Olympum praefectum, ut tantum Deus excelsus colatur, et Christus, ut in ecclesiis colligentes se populi celebrent religionem. Paulus vero, et Astericius praedicti presbyteri, reversi sunt de exilio andropolitanae civitatis, et ingressi sunt Alexandriam toth X. die, post menses X.

13. Episcopus autem Athanasius moratus, sicut praedictum est, apud Thereon, ascendit ad superiores partes Aegypti, usque ad Hermopolim superiorem Thebaidos, et usque Antinoum: quo in his locis degente, cognitum est, Iulianum imperatorem. mortuum, et Iovianum christianum imperatorem. Ingressus igitur Alexandriam latenter episcopus, adventu eius non pluribus cognito, occurrit navigio ad imperatorem Iovianum: et post, ecclesiasticis rebus compositis, accipiens litteras, venit Alexandriam, et intravit in ecclesiam, athyr XIX die,
An. 364. consulatu Ioviani et Varroniani: ex quo exiit Alexandria secundum praeceptum Iuliani, usque dum advenit praedicto die athyr XIX, post annum unum, et menses III, dies XXII.

14. Cum autem episcopus Athanasius veniret de Antiochia Alexandriam, consilium fecerunt ariani Eudoxius, Theodorus, Sophronius, Euzoius, et constituerunt Lucium presbyterum Georgii, interpellare imperatorem Iovianum in palatio, et dicere quae in exemplaribus habentur.

Hic autem minus necessaria intermisimus 2).

15. Post Iovianum autem citius ad imperium vocatis Valentiniano et Valente, ipsorum praeceptum ubique manavit, quod etiam redditum est Alexandriae, pachon die X, consulatu Valentiniani et Valentis, continens ut episcopi sub Constantio depositi et electi ab ecclesiis, Iuliani autem imperii tempore sibi vindicaverant et receperant episcopatum, nunc denuo eiiciantur ecclesiis, interminatione posita curiis mulctae auri librarum CCC, nisi scilicet ecclesiis et civitatibus episcopos minaverint 3). Ex qua re apud Alexandriam magna est confusio et turba exorta, ut ecclesia universa fatigaretur, cum etiam principales essent numero exigui, cum praefecto Flaviano, et eius officio, et ob imperiale praeceptum, et auri mulctam, inminebant egredi episcopos civitate, multitudine christiana resistente et contradicente principalibus et iudici; et adfirmante episcopum Athanasium non esse subiectum huic definitioni et praecepto imperiali, quod nec Constantius eum persecutus est, sed et restituit. Similiter et Iulianus persecutus est; universos revocavit, et eum propter idololatriam 4) denuo eiecit; at Iovianus reduxit. Remansit haec contradictio, et turba usque ad sequentem mensem payni XIV; hoc enim die praefectus Flavianus relatione facta, declaravit consuluisse principes de hoc ipso, quod apud Alexandriam motum est. Et ita omnes exiguo tempore quieverunt.

16. Post menses IV, et dies XXIV, hoc est paophi VIII, episcopus Athanasius noctu latenter egressus ecclesia, recéssit in villam iuxta fluvium novum. Praefectus autem Flavianus, et dux Victorinus, ignari recessisse eum, eadem nocte ad ecclesiam pervenerunt Dionysii cum manu militari, ac fractis posterulis ingressi atrium, et partes superiores domus, hospitium episcopi quaerentes, non invenerunt eum. Nam paulo ante recesserat, et remansit degens in praedicta possessione a memorato die paophi VIII, usque mechir VI, hoc est mensibus IV. integris. Post haec notarius imperialis Bresidas, eodem mechir mense, venit Alexandriam cum litteris imperialibus iubentibus eundem episcopum Athanasium reverti ad civitatem, et consuete tenere ecclesias; et VII. die mechir mensis, post consulatum Valentiniani et Valentis, hoc est in consulatu Gratiani et Dagalaifi, idem notarius Bresidas cum duce Victorino et praefecto Flaviano convenientes in palatio nuntiaverunt praesentibus curialibus et populo, quod praeceperant imperatores episcopum reverti ad civitatem. Et eodem momento idem Bresidas notarius egressus cum curialibus, et multitudine ex populo christianorum ad praedictam villam, et adsumens episcopum Athanasium, cum praecepto imperiali induxit in ecclesiam, quae dicitur Dionysii, mensis mechir die VII.

An. 365.

An. 366.

17. Consulatu Gratiani et Dagalaifi, usque ad sequentem Lupicini et Iovini consulatum, et Valentis secundo, payni XIV. in consulatu finiuntur athanasiani XL. Ex quibus mansit Treveris in Galliis 5) menses XC, et dies III. Apud Alexandriam in incertis locis latens, quando ab Hilario notario, et duce fatigabatur, menses LXXII, et dies XIV. Apud Aegyptum, et Antiochiam in itineribus, mensibus XV, et diebus XXII. In possessione iuxta novum fluvium menses IV. Fient pariter menses VI, et anni XVII, et dies XX. Remansit autem quietus apud Alexandriam annos XXII, et menses V, dies X. Sed et bis cessavit modicum tempus extra Alexandriam in novissima profectione, et Tyri 6), et Constantinopoli. Fiunt ergo episcopatus Athanasii, ut praedixi, usque ad consulatum Valentiniani et Valentis,

An. 367.

ξανδρείας τὴν λεγομένην Χαιρέου. Illuc ergo primum fugit divus vir; deinde, urgente periculo, longius secessit Thebas. Etenim pessimus Iulianus imp., praeter publicum de Athanasii exilio edictum, in mandatis dederat ut clam si fieri posset occideretur.

1) Andropolis urbs Aegypti episcopalis. Or. ch. T. II. 523. — 2) Sic adnotatum est antiquitus in codice veronensi. At nos partem hanc etiam historiae non levi desiderio desideramus. — 3) Ita ed. et cod. pro *exterminaverint*. — 4) Ed. *idolatriam*. — 5) Ed. *Gallias*. — 6) Ed. *Tyro*.

payni IV, annì XL. Et sequenti consulatu Valentiniani et Victoris, payni XIV, annus I. Et sequenti consulatu Valentiniani, et Valentis III, payni XIV. Et sequenti consulatu Gratiani, et Probi, et alio consulatu Valentiniani, et Valentiis IV, pachon VIII, dormiit.

An. 367. 18. Praedicto autem consulatu Lupicini et Iovini, Lucius Arianorum specialiter sibi volens vindicare episcopatum, post profectionem de Alexandria multo tempore advenit consulatu praedicto, et ingressus est civitatem latenter per noctem XXVI diei toth mensis; et sicut dictum est, mansit in quadam domuncula, latens diem illum. Postero autem die intravit domum, ubi mater eius conmanebat; cognitoque statim eius adventu per civitatem, universus populus collectus incusabant eius ingressum. Et Traianus dux, et praefectus nimis moleste tulerunt inrationabilem eius et audacem adventum, et miserunt principales ut eum eiicerent de civitate. Advenientes itaque principales ad Lucium, et considerantes omnem populum iratum, et valde tumentem adversus illum, timuerunt eum per se producere de domo, ne a multitudine occideretur: et hoc ipsum nunciaverunt iudicibus: et paulo post ipsi iudices, dux Traianus, et praefectus Tatianus ad locum cum multis militibus ingressi domum, produxerunt per semetipsos Lucium, hora diei VII, toth die XXVII. Lucius autem cum sequeretur iudices, et omnis populus civitatis post eum christianorum, ac paganorum, ac diversarum religionum, cuncti pariter uno spiritu, et ex una sententia, et eodem decreto non cessaverunt ex domo qua ductus est, per mediam civitatem, usque ad domum ducis vociferantes, ac turpia et scelerata eidem ingerentes, et clamantes: *extra civitatem ducatur.* Tamen dux introduxit eum in domum suam, et apud eum mansit, et custodiebatur reliquis horis diei, ac tota nocte, et sequenti die XXVIII. mensis praedicti, dux manicans, et habens eum usque Nicopolim tradidit militibus Aegypto deducendum.

19. Defuncto autem Athanasio VIII. 1) pachon An. 373.
mensis, ante diem V. dormitionis suae ordinavit Petrum episcopum de antiquis presbyteris, qui in omnibus eum secutus gessit episcopatum. Post quem Timotheus frater suus 2) suscepit episcopatum annis IV. Post hunc Theophilus ex diacono est episco- An. 385.
pus ordinatus. Explicit.

1) Syr. VII. Iam quod syriacum chronicon dicit Athanasium prodigiose (seu cum prodigio) vita excessisse, nullam dicti eius causam hactenus inveniebam, nisi quod in calce vitae arabicae athanasianae dicitur is moriens praedixisse idoli cuiusdam destructionem, quae reapse septimo post eius obitum die contigit.

2) Id est *Petri* decessoris *frater*.

Desinit ergo chronicon in Theophilo. Iam vero eiusdem Theophili fragmenta duo ex deperdito eius opere inveniebam nuper inter varias patrum auctoritates in codice vat. 1455. *f.* 171. (*Alia dedimus T. VII. Script. vet. p.* 27. 39. 50. *Et in hac B. N. T. III. pp.* 447. *et* 451.)

Θεοφίλου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας
ἐκ τοῦ περὶ προνοίας λόγου.

Ὧν τὸ ἀξιόπιστον ἐξηγούμενος ὁ ψαλμῳδὸς ᾄδει· οἱ πατέρες ἡμῶν ἀνήγγειλαν ἡμῖν ἔργον ὃ εἰργάσω ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῶν, ἐν ἡμέραις ἀρχαίαις· μένων γὰρ ὁ ὅρος, τὴν τῶν πραγμάτων οὐκ ἀδικεῖ φύσιν, γενικῇ διαφορᾷ συνιστάμενος· ὧν ν' μίξις ἀδιαίρετος τηρουμένη, ἐκ τῶν οἰκείων ἐνεργειῶν ἐμφανίζεται. εἰ δέ τις τὸν ὅρον μὴ καθήκουσι περιβάλλοιτο, ὄντως διαλύει.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Ὅρος μὲν γὰρ ἀνθρώπῳ, ἵνα καὶ τοῦτο τὰ νῦν ἅψωμαι, τὸ εἶναι ζῶον λογικὸν θνητόν· εἰ δέ τις τὰς τῶν ζώων μεμιγμένας διαφορὰς διαλύσειεν, ἕτερόν τι μηνύει, ὁ τοῦ ὅρου τὸ ζῶον ἐκτὸς ποιῶν· εἰ δὲ τὸν ὅρον τὶς ἐναποτέμοι τοῦ ἀνθρώπου, ἢ τὸ θνητόν, ἢ τὸ λογικόν, ἢ τὸ κατὰ τὴν οὐσίαν εἶναι ζῶον, ἀναιρεῖ τοῦ ἀνθρώπου καθόλου τὴν ὕπαρξιν· ἐκ γὰρ τούτων ἡμῶν ἡ φύσις κατὰ τὸν παρόντα βίον ταῖς ἐξ ὁμοίων συνίσταται μίξεσιν· εἰ δὲ καὶ τῷ λογισμῷ τὶς δοίη μονον τὸν ἄνθρωπον ζῶον εἶναι θνητόν, μὴ συνάπτοι τε τούτῳ καὶ τὸ λογικόν, ἀποτέμνων τὸ ἐντιμότερον, οὐδὲν αὐτὸν διοίσειν θηρίου λέξειεν.

Theophili episcopi alexandrini ex sermone
de providentia.

Quarum rerum credibilitatem exponens psalmista canit: patres nostri annuntiaverunt nobis opus quod operatus es in diebus eorum, in diebus antiquis. Manens enim definitio, rerum non laedit naturam, quia generis differentia constat: rerumque illarum conservari inseparabilem mixtionem, patet ex propriis operationibus. Quod si quis definitionem inconvenientibus apponat, profecto dissolvit.

Ex eodëm sermone.

Definitio hominis est, ut hoc etiam nunc attingam, ut sit animal rationale mortale. Quod si quis animalium permixtas differentias dissolverit, aliud quiddam innuit, quod animal a sua definitione excludit. Si vero aliquis ab hominis definitione abscindat aut mortalitatem, aut rationalitatem, aut quod substantialiter sit homo, is hominis omnino subsistentiam perimit. Namque ex his natura nostra conficitur in praesenti vita; nempe ex dissimilium permixtione consistit. Quod si quis mente sua hoc solum homini attribuat quod animal mortale sit, neque simul rationalitatem largiatur, hac subtracta honorabiliore parte, nihil eum a belua differre affirmabit.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ ΠΡΟΣ ΩΡΙΓΕΝΗΝ.

Fragmentum Dionysii alexandrini multo longius et plenius quam est graece in Gallandii bibliotheca T. XIV. append. p. 115, et latine apud Corderium Cat. in Luc. cap. XXII. 42. seq. nec non apud Catenam latin. divi Thomae loc. cit. In illis enim per excerpta, in nostro autem codice integer est Dionysius.

Ex codice vat. 1611. fol. 291. ubi magna Nicetae Catena in Lucam.

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν εἰρήσθω περὶ τοῦ θελήματος· τό γε μὲν παρελθέτω τὸ ποτήριον, οὐκ ἔστι μὴ δὲ προσελθέτω· ἢ ἐγγισάτω μοι· τὸ γὰρ παρερχόμενον, πάντως κατ' ἐκεῖνον γίνεται πρότερον, καὶ πρόσεισιν αὐτῷ ὅπερ παέρχεται· εἰ γὰρ μὴ πλησιάσοι, οὐδ' ἂν παρῆλθοι· ὡς γοῦν ἤδη παρόντος αἰσθόμενος, ἤρξατο λυπεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν καὶ ἐκθαμβεῖσθαι καὶ ἀγωνίζεσθαι· καὶ ὡς ἐγγὺς ὤν, καὶ προκείμενον, οὐχ ἁπλῶς φησὶ τὸ ποτήριον, ἀλλὰ δείκνυσι τοῦτο· ὡς οὖν τὸ παρερχόμενον, οὔτε ἀπρόσιτόν ἐστιν οὔτε καταμένον, οὕτω καὶ ὁ σωτὴρ ἠρέμα καὶ ἐξ ἐπιπολῆς προσελθόντα τὸν πειρασμόν, καὶ κούφως προσομιλήσαντα, παρωσθῆναι τὴν πρώτην ἀξιοῖ· καὶ τοῦτο πρῶτον εἶδος ἐστὶ τοῦ μὴ εἰς πειρασμὸν ἐμπεσεῖν· ὅπερ συμβουλεύει καὶ τοῖς ἀσθενεστέροις προσεύχεσθαι· τὸ, τὸν μὲν πειρασμὸν προσελθεῖν· δεῖ γὰρ ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα, αὐτοὺς δὲ μὴ εἰς τὸν πειρασμὸν πεσεῖν· ὁ δὲ τελειότατος τοῦ μὴ εἰς πειρασμὸν ἐστιν εἰσελθεῖν τρόπος, ὅπερ αἰτεῖ δεύτερον οὐχ ἁπλῶς· οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σύ· ὁ γὰρ θεὸς ἀπείραστός ἐστι κακῶν· θέλει δὲ τὰ ἀγαθὰ διδόναι ἡμῖν ὑπὲρ ἐκπερισσοῦ ὧν αἰτούμεθα ἢ νοοῦμεν· τὸ μὲν οὖν θέλημα αὐτοῦ τὸ τέλειον, αὐτὸς ἀγαπητὸς ἠπίστατο· καὶ τοῦτο ἐλληνιθέναι πολλάκις φησὶ ποιήσων, οὐ τὸ αὐτοῦ, τουτέστι τὸ τῶν ἀνθρώπων· οἰκειοῦται γὰρ τὸ πρόσωπον τῶν ἀνθρώπων, ὡς γενόμενος ἄνθρωπος· διόπερ καὶ τότε, τὸ μὲν ἑαυτοῦ, τὸ ἔλαττον, παραιτεῖται ποιεῖν· αἰτεῖ δὲ τὸ τοῦ πατρὸς τὸ μεῖζον γενέσθαι τὸ θεϊκὸν θέλημα, ὅπερ πάντως κατὰ τὴν θεότητα, ἓν θέλημά ἐστι τὸ αὐτοῦ καὶ τοῦ πατρός· τὸ γὰρ πατρικὸν θέλημα, τὸ διὰ πειρασμοῦ παντὸς ἐπισκήψαντος διελθεῖν, διάγοντος αὐτὸν θαυμασίως αὐτοῦ τοῦ πατρὸς, μὴ μέχρι τοῦ πειρασμοῦ, μηδὲ εἰς αὐτὸν εἰσελθεῖν, ἀλλ' ὑπεράνω τοῦ πειρασμοῦ καὶ μετ' αὐτὸν γενέσθαι· ὅλως δὲ οὐδὲ ἀδύνατον οὐδὲ ἄπρακτον οὐδ' ὑπεναντίον τῷ βουλήματι τοῦ πατρὸς τὸν σωτῆρα αἰτεῖν· ἔστι δὲ δυνατόν, ὡς ὁ Μάρκος ἀπεμνημόνευσε λέγοντος αὐτοῦ· ἀββὰ ὁ πατὴρ, πάντα σοι δυνατά· καὶ δυνατὰ εἰ βούλοιτο ὡς Λουκᾶς φησὶν αὐτὸν εἰρηκέναι· πάτερ, εἰ βούλει, παρένεγκε τὸ ποτήριον τοῦτο ἀπ' ἐμοῦ· τὸ οὖν πνεῦμα ἅγιον εἰς τοὺς εὐαγγελιστὰς κατενεμηθὲν, τὴν πᾶσαν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν διάθεσιν ἐκ τῆς ἑκάστου φωνῆς συντίθησιν· οὔτε γάρ τι αἰτεῖται παρὰ τοῦ πατρός ὃ μὴ ὁ πατὴρ βούλεται· τὸ γὰρ εἰ βούλει, ὑποταγῆς καὶ ἐπιεικείας ἐστὶν, οὐκ ἀγνοίας οὐδὲ ἀμφιβολίας ἦν δήλωμα· ὥσπερ καὶ ἡμεῖς εἰώθαμεν παρὰ πατρὸς ἢ ἄρχοντος ἢ διδασκάλου ἢ τινὸς ὧν θεραπεύομεν ἀξιοῦντές τι τῶν ἐκείνῳ καταθυμίων λέγειν, εἶσοι φίλον, οὐχ ὡς ἀμφιγνοοῦντες· οὕτως καὶ ὁ σωτὴρ ἔλεγεν εἰ βούλει· οὐκ ἕτερόν τι βουλόμενον εἰδὼς, εἶτα τοῦτο πυνθανόμενος, ἀλλ' ἀκριβῶς εἰδὼς ὅτι βούλεται παρενεγκεῖν ἀπ' αὐτοῦ τὸ ποτήριον, ἠπίστατο δικαίως ὃ βούλεται δυνατὸν αὐτῷ· διὰ τοῦτο ἡ ἑτέρα γραφὴ φησὶ· πάντα δυνατά σοι· καὶ τοῦτο πάντως τὸ εἰκτὸν καὶ ταπεινόφρον ὁ Ματθαῖος διαγράφει, εἰ δυνατόν ἐστι λέγων· εἰ γὰρ μὴ οὕτως ἁρμόσαιμεν τὴν διάνοιαν, τάχά τινες ἐκδέξοιντο ἀσεβῶς τὸ, εἰ δυνατόν ἐστιν· ὥς τινος ὄντος ἀδυνάτου τῷ θεῷ ποιῆσαι, πλὴν μόνου οὗ μὴ βούλεται· οὐκ αὐθέκαστον οὖν, οὐδὲ αὐτῷ μόνῳ δοκοῦσαν ἡ ἀντικειμένην τῇ βουλῇ τοῦ πατρὸς ἐποιεῖτο τὴν ἀξίωσιν, ἀλλὰ καὶ τῷ θεῷ συνδοκοῦσαν. Καὶ μήν φήσει τίς, ὅτι ἀναγκάζεται καὶ μετανοεῖ, καὶ ἕτερον εὐθὺς οὐ τὸ πρότερον αἰτεῖ, οὐκέτι τὸ αὐτοῦ χρατύνει· τὸ δὲ τοῦ πατρὸς ἴστησι βούλημα· ναί· ἀλλ' οὐκ ἀνθ' ἑτέρου πάντη πράγματος ἑτέρου μεταλαμβάνει· τῆς δὲ αὐτῆς ἀμφοτέρους ἀρεσκούσης πράξεως, ὁδὸν ἑτέραν καὶ ἀλλοιοτέρου τρόπον ἀσπάζεται· ἀντὶ τοῦ μικροτέρου καὶ ἀπαρέσκειν αὐτῷ δοκοῦντος, τὸν μείζονα καὶ θαυμασιώτερον ἐπιμετρούμενον ὑπὸ τοῦ πατρός· παρελθεῖν μὲν γὰρ πάντως αἰτεῖ τὸ ποτήριον· πλὴν, οὐχ ὡς ἐγὼ φησι θέλω, ἀλλ' ὡς σύ· ᾠδίνει μὲν ἑκατέρως παρελθεῖν, ἄμεινον δὲ ὡς ὁ πατὴρ βούλεται· οὐ γὰρ τὸ μὴ παρελθεῖν ἀντὶ τοῦ παρελθεῖν μετήτησεν, ἀλλὰ προκειμένου τοῦ παρελθεῖν, ὡς ὁ πατὴρ βούλεται τοῦτο γενέσθαι μεταλαμβάνει· διττὴ γὰρ ἡ τοῦ παρερχομένου δύναμίς ἐστιν· ἢ παραφανὲν ἢ προσαψάμενον εὐθὺς διωχθέν, ἢ παραδραμόν, οἰχεσθαι· ὥσπερ οἱ παραξέοντες ἀλλήλως δρομεῖς· ἢ συμβιῶσαν καὶ διατρίψαν καὶ προσκαθίσαν καθάπερ ληστρικὸν ἢ στρατόπεδον· εἶτα ἠττηθὲν καὶ λαβὸν μόλις ἄπρακτον ἀπελθεῖν· εἰ μὲν γὰρ ἔλοιεν, οὐ γὰρ παρελῃλύθασιν, ἀλλὰ συναπήγαγον ἑαυτοῖς οὓς ἐχειρώσαντο· εἰ δὲ κρατῆσαι μὴ δυνηθεῖεν, καταισχυνθέντες παρέρχονται· ἐβούλετο μὲν γὰρ κατὰ τὸν πρότερον τύπον ἐλθεῖν εἰς χεῖρας αὐτοῦ, καὶ ἐν τάχει ποθὲν, ῥᾷστα καὶ τάχιστα παρελθεῖν ἀπ' αὐτοῦ τὸ ποτήριον· ἀλλ' ἅμα τε εἶπε, καὶ παραχρῆμα ἐπερρώσθεις κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα ὑπὸ τῆς πατρικῆς θεότητος, ἀσφαλεστέραν ποιεῖται τὴν αἴτησιν· καὶ οὐκέτι οὕτω βούλεται, ἀλλ' ὡς ἀρέσκει τῷ πατρὶ ἐνδόξως καὶ χαρτερῶς καὶ πλῆρες ποθέν· τοῦτο γὰρ ἤκουσεν Ἰωάννης αὐτοῦ λέγοντος, ὁ τὰ μεγαλειότατα καὶ θειότατα τῶν τοῦ σωτῆρος λόγων καὶ ἔργων ὑπομνηματισάμενος· τὸ ποτήριον ὃ δέδωκέ μοι ὁ πατήρ μου, οὐ μὴ πίω αὐτό; πιεῖν δὲ ἦν τὸ ποτήριον, πληρῶσαι τὴν διακονίαν καὶ πᾶσαν τοῦ πειρασμοῦ οἰκονομίαν ἀνδρείως, ἐχόμενον τοῦ πατρὸς ἑλομένου διανύσαι καὶ ὑπερβῆναι τὰ δεινά· ἐκεῖνος γὰρ δι' ὧν αὐτὸς ἠξίου ταῦτα καταλιμπάνων· παρέρχεσθαι γὰρ λέγεται ἑκάτερον ἀφ' ἑκατέρου· καὶ τὸ μένον, τοῦ ἀπιόντος· καὶ τὸ ἀπιόν, τοῦ μένοντος. Ὁ δὲ Ματθαῖος σαφέστατα ἐδήλωσεν, ὅτι παρελθεῖν μὲν τὸ ποτήριον ἤτει, μὴ μὴν ὡς αὐτὸς, ἀλλ' ὡς ὁ πατὴρ ἐβούλετο τοῦτο γενέσθαι ἠξίου. Ἁρμοστέον ἀκολούθως καὶ τὰ διὰ Μάρκου καὶ Λουκᾶ ῥήματα· ὁ μὲν γὰρ Μάρκος, ἀλλ' οὐ τί ἐγὼ θέλω φησὶν, ἀλλὰ τί σὺ θέλεις· ὁ δὲ Λουκᾶς· πλὴν μὴ τὸ θέλημά μου, ἀλλὰ τὸ

σὸν γινέσθαι· ἔλεγε μὲν γὰρ αὐτὸς, καὶ ἤθελε ταχέως λωφῆσαι καὶ τεπαῦσθαι τὸ πάθος· ἤθελε δὲ αὐτὸν ὁ πατὴρ λιπαρῶς καὶ διαρκῶς τὸν ἀγῶνα πληρῶσαι· πάντα οὖν τὰ προσπίπτοντα παρήσχετο· καὶ ὥσπερ σιδηροῖς καὶ ἀῤῥήκτοις ὅπλοις προσρασσόμενα βέλη, μᾶλλον δὲ ὡς ἀπὸ στερρᾶς πέτρας, τὰ μὲν ἐθραύετο, τὰ δὲ ἀνεκρούετο. ῥαπίσματα, ἐμπτύσματα, μάστιγες, θάνατος, καὶ τοῦ θανάτου τὸ ὕψωμα· καὶ τούτων πάντων ἐπιτελουμένων, ἐσιώπα καὶ διεκαρτέρει, ὥσπερ οὐδὲν πάσχων ἢ ὡς ἤδη τεθνεώς· μηκυνομένου δὲ τοῦ θανάτου, καὶ ὑπὲρ δύναμιν αὐτὸν ἤδη δαμάζοντος, ἀνέκραγε πρὸς τὸν πατέρα· τί με ἐγκατέλιπες; τὸ δὲ, ἦν ἄρα οἷς προηξίωσεν ἀκόλουθον· τί μοι μέχρι νῦν ὁ θάνατος συνέζευκται, καὶ οὔπω τὸ ποτήριον παραφέρεις; εἰ δὲ οὐκ ἔπιον αὐτὸ ἤδη καὶ ἀνήλωσα· ἀλλὰ δέος μὴ ὑπ' αὐτοῦ πλήρης ἐπικειμένου καταποθείην· ὃ γένοιτ' ἂν εἴ με ἐγκαταλίποις· τὸ μὲν παραμενεῖ πεπληρωμένον, ἐγὼ δὲ οἰχήσομαι κεκενωμένος· ἤδη ποτὲ τετελέσθω τὸ βάπτισμα, ὡς καὶ πρὸ πολλοῦ συνειχόμην, ἕως ὅτου τελεσθῇ· ταύτην τοῦ σωτῆρος τὴν διανοιαν ἐν τῇ συντόμῳ φωνῇ τεκμαίρομαι γεγονέναι· καὶ ἀληθῆ γε ἔλεγε, καὶ οὐκ ἐγκαταλέλειπται, ἀλλὰ εὐθὺς ἐξέπιεν ὡς ἠξίωσε, καὶ παρελήλυθε· καὶ τούτου μοι δοκεῖ τὸ προσενεχθὲν ὄξος αὐτῷ γεγονέναι σύμβολον· ὁ γὰρ ἐντροπίας οἶνος διεσήμαινεν ἴσως τὴν ὀξείαν αὐτοῦ τροπὴν καὶ μεταβολὴν ἣν κατεδέξατο, ἀντὶ τοῦ πάθους τὴν ἀπάθειαν, καὶ ἀντὶ θανάτου τὴν ἀθανασίαν, καὶ ἀντὶ τῆς φθορᾶς τὴν ἀφθαρσίαν, καὶ ἀντὶ τοῦ κρίνεσθαι τὸ κρίνειν, καὶ ἀντὶ τοῦ τυραννεῖσθαι τὸ βασιλεύειν μεταλαβών· ὅ τε γὰρ σπόγγος ὡς οἶμαι τὴν ἕλην δι' ὅλου τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐν αὐτῷ γενομένην ἀνάκρασιν ἀνέφηνε· καὶ ὁ κάλαμος τὸ βασίλειον σκῆπτρον καὶ τὸν θεῖον νόμον ὑπέφηνεν· ὁ δὲ ὕσσωπος τὴν ζωτικὴν καὶ σωτήριον ἔγερσιν αὐτοῦ, δι' ἧς καὶ ἡμᾶς ὑγίασεν, ἔδειξεν· ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἱκανῶς καὶ ἐν τῷ Ματθαίῳ καὶ ἐν τῷ Ἰωάννῃ διήλθομεν· τὰ δὲ καὶ τῷ Μάρκῳ διδόντος θεοῦ ἐροῦμεν· νῦν δὲ τῶν ἑξῆς ἐχώμεθα.

Sequens quoque fragmentum, quod satis connectitur cum praecedente de Christo orante in Gethsemani Luc. XXII. 46. post textum: προσεύχεσθε ἵνα μὴ εἰσέλθητε εἰς πειρασμὸν, nonnisi mutilatum et brevius extat apud praedictum Gallandium loc. cit. p. 117. Et autem integrum, ut ab auctore provenit, in praedicto vat. cod. 1611. f. 292. b.

Διονυσίου Ἀλεξανδρείας. Ὅπερ καὶ αὐτὸς προσηύχετο, πολλάκις πίπτων ἐπὶ πρόσωπον καὶ δι' ἀμφοτέρων τὸ μὴ εἰσελθεῖν εἰς πειρασμὸν αἰτῶν· τοῦ τε, εἰ δυνατὸν παρελθέτω τὸ ποτήριον· καὶ τοῦ, οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σύ· τὸ γὰρ μὴ εἰσελθεῖν εἰς πειρασμὸν ἔλεγε, καὶ τοῦτο ᾔτει, οὐ τὸ μὴ δὲ ὅλως πειραθῆναι περιστάσεως, ἢ ἐν δυσχερίᾳ τινὶ μὴ γενέσθαι καθάπαξ· καὶ γὰρ ἀδύνατον μάλιστα μὲν ἴσως καὶ παντὶ ἀνθρώπῳ τὸ παντελῶς ἄγευστον χαλεποῦ τινος διαβιῶναι· ὅλος γάρ, φησιν, ὁ κόσμος ἐν τῷ πονηρῷ κεῖται· καὶ τὸ πλέον τῶν ἡμερῶν τοῦ ἀνθρώπου, κόπος καὶ πόνος ὡς καὶ αὐτοὶ λέγουσιν· ὀλίγος ἐστὶ καὶ λυπηρὸς ὁ βίος ἡμῶν· ἀλλ' οὐδὲ εἰκὸς ἦν αὐτὸν κελεύειν εὔχεσθαι, μὴ πληροῦσθαι τὴν ἀρὰν τὴν λέγουσαν· ἐπικατάρατος ἡ γῆ ἐν τοῖς ἔργοις σου· ἐν λύπαις φαγῇ αὐτὴν πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς σου· ἢ τὸ, γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ· δι' ἣν, καὶ ποικίλως αἱ θεῖαι γραφαὶ τὸ περιπαθὲς τοῦ βίου δεικνῦσαι, κοιλάδα κλαυθμῶνος αὐτὸν καλοῦσιν· μάλιστα δὲ τοῖς ἁγίοις ἐπαλγὴς ὁ κόσμος· πρὸς οὓς ἀθέμιτον αὐτῷ ψεύδεσθαι λέγοντι· ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ θλῖψιν ἕξετε· καὶ ὁμοίως διὰ τοῦ προφήτου· πολλαὶ αἱ θλίψεις τῶν δικαίων· ἀλλὰ τὸ μὴ εἰς πειρασμὸν εἰσελθεῖν λέγειν αὐτὸν ὑπολαμβάνω, τὸ ῥυσθῆναι μὲν κατὰ τὸν προφήτην τῶν θλίψεων· ἐκ πασῶν γὰρ αὐτῶν, φησι, ῥύσεται αὐτοὺς ὁ κύριος· ὡς δὲ τὸ αὐτοῦ ῥῆμα ὑπισχνεῖται κρατῆσαι τῶν θλίψεων καὶ τῆς νίκης ἧς ὑπὲρ ἡμῶν ἐνίκησε, μετασχεῖν· μετὰ γὰρ τὸ εἰπεῖν, ἐν τῷ κόσμῳ θλῖψιν ἕξετε, ἐπήγαγεν· ἀλλὰ θαρσεῖτε, ἐγὼ ἐνίκησα τὸν κόσμον· καὶ προσεύχεσθαι δὲ πάλιν ἐδίδασκε μὴ ἐμπεσεῖν εἰς πειρασμόν· καὶ δὴ καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμόν· τουτέστι μὴ ἐάσῃς ἡμᾶς ἐμπεσεῖν εἰς πειρασμόν· ὅτι δὲ τοῦτο ἦν οὐ τὸ μὴ πειρασθῆναι, ῥυσθῆναι δὲ ἀπὸ τοῦ πονηροῦ, προσέθηκεν, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ· καὶ τί διενήνοχεν, ἴσως ἐρεῖς, τὸ πειρασθῆναι, καὶ τὸ εἰς πειρασμὸν ἐμπεσεῖν ἤτοι εἰσελθεῖν; ὁ μὲν γὰρ ἡττηθεὶς ὑπὸ τοῦ πονηροῦ, ἡττηθήσεται δὲ εἶπε μὴ ἀγωνίζοιτο ὑπερασπίζοι δὲ αὐτοῦ καὶ ὁ θεὸς, εἰς πειρασμὸν οὗτος ἐνέπεσε, καὶ εἰς πειρασμὸν εἰσῆλθε, καὶ ἔστιν ἐν αὐτῷ, καὶ ὑπ' αὐτὸν ὥσπερ ἀχθεὶς αἰχμάλωτος· ὁ δὲ ἀντισχὼν καὶ ὑπομείνας, πεπείρασται μὲν οὗτος, οὐ μὴν εἰς πειρασμὸν εἰσῆλθεν ἤτοι ἐνέπεσεν· ἀνήχθη γοῦν ὁ Ἰησοῦς ὑπὸ τοῦ πνεύματος, οὐκ εἰς πειρασμὸν εἰσελθεῖν, ἀλλὰ πειρασθῆναι ὑπὸ τοῦ διαβόλου· καὶ ὁ Ἀβραὰμ οὐκ εἰς πειρασμὸν εἰσῆλθεν, ἀλλ' οὐδὲ εἰς πειρασμὸν ἦγεν αὐτὸν ὁ θεὸς, ἀλλὰ ἐπείραζεν, οὐκ ἐνέβαλεν αὐτὸν εἰς πειρασμόν· καὶ αὐτὸς δὲ ὁ κύριος ἐπείραζε τοὺς μαθητάς· ὁ μὲν γὰρ πονηρὸς πειράζων, εἰς τοὺς πειρασμοὺς καθέλκει, οἷα πειραστὴς κακῶν· ὁ δὲ θεὸς πειράζων, τοὺς πειρασμοὺς παραφέρει ὡς ἀπείραστος κακῶν· ὁ γὰρ θεὸς, φησιν, ἀπείραστός ἐστι κακῶν· ὁ μὲν γὰρ διάβολος ἐπ' ὄλεθρον ἕλκων βιάζεται, ὁ δὲ θεὸς ἐπὶ σωτηρίαν γυμνάζων χειραγωγεῖ.

Vidimus in fine primi fragmenti a Dionysio scriptum fuisse etiam in evangelium Iohannis. Reapse in cod. vat. 1996. f. 78. pervetusto, saec. ferme X. olim Monasterii Cryptoferratae, in Cat. inedita ad Ioh. cap. VIII. 12. legitur ut nos infra ponimus.

Διονυσίου Ἀλεξανδρείας. Τὸ δὲ εἰμὶ, τὸ ἀΐδιον τῆς ὑποστάσεως σημαίνει· ἀπαύγασμα γὰρ ὢν φωτὸς ἀΐδίου, πάντως καὶ αὐτὸς ἀΐδιός ἐστιν· ὄντος γὰρ ἀεὶ τοῦ φωτὸς, δῆλον ὡς ἔστιν ἀεὶ καὶ τὸ ἀπαύγασμα· τοῦτο γάρ ὅ τι φῶς ἐστι τῷ καταυγάζειν νοεῖται, καὶ φῶς οὐ δύναται μὴ φωτίζον εἶναι· πάλιν γὰρ ἦλθομεν ἐπὶ τὰ παραδείγματα· εἰ ἔστιν ἡμέρα, ἔστιν αὐγή· εἰ τοιοῦτον μηδέν ἐστι, πολύ γε δεῖ παρεῖναι ἥλιον· εἰ μὲν οὖν ἀΐδιος ἦν ὁ ἥλιος, ἄπαυστος ἂν ἦν καὶ ἡμέρα· νῦν δὲ οὐ γάρ ἐστιν, ἀρξαμένου τε ἤρξατο, καὶ παυομένου παύεται· ὁ δέ γε θεὸς αἰώνιόν ἐστι φῶς, οὔτε ἀρξόμενον οὔτε λῆξον ποτέ· καὶ σύνεστιν αὐτῷ τὸ ἀπαύγασμα ἄναρχον καὶ ἀειγενές· ὄντος οὖν αἰωνίου τοῦ πατρὸς, αἰώνιος ὁ υἱός ἐστι, φῶς ἐκ φωτὸς ὤν· φωτὸς μὲν οὖν ὄντος τοῦ θεοῦ, ὁ Χριστός ἐστιν ἀπαύγασμα· πνεύματος δὲ ὄντος, πνεῦμα γάρ φησιν ὁ θεὸς, ἀναλόγως πάλιν ὁ Χριστὸς ἀτμὶς λέλεκται.

INDEX AD EPISTOLAS FESTALES S. ATHANASII, ET AD CHRONICA DUO.

A

Aegypti praefecti.

Aelius Olympius Palladius samosatensis annis 371. 372.

Aelius Palladius palaestinus, dictus Cyrus, annis 371. 372. 373.

Cataphronius biblius an. 356. 357. et p. 162.

Faustinus chalcedonensis an. 359. 360.

Flavianus illyricus an. 364. 365. 366, et p. 163.

Florentius an. 331. et p. 39.

Gerontius armenius an. 362. et p. 162.

Hyginus italus an. 331. 332.

Hyrieus damascenus an. 364.

Italicianus italus an. 359.

Longinus nicaenus an. 341. 342. 343.

Magnimianus an. 330.

Maximus nicaenus an. 356.

Maximus rhacotensis an. 364.

Nestorius gazaeus an. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352.

Olympius an. 362. 363, et p. 162.

Palladius italus an. 344.

Parius corinthius an. 358. 359. (Vel Pariesius p. 12.)

Parnassius an. 357.

Paternus an. 334. 335. 336.

Philagrius cappadox an. 337. 339. 340. (Conf. tamen adn. p. 60. et 72.)

Photinus an. 361.

Proclianus an. 366. 367.

Sebastianus thrax an. 353. 354.

Tatianus Lucius an. 367. 368. 369. 370, et p. 164.

Septimius Zeneus an. 328. 329.

Theodorus heliopolitanus an. 338.

Zenophilus an. 333.

Gaudeo me hunc Aegypti praefectorum non mediocrem numerum addere potuisse illis, quos ab Augusto ad Caracallam sedulo collegit vir doctissimus Iohannes Labusius egregio libello edito Mediolani anno 1826. Sine dubio autem hic numerus augeri adhuc facile potest, vel ex operibus Athanasii, vel ex historicis rerum eius temporis, puta Theodoreto, Socrate, Sozomeno, aliisque. Ecce Allatius in diatriba de Theodoris n. 25. nominat Theodorum samium Alexandriae praefectum. Ecce item in vita Chrysostomi a nobis edita in hoc volumine part. II. p. 267. Theodorus alius iunior Aegypti praefectus (ubi ἄρχων vel ἐπάρχων vel ἔπαρχος dicendus fuisset a nobis latine sollemniore vocabulo *praefectus.*) Praefectorum autem, seu Bassarum, mahumetanorum Aegypti series chronologica est in cod. arab. vat. 734.

Abrahami sacrificium sapienter ventilatur p. 68.

Alexander Athanasii praecessor moritur post scriptam paschalem epistolam an. 328. p. 2.

Amen. sollemne populi orantis responsorium p. 86.

Antonius magnus miracula patrat Alexandriae p. 5.

Arius et Manes arguuntur p. 93. 107. 110.

Ariani fallunter in computo paschali p. 6. Excommunicantur ab ecclesia romana p. 7.

Arsacii et Valentis arianorum ignominia p. 7.

Athanasius admodum iuvenis adsumitur ad episcopatum an. Christi 328. post pascha p. 2. et 3. Eius ad comitatum i. e. aulam Constantini M. iter p. 2. et 52. Visitat Thebas p. 2. Pentapolim et partes inferiores p. 3. Superiores p. 163. Renuit pergere ad synodum caesareensem p. 3. Accedit ad tyriam, sed ab ea mox profugit p. 4. In exilium mittitur Treviros a Constantino p. 4. Pergit Constantinopolim p. 4. Aquileiam p. 8. Eius prima fuga ex urbe Alexandria p. 5; secunda p. 12. tertia p. 14. Scribit ex urbe Roma p. 116. Magno cum honore et plausu revertitur ex Italia et Roma Alexandriam p. 8. et p. 161. Alius reditus p. 13. Tertius p. 14. Occurrit Ioviano imp. p. 14. et 163. Aedificat in Mendesio ecclesiam, quae postea de nomine eius dicta fuit p. 17. Moritur prodigiose an. 173. p. 18. et p. 164. Athanasii biblicae duae interpretationes insolitae p. 19. 20. Heortasticarum eius fragmenta recitaverunt Cosmas indicopleustes, et Severus antiochenus. (Vide in propriis locis.) Item codices vaticani p. 119. et praef. p. 6. et 7. Athanasio patriarchae subiectae Aegypti provinciae numerantur p. 1. vulgabimus postea nos Abraham, Isaac, et Iacob, (Athanasii sermonem de ex codice coptico.)

B

Bresidas (vel Barasides) notarius vel secretarius p. 15. et p. 163.

C

Caesareum, basilica alexandrina, occupatur a catholicis p. 15. Incenditur, ibidem.

Canon utriusque testamenti anno 367. ab Athanasio conficitur, seu proponitur, p. 16. et 153. (Utile erit conferre similes canones apud S. Cyrillum hierosol. catech. IV. 35, et 36, et S. Augustinum de doctr. chr. lib. II. 13.)

Communio eucharistica etiam extra pascha p. 54.

Confessionem peccatorum faciendam docet Athanasius p. 83.

Constantinus magnus moritur an. 338. p. 5.

Constantius imperator moritur an. 361. p. 13.

D

Didascalia apostolorum, id est constitutiones apostolorum a Clemente scriptae p. 157.

Dies Deorum, id est dies hebdomadae, Lunae, Martis, Mercurii etc. p. 1.

Diocletiani edictum ex cod. vat. praef. adn. p. 8.

Diogenes notarius imperatoris p. 11. 162.

Dominicum (i. e. ecclesia) S. Dionysii Alexandriae p. 162. 163.

E

Epistolae episcoporum canonicae mutuae p. 115.
Episcoporum promotiones ab Athanasio factae p. 115, et p. 145.
Eucharistiae veritas p. 28. 50. 53. 57. 78. 81. 123.
Eudaemon virgo monialis torquetur Athanasii causa p. 13.

F

Festa ethnicorum, iudaeorum, improborum, reprehenduntur p. 34. 57. 134.
Fides religiosa ante omnia p. 107.

G

Georgius occupat sedem alexandrinam p. 12. 162. Occiditur, ibidem.
Gregorius cappadox obtruditur Alexandriae episcopus p. 5. Eius tyrannis p. 6. Moritur anno 346. p. 8.

H

Heraclius comes p. 162.
Hilarius notarius p. 162. 163.

I

Ieiunii salutaris vera ratio, eiusque laudes p. 23. 25. 49.
Interpretatio spuria s. scripturae reprehenditur ab Athanasio p. 36.
Iovianus imperator p. 14.
Iudaeorum recentiorum paschalis ritus vituperatur p. 26. 65. 134. 136. 144.
Iulianus imp. sistit persecutionem p. 13. Instaurat p. 14. 162. Eius epistola seu minax edictum, ibi et p. 162. Moritur anno 363, ibi. (Invehitur Iulianus contra Athanasium etiam in epistolis suis 6. et 26.)

L

Lectio biblica quaedam rara apud Athanasium p. 65. Alia bona p. 79. Alia p. 102.
Lucius presbyter nititur invadere episcopatum alexandrinum p. 16. 164. Mittitur ab Arianis ad Iovianum imp. p. 163. Non sine gravi discrimine evadit p. 164.

M

Magnentius interficit Constantem imp. p. 9. (Ibi v. 1. adde *gubernante* ante *eodem*.)
Meletiani contra Athanasium p. 52. 53, quorum nomina sunt Callinicus, Ision, Eudaemon (hi fuerunt Athanasii accusatores ut constat ex aliis Athanasii scriptis) Geloeus, Hieracammon, qui se dicebat Eulogium.
Meletianorum mendacium p. 114.
Missae usus quotidianus p. 123.
Missio vana catholicorum ad Constantium imperatorem p. 10. 161.
Modestus vicarius p. 162.
Montanus palatinus silentiarius conatur occupare sedem Athanasii p. 10. Adfert Constantis acerbas litteras p. 161.

N

Nicaenum decretum de paschate p. 1. et 133.

O

Oratio mutua commendatur p. 38.

P

Paschatis certi termini apud Romanos ex traditione S. Petri apostoli p. 9. Paschale festum futuri mundi symbolum p. 29. Vel superni gaudii imago p. 161. Accurata de paschate doctrina p. 127.
Pastoris liber citatur ab Athanasio p. 101.
Patriarcharum alexandrinorum scripta inedita et catalogi praef. adn. p. 9.
Paulus notarius p. 162.
Pauperum et peregrinorum cura commendatur tempore paschali p. 30. 51.
Periodus quinquagenaria paschalis p. 7.
Petri alex. fragmentum ex Severo praef. adn. p. 8.
Proclianus macedo dux p. 15.
Pythiodorus thebanus fert Iuliani edictum ad Athanasium p. 14. 163.

S

Schisma in Augustamnica p. 6.
Sebastianus dux p. 162.
Serapioni Thmueos episcopo scribit Athanasius p. 115. (Eiusdem Serapionis sermonem de S. Macario proferemus nos aliquando ex codice coptico.)
Severi antiocheni laudatio in S. Athanasium praef. p. 11. 12.
Synodus caesareensis p. 3. Naissensis p. 7. Sardicensis p. 7. Tyria p. 4.
Syrianus dux p. 11. 162.

T

Terrae motus in Aegypto et maris retrocessio p. 15.
Theonae ecclesia Alexandriae p. 5. 11. 162.
Traianus dux. p. 16. 164.
Thereu (seu Chereu) prima mansio ab Alexandria p. 162. 163.

V

Valentiniani et Valentis impp. edictum contra episcopos reduces p. 163.
Victorinus dux p. 163.

NOVAE PATRUM BIBLIOTHECAE

VOLUMINIS SEXTI

PARS SECUNDA.

EDITORIS PRAEFATIO.

I. Leonis Allatii tres ineditas diatribas, *de Nicetis, de Philonibus, et de Theodoris*, magno desiderio requirebant eruditi homines iam inde a Labbei et Fabricii temporibus; alii etiam tamquam deperditas complorabant. Equidem et ipse non semel eas commemoraveram, atque a me inspectas in auctoris schedis vallicellianis, coeptasque adeo describi dixeram. Res tamen abrupta diu iacuit, donec vir doctissimus, mihique amicissimus, et de catholica religione ac romana ecclesia maxime meritus, P. Augustinus Theinerus, philippini in Urbe Oratorii presbyter ac bibliothecarius, pretiosas illas mihi schedas Allatii divulgandas concessit: quo statim munere laetus, sextum hoc bibliothecae meae volumen exornandum putavi. Sunt hae diatribae manu ipsius Allatii scriptae, minutis admodum litteris: et quamquam exemplar aliud quoque a recentiore manu confectum aderat, attamen absque autographo Allatii vix bonam editionem sperare licuisset. Neque vero quisquam existimet, sine ullo meo labore hoc editionis pensum fuisse absolutum: etenim in Nicetis praesertim atque Philonibus, permulti mihi libri pervolutandi fuerunt, ut memoratas ab Allatio auctoritates, ad veritatis ut par erat normam exigerem. Cumque Allatius priscis libris usus fuisset, nulla saepe typographi aut loci adiecta designatione, qui neque capitulis essent distincti, neque aliis criticae artis adiumentis instructi, multam ea res molestiam mihi creavit, nec paucorum mendorum purgationis necessitatem imposuit. Itaque non sine patiente mora dedi operam, ut citatos prope innumeros ethnicorum aut christianorum locos, in ipsis fontibus recognoscerem; quos quidem textus non raro distortos vel mutilos vel mendosos esse deprehendi. Et male profecto de lectoribus meis meriturus eram, si hanc perpetuae recognitionis sedulitatem praetermisissem. Tum vero contigit ut pro vetustis saepe et obsoletis auctorum editionibus, novas melioresque laudarem post Allatii curatas obitum; quod idcirco moneo, ne quis forte ἀνιστορησίαν aliquando miretur.

II. Tres itaque amplissimas in lucem, quas diximus, diatribas, et plurimum desideratas emittimus, quibus idemtidem scholia nostra appingimus. Cogitaverat, et fortasse coeperat conscribere Allatius 1. de Melodis quoque Graecorum. 2. de libris apocryphis. 3. de academiis orbis. 4. de Graecis qui latine scripserunt: tum et alias diatribas de homonymis, id est de Constantinis, et de Leonibus; quarum alteram sine dubio conclusisset suo cum nomine et scriptis noster Leo, S. Hieronymi exemplo, qui se postremum in Scriptorum ecclesiasticorum catalogo posuit. Sed ego certe nihil fere magis requiro, quam eius deperditam quandam lucubrationem, cuius tenorem ita describit Ianus Nicius in epistola ad Naudaeum, prout in schedis vallicellianis legitur. « Allatius ostendit mihi librum pro catholicis graecis, te postulante » inchoatum, et prope ad absolutionem perfectionemque perductum: magnum est » opus, et multis quaternionibus constans; speratque te inde posse sine alia alterius » ope mutuare omnia quae tibi usui sint ad geographiam quandam conficiendam. » Ibi enim cuiuscumque patriarchalis ecclesiae in oriente fines describuntur, quos » intra, qui patriarchatus munere fungebatur, iurisdictionem suam exerceret. » Videtur itaque Allatius instituisse opus, cuiusmodi postea Lequinius sub orientis christiani titulo adornavit, posthumumque reliquit. Sed ad tres πάνυ diatribas ut regrediar,

non exiguus editionis illarum fructus est, quod mihi commodam ansam obtulerunt vestigandi postea in vaticanis praesertim codicibus, edendique nonnullorum Nicetarum scripta, et multorum Theodororum. Namque Philonibus nihil a me fuit addendum, praeter notitiam editorum nuper Venetiis a RR. Mechitaristis, et Mediolani ac Romae a nobis, Philonis iudaei novorum aliquot librorum, ut proprio loco narrabimus.

III. Iam quia ad hoc nostrum volumen tantus redundat a Leone Allatio honor atque incrementum, aequum est ut benemerentissimi viri memoriam atque praeconium pro viribus augeamus. Etenim vitae eius quidem atque scriptorum notitia in plurimis libris extat, puta in Calogerà T. XXX., Niceronio T. VIII., Morrofio polyhist., Zacharia hist. litt., praeter illos eruditos a Fabricio B. G. T. X. p. 405. nominatos. Verumtamen qui plenum et uberem commentarium de nostri Leonis vita scripserat Stephanus Gradius ragusinus, contemporaneus eiusdem ac familiaris, in ms. adhuc codice latitabat inter schedas ipsius Allatii vallicellianas; in quo licet manuscripto nomen Gradii non legatur, satis tamen constat ex Appendinio in historia litteraria urbis Ragusae lib. I. cap. 3, et ex Caietani Marinii historia archivi pontificii (p. 32) a me ante hos annos edita, hunc esse allatianae biographiae auctorem. (Item ex tomo XX. p. 413. ephemeridum doctorum virorum Italiae, ubi fit adhortatio ad edendam Allatii conscriptam a Gradio vitam.) Ceteroqui falli videtur Appendinius, dum e duabus a Gradio conscriptis vitis, Allatii scilicet et Petri Messae, hanc Messae imperfectam dicit; quod contra est; etenim illa potius Allatii mutila est, ut proprio in loco agnoscemus; mutila, inquam, in schedis certe vallicellianis: nam si forte alibi perfecta latet, ea meam certe notitiam hactenus fugit. Iam vero haec a Gradio scripta historia, praeter latinam elegantiam atque facundiam, maximae auctoritatis est summamque meretur fidem: fuit enim Gradius annis aliquot sub ipsius Allatii auctoritate in bibliotheca vaticana, ac deinde anno 1682. muneris successor, postquam eius fuerat quotidianus convictor ac sodalis. Nam et duo Gradii epigrammata in schedis legebam.

Ad Leonem Allatium de ostreis muneri missis.

Postquam haec adriacae gustabis fercula testae,
Dic tua quid melius Smyrna Chiosque ferunt?

Item aliud de eodem munere ostreorum.

Adde merum, festoque volens explere Lyaeo,
Nos etenim siccis noxia turba sumus.

Porro hanc vitam Gradius anno doctissimi viri septuagesimo sexto scribebat, id est septennio ante eius obitum, ut infra n. 12. Utrum vero eam continuaverit nec ne, alio fortasse tempore constabit: interim grandis defectus est, quem testantur in ms. vallicelliano Augustini Mariotti verba inscribentis: *Fragmenta quaedam de Allatii vita.* Reapse, praeter Gradii lucubrationem, magna est illic farrago elogiorum in Allatium tam vincta quam soluta oratione, diplomatum, epistolarum, testimoniorum etc. cum ipsius Leonis supremis tabulis. Et quidem aliud doleo, quod nempe Pompeii Compagnonii, doctissimi episcopi, opus cum titulo *Allatiana*, in vallicellianis schedis appellatum, nusquam apparet: in quo Allatii dicta, gesta, et memoranda quaeque, cum librorum censura extitisse puto. Nunc, omni per tot monumenta et reliquias vagatione omissa, quae mei otii non est, ad Gradii scriptum veniamus, quod compluribus magnisque, ipsius Allatii manu, additamentis refertum conspicitur.

LEONIS ALLATII VITA

AUCTORE STEPHANO GRADIO.

1. Chium insulam, urbemque insulae cognominem, satis constat celebrem olim et magni nominis fuisse inter ceteras Graeciae civitates. Quippe Homeri (ut constantior fama est) Theopompi, Theocriti, Ionis, multorumque praeterea clarorum virorum natalibus inclyta, egregie respondentem ceterae nobilitati originem ipsa suam a Neptuno ductam praefert. Hunc etenim ferunt in desertas etiamnum eas terras delatum, nymphaeque indigenae amore captum, prolem ex ea stirpis virilis suscepisse, quae ob effusam forte caelitus, quo die edita est, magnam nivium copiam, Chii vocabulum ex re acceptum conditae ibi a se civitati reliquerit. Haec atque talia famae placuisse de Chiorum primordiis, quamquam fabulosa ea quidem, atque inania sunt, non leve neque dubium antiquae eorum claritudinis argumentum est. Ingentia deinde populum undecumque profectum incrementa sunt consequuta, et insignis in utramque partem fortuna; propagata siquidem in immensum soboles, magno fuit civitati et in cultu pacis ornamento, et ad bella obeunda praesidio: gravibus namque bellis, et sua tuendo proferendoque, et communi Graecorum saluti serviendo, sese continenter exercuit. Fama tenet in classe Ionum, quae sese Medis mare primum ingredientibus opposuerat, centum amplius Chiorum naves militasse, dilabentibusque metu sociis, pugnae locum ad exitium usque retinuisse *. Conveniens tantae constantiae fuit navata hoc a populo ad superandos ad Salaminam hostes et mari exigendos opera; nec aliis magis adiutoribus orta ex ea victoria maritima Atheniensium potentia stetit, aut alias maiore in discrimine versari eadem visa est, quam cum maxima civitas (ita Chios gravissimus auctor Thucydides appellat) intutam existimans Atheniensium, post sicilienses clades, societatem, recedendum ab ea sibi iudicaverat; quo loco idem scriptor magnam Chiis moderationis, et secundae fortunae temperanter habitae, laudem tribuit *. Perfuncta illa pridem variis casibus deinde est, et inter praevalentes Atheniensium et Spartanorum vicissim opes, cum dignitate versata. Mox Macedonum, ac deinde Romanorum, impetus communi reliquae Graeciae fato experta, aut propriis aut romanis, qui mox in longum valuerunt, legibus paruit; donec perdomito italicis classibus et Francorum armis imperio Orientis, et magna deinde ex parte amisso, primo in Venetorum, mox in Genuensium ditionem conversa, et quasi propria Iustinianae clarissimae eius civitatis familiae provincia facta est; in cuius nomen ultro venerunt reliquae etiam eiusdem civitatis familiae, quibus a republica id ius tributum est, propterea quod omnis eius expeditionis sumptus earum pecunia factus fuerat. Atque hinc surgentes in Asia vicinaque Europa Ottomanorum opes mature sibi conciliandas rati, annuo tributo sponte oblato, securitatem a barbaris perque eorum terras mercaturae cauti, libere commeandi facultatem redemere, superstite etiamnum Graecorum imperio: idque consilium civitati tum ad rerum copiam, tum ad frequentiam hominum summo adiumento fuit. Et quamquam extremis Solimani principis annis, fraude Piali maris praefecti occupata, Turcarum praesidium ac praetorem, qui ius diceret accepit, non contemnendam tamen, ut cum barbaris, speciem libertatis adhuc retinet, quod cives in commune contulere, ut coetus rei publicae gratia celebrari, contra Turcarum erga devictas gentes morem, permittantur: legumque suarum usu adhuc superstite, et publico christianae religionis cultu in illo Graeciae tractu emineant.

* Herod. Wess. VI. p. 445.

* Thuc. VIII. 24.

2. Haec fuit patria Leonis Allatii, cuius ego vitam scribere aggredior. Patrem habuit Nicolaum Leone genitum, qui primus suae gentis Allatius est appellatus, cum forte de sale nescio quid inter amicos rideretur in celebri quodam, cui ipse intererat, convivio; nam

germanum eius familiae Bistarchae nomen est, vetusque et inclyta in civitate nobilitas (1). Nec enim inusitata est apud Chios huiusmodi cognominum fortuita mutatio; quo fit, ut magna inde originis civium, magna antiquitatis ignoratio sit consequuta. Matri Sebastae nomen fuit e gente Neuridarum, summae item nobilitatis vetustatisque; quippe etiam Hippocratem illum Coum artis medicinae principem, Neuridam vocatum auctor est Tzetzes (2). Vicinitas autem Chiorum, Coorumque, et eadem a coloniis Ionum demissa propago, vetusque et numquam intermissa duorum populorum societas, non alienam coniecturam praebent referendae ad eandem stirpem originis. Accedit quod Chii, diverso prorsus a ceteris Graecis usi fato, intacti evasere a cladibus Gothorum, Sclavorumque, ac Saracenorum, quibus eversum prope universum Graecorum est nomen: a Turcis vero (quorum iugum non vi subacti, sed dolo circumventi patienter accepere) clementi admodum et leni semper imperio habentur, ut civibus nulla vexatis iniuria, nulloque graviore tributo pressis, avitas retinere sedes, sobolemque propagare, et antiqua tueri nomina prorsus liceat, et liberum solutumque sit. Haec tamen argumenta quam gravis sint momenti in tanta antiquitatis caligine, indubitanter affirmare non ausim. Itaque tantae persuasionis veniam virtuti doctrinisque Allatii a posteris impetrandam relinquo. Ceterum non desunt vetusta item monumenta, sed vicinioris nostris temporibus aevi, quae utriusque stirpis claritudinem prolixe testantur, et praecipue (quod magnum non modo nobilitatis, verum etiam pietatis argumentum est) fundata eorum liberalitate, magna ex parte, religiosa monachorum domus, cui νέα μονὴ vocabulum est, ingenio loci, et edificii elegantia, ad haec splendore opibusque in illa Graeciae parte multo clarissima. Accedit splendor a Nilo Neurida Colossensi praesule, cuius ob religionis christianae constantiam a Turcis interfecti summa est apud Graecos veneratio. Eius etiam ingenii non vulgaria monumenta a doctis piisque viris laudantur, interque cetera scriptae luculenter ab eo res gestae matronae chiae ob mortem pro Christi fide constanter obitam nobilis feminae (3).

3. Hoc maxime genere prognatus Allatius, ubi primum aetatem institutionis patientem habuit, magno impetu ad studia litterarum effusus, nullum legendi meditandique finem faciebat, plurimaque illustrium scriptorum dicta et poëtarum carmina memoriter ediscebat: id autem quod prae ceteris optime faceret, summa de eo omnia prudentissimus quisque augurabatur, virumque sapientem et egregie doctum futurum affirmabat: quippe nullum certius in puero excellentis ingenii argumentum est, quam memoriae felicitas. Verum ut vitalis esset, nemo non magnopere dubitabat, ob valetudinis infirmitatem, gracilemque et supra modum tenuem corporis habitum, unde fiebat ut asparagus ab aequalibus per iocum appellaretur. Accessit avunculi disciplina paulo quam res poscebat severior, qui delectatus indole pueri, summoque eius ob sanguinis necessitudinem amore captus, plus illi oneris, quam tenera adhuc aetas ferre posset imponendo, pensumque ab eo quotidianum dure admodum exigendo, confusum illum animo sibique diffidentem et prope hebetem effecerat: cui tamen incommodo satis mature obviam itum est, praesenti matris prudentissimae feminae consilio. Haec, ubi quadam die languentem puerum offendit, propter acceptas ab avunculo levem ob causam graves plagas, lividumque et cruentum hac de causa eius corpus animadvertit, evocatum fratrem, et graviter non lingua modo, sed prope etiam manibus increpitum castigavit, edocuitque ut in posterum minus rigida erga puerum eiusque aetati atque ingenio aptiore erudiendi ratione uteretur.

(1) Allatium fortunae bonis non caruisse, cognosco ex eius syngrapha ms. qua anno 1656, idest decimo tertio ante obitum anno, patrimonium suum chiense donat patriae urbi; paternos quidem lares, ut ibi fieret erudiendis pueris gymnasium; praedia autem, quasi dotale eiusdem gymnasii subsidium. At vero quicquid bonorum vel pecuniae Romae adeptus est, collegio athanasiano Graecorum in Urbe legavit, ut alumnorum ex patria sua deligendorum certus numerus ibi aleretur. A. M.

(2) Deest in scheda hoc nomen, quod supplevi, spectans Tzetzem chil. VII. hist. 155.

Οὗ Νέβρος, οὗ Γνωσίδικος, ἐξ οὗπερ Ἱπποκράτης. A. M.

(3) Superest haec Nili de hac forti matrona chiensi lucubratio in codice allatiano 74. A. M.

4. Is fuit Michaël Neurida vir, aetate accedente, summi consilii summaeque in rebus gerendis industriae ac dexteritatis, cuius beneficium est receptum in urbe Constantinopoli Iesuitarum collegium, res antea a multis cum magno labore magnoque negotio, ita nullo successu saepe tentata, ubi ille complures annos, cum non vulgari rei christianae commodo versatus est: verum haec multo postea fuere. Ceterum tunc a summo pontifice Clemente VIII. cum de condendo in urbe Chio eius societatis collegio agitaretur, admodum iuvenis evocatus est ex athanasiano Graecorum in Urbe collegio, ubi philosophiae operam dabat, sociusque proficiscentibus in eam civitatem Vincentio Castagnolae siculo, et Georgio Iustiniano chio datus est, ut iuventutem graecis litteris institueret: quo ille in munere triennium exegit summa cum ingenii ac diligentiae laude: quae quidem, ut in novi collegii dignitatem redundaret, rem primis coeptis validissimam, Iesuitarum per omne id tempus habitu, vitaeque instituto in eodem collegio usus est, quamquam nullo se voto religionis obstrinxerat, nec ullum, ut moris est, inter tirones constantiae sui propositi periculum fecerat. Cum autem postea ad perficiendum studiorum suorum curriculum Romam est revocatus, habuit loco praemii, ut quem vellet secum e popularibus suis duceret, inter alumnos collegii quod diximus, instituendum. Nec ille dubitavit quin sororis filium eo beneficio afficiendum putaret; qui, quamquam admodum puer erat, eaque de causa, ac praeterea ob crebras corporis infirmitates, longinqui itineris iactationi minime se parem putaret, avunculique severitatem vehementer aversaretur, studio tamen litterarum, quo impotenter ardebat, et quia in Urbe propter medentium copiam, praesentemque ibi in sanctorum hominum vestigiis reliquiisque divinam opem, aliquod levamen suis aegrotationibus inventurum se sperabat, libenter omnino illi se itineri accinxit, non aeque laetis in eo abs sese dimittendo parentibus.

5. Relicta Chio, secunda navigatione Messanam advectus est, avunculo et Castagnola sociis. Ac primo statim appulsu summum vitae discrimen adiit, cum per obscurum noctis e navi ad hospitium, avunculum sequendo, se conferret; in obiectam siquidem foveam imprudens decidit, ubi plurimum aquae tum maxime densis imbribus a caelo ruentis, pluribusque illuc viarum divortiis aggregatis confluxerat; suffocassetque sine dubio, aegre iam resistentem, ni crescentibus magis magisque gurgitibus, avunculi et reliqui comitatus auxilio ereptus esset: namque puerum una cum reliquis non apparentem vestigare aggressi, voce quiritantis admoniti, ad foveam se contulerunt, in quam praevalens quidam viribus et praesens animo iuvenis insiluit, extraxitque semianimum ac intercluso propemodum spiritu. Post aliquos dies recreandae pueri valetudini Messanae actos, Paulam, nobile instituto sodalitatis Minimorum in Calabria oppidum, est ventum, ubi Marius Spinellus, reguli eius loci frater, clericali ipse militiae adscriptus, una cum sorore, quae nomen suum dederat familiae, quam tertii ordinis appellant, haud vulgari pietatis ceterarumque christianarum virtutum laude florebant. Hi, quod Castagnolam non vulgari sibi necessitudine coniunctum habebant, facile a Neurida obtinuere, ut Allatium, cuius indole mirifice delectati erant, apud se quoad adolesceret retinerent in filii loco habitum, cum alias nondum satis matura aetate ad obtinendum in athanasiano collegio locum videretur esse.

6. Relictus igitur Paulae est, inque Marii domo liberaliter non litteris modo, sed pietate ac moribus institutus, duos prope annos exegit, donec eundem Marium Neapolim profectum sequutus est; ubi, quamquam ad litterarum latinarum eruditionem satis et otii et magistrorum habebat, quod tamen haud ullam ad proficiendum graece facultatem videret, impetravit ut institutum sibi pridem Urbis adeundae propositum exequi permitteretur; quo tandem, acceptis idoneis viae comitibus, anno a Christo nato MDCXVIIII. kal. novembris advectus est: atque in collegium athanasianum ceteros inter scholasticos receptus, praeceptores habuit graecarum quidem litterarum, Marcum Savarum anconitanum, Iasonem Sozomenum cyprium, et Nicolaum Alemannum, eiusdem collegii alumnos: latinarum vero Canterum, in grammaticis Epiphanium Laelium, in humanioribus Herreram, Iesuitarum familiae

praecipuos, quibus indolem suam ad omnem virtutem studiumque ac diligentiam mirifice probavit: namque stata meditandi scribendique munia, colendis ingeniis a magistro imponi solita, tam facile ac celeriter obibat, adeoque solutus a molestiis, quibus adolescentum vulgus obrui solet, otium quod abunde sibi supererat, felicioribus musis impartiebat, ut iam tum agitare animo coeperit rationem, qua publico utiles esse possent labores sui: ad cognoscendos enim praeclaros utriusque linguae scriptores se contulit, vetustatemque scrutandam, studio quidem adeo perseveranti atque intento, ut vix quicquam spatii curando corpori animoque relaxando relinqueret: cumque ceteri garrirent, luderent, somno indulgerent, ille aut legere quippiam, aut lecta in adversaria referre, aut scriptitare et meditari gauderet. Integra quin etiam persaepe graecorum auctorum volumina ob raritatem exemplarium insignia, sua manu exarare; duplici sane cum operae fructu, quod et animum ipse suum praeclaris cogitationibus irrigabat, bonisque implebat seminibus, et simul egregiorum operum aeternitati pro virili parte consulebat. Inde postea thesaurum quantivis pretii confectum ab illo est, quo non ipse modo beatus esset, verum etiam ceteri abunde ditarentur. Eius autem insigniora cimelia sunt, Macarii Chysocephali orationes disertissimae, Origenis philocalia, Constantini Manassis, Georgii Acropolitae, et Theodori cappadocis historiae (1), Himerii declamationibus (2), Eumathii macrombolitae historia amatoria, quorum tamen pleraque aliorum doctorum virorum operâ typis edita sunt.

7. Memoria, ut dictum est, fuit admirabili non modo rerum, qualem a Cicerone Lucullum fuisse accipimus, sed etiam verborum, qualis ab eodem celebratur Hortensius, quarum altera sapientes homines et callidos temporum facit, altera disertos. Nemo itaque erat, qui tam multa tamque celeriter cum prosae orationis tum carminum animo defigeret, quique ita defixa aut retinuit diutius aut expeditius pronunciavit. Saepe ille a doctoribus ante triennium accepta memoriaeque, ut fieri solet, mandata, ex tempore appellatus integre ad verbum et castigate repetiit, cum ad haec ipsa suis temporibus per intervalla recitanda satis haberet alium recitantem vel semel audisse; iussusque aliquando, post semestrem a ludo cessationem (quia forte gravi valetudine tentatus fuerat) ex duobus paene integris Xenophontis et Homeri libris pronunciare memoriter in crastinum et sequentem dies, id quod reliqui toto illo spatio vix effecerant, non minus feliciter exequutus est, quam intrepide et fidenter receperit, magnaeque illi res haec laudi magnaeque gratulationi fuit; nam multi ad audiendum convenerant a praeceptore invitati, qui delectatus adolescentis virtute, ne a lacrymis quidem in eo collaudando temperasse dicitur.

8. Eximio tamen studio ad poëticam ferri instinctu quodam naturae visus est, cui primo illo ad litteras impetu, ita obsequutus est, ut cetera omnis eruditio, tamquam humilis atque ingloria adolescenti omnino sordesceret. Nec solum versus optimos in graeca lingua, cura ac meditatione adhibita, edebat, sed etiam in colloquiis familiaribus iocisque puerilibus de improviso vincta numeris oratione, nec inepte et summa cum facilitate utebatur; opusque doctoribus erat non calcaribus, ut erga ceteros adolescentes, sed freno, quo ingenii alacritatem plus iusto effervescentem intra modum coërcerent; qui tamen fervor aetate postea accedente, monitisque instituentium, sed maxime omnium eius ipsius industria paulatim remisit, in eoque poëtices studium spiritum dumtaxat illum vigoremque in scribendo, et excitantem lectorum animos, ut ita dicam, laetitiam reliquit (3). Egregiam deinde

(1) Est hic Theodorus lector, quem tamen Allatius in diatriba n. 87. distinguit a Cappadoce n. 86. Nam Lector paphlago potius fuisse videtur. Profecto Lectoris historiam in duos libros distinctam habuit in domestico penu Allatius, ex eaque varias olim lectiones ad Valesium misit. Nunc inter schedas Allatii non extat is codex, diuque desideratus videtur, quoniam in schedarum catalogo non numeratur. De hac re nos alibi loc. cit. locuti sumus, A. M.

(2) Extat Himerii exemplar in Vallicelliana, quod est Allatii apographum ex vaticano codice, qui iamdiu aliò, id est Brixiam, fato suo quodam migravit, ut ex Wernsdorfii editoris praefatione cognoscitur. A. M.

(3) Multa sane extant minora Allatii graeca poëmata, sed plura latent. Et quidem ipse in supremis, quas legebam, tabulis mandabat, ut suorum graecorum liber carminum posthumus ederetur; cui negotio curando particulam hereditatis legabat. Ad Oppianum poëtam memini me videre in codice haud exiguo vat. glossas perpetuas et scholia studio Allatii collecta. Quod autem vulgarem quoque Italorum poësim adamaverit, demonstrat poëtarum nostrorum veterum,

philosophiae operam Francisco Magdalonio, theologiae vero Andreae Iustiniano, qui postea Insulensis episcopus factus est, dominicanae familiae doctoribus, navavit (translata interim collegii procuratio a Iesuitis ad familiam Dominicanam fuerat) tantumque in utraque facultate profecit, ut post absoluta discendi curricula, sollemni ritu philosophus et theologus, accepto publice eas artes docendi iure, sit appellatus; qui honos nisi iis, qui ingenium et industriam suam diligenti experimento probaverint, ex illius collegii instituto haberi nemini solet.

9. Verum haec Allatio cum aliis multis, quorum virtus a vulgo parum eminet, communia sunt; quandoquidem saeculi vitio praeseverae illius legis, de hoc honore cum delectu impartiendo, facilis est venia. Illud praecipuum, nec ita passim usitatum, quod in haurienda divinarum rerum intelligentia, propitium sibi manifesto praesensque divinum numen expertus est. Cum enim initio cognoscendae theologiae parum omnino se proficere sentiret, sibique graviter irasceretur, quod illam mentis celeritatem, qua ceteris in rebus adeo felix esset habitus, cum ea maxime opus erat, tardatam hebetemque cernebat, visus est per quietem divum Thomam aquinatem coram audire de parte christianae philosophiae maxime difficili atque obscura disputantem, qua ratione Christus dominus pro humanis criminibus satisfecisset, ubi tunc ille potissimum haerebat, omnesque difficultatum nodos, omnia momenta rationum fuse ac dilucide exequentem: cumque mox evigilasset, summa cum admiratione, intellexit prona sibi illa omnia captuque facilia esse facta, in quibus antea tanto laboraverat opere, seque tam misere, nullo cum successu, cruciaverat. Sed multo maiori admirationi magistro et condiscipulis fuit, cum praeter expectationem de toto illo genere prompte ac subtiliter disserentem audivere, unde homini tanta doctrina, tamque magna in ea explicanda sententiarum verborumque copia quaerentes: quae illum in huiusmodi rebus linguae ingeniique felicitas per omnem vitam est postea comitata.

10. Haec nos illum saepenumero, summa cum animi voluptate commemorantem audivimus, verentemque simul ne se quispiam arrogantiae vel ineptiarum argueret, quasi scientiae divinitus acceptae inanem gloriam aucupari velit. Hanc promiscuam humanarum mentium indolem aiebat esse, ut quamvis labore atque industria ad omnes disciplinas omnesque artes opus maxime sit, nequaquam tamen in ipso semper nisu conatuque discendi quae velis obtineas: quin usu saepe venire, ut postquam ingenium frustra diu versaveris, inanemque sumpseris, tamquam ad enitendum foetum, operam, eius tamen operae addito mox spatio fructum longe uberrimum feras, sponte deinde, et quasi quodam cum impetu, quaesitis antea rebus ad animum affluentibus: non semel a multorum auctorum accurata ad intelligendum lectione irritum se propositi discessisse, quorum tamen sensus quamlibet abditos, et obscuros, ubi librum post aliquot annos resumpsisset, liquidos et perspicuos expertus sit: nusquam vero id frequentius, quam in versibus faciendis accidere, ex quo ortam persuasionem vulgo esse, instinctu divino versari in suo artificio poëtas; nec immerito cecinisse Ovidium (1):

ex vat. codice sumptorum series ab eo Neapoli, quamquam non sine multis mendis, divulgata. Item ingens eius collectio italicorum dramaturgorum, quorum spissus catalogus typis cusus extat: ipsa autem dramatum originalia volumina vaticanum quendam pluteum onerant. Ceteroquin ob hanc ineptorum saepe dramatum congeriem, quum a nonnullis derideretur Allatius, quandam scripsit lepidam a me in ms. lectam apologiam; nec lepidam solum, sed eruditam, prolatis ex antiquitate doctorum hominum exemplis, qui ludicris argumentis semet oblectaverunt. Non modica item in schedis farrago est carminum de ipsius Allatii laudibus, ab admiratoribus atque amicis missorum, quae ipse studiose conservabat. Haec inter, laudes quoque domestici conspiciebam allatiani catelli, qui ei lucubranti adsidebat aut blandiebatur, et cuius obitum tulit aegerrime dominus: quare et ipse catellus dabat ex inferis epistolium: *Leoni hero quondam suo Amarynthus catellus.*

Has tibi litterulas orcino mittit ab orbe
Ille tuus quondam, sinerent dum fata, Amarynthus.
Cum mihi fregisset vitalia stamina Parca,
Quas non fudisti moesto sermone querelas?
Queis non implesti lacrymis, tua regna, cubile?
Tota ubi saepe soles nocte impallescere chartis,
Pulcraque mansurae committere dicta papyro etc. A. M.

(1) Lacuna postea est in schedis, sed videbantur nobis ibi supplendi versiculi, quos interseruimus ex Art. III. 549. ubi de poëtis.

Est Deus in nobis, et sunt commercia caeli,
Sedibus aethereis spiritus ille venit.

Ceterum ab ea, quam dixi, humanae mentis natura id proficisci, quae ad suos edendos partus maturitate quadam indigeat, ut quasi semen quoddam studio ac labore coniectum diu foveat, et intra sese in optatam frugem paulatim educat atque conformet: nec esse mirum, ut somnia sese ad species animo pridem comprehensas accommodent, ac huius ipsius maturitatis iam perfectae absolutaeque indicia sint ab ipsa natura comparata.

11. Insignia philosophiae ac theologiae doctoris secutus est honorificus ex collegio commeatus, cum viatico et vestibus ad iter adornandum necessariis, quo genere munificentiae affici mos erat adolescentes, qui mores industriamque suam moderatoribus probassent: nec erat onus impensa, cui tunc ferendae, facultates collegii satis adessent, quae deinde paulatim detrimentis et aere alieno adeo imminutae dicuntur, ut hoc tempore, nec ad usurpandum ullum huiusmodi erga discedentes officium, nec ad alimenta ipsa expedienda sufficiant scholasticorum, quos propterea ad summa paucitatem redactos videmus, non sine gravi rei litterariae, ac ipsius etiam religionis incommodo: magna siquidem pars graecae iuventutis, vel otii domestici situ marcescunt, vel operam aliis per Europam academiis aliisque doctoribus navando, animum quidem litteris artibusque utcumque excolunt, studia vero erga ecclesiam catholicam, et opiniones sacris de rebus, quales domo attulerunt, domum reportant (1). Egressum collegio, et animo repetendae patriae, Messanam usque provectum Bernardus Iustinianus chius Anglonensis episcopus ad sese in Lucaniam evocavit, ut eo adiutore in suo exequendo munere uteretur, mansitque ibi triennium iuri dicendo, exponendis sacris scripturis, ordinandisque ad pietatem et religionis cultum cleri et populi moribus praefectus, magna cum ingenii, dexteritatis, et prudentiae laude, quam ille ab omnibus eorum nominum ordinibus cum saepe alias consequutus est, tum praecipue tempore quo per absentiam Iustiniani res omnes, quae episcopalem desiderant curam, unius Allatii sponte geri et administrari necesse fuit.

12. Commodum agebat ille in ipso flore iuventutis, quam quidem, ut semper, optimis artibus, temperantia, gravitate, et studio litterarum habebat excercitam, nec temere quisquam cessantem eius animum ab aliqua praeclara meditatione offendisset. Non tamen effugit humanae infirmitatis incommodum, quin ad voluptates, quas illa aetas ferebat, abriperetur, matronae primariae amore aliquamdiu captus. Saepe ego audivisse me memini iucundissimum senem, cum se huic adhaesisse scopulo simpliciter et ingenue fateretur, nec morari se diceret ne occultum id esset, immo non recusare quin operâ eius qui res suas gestas scripturus quandoque esset, etiam ad posteros innotesceret; non quod sibi lapsus tam foedi recordatio molestiae ruborique non sit, sed quod mirificam voluptatem caperet divinam gratiam recolendo, quae sibi ad assurgendum illo ex coeno praesto fuit. Nullum alioquin fructum aiebat futurum cognoscendis maiorum rebus gestis, ubi collecta dumtaxat praeclare et sapienter ab iis facta tradantur, dissimulatis ambitiose vitiis, ad quae fato nostrae mortalitatis universi et singuli ferimur. Hoc enim praeceptionum, quibus instituuntur humani mores officium esse, ut integrae ab omni vitio pravitatis ad legentium animos accedant; per quas tamen, ut sapientibus placet, tardum et operosum ad virtutem est iter. Ceterum exempla, quae compendiariam ad recte vivendum promittunt, cum fide tradenda esse ad rigidam illam historiae regulam, ne quid falsi dicere audeas, ne quid veri non audeas; quo legentes, naturae ingenium, cui suam quisquam indolem re ipsa accommodare possit, ex vero dispiciant. Illud etiam mirum sibi fuisse praedicabat, quod qui intemperans fuisset in iis, quae ad arcessendos graves corporis morbos nata sunt, nec ulla tunc incom-

(1) Id est schismatici veniunt, et schismatici redeunt. Non ita Allatius, qui in testamento suo adfirmat se ab institutione athanasiani Graecorum collegii veram religionem didicisse, quam semper retinuerit, et ipso sanguinis pretio tuiturus fuerit; et hanc nominatim ait esse fidem apostolicam romanam. A. M.

moda valetudine tentatus sit, et nunc septuaginta et sex amplius annos natus (1) natura firmissima utatur, viresque in adolescentia vexatas, integras tamen habeat, nec ullis senectutis vitiis interpellatum se sentiat, quo minus obsequi studiis suis possit, et improbo illi assidue scribendi meditandique labori sufficiat.

13. Quod quidem mihi reputanti, venit in mentem veteris illius terrae graecae foecunditatis, quae gignendis robustis animis robustioribus in corporibus satis esset, ut in Platone, in Isocrate, leontino Gorgia, et plurimis aliis; nec, ut apud nos, quasi consumptis in alterutro viribus, animi plerumque bona vitiis corporis mutata ferat; ut non immerito gloriata videatur ea gens soles apud se melius nitere, ceterisque benigniorem facient esse caeli. Quid quod ceteras apud gentes quasi peregrinatas accipimus litteras, et bonas artes? quando ipso in Latio, si demas tempora, quae a Ciceronis aetate, aut paulo supra ad Traianum usque principem fluxere, quis oro aut philosophus aut orator insignis fuit? Quis ad historiam scribendam accessit cum stili, aut ordinis, aut diligentiae laude? Graeciam vero perpetuam Musarum sedem et stabilem fuisse comperimus: nec antea florendi omni doctrinarum genere finem fecit, quam esse desierit, accepto Turcarum imperii iugo, cuius immanitate perdita funditus et eversa est. Ceterum ab Homero, omnis doctrinae omnisque humanitatis principe, demissa per eius posteros optimorum studiorum veluti successio, numquam in Graecia intermissa est. Litteras inde una cum legibus in Latium illatas accipimus, quarum laude certe numquam adeo clari fuisse memorantur romani homines, quin simul Graecia abundaret proventu virorum, cum quibus his ipsis de eloquentiae, de philosophiae, de poëtices gloria ambiguum certamen esset: et postquam latina eruditio doctrinaque, ut dictum est, consenuit, exolevitque, perrexerunt nihilominus graecae litterae valentes esse et vegetae suaeque pristinae dignitatis retinentes.

14. Neque vero per eas stetit, quominus omnis memoria romanae quoque claritudinis posteritati tradita superstes esset, quae quidem post aetatem Taciti (2) vernaculis ab ingeniis aut omnino prodita, aut leviter ex parte tractata, summo cum cultu elegantiaque ad posteros pervenerat operâ Dionis, Herodiani, atheniensis Dioxippi, Prisci rethoris; quique hos consecuti sunt, Zosimi, Procopii, Agathiae, aliique, qui nunc byzantinae historiae scriptores audiunt (3), quorum plerosque quasi tabulas naufragii, iniuria temporum fractas, a Constantino porphyrogenito collectas habemus, item a Photio homine graeco, de quo tamen merito ambigas plus ne eruditionis ad rem illustrandam litterariam, an superbiae et vanitatis ad conturbandam ecclesiam attulerit. Quid ipsa ecclesia, et res christiana universa, nonne quod una, quod florens, quod erroribus immunis, quod victrix haeresum est, plurimum secundum Deum graecis patribus debet Dionysio, Athanasio, Basilio, alexandrino Cyrillo, Chrysostomo, Nazianzeno? quorum ingenii adeo Graeciam illam posteriorem non paenituit, ut donec superstites fuere, nihil haberet quod priscos suos Demosthenes et Lysias et Isocrates desideraret, quo tamen tempore tullianae facundiae nec vestigium ullum erat in Latio. Perseveravit porro ad finem usque sui haec natio in instituto sibi cultu litterarum; magna-

(1) En quo anno aetatis Allatii scribebat eius vitam Gradius, id est ante illius obitum fere septennio. Obiit enim Allatius, ut passim aiunt historici, annos natus 83, Christi anno 1669, ianuarii die 18. Quamobrem mendosus est Assemanus in praefatione ad Catalogum codicum or. T. I. p. 71, qui ait eum obiisse die praedicto ianuarii anno 1668. Legebam autem ego in schedis supremas quoque Allatii tabulas, seu testamentum, die 28. februarii an. 1668. publica forma conditum, in quo is dicitur *sanus mente, visu, auditu, et intellectu, licet corpore infirmus*. Non igitur superiore mense extinctus fuerat, sed toto illo anno cum senio morbisque luctatus, initio demum sequentis, ut diximus, religiosissimam animam efflavit. Quid plura? Praefatio indiculi Symmictorum Allatii (apud Fabricium T. XIV.) scripta est kalendis aprilis anno 1668, in eaque magnum adhuc illum virum in vivis agere adfirmatur. A. M.

(2) Obiter heic adnotabo, extare in schedis Allatii vallicellianis varias Taciti lectiones ab eo collectas, quas ab eruditis inspici velim. Item ibi Philonis hebraei coacervantur varietates, cum nonnullis eiusdem Allatii circa Thucydidem curis et prolegomenis. A. M.

(3) Exploratum est, quantam operam contulerit Allatius ad historicos byzantinos illustrandos typisque parandos, puta ad Cedrenum, Logothetam, Cinnamum, Pachymerem, Const. Manassen, atque ad origines constantinopolitanas. Georgium vero Hamartolum (adhuc ineditum) fecerat latinum. Itemque Nicephori opera theologica, quas ego tamen interpretationes non vidi. A. M.

que doctissimorum hominum gloria floruit (quamvis iure multa reprehendantur, quae ob susceptas infeliciter cum ecclesia romana contentiones, plerique Graecorum temere et arroganter facere ausi sint.) Demum cum supremo fato se admotam sensit, evasere a patria clade, plerique doctrina et eruditione praestantes viri, qui magna ex parte languentes iam in orbe terrarum et fastiditas litteras rursus in pretio esse fecere, rursusque Latio veteres artes invenisse visi sunt, et multis a saeculis intermissam sermonis etiam latini elegantiam. Nisi vero quod nemini dubium est, inficiari velimus apertos per omnem Italiam ludos a Gaza, et Argyropulo, quique hos antecessere (Leontio et) Chrysolora Emmanuele, magno in primis momento fuisse ad hanc brevi postea consecutam lucem litterarum. Haec mihi de gentium vetustissimâ iusto fortasse licentius exequenti, nemo iure succenseat; namque vetus illius gloria orationem nostram mendacio eripit; afflicta vero, in qua nunc agit, fortuna etiam invidia liberat. Sed ad incepta redeamus.

15. Post triennalem in Lucania moram, coepit Leonem patriae desiderium, et longo tandem intervallo suos visendi. Dimissus itaque ab episcopo admodum invito, illique itineri vehementer adversato, Barium urbem Apuliae principem primo petiit, ubi dum facultatem opperitur navigandi Venetias, delectatus est plurimum loci pulchritudine, rerumque omnium in summa hominum frequentia ubertate. In primis autem admirationi fuit magnificum sancti Nicolai myrensis episcopi templum, cultusque et veneratio, qua celebratur non solum ab indigenis, verum etiam magna omnis generis mortalium copia, illuc religionis causa confluentium. Sed explere animum satis non potuit, cum se ad interiorem contulit aedis partem in primis visendam, ob liquorem illum inexhaustae perennitatis, quem sancti Nicolai manna vocant. Urna marmorea est, reliquiarum sancti episcopi custos, clausa undequaque, marmoreis columnis insistens, qua sacer humor includitur, in cuius superficie natantia quasi humanorum ossium minuta frustula cernuntur; spatium autem quod inde ad summitatem vasis extenditur, quasi nebula quaedam infuscat, ut inde suffici putes perpetuum supplementum roris mirifici, quod haustum assiduo hominum pietate liquorem exhauriri non sinit. Huic abundantiae aliquando diffidentem quendam civitatis antistitem, cum parce nimis egestionibus uti iussisset, offendisse non mediocriter fama est; idque confestim patuisse, cum non solum de parsimonia nihil ad solitam aquae mensuram accedere animadversum est, sed potius minui; eaque re quasi modicae suae fidei admonitus nimis cautus episcopus permisit renovari morem consuetum, quo sacerdos huic ministerio praepositus accedentis quotidie ad ecclesiam paene totius populi frontes leviter hoc liquore humectat, et charactere crucis insignit, magnamque eius copiam inde extrahit, atque in vitreos vasculos coniicit, in quibus religio summa est propter mirificam vim illis insitam depellendi morbos, fugandi daemones, sedandi tempestates; id quod Allatius usu sibi non multo postea venisse narrabat, cum deinde profectus Venetiis per sinum Adriaticum navigavit in Graeciam: omnis enim saevissimae tempestatis impetus, qui navim submersurus videbatur, demisso in fluctus eo liquore, dicto citius resedit.

16. Defunctus eo periculo, cita prosperaque navigatione Smyrnam usque pervenit, ubi tristem de parentis morte nuntium invenit; mox Chium, et recentem a luctu domum ingressus est. Ex lege athanasiani collegii recens lata, non suscipiendum Allatio modo hoc iter statim ab ipso digressu, sed etiam ad finem usque persequendum erat; cui tamen legi neque ille subiicere sese unquam sustinuit, utque ne alii quidem subiicerentur, incredibili studio perfecit, adversus obnoxiam Card. Iustiniani, collegii protectoris, voluntatem, et acriter intentam ad constringendos in id iureiurando collegii alumnos, qui deinde multis rationibus, ab Allatio eam in rem propositis, coactus est solos eo vinculo obligandos putare, qui post dictam eam legem in collegium admitterentur; quod sane certamen adeo nihil Allatio gratiae apud protectorem virum gravissimum imminuit, ut summae commendationi potius ad opinionem constantiae et magnitudinis animi fuerit. Delatum in patriam, et rei familiari constituendae intentum varia excepere pericula, propter vim pestilentiae, quae brevi

post eius adventum civitatem corripuit: contempto siquidem in agros secedendi consilio, quo plerique civium declinandae contagionis causa usi sunt; saepe accidit imprudenti, ut cum affectis graviter eo morbo incustodite versaretur: deinde ob suspiciones a Turcis urbem tenentibus, ne, ut eius nationis hominibus familiare est, occasionem quispiam sui criminandi, extorquendaeque inde pecuniae a longa absentia captandam putaret, quasi explorandi gratia, resque novas moliendi, sese tanto post intervallo domum receperit.

17. Auxit vehementer eam curam, eundemque mox animo etiam in futurum disiecit, non indigna cognitu res, quae per eos dies in ea cogitatione defixo contigit. Media aestas fervebat, nec a meridie multum intercesserat spatii, cum praefectum civitatis, Bassam Turcae vocant, simulque aliquot e primoribus inambulantes videt, qui admoniti puteum ibi esse aquae ob liquoris rigorem toto oppido maxime laudatae, ad limen substiterant, utque oblectari tempestiva potione sinerentur poposcerant. Nec mora fuit in Allatio atque amicis, qui forte una frequentes aderant, expediendi pocula, hauriendi aquam, quaque maxime potuere significatione humanitatis hospitum voluntati obsequendi. Cùm autem delectatos vehementer ea potus amoenitate Turcas vicinus quidam animadvertisset, accurrit illico craterem optimi vini plenum ferens: magnam se quippe illa benignitate gratiam apud aestuantes et sudore madidos initurum speraverat; ad quod tamen munus, ne respexere quidem Turcae, statim inde ab aquae gustatione digressi. Postridie bene mane, ecce viator a praetore, cui Cadì vocabulum est, qui Allatium adesse confestim ad tribunal pro imperio edicit. Ille gravari, et moleste ferre, omnes autem indignari, et ne quid asperius pateretur a gente avida, et suspicionum ansas studiose captante, vereri. Parendum tamen fuit, seque iudicis potestati sine tergiversatione permittendum. Exceptus minaci vultu, iamque rigidis interrogationibus fatigari coeptus, interventu unius ex hesternis aquae potoribus dimittitur. Simul ille, qui vinum praefecto obtulerat adest, humanitatis inconsultae reus, quasi ad contemptum religionis (cuius praescripto Turcae a vini potione arcentur) summum in civitate virum homo christianus publice sollicitasset: cuius quidem veluti gravissimi criminis statim convictus damnatusque, non ante dimissus est, quam tergo et pecunia affectatae intemperanter Turcarum gratiae poenas exsolvit.

18. Nullum crimen apud Turcas invidiosius est, nec alio nomine Christianos, qui cum illis versantur, maiora pericula adire constat, quam si quid vel levissime contra statum religionis, non modo in universum, sed etiam in singulis hominibus tentasse dicantur: omnis in ea re lenitatis oblivisci, omnem abiicere misericordiam ius fasque putant. Ceterum erga Chios, ut iam dictum est, facili admodum et leni imperio utuntur, regum indulgentiam erga illos aemulati, qui eam insulam suos suburbanos hortos honorifice appellant. Eius facilitatis illustria monumenta plurima sunt, sed maxime omnium immota et inconcussa christiani cultus securitas. Nam etsi Turcae neminem invitum ad eorum sacra suscipienda compellunt, exceptis pueris, quorum statos solemnesque per provincias delectus habent, ad petenda inde regiae domus ministeria, et praetorianae militiae supplementa, si cui tamen quamvis fortuito et per iocum excidisse dicatur, quod ad capessendam mahometanam religionem adiecerit animum, caelitus immissam eam mentem affirmant, neque divinis imperiis humana consilia reluctari fas esse, idque auctoritate publica providendum existimant. Quod autem iudiciorum corruptela non alias apud gentes foedior, nec usquam frequentior falsorum testium aut usus aut quaestus est, passim hoc genere calumniae Christiani apud Turcas agentes inquietantur, nec omnibus aut res familiaris ad redimenda pericula, aut animus corpusve ad perferenda tormenta sufficiunt. Huiusmodi calamitate Chios expertes esse memorant beneficio principis, cuius amplissimis decretis cautum inter cetera extat, ne delectus quos diximus puerorum, neve quemquam eorum religionis causa in discrimen vocare, qui nomen suum ex animi sententia apud iudicem inter Mahometi cultores professus non sit.

19. Ingens in civitate sacrarum virginum multitudo, ac prorsus immodica, mirus tamen illis honos et inconcussa, media in barbarie summaque gentis libidine, pudicitia; quamvis

minus arcta ad prohibendos virorum accessus custodia habeantur, quam christianae disciplinae severitas postulat. Nam cum frequens in Chiorum portum ottomanicarum classium sit appulsus, atque omnium gentium gratissima statio, propter summam rerum venalium copiam, quae inde ingenti civium commodo a militibus et sociis navalibus peti solent, puellae quoque Deo dicatae in ea frequentia, laborum quibus ad vitam tolerandam, et fallendum otium exercentur, non mediocrem fructum capiunt; nec indecorum putant in aditus coenobiorum Turcas admittere, atque ad illos merces quamque suas vendendas coram afferre, sudaria, baltheos, loculos: nec nisi semel accidisse memoria proditum est, quamobrem illas simplicitatis huiusmodi paeniteret, cum quidam ex advenis laudata virginis, cum qua colloquebatur, specie, genas eius leviter attrectavit, nemine, praeter coenobii magistram, animadvertente; quae continuo, dissimulata repentini consilii causa, virgines illinc facessere iussas, coenobio universas educit, rectâque ad praefecti civitatis tribunal, instructo in longum agmine, pergit, omni effusa ad novitatem spectaculi civitate; ibique gravi oratione iniuriam expostulat, indignum facinus exclamans, puellarum, quae fidem caelesti sponso obligassent, sollicitatam ab homine impuro pudicitiam, nullo praesentis numinis, nullo circumfusae frequentiae respectu: captarum recens urbium has esse calamitates, a quibus fidelissimum ottomanico imperio populum media pace, et incolumi principe defensum velit, nec maiestatem Christi domini Turcis quoque venerabilem et sacrosanctam, profanis hominibus ludibrio esse sinat.

20. Commoto maiorem in modo praefecto; cum auctorem sceleris edere iuberetur accusatrix, religione se prohiberi respondit; cuiquam exitio contumelias suas esse nolle; nec saepius ac enixe interrogata induci se passa est, ut hominem indicaret: nec vero facile fuit ullis vestigiis ad sacrilegum illum pervenire, quamvis plurimi accensis studiis ad indagandum effunderentur, manibus continuo discerpturi ante quam ad pendendum, cui ab irato iudice destinatus iam erat, supplicium perveniret. Nam quid ego de libertate dicam, qua utuntur illi homines in observandis religionis christianae caerimoniis, quae publicum conspectum populi cultumque desiderant, cum sanctissimum Christi domini corpus sanctorumque reliquias sollemni pompa per urbem circumferunt, cum Deiparae imaginem agmine composito per universam civitatem omnis populi multitudo prosequitur? Quin ultro barbari ad usurpandum hunc ritum Christianos urgent, si quando ingruente siccitate, caelestis aquae beneficio telluri segetibusque opus est; cum persuasum habeant, numquam populum id genus precationis caelo admoventem irritum sui voti discedere. Quid plura? publicas gratulationes ob fusos apud Echinadas a Christianis Turcas XL. per annos usurpatas impune tulere, quum festum eius victoriae diem quotannis agerent, quum religiosis per urbem agminibus cum cantu, cum laetitia celebrarent: neque offensos ea re impotentium dominorum animos constat, sive illa supina quaedam securitas incuriosae nostrorum rituum gentis fuit, sive occultum divinae providentiae consilium illa simplicitate fiduciae gaudentis: donec Allatio, cum vicarii potestatem (ut mox dicetur) ab episcopo accepit, modum ponere visum est periculosae pietati, et ni provisum foret in exitium civitatis erupturae, si quandoque delator existeret, vel ipsos Turcas indagandae rei, quae gerebatur, cupido incessisset. Sed ad propositum redeamus.

21. Ingenium Allatii et industria usu maximo per ea tempora fuit Marco Iustiniano civitatis episcopo latini ritus, propter angustias ac difficultates quibus premebatur inter studia civium in partes distracta, occasione nobilis in urbe sodalitatis antiquitus institutae ad exercenda pietatis officia, certis cum legibus, quarum praescripto inter cetera cavebatur de honore familiarum mahonensium (hoc vocabulo veteres advenae Genua profecti, quibus olim Chios frequentata est, appellantur, quod quinqueremibus, quas mahonas vocamus in eas oras advecti sunt, cum antiquiores cives burgenses dicantur) ut qui prognati ex illis essent, sine ullis suffragiis, ubi primum per aetatem liceret, suo iure in album sodalium adscriberentur; adiectumque nuper fuerat ob recentia eorum in rem communem me-

rita, ne quis alius praefecturam collegii, et proximum praefecto locum, nisi mahonensis, in posterum obtineret. Confirmaverat has leges Iustinianus, cum statum sodalitatis pro potestate, qua praediti sunt civitatum antistites, inspexit; et quamvis nemo in praesentia neque statuentibus, neque statuta confirmanti sit refragatus, propter dignitatem eorum, ad quos pertinebat honos; quia tamen plena invidiae res, mature eam reputantibus visa deinde est, et in reliquos contumeliosa cives, inventi sunt qui primo occultis querimoniis, deinde omni omissa dissimulatione, ultimum hoc legis caput oppugnandum aggrederentur. Hos episcopus, quia falso publicum sodalitatis nomen induerant, suis muneribus mulctandos curavit; secutaque est ingens animorum dissensio, aliis burgensi, aliis mahonensi parti studentibus; ut nisi metus a Turcis civitatem tenentibus obstitisset, eruptura in seditionem, ac bellum civile videretur. Accessere quibus turbata ecclesia opus erat, propter imbutas ex commercio Anglorum Batavorumque pravis de religione opinionibus mentes, cui pesti propagandae satis intelligebant quantum in populi turbis ac imminuta erga antistitem reverentia inesset momenti.

22. Itaque ut iniuriae faciendae iuris observatio honestum obtentum praeberet, adversus episcopi decretum Romam provocatur, indeque mandata propere afferuntur, quibus (ut prima specie apparebat) rescindi iubebantur quae ab episcopo erant gesta, inque pristinum statum cuncta restitui, severis additis denunciationibus ac poenis ni protinus pareatur, quin etiam exactoribus praecepti pontificii caelestis gladii usus tribui dicebatur, interdicendique potestas a consortio fidelium, et usurpatione sacrorum. Ita abrupte ac rigide interpretari placuerat vulgarem formulam, qua inchoare saepe iudicia solet camerae apostolicae, ut vocant, auditor, cuius latissime patet per omnem catholicam ecclesiam auctoritas. Receptus namque in eo tribunali mos est statim pronunciandi secundum actorem quam amplissime, et veluti causam egregie iudici iam probasset, cuncta illi iuris auxilia, ad obtinendum quod velit, accommodandi sollemni formula, quam inhibitionem appellant. Verum haec ostentandae potius maiestatis, et obsequii a recusantibus exprimendi gratia, factitari manifestum est, quam quod indicta causa quemquam condemnari placeat. Illud quippe adiici scripturae, quam diximus, sollemne est, ut si nimis rigide secum actum existimet reus, primo quoque tempore ad dicendam causam Romam se conferat; neque agi quicquam interim ex illa formula posse, quamquam amplissimis concepta verbis, haud dubium est. Hac tamen conceptione, aut inconsulte praeterita, aut inverecunde contempta, qui Romam provocaverant, recta iudicium contra adornant; abrupte et confidenter decreta, quae diximus, rescindenda curant; in recusantes parere, primo minis ac denunciationibus, inde mulctis, tandem exclusione a consortio fidelium grassantur, ac nec episcopo quidem ipsi parcunt, quem mulctatum sua potestate, deiectum gradu atque a tractandis divinis prohibitum, praedicant, strepitu clamore turbis omnia miscent, tantumque audacia ac temeritate processum est, ut episcopo optimum factu visum sit, postquam nullum videt in maiestate personae quam gerebat praesidium, cedere tempori, et ad vitandos vulgi oculos in suburbanam villam concedere.

23. Hic illum Allatius commodum ab Italia rediens cum offendisset animi dubium, rebusque suis diffidentem, motus, ut par erat, indignitate rei, opportuna oratione iacentem sublevat, ac bono animo esse iubet, studium illi suum, operam, diligentiam, prolixe polliceiur. Inde enixe petenti, ut totam illam causam susciperet, sibique ad retinendam tam difficili tempore dignitatem, et ulciscendos adversarios adiumento esse vellet, facile assensus est, recepto etiam honore vicarii generalis (1), quo per episcopum auctus est, nihil territus discrimine ac laboribus, quae sibi in illo administrando munere proposita cernebat esse. Ac primum omnium exactores illos praecepti pontificii, qui in iudicum nomen et potestatem invaserant, tamquam auctoritate sua impudenter abusos, et antistitis sui dignitatem pessimo exemplo violare ausos, in ius vocandos curat: mox adesse recusantes, quia

(1) Eius collati muneris extat diploma in schedis Allatii vallicellianis. A. M.

neque mulctis, neque pignoribus, nec alia ratione, in obnoxia Turcarum potestati civitate coërcere poterat, a coetu fidelium segregat, atque ita segregatos edicto proposito cunctis declinandos denunciat. Idem episcopis civitatum proximarum, ad quas hi sese receperant, epistolis erudite et copiose conscriptis significat. De provocationis romanae ratione, deque eo toto genere apud viros graves pacis studiosos subtiliter et facunde disserit, nec ambigue causam episcopi omnibus probat: quae supra diximus de mente auditoris camerae, eiusque formularum vi, distincte et perspicue exequendo, omnemque denique invidiam proximarum turbarum, et secutae inde bonorum offensionis, in temerarios illos inhibitionis romanae interpretes transfert, quorum audacia factum esset, ut scissa in partes illius civitatis ecclesia, et vibrata inconsulte atque impotenter salutaria christianae severitatis tela, foedum spectaculum praeberent; id quod nonnulli huius motus auctores perniciosis, ut diximus, opinionibus imbuti maxime spectaverant, contemptum inde potestatis ecclesiae, et reverentiae erga romanum Pontificem non leve detrimentum oriturum sperantes.

24. Post haec Allatius, ne suspicionem aliquam contumacis adversus ecclesiam romanam animi, quae acta erant praebere possent, vehementer hortari cepit Iustinianum quam primum Romam se conferat, ibique cum de hac, tum de ceteris, quibus tunc exercebatur controversiis, coram disceptaret, simulque provideret in posterum ne ab audacibus hominibus et rerum ignaris ad tanta dignitatis et existimationis discrimina vocaretur. Facile sibi persuaderi id quod nemini dubium erat, episcopus passus est, ita tamen, ut auctor suscipiendi consilii, exequendi quoque socius esse vellet, ac omnium, quae Romae gerenda erant interpres atque minister. Nec ille admodum repugnavit, quippe neque susceptam actionem salva fide ac officio deserere poterat, et revisendae Urbis desiderio non mediocriter commovebatur, quod ibi maiorem, quam usquam gentium, obsequendi suis studiis facultatem sibi futuram intelligebat. Itaque ubi primum per anni tempus licuit, ac navigii copia fuit, una cum episcopo in iter se dedit, ac Messanam primo delatus est, mox Neapolim, unde facilis in Urbem brevisque transitus fuit. Hic ubi ventum, adversarios calumniis effuse grassantes offendit, nec episcopo modo verum etiam sibi graviter infestos esse: quippe inter plurima falsa et inania, illo etiam quasi crimine se petitum accepit, quod homo graeci ritus sectator, latini antistitis vicarium ageret; quo non aliud visum absurdius indigniusque, quasi iurisdictio episcoporum, cuius usum vicarii communicant, ullis caerimoniis addicta sit, aut ratio colendi Deum qua Graeci utuntur antiquissima omnium atque sanctissima, profanos homines atque impuros efficiat; quam quidem imperitorum persuasionem, ut vulgo tolleret, enixe per omnem vitam laboravit Allatius; eoque spectant plurima eius opuscula, sed in primis luculentus tractatus de consensione orientalis et occidentalis ecclesiae; qua de re sermo habebitur suo loco.

25. Inter coetus delectorum ex amplissimo ordine, qui in Urbe summo Pontifici praesto sunt ad expedienda consilia de gravioribus quibusque ecclesiae negotiis, splendore atque auctoritate praecipuus habetur congregatio, quam appellant cognoscendis episcoporum et regularium causis, quae prudentia potius ac aequitate, consiliisque tempori ac praesenti usui accommodatis, quam subtilitate iuris, in exequendo suo munere uti consuevit. Huic ille omnes episcopi controversias disceptandas, posthabito auditore camerae, committi curavit, obtinuitque non magno negotio, ut quaecumque decreverat gesseratque, a sapientissimis illis patribus, rite atque ordine decreta et gesta esse pronunciaretur, finisque componeretur omnium episcopi certaminum, qualem ipse voluerat; quod certe industriae non mediocris fuit, cum Iustiniani nomen summa flagraret invidia; non quod vir sanctus et innocens non fuisset, sed quia difficili ingenio, nimis propositi tenax, immodicus irae, magisque rei familiaris quam publicae suae ecclesiae diligens habebatur; nec homines persuadere sibi poterant, nulla eius culpa factum esse, quod illo antistite erepta Christianis esset episcopalis ecclesia, et in usus mahometanae superstitionis conversa, postquam quinquaginta amplius annos perseverasset incolumis. Disputatum nonnihil est in crimine diluendo, quo de-

latus fuerat quasi modicae fidei, quod dubitasse de providentia divina sit visus, inhibitis quas supra diximus supplicationibus ob navalem de Turcis victoriam. An expectandum erat (respondit ille) dum civitatis domini, animadversa precationum causa, verterentur in rabiem, et illum impetum pietatis pro contumacia, pro defectione, pro exuto principis obsequio interpretarentur? Quid tunc urbi futurum, quid civibus, quid ipsi religioni, cuius palam exercendae precariam libertatem haberent? Caelestem quidem opem, qua in hebetandis Turcarum animis usi tamdiu essent, non ea lege tot annos adfuisse, ut semper adesset. Quid porro inconsultius, quam ita te comparare, ut si Deus rerum naturae vim inferendo praesto tibi non sit (nec enim aliud esse praesentiam illam opis divinae, quam miraculum appellamus) salvus esse non possis? Maximum sine dubio caelestium in nobis donorum esse mentem, rationem, consilium; quibus repudiatis, extraordinaria Dei auxilia per socordiam et negligentiam expectare, superbum et ipsi divinae providentiae iniurium esse. Haec itaque se reputantem, inutili illi pietatis ostensioni temperandum existimasse; gratiam caelestium beneficiorum acceptissimam superis futuram sperans, quam illis intra animum quisque suum caute et sapienter habuerit.

26. Facile his rationibus Allatius causam suam probavit, omnemque a se criminationem adversariorum haud dubie discussit. Multa ego omnibus his de rebus ab eo scripta perlegi, acta iudiciorum, commentaria, libellos, epistolas diligenter, copiose, et summo cum ordine et perspicuitate, prorsus ut ingenio feraci atque robusto ac mente ingenti litterarum flumine inundata, foetus illos editos agnoscas; quamvis nihil in illis esset ad ostentationem doctrinae compositum, nihil putidum, nihil quod lucernam oleret, ut plerumque usuvenit, cum homines a studiis litterarum, et librorum tractatione ad res gerendas traducuntur: ubi enim et verbis et sententiis et toto genere dictionis ab usu communi minime abhorrentibus utendum est, nullum finem faciunt proferendae eruditionis alieno et loco et tempore, horatianam * illam cupressum obtrudentes. Hoc autem Allatius dicere solitus est, ab inopia et mediocritate proficisci huius ipsius doctrinae, qua tantopere sibi placent; in angusto siquidem versantes, exiguas merces suas iusto amplius aestimant, et explicare properant sine delectu, cui locus in rerum paucitate nullus est; contra qui vere docti sunt, a copia rerum pulcherrimarum quas animo comprehendunt, inter cetera hoc habent, ut quasi in specula positi, ex qua late prospectus est in magnam variamque segetem, non illi quidem multa, sed e multis optima, adeoque materiae, quam tractant, accommodata proferant; quae sane pauca solent esse, interdum etiam nulla; ut saepe dicere simpliciter, nec ullis doctrinae ornamentis in scribendo uti, genus sit orationis longe doctissimum. Sed praecipue in scriptis, quae dixi, delectatus sum commentariolo, quem Romam profecturus sibi ipse confecerat, earumque rerum, quas erat gesturus, et rationis, quae sibi in his gerendis erat sequenda, quomodo alloquendi essent civitatis principes, qualiter eorum animi tractandi, quo incessu, quo vultu, quo genere orationis adeundi, ut scribendi libelli supplices, ut respondendum criminibus, ut defensionibus utendum, ex medio rerum usu cuncta probata ac plena prudentiae consummatique iudicii.

* Poët. v. 19.

27. Inter hasce occupationes, quamquam paucae illae quidem nec leves essent, satis tamen otii seposuit, quod animi culturae impenderet. Et quando partem philosophiae nobilissimam, quae medendis humanis corporibus occupatur minus attigerat, eius etiam cognoscendae studio non mediocriter exarsit, deditque ea gratia operam Iulio Caesari Lagallae, praestantissimo eius scientiae magistro in romana academia, quam Sapientiam appellant, quocum sene iuvenis coniunctissime vixit, cum ingenio viri atque doctrina, tum morum suavitate mirifice delectatus. Nam et vitam eius breviter conceptam typis dedit, adductus gravitate rumoris, qui de illo invidorum ope percrebuerat, quasi rerum naturalium persequendis causis nimis curiose intentus, parum religiose de providentia divina sensisset; maxime cum imbutum ea persuasione virum gravissimum Scipionem Cardinalem Cobellutium ex eius fortuito sermone cognovit: et falso prorsus talia de viro doctissimo iactari osten-

dit, prolatis in medium factis dictisque et tota ratione vitae, quam ille ad perfectam christianae institutionis (normam) exegerat, mortemque obiierat pio ac prudente viro dignam, inter expiationes atque mysteria, per quae excedentibus ab hac luce fidelium animis pax et optatus ad caelestium sedes transitus statuto ecclesiae ritu propitiatur: quo scripto non solum amici famae immerito laceratae consulere studuit, sed etiam communi litteratorum causae servire, qui fati cuiusdam malignitate rerum divinarum securi, et religionum negligentes vulgo putantur. Verum haec aliquot annis postea fuere. Ceterum auctoritate Lagallae indolem eius ad omnes disciplinas mirifice factam admirantis, adductus Allatius post paucos in medicinae studiis exactos menses, sollemnem doctoris ea in arte titulum accepit (1); nec ultra in eo curriculo sibi perseverandum existimavit, contentus cognitione scriptorum, qui in ea clari habentur, ad animi dumtaxat ornamentum, ingeniique cultum, et ne in regenda propria valetudine, ac vitandis corpori noxiis, alieni consilii magnopere indigeret: quamquam dubitare nonnihil etiam visus est de profitenda illa arte, illectus admirabili facilitate eius adyta penetrandi, et quotidianis magistri adhortationibus fatigatus; sed cohibuit impetum studio novitatis ferventius incitati, ne contra officium viri prudentis facere videretur, si tritam a primis annis vitae semitam, matura iam aetate, per vanitatem et consilii inconstantiam, deserere diceretur.

28. His ille studiis intendit nihil remissa cura negotii, cuius gratia se in urbem contulerat, quo quidem ex sententia confecto, episcopoque ad ecclesiae suae procurationem reverso, Romae substitit in domo Pauli Regii, viri cum primis docti et singulari ob diutinum rerum usum prudentia: quippe scribendis epistolis Gregorii XV. pontifici maximi mox adhibitus, multisque praeterea rebus gerendis exercitus, senex exactae iam aetatis, et oculis captus, litterato in otio conquieverat. Huius consuetudine sermonibusque maxime omnium se profecisse praedicat Allatius. Cum enim acerrimo iudicio praeditum animadvertisset, eamque de illo apud doctissimum quemque opinionem incedere, ut nemo putaretur exactioris neque felicioris esse trutinae, qua quid in libris cum laude, quid vitiose positum esset expenditur, a senis latere non discedere, ab ore hominis pendere, dicta sententiasque memoria commendare: qua ille diligentia illustratam sibi mirifice mentem, atque iis, quae hactenus legendo meditandoque sibi paraverat, ordinem methodum (quodque usuvenit adsperso sale cibis) quendam veluti saporem accessisse (sentiebat); eademque opera benivolentiam viri effusissimam sibi conciliavit, ut nemo plane illi neque carior esset, neque iucundior, nec omnino alium heredem fortunarum suarum (inter quas erat instructissima bibliotheca) instituere in animo habuerat, si Allatius relicto avito cognomine in eius, ut volebat, familiam transire sustinuisset. Celebrabatur eo tempore Regii domus a viris doctis (2) et principibus civitatis inter quos eminebat Franciscus Sfortia Cardinalis, cuius tunc magnae erant in ecclesia romana opes, et singularis auctoritas. Hic inter cetera cum illo deliberabat de ratione edendae vitae Sfortiae a Cotignola, primi suae gentis auctoris, quam Paulus Bombinus prae ceteris, quae extant accuratius conscripserat, limam tamen huius viri magno operi usui, magno iam ornamento futuram arbitrabatur. Sed libri editio, ob mortem Regii, brevi postea consequutam, itemque Cardinalis, qui neque ipse diu illi superstes fuit, hactenus est; codice, in quo manu erat exarata, inter cetera Sfortianae in Urbe bibliothecae reposito.

29. Usus etiam admodum familiariter est Alexandro Magio bononiensi, viro gravissimo, et inter ceteros aulae romanae proceres, quos praelatos appellant, fama doctrinae et multa morum elegantia, in primis florente, cuius ille sermonibus, quorum una cum plerisque aliis praestantibus eruditione viris assiduam in eius domo copiam habebat, plurimum capiebatur, nec minimum ad ordinanda sua studia ex eius oratione praeceptisque hauriebat.

(1) Superest in schedis ms. perhonorificum collegii medici diploma, quo Allatius hippocratica laurea donatur verbis amplissimis anno 1616. Aliud denique aeque laudativum diploma legebam, quo idem civitate romana donatus fuit anno 1636. A. M.

(2) Virorum per ea tempora Romae doctorum habemus ab Allatio catalogum in libro inscripto *apes urbanae*. A. M.

Non omittam referre, quod in eo genere multos post annos ab illo memorari audivi de superandis difficultatibus, quae in cognoscendis illustrium auctorum scriptis plerumque legentes offendunt. Cum enim mentio aliquando incidisset de commentario poëtices Aristotelis, et plerisque res admodum abstrusa et ardua intellectu videretur, interrogavit Magium Allatius, quem ille ex interpretibus eo in opere optimum iudicaret? ipsum Aristotelem, respondit; nec ad penetranda sensuum illius arcana lectionem utiliorem, si iterum ac saepius attente et diligenter usurpetur; nimirum in diem luctando cum difficultate intelligendi, si quae primo rem aggredienti occurrere solet; relicta enim tum illa atque transmissa, post repetitam deinde iterum iterumque universi operis (lectionem) sponte sua dilabetur, alia aliam explicante sententiam. Tuque, ait, si me audies, posthabitis ceteris omnibus, quandoquidem poëticae elegantiae magnopere studiosum te esse animadverto, ut in arte tam praeclara cum laude ac dignitate verseris, illum unum assidue in manibus, in ore, inque animo et cogitatione tantisper habeto, delectationemque eius lectionis tibi ipsi quam severissime potes imperato; mox sponte accedentem libenter usurpato. Nec ille consilium est aspernatus, ac brevi ut planissimum sibi esse factum expertus est, quod nulla ratione assequi se posse speraverat. Cumque mox ipse, Magio auctore, sese ad interpretes consulendos contulit, pauca admodum in eorum commentariis nova, quaeque sibi etiam in mentem non venerint invenit; eoque ipse tenacius hausit, memoriaque firmius ac solidius amplexus est. Quam ille meditandi rationem omnium optimam deinde statuit, ut ad ea quae discere cuperet tenaciter haurienda, anxio primum desiderio ingenium praepararet, id animo demum fideliter insidere intelligens, de quo multum antea laboraveris. Nam quomodo parta ludo pecunia, sic nullo quaesita labore doctrina, nec perinde solet aestimari, et facillime delabitur. Solebatque vehementer damnare illum morem vulgi doctorum, qui philosophiae praecepta, ab huius ipsius auctoris fontibus ducta tradentes, ipsumque cum maxime interpretari se profitentes, non solum eius lectionem suis auditoribus minime usurpandam suadent, sed plerumque ne ipsi quidem attingunt: quippe se theologos ferunt, nulla cum sacrarum litterarum ac veterum patrum cognitione, solis freti recentiorum interpretum libris.

30. Primus inter viros illustres, et principes civitatis, quorum litteris doctrinaque per ea tempora florebat urbs Roma, clarissimus habebatur Scipio Cardinalis Cobellutius modicis ab initiis ad illum gradum dignitatis evectus per industriam laboremque ac diligentiam, quibus ille artibus causas in Urbe actitando famam atque existimationem hominum adeptus est: deinde reipublicae admotus, et scribendis pontificiis brevibus, ut appellant, praefectus, haud facile dictu est quantum sibi benivolentiae fideique paraverit in animo Pauli V. pontificis maximi, cuius naturae mirifice congruebat, austerus ingenio, priscis moribus, adversus gratiam iuxta ac sordes immotus, et corruptelarum illius saeculi praecipuus aspernator: qua quidem severitate, inhibita plerique putant incrementa eius dignitatis ne ad summum fastigium procederet, verentibus hominibus supercilium damnantis nimium saepe collapsos populi mores, et veteris disciplinae revocationem alternis sermonibus usurpantis. Cum autem plurimum ingenio valeret, et versaretur cum libris assidue, musarum cultus et humanioris litteraturae studia inter inamoena iurisprudentiae spineta facile retinuit, ut non elegantius minus, quam docte, quae opus erant, scriberet, ac legendis bonis auctoribus, et antiquitati cognoscendae, plurimum operae industriaeque tribueret. Quo factum est ut nemo potior sit visus, cui crederetur vaticanae bibliothecae praefectura, in qua ille administranda expectationi de se motae respondit egregie, adiectis diligenti inquisitione plurimis egregiisque codicibus (1), et cetera eius dignitate plurimum ac mirifice aucta et propagata. Cobellutio primum ab ore famae, deinde commendatione Michaëlis Ghislerii sapientis viri et summi theologi traditus Allatius est, continuoque in fidem et clientelam receptus. Huius clientelae splendorem muneris ille loco acceperat a Ghislerio, cum eius rogatu latinitate non ita pridem donasset graecum commentarium in Hieremiam, collectum ex diversis antiquis patri-

(1) Testantur id Cardinalis Cobellutii stemmata, quae ego saepe vaticanis codicibus impressa vidi. A. M.

bus, quem catenam appellant, qua Ghislerio opus erat ad exornandam nobilem lucubrationem, quam in hunc ipsum prophetam adornabat, quae postea impressa typis est, una cum commentario, quem diximus, eiusque versione, quibus praefixa legitur communi Ghislerii Allatiique nomine epistola ad Cobellutium data.

31. Erat inter scriptores, qui largo cum stipendio operam suam navare solent exornandae bibliothecae vaticanae, eiusque scriptis ordinandis augendisque Acacius episcopus, qui Romae athanasiano in collegio exercendis graeco ritu clericorum ordinationibus, aliisque ex illa disciplina mysteriis celebrandis operabatur. Huius exactae iam aetatis (quippe senex centenario maior erat) adiutorem in scriptoris munere Allatium dare Cobellutius iudicavit, eidemque quandoque decedenti successurum, facileque id Paulo pontifici persuasit, cum summam eius graecae linguae peritiam, et ceteram eruditionem testatus est; adiecitque consilium demerendi eo beneficio praestantem ingenio iuvenem, praeclaros illius ad omnem litterariam laudem impetus adiuvandi; non enim abs re futurum ecclesiae, si esset qui scrutandae in profundis illius latebris, et illustrandae antiquitati integram aetatem et ingenium illustre afferret. Nec mora fuit in sapientissimo principe quin annueret, solitumque eam in rem diploma concedendum iuberet; quo Allatius accepto, admissus ad grates agendas, adorandumque de more Pontificem, pergere alacriter ab eo iussus in instituto sibi optimarum artium cursu, nec exhaustam erga se subsidio, quod acceperat, pontificiam munificentiam existimaret. Sex non amplius menses in praestanda gratuita bibliothecae usibus opera transegit, cum, defuncto Acacio, fructibus quoque et emolumentis muneri adiectis potitus est. Sed fructus illi praecipuus pontificii muneris fuit, quod bibliothecae custodem (quo exactore officii sui atque arbitro uti deberet) sortitus est veterem amicum suum, cuius olim in collegio athanasiano eloquentiae praecepta tradentis auditor fuisset. Is fuit Nicolaus Alemannus, Graecorum (1) longe doctissimus, cuius diligentiae debemus arcanam Procopii historiam ex vetusto codice vaticano iuris publici factam, item opusculum aureum de parietinis lateranensibus, reconditis antiquitatis ecclesiasticae mysteriis refertum. Et erat vir ille multarum litterarum, summeque versatus in omni genere artium optimarum; idem scriptor copiosus et elegans, verum anxio nimis et suspenso ad omnia verba omnesque sententias iudicio, quemque limae in scribendo nec labor offenderet, nec mora non delectaret; quo factum est ut minus multa eius ingenii monumenta habeamus, quam pro viri doctrina et lucubrandi assiduitate (2).

32. Post acceptum scriptoris officium, cum expetitus esset a Cardinali Benedicto Iustiniano ad profitendam graecam eloquentiam in collegio athanasiano, ne eam conditionem, ut plerique suadebant, aspernaretur, auctoritate Alemanni adductus est, qui neque tam honorificum gravissimi viri iudicium negligendum iudicabat, neque dimittendam praeclaram occasionem maioris in iis litteris profectus faciendi, et illis ipsis praeceptis, quae auditoribus erat traditurus, suum quoque ingenium excolendi: nihil autem inde oriturum impedimenti, quominus operae eius fructum bibliotheca integrum ferret. Contulit itaque se in collegium, ibique sub Iustiniani senis tutela biennium praefuit; non ille subtilibus grammaticorum regulis curiose nimis a discentibus exigendis tempus operamque consumens, sed delectis a praestantissimo quoque Graecorum eius artis magistro, quae emendatam, quae sublimem ornatamque orationem faciunt, quaeque ad docendos, delectandos, commovendosque animos hominum valent cum dignitate ac audientium delectatione pertractans, ut ipse,

(1) Recte dicit *Graecorum;* nam per eam aetatem Graeci plures, praeter Alemannum, docti Romae fuere, qui sua nomina posteritati commendaverunt, v. gr. Arcudius, Caryophilus, Rhodinus. A. M.

(2) Memorat hunc locum ex ms. a Gradio Allatii vita Marinius hist. arch. vat. p. 32. Ineditus autem mihi in manibus est Nicolai Alemanni doctissimus quidam ad sacras ephemerides commentarius, qui in huius novae bibliothecae voluminibus apparebit. Item in schedis Allatii vidi titulum alterius libri Nicolai Alemanni de manu dextera vel sinistra SS. Petri et Pauli. *Petro et Paulo apostolorum principibus, pro dignitate eorum, sedibus more maiorum restitutis, librum vigiliasque pro sua in eosdem reverentia Nicolaus Alemannus D. D. D.* Videtur nimirum Alemannus tractasse quaestionem, cur in priscis monumentis modo dexter modo sinister Paulo sit Petrus. Eiusdem autem argumenti extat dissertatio Francisci Muscantii. A. M.

cum haec traderet, non vulgare praeceptorum suorum exemplum esset; nec minus quam veteres illi, quos inter praecipiendum laudabat auctores, imitandus; severe illud observans, ne cum ipse, tum ceteri, in schola alio quam vetere graeco sermone uterentur.

33. Iustiniano vita functo, excepit collegii curam e Cardinalium numero Maphaeus Barberinus, vir magni per ea tempora nominis, suique ordinis auctoritate, gratia atque consilio facile princeps, eoque non multo postea summum pontificatum adeptus. Spectata in eo ceteris anteponendo maxime est singularis viri doctrina, et mirificum erga omne genus litterarum studium ac voluntas, cum inter occupationes gravissimorum munerum, quae gerebat, elegantes lusus, ipsamque carminum suavitatem admittere, gravi et sapiente viro non alienum putaret: eratque frequens illi et familiaris consuetudo cum illustribus sui temporis poëtis, et cetera dicendi laude praestantibus. Sed praecipue Grecorum eloquentiae admirator fuit; quod quidem ingenii ornamentum, quia adolescens in academiis latinis, ubi ea res non magno in pretio est, secure neglexerat; cum deinde Parisios iussu Clementis VIII. accessit, notavitque neminem ibi satis eruditum putari, qui graecas litteras non attigisset, magno ausu cognoscendae eius linguae animum adiecit, nihil absterritus immani mole ac difficultatibus, quas homini confirmatae iam aetatis, et maximarum rerum tractatione distracto devorandas cernebat, in tam aspera tamque late patente disciplina, quae primos impetus ingenii, et vacuam molestis a curis mentem desiderat. Sed nihil tam arduum, quo non ardens studium et laboris improbitas evadat. Namque Barberinus assidue meditando scribendoque, ac ceteris exercitationibus, quibus horas subcisivas summa cum animi voluptate tribuebat, non solum assecutus est ut scriptores graecos solutae orationis probe et expedite perciperet, sed etiam quod tullianus ille Antonius ingenue fassus est assequi se non potuisse, poëtas optime teneret, eorumque suavitate maxime caperetur, ac etiam graece ipse carmina non incommode expediret; ne illud quidem elegantiae genus ingenii sui monumentis editis invidendum existimans.

34. Summus Barberino ab his studiis usus fuit cum Matthaeo Caryophilo, viro magni ingenii, et magnae in scribendo venustatis ac elegantiae, quem audire graece loquentem, quicum meditationes in ea lingua suas communicare, et de toto illo genere litterarum disputare frequenter admodum et iucunde solebat. Is Allatio paulo iniquior putabatur propter obtrectandi studium, quod existere facile solet adversus recentem eo longe progressuram laudem in hominibus, qui sibi eadem in laude primas deferunt, famaeque suae iam senescenti ab alienae incrementis anxie timent; fuitque in causa, ne Allatius non solum occasione huius muneris nullum sibi pararet aditum ad gratiam futuri paucos post menses Principis, sed apud eum non mediocriter offenderet. Cum enim diserte pactus esset cum Iustiniano, ne cuiusquam censurae aut arbitrio essent obnoxiae res in eo genere suae, Caryophilus sive obtrectatione, ut diximus, virtutis Allatii, sive studio ostentandae in animo Protectoris potentiae, orationes quas forte in collegio publice scribendas Allatius dederat, recognoscere et emendare aggressus est, non improbante Barberino, quamvis egregie ille rationem a se dictorum reddidisset, et locupletissimorum ex antiquitate auctorum fide, quae sibi Caryophilus obiecerat diluisset. Fato autem nescio quo eius incrementis adverso factum est, ut rem levissimam, ac dissimulatione vel ioco potius transmittendam, iusto impatientius tulerit. Itaque praepropero et infelici suis rebus usus consilio, veniam sui muneris a Cardinali petiit: mox ne expectato quidem eius assensu, e collegio discessit, relicta Caryophilo provincia erudiendae in collegio iuventutis; quam ille studio eius contentionis cupide quidem temptatam brevi dimisit, propter insolentiam vitae minime ingenio suo accommodatae, quod ad scribendum potius quam ad docendum factus a natura videretur, non sine magna Barberini querela, qui post adeptum etiam pontificatum auditus est saepe cum diceret, non stetisse per Allatium quin graecae litterae in Graecorum collegio interissent. Quamquam ego Allatium non eruditum modo doctum, sed etiam gravem et sapientem virum esse statuo, tamen inficiari non possum hac in re cauti in eo et moderati hominis of-

ficium magnopere desideratum, qui florentissimi in civitate viri gratiam tam levi de causa effudisset. Sed nimirum communem illi magnorum ingeniorum sortem subire necesse fuit, ut virtute involutus, in mediocritate fortunae subsisteret; famamque ad posteros non per opes et vitae splendorem, sed per ingenii atque industriae decora assequeretur: ita partiente liberalitatem suam erga mortales divina providentia, ut quos animi bonis, quae omnium maxima sunt extollit, externis opibus carere facile patiatur.

35. Bellum atrox ea tempestate inquietam habebat Germaniam, initio a Boëmis orto, qui constantem in catholica religione austriacorum Principum animum, ob corruptum hussitana rabie ingenium aegre tolerantes, exuerant obsequium. Quippe impunitas non exiguam spem praebebat senescens Matthiae caesaris auctoritas, necdum adulta Ferdinandi secundi, recens in regnum assumpti, potentia; cuius legatos ad componendas, quae forte tunc inciderant sacrorum turbas praemissos, contra fas trucidaverant; eoque facinore tamquam omnis esset sublata veniae spes, contempta religione sacramenti, quo fidem novo principi nuper obligaverant, adscivere sibi Federicum Palatinum (cui praeter) eximias domus claritudinem, opesque apud Germanos amplissimas, animos faciebat magnificum cum Elisabetha britanna Iacobi regis filia matrimonium, quae carentes regio titulo penates, quasi suae nobilitati impares, feminea aspernabatur impotentia: concusseratque ea res universam Europam, remque omnem christianam in partes distraxerat, nemine fere non alterutri causae aut armis aut pecunia aut consiliis animisque favente. Sed praecipuum robur adversus rebelles in foedere Catholicorum, cui nomina dederant intactae a novis opinionibus Germaniae civitates et reguli, summaeque rei praefecerant Maximilianum ducem Bavariae, sub cuius imperio Ulricus comes Tillius bellum administrabat. Magnum autem momentum ad victoriae spem addiderant primo Paulus, deinde Gregorius, romanus pontifex, qui non auctoritate solum et hortationibus ad continendos in fide et alacritate socios rem gerebat, sed etiam praesenti pecuniae ope, quae in singulis mensibus prompte et opportune afferebatur. Occupaverant quidem imparatum etiamnum Ferdinandum aggredi coniurati, intentumque accipiendis ob adeptum imperium gratulationibus, iamque Viennae unius moenibus fidentem, in summam rerum omnium difficultatem adduxerant; quibus ab angustiis affluentium undique auxiliorum copia expeditus, rursus in Boëmiam, et ad ipsam rerum caput Pragam tuendam, cunctos hostes ingentio proelio ceciderat; continuatisque per alias super aliis victorias, profugum suisque rebus diffidentem Palatinum avitis etiam ditionibus, ipsaque regia urbe Heidelberga deiecit.

36. Erat in ea urbe bibliotheca omnis generis, omniumque artium, et linguarum paene omnium, quibus litterae in honore sunt, codicibus instructa, praesertim vero graecis vetustate et raritate insignibus. Huius bibliothecae pulchritudine, ac magnificentia gloriantem Palatinum non semel inter suos iactasse ferunt, Vaticanam se illi quandoque iuncturum, unamque ex duabus toto orbe instructissimam effecturum: tantum fiduciae, animorumque homini elato, et insipienti fortunae nimium tribuenti, prospera defectionis boëmicae initia fecerant, ut iam catholicarum ruinam partium, Italiaeque et Urbis direptionem spe immodica atque opinione praeciperet. Sed vanus omnino vates non fuit; namque Gregorius romanus pontifex, quod victores catholicos non vano praesagio futuros praeviderat, quo tempore auxilia quae diximus in Germaniam expediebat, ab Imperatore ac Duce bavaro obtinuerat utri eorum Heidelberga potiri contingeret, bibliothecam palatinam ecclesiae romanae spolium esse vellet, apud Vaticanam inter ceteras eius generis collocandam. Nec mora in Duce fuit, cui pars illa victoriae evenerat liberandae quam obstrinxerat fidei, nunciumque ad Gregorium summa cum celeritate expedivit, qui captam Heidelbergam significaret, simulque sepositam suo iussu bibliothecam esse, certumque hominem Roma opperiri, qui libros recipiendos, et in Italiam transportandos curaret. Multi ei provinciae, quod splendida et plena dignitatis erat futura, viri docti et apud Pontificem gratiosi inhiabant, interque ceteros Gaspar Scioppius et Guillelmus Setonius, quorum ob eruditionem, et in catholicam causam studium, magna erat Romae apud omnes existimatio. Sed Gregorius, communicato consilio cum Sci-

pione Cobellutio Card. tituli sanctae Susannae, bibliothecae vaticanae praefecto, Allatium potissimum elegit, propter spectatam viri non eruditionem solum, sed etiam fidem et industriam ac singularem in rebus gerendis dexteritatem; datisque mandatis, quae diligenter a Ludovico Aguchio, secretorum omnium tunc arbitro, et summo consiliorum ministro conscripta erant, itemque Pontificis litteris ad Ducem et ceteros, ut res poscebat, in Germaniam misit, addito ut proficisci intra biduum maturaret, nemine appellato, et dissimulata quam fieri maxime posset itineris causa.

37. Nihil moratus Allatius viae se dedit: et primo quidem Venetias advectus est, ut rem cum Ludovico Zachia Pontificis in ea civitate nuncio communicaret, eiusque consiliis in gubernanda itineris ratione uteretur, ne quas in insidias incideret hominum Germanorum illud Italiae et urbi Romae decus invidentium, Caesarisque et Bavari liberalitatem importunam, degenerem, et communi patriae indecoram appellantium. Paucos Venetiis moratus dies, cum omnibus officiis a Zachia viro humanissimo atque gravissimo cultus esset, perrexit in Germaniam, brevique superatis Alpium rhaeticarum iugis, transmissoque Norico, et Augusta Vindelicorum adita, urbem Monachium Bavariae principem advehitur. Incredibile dictu est quam comiter quamque liberaliter exceptus a Duce sit, quantaque cum animi voluptate princeps ille egregie fortis ac pius allatas sibi ab Allatio Pontificis litteras, gratulantemque sibi partas auctore Deo victorias, faustosque reliqui belli successus augurantem, et cetera ex litterarum sententia exequentem audierit: sed praecipue cum pietatem et magnificentiam, ob egregium, cui accipiendo advenerat, munus extolleret, gratiamque et memoriam, quae tantam ob liberalitatem apud sedem apostolicam perpetua maneret polliceretur. Atque ille graviter et modeste respondit ampliora se multo romanae ecclesiae et sanctissimo Pontifici debere: maiora omnino, pro referenda gratia, animo agitare, quam ut hactenus ulla ex parte, aut rei dignitati, aut ipse sibi satisfecerit. Pergeret modo D. O. M. conatibus suis successus prosperos dare, intellecturum profecto Pontificem, quam memori beneficiorum animo, quamque prolixi erga sedem apostolicam obsequii pleno, publica religionis in Germania causa credita sit.

38. Secundum haec in aedes principalis domus praefecti deductus est, lauteque ab eo et hospitaliter exceptus, et quoad Monachii substitit habitus, Heidelbergam perrexit, itinere usus periculoso in primis atque aspero, propter anni tempus media hieme saevum, et infesta latrociniis omnia, licentiamque militum privatis quoque viatoribus, ne dum tam invidioso cum negotio incedentibus, formidolosam; praesertim cum per fines haereticorum ingrediendum erat; ad quorum suspicionem vitandam, nocturno plerumque itinere usus erat. In infestos etiam equites, et iam arma ad se suosque invadendos expedientes, incidit; sed simulata ad tempus audacia, tamquam maiore septus esset, quam qui apparebat, comitatu, velut ultro in adversarios incursurus, discrimini se subduxit, extremo tamen cum metu, quod iacentia passim spoliatorum cadavera incedentis in oculos identidem incurrebant. Ac ne cibaria quidem per vastatos crebris direptionibus agros usquequaque suppetebant, nec iumentorum ac vehiculorum necessaria copia: ut tandem diu multumque cum frigore, cum inedia, praesentibusque vitae discriminibus luctatus, Heidelbergam pervenerit; ubi ad res suas expediendas summam adhibuit celeritatem. Quippe maturato sibi opus esse intelligebat, propterea quod ab ipso Maximiliano monitus in digressu opportune fuerat, agitari tunc potissimum, Isabellae Belgarum principis opera, de reconcilianda inter Caesarem et Fridericum gratia, adeoque de restituenda Heidelberga, cuius quidem actionis exitus, si forte adhuc haerentem in Palatinatu bibliothecam offendisset, omnem eius exportandae rationem discuti et impediri necesse erat. Colligit itaque diligenter omnes, qui manu exarati erant codices, et ordine, quantum illae temporis angustiae patiebantur dispositos et collocatos exportandos curavit, summa adhibita cura, ne quid eius generis vel minimum praetermitteretur. Ex impressorum vero copia, quae immanis et propemodum infinita erat, solum delegit si quid raritate aut praestantia insigne iudicavit, sectatus in primis antiquitatem exemplarium, et

si quae erant auctorum signata chirographis, ut fieri solet, cum viri docti monumenta ingenii sui viris principibus dono mittunt, quale est quod inter alia vaticanae bibliothecae visenda servat, Henrici VIII. regis Anglorum volumen de sacramentis contra Lutherum Leoni X. missum eleganti cum epigraphe « Anglorum rex Henricus Leoni X. mittit hoc opus et fidei pignus et amicitiae. » Nec paucos invenit huiusmodi notae codices scriptorum praecipue haereticorum, magno usui quandoque futuros arbitratus ad coarguendam inconstantiam hominum illorum, placita et opiniones summa cum levitate mutantium, cumque novis et sibi contrariis sententiis in aliis atque aliis eorumdem operum editionibus prodeuntium.

39. Substitit Heidelbergae diutius; namque spatio opus erat, dum materiam fabricandis pluteis, dum currus, dum iumenta aliaque transportationi administrandae laboriosissime compararentur. Nihil enim erat eorum, quae suos ad usus humana vita desiderat, quin rarum per eas oras paratuque difficillimum factum esset, propter sublata commercia, magnam hominum multitudinem proeliis et latrociniis absumptam. Ceterum in illa commoratione Allatium, praeter laborem assiduum conquirendi, cognoscendi, ordinandi magnam librorum omnis generis copiam, sollicitum vehementer et inquietum habebant insidiae, quibus peti caput suum intellexerat non ferri modo, sed etiam veneni, cuius vim expertus erat in famulo, quem habebat ad vitae ministeria; is namque hausta, nescio quo propinante, illita quadam noxio medicamine potione, furere statim et alienata mente iactari, nec ullo remedio vis mali, quae miserum corripuerat sisti valuit. Sed curae tam molestae maximum levamen capiebat ob effusa erga se Germanorum procerum humanitatem, cultumque et honorem, quo habitus est ab omnibus in occursu, congressibus, conviviis. Horum praecipui fuere comes Metternichius Heidelbergae praefectus, Poppenheimius, et Aldringerus (1), quorum e sermonibus summa cum animi voluptate cognoscebat res eo bello gestas, casusque summorum virorum varios atque mirabiles. Memorabile vero in primis fuit, quod acceptum a Poppenheimio narrare solitus est, concisam in quodam certamine omnem equitum alam, cui ipse Poppenheimius praefuerat, eumque in turba ceterorum vulneribus confectum, et inter ccisorum cadavera iacentem ab hoste spoliari coeptum, ac novo vulnere quo a properante spoliatore ictus fuerat vitae admonitum, orasse hominem ne maiori sibi emolumento spolia captivi quam vitam futuram putaret. Conservaret itaque, si qua ratione posset saucium, ac non vulgaria praemia expectaret. Acceptum itaque ab illo per pedes, et in humeros pecudis modo impositum, avectumque in quodam tugurio delituisse, ubi mox adhibitis agrestibus medicamentis convaluisset, et optima fide quod erat hosti pollicitus representaverit. Receptum eo casu spiritum vir ille fortissimus maiore deinde cum gloria deinde effudit in illo memorabili proelio, quo cecidit Gustavus Adolfus Svecorum rex, multis interea editis spectatae virtutis exemplis, et re publica fortiter et egregie gesta.

40. Sed quantum Allatio tribuerant illi homines, quantoque omnibus esset in pretio illud maxime declaravit. Tres milites ex quadam cohorte, quae propter actas ex pacato praedas meruerant iram ducis, sorte (ut est mos militiae) ducti ad supplicium tradebantur, iamque patibulo admoveri coeperant, cum forte miserantibus qui aderant amicis, venit in mentem experiri ecquid illos miseros legati Pontificis gratia (sic Allatius a Germanis passim audiebat) sublevare posset ad vitam impetrandam. Circumsistunt Allatium frequentes promiscua omnis generis hominum turba, orantque et obtestantur, ne homines acerbitate fortunae ad extremum calamitatis adductos, facili sibique minimum constitura ope fraudatos vellet: adiret Aldringerum, seque causae damnatorum deprecatorem profiteretur, operamque suam non saluti modo eorum, verum etiam gloriae sibi futuram cogitaret. Ille primo pudore modestiaque cunctatus, ne audax neve importunus, suique nimius existimator iudicaretur, si auctoritatem suam tantis rebus interponeret, tandem reputato disciplinae potius retinendae gratia, quam quod capitali noxa dignum quicquam esset admissum, illam seve-

(1) De his ducibus per ea tempora claris, multoque magis de subsequente Tillio, loquuntur belli illius tricennalis, quod tunc gerebatur, scriptores Schillerus, Binerus, aliique. A. M

ritatem comparatam, audendum sibi duxit, perrexitque ad Aldringerum, cuius imperio illud supplicium parabatur: nec multis verbis opus fuit, ut exoraret facilem ad lenitatem, avidumque occasionis, qua splendido aliquo facto dictove testatum faceret prolixum suum erga romanam ecclesiam obsequium. Properi itaque nuncii ad inhibendum supplicium missi, exanimatos metu infelices illos inter plausus et acclamationes excitae rei novitate multitudinis perduxere ad Allatium, incredibili perfusum laetitia, gratesque sine fine agentem auctori tanti beneficii, et quae sequuta beneficium est magnae suae apud omnes existimationis et famae. Ad epulas et vina, quibus illa gens effuse indulget, sane quam invitus accedebat: si quando tamen usuveniebat, ut invitantibus deesse non posset, liberaliter et benigne versabatur, dabatque operam ne parum ingenue sibique et arcanis animi sui consiliis per intempestivam abstinentiam videretur parcere, neve non indigena, et homo multae urbanitatis, multorumque salium, et bonus in primis conviva putaretur.

41. Optabat vehementer alloqui Tillium praecipuum, ut diximus, foederatarum copiarum ducem; sed verebatur ne copiam eius habere non posset, propterea quod curis maximarum rerum occupatum sciebat, et assiduis per omnem circa regionem itineribus distentum: utque tandem Heidelbergam redisse cognovit, nihil illi longius fuit quam ut praesentem adiret, et mandata, quae ad illum habebat exponeret. Itaque traditis pontificiis litteris multo cum honore verborum ad eum datis, addidit munera, picturam auro gemmisque insignem, cum icone virginis Deiparae, egregie perfectam arte: gemmeam coronam, quam appellant, numerandas ad preces: cereas agni caelestis imagines sollemni caerimonia consecratas, aureaque numismata effigiem Pontificis a quo mittebantur praeferentia; et haec inquit paternae suae erga te dilectionis monumenta vult esse Gregorius XV. romanus pontifex, debita pietati, quam in te supra ceteras virtutes tuas maxime omnium admiratur; debita bellicae laudi, qua rem in Germania christianam fortiter nostra aetate prospereque gessisti; Deum optimum maximum precatus, ut felicitatem qua usus hactenus es in profligandis religionis hostibus, propriam tibi, et ad finem usque perseverantem, dignetur esse. Ad quae Tillius modeste et verecunde respondit: honestatum se Pontificis cum litteris tum muneribus magnificentius multo ampliusque quam pro merito suo: daturum autem operam ne tanti erga se beneficii sanctissimum principem unquam paeniteat, neve rubori sibi sint tam honorifica de se sapientissimi et summi viri iudicia; non labori, non periculis, non ipsi denique sanguini ac vitae parcendo, in propugnanda, ut instituit, communi ecclesiae catholicae causa. Usus autem est eius benignitate Allatius non solum in honore verborum, et cetero exteriore cultu salutandi, deducendi, epulisque et compotationibus familiariter adhibendi, sed large et hospitaliter omnibus quae ad expediendam librorum exportationem tutamque etiam per infestas Germaniae nationes praestandam opus erant.

42. Namque eius auctoritate adiutus recuperavit nonnullos codices haud parvi momenti, quos ex bibliotheca exportatos debitorum arguebant syngraphae, et praesidium satis firmum equitum peditumque secum eduxit, eiusque beneficio ab omni hostium praedonumque iniuria intactus evasit per oppida agrosque gentium, quae erant palam infestae, aut occulte iniquae catholicis et romano Pontifici putabantur; praecipua adhibita diligentia ne quid offenderet in transmittendo agri Vitembergensis tractu, quod eam patriam sciebat esse Iano Grutero, nupero huius bibliothecae custodi, tum Tubingae commoranti, cui propterea omnium maxime eius asportationem molestam esse compererat. Non antea immune ab hostium periculis iter suum arbitratus est, quam Bavariam pervenit. Ibi a duce Maximiliano, qui forte per eos dies Ingolstadii procul a via militari in Italiam ferente agebat, ea quae sibi ad cursum suum peragendum opus erant, per litteras impetravit, perrexitque per agrum Noricum, Alpesque rhaeticas Helvetiorum, ac Mediolanensium fines, Bononiam usque. Inde iussis subsequi iumentis cum libris, ipse expedito itinere Romam perrexit, perfecti a se de bibliotheca Palatina mandati praesens nuncius futurus. Pervenit autem quo tempore molestissimi solent in Urbe calores esse, pridie diei divo Petro apostolorum principi sacrae; collau-

datusque plurimum est a Cardinalibus Ludovisio Pontificis fratris filio, et Cobellutio bibliothecario. Sed ne quid morae negotio confecto prope absolutoque interveniret, rursus obviam missus est venientibus a Bononia libris, quae res illum toto suscepti laboris fructu privavit. Namque Gregorius pontifex, contracto pridem gravi morbo, quo fuerat aliquamdiu ab omni publico munere procul habitus, paucis post Allatii profectionem diebus est mortuus. Cumque iterum Romam est advectus, accepit a Ludovisio destinatum sibi a patruo eius in collegio Canonicorum divi Petri locum, vacuum non ita pridem unius obtinentium obitu, cuius honorem et fructus egregie fideliterque navatae huius operae praemium ferret; nec sine animi molestia tam laudabilis munificentiae facultatem, novi Pontificis (creatione) ademptam sibi cernere. Hunc postea honorem Urbanus VIII. Gregorii successor Virginio Caesarinio, cubiculi pontificii praefecto, contulit.

43. Ceterum ad Allatium non magna rediit suscepti pro alio principe laboris et operae gratia. Nec deerant qui novum Pontificem non satis illi aequum existimarent, quod olim, cum Cardinalem ageret, essetque collegii graeci protector, eius voluntati non cessisset, ut in erudiendis ad eloquentiam eiusdem collegii alumnis, ut coeperat, perseveraret; immo id ipsum ea potissimum gratia fecisse videretur, quod Cardinali molestum esse cernebat. Accedebat, quod de graeca Cardinalis poësi, quasi non satis culta neque elegans esset, intempestiva cum libertate locutus dicebatur. Hinc acriorem quam pro rei tenuitate coniectati in animo Pontificis offensionem Scioppius et Setonius, quibus in asportandae bibliothecae Palatinae cura Allatium praelatum supra memoravimus, elevare primo librorum, qui advecti erant numerum, et pretium, laboremque ac pericula eam ob rem ab Allatio suscepta; accusare Cobellutii vanitatem, quod auctor fuisset Gregorio eius aggrediendae rei maximi dispendii, nec perinde usui futurae. Nec fidei Leonis parcebant, quasi intercipiendos meliores quoque codices minime simplici diligentia passus esset; interque cetera, Thuani historiae apographum requirebant, quod olim sibi visum in Palatina bibliotheca ferebant; pronasque ad haec omnia Urbani pontificis aures, veteris offensae non immemoris, habere credebant. Nec deerant qui tantis criminibus oppugnatum, specie benivolentiae hortarentur, flagranti illi invidiae, ac poenis quas haud dubie subiturus videbatur, matura ab Urbe declinatione se subduceret, tutius et felicius e longinquo causam dicturus. Quo nihil indignius visum ex conscientia sua praeclare fidenti sibi, nec ullo pacto induci passus est, ut illud tantum in se dedecus admitteret, famamque et nomen suum ultro ipse proderet inconsulta vanissimorum criminum confessione, quam homines in illa fuga merito interpretaturos cernebat.

44. Itaque de Pontificis aequitate securus, nec suae innocentiae dubius, impigre aggressus est obiecta refellere. Quid enim tam absurdum ac minus ferendum, aiebat, quam quod illud Gregorii pontificis consilium, splendoris ac magnificentiae plenum, utilitatis modo et quaestus rationibus metirentur? quasi vero degeneris lucri causa, et animo mercatorio tam illustre spolium affectasset, non potius decorandae principi gentium (urbi), proferendae ecclesiae romanae dignitati, ac testandae ad posteros Catholicorum de contumaci haeresi victoriae? Ac ne pretium quidem sane eius operae, etiamsi pecunia aestimanda tanta res esset, non egregie constare, si quis raritatem et antiquitatem codicum, et maxime graecorum, intueatur, vel unum bibliae sacrae volumen antiquissimo hebraico charactere conscriptum, dignum omnis operae omnisque dispendii praemium esse, quod eximie conservatum et ferreae arcae commissum reperisset. Sed utrumlibet sit, nullas in eo negotio deliberandi partes suas fuisse, neque suum de bibliothecae bonitate iudicium interponere debuisse. Verum quidquid id esset, quod ecclesiae romanae a duce Bavaro offerebatur, cum diligentia et fide ad Urbem usque deducere. Sane impressorum librorum non admodum plausibili sarcina abstinuisse, quemadmodum ex mandati formula, quod Roma discedens acceperat, exceptis quae rariora, aut aliàs operae pretium futura iudicaverat: nec esse quod iudicii ea de re sui, vaticanam bibliothecam paeniteat. Manuscriptos autem codices, qui negaret integre et cum fide curatos, ad indices typis editos se conferret, summa cum fide ac diligentia

a Sylburgio et Grutero custodibus descriptos; inventurum profecto cum suo indice eximie congruentes, praeter quam unum aut alterum codicem utendi gratia exportatos, cum eorum syngrapha qui exportassent, ob id ipsum a se diligenter allata, qui in eo turbido rerum statu recuperari nequissent. Quod vero de Thuani apographo iactarant Scioppius et Setonius, auctoris testamento, cuius tabulas typis impressas forte secum attulerat, impudentiae ac temeritatis coargui, ubi legatum id scriptum constaret fratribus Puteanis, et apud Parisios extare. Hac autem postrema defensionis suae parte consulto Allatius uti distulerat, quoad accusatores ingulaturos eo crimine reum existimantes, non dubitarunt coram Cobellutio audacter et saepius urgere de industria tergiversantem, et commoveri se obiecti gravitate simulantem; cum repente legendum obtulit Cardinali testamentum, revinctosque manifesto mendacio adversarios, irritos ac prae pudore mutos et exsangues dimisit, ita ut mentionem eius rei cane peius et angue sibi vitandam in posterum iudicarint. Facile inde probavit causam suam, quamvis aversae rebus suis illius temporis aures, cum rationes accepti expensique integre ac diligenter exhibuisset apud praefectos aerarii, quos cameram apostolicam appellant, nec inventus fuisset quisquam, qui non omnia recte atque ordine ab eo gesta et administrata fuisse iudicavisset.

45. Defunctus hoc tanto existimationis suae (discrimine) Allatius, delitescendum sibi in posterum, et erudito in otio quiescendum statuit, procul omni ambitionis inquieto et bonarum artium studiis infesto strepitu. Illustrium tamen virorum amicitias, ut pridem instituerat diligenter colere perseveravit, praecipueque per ea tempora consuetudine usus est Laelii Bisciae praestantis inter romanos proceres viri, ex numero eorum quos apostolicae camerae clericos appellamus (1): iunxerat quippe iam pridem admodum arcte eorum voluntates studiorum similitudo; quamquam Biscia ob assiduas munerum suorum occupationes minimum habebat spatii, quod musis amoenioribus impertiret; atque a parente Bernardino, summo suae aetatis iurisconsulto, inter strepitus civilium causarum et fori clamores institutus erat; inerat tamen vigor ingenii, et antiquitatis notitia, et exquisitior, quam pro iuris periti modo, gustus litterarum; ut quam in administratione creditarum publice rerum profundam solidamque prudentiam prae se ferebat, in eruditis quoque sermonibus, et philosophiae tractatione testaretur: comis praeterea multaeque urbanitatis et salium, quibus seria negotiorum, cum opus esset, admodum tempestive condiebat.

46. Huic Allatius difficili tempore gregoriani pontificatus, magno solatio fuit gravissimo in discrimine versanti propter iniquorum calumnias, quasi rem frumentariam, cui erat praepositus, minus diligenter administrasset; ut iam de subtrahendo se negotiis, et Neapolim recedendo cogitaret. Verum afflicto propria temeritate adversario, cuius operà occultis illis criminationibus petebatur, incolumi gratia famaque mansit, et a successore Gregorii in collegium Cardinalium adscitus est. Quo statim honore accepto, Allatium iuris familiaris habere voluit, inque domum accepit, nulla tamen certa mercede attributa, nisi quod honoris causa vinum illi quotidie, et aliquid exquisitioris cibi propria e mensa mittebat, carissimumque ea re, aliisque non vulgaribus benivolentiae significationibus declarabat. Hic nullum faciebat finem eius virtutem doctrinamque, et praeclara in sedem apostolicam merita Urbano pontifici et Cardinali Barberino commendandi, nullo successu; quamvis a Barberino honorifica de eo testimonia indiciaque non levia expresserit. Sed ille, ut diximus, aequissimo animo fortunae suae angustias ferebat, toto animo ad litterarum studia converso, ex recta officii sui administratione praecipua solatia petens.

47. Primum omnium, graecos bibliothecae vaticanae codices (quorum plurimi, et quia characteribus omnis aetatis, omnisque generis, et propter scribendi compendia, situmque vetustate contractum lectu difficillimi sunt) omnes ad unum recognovit, ac magna ex parte etiam diligenter perlegit recensuitque, omnesque eorum materias, argumenta, auctores, singulaque auctorum opera, et sicubi res ita posceret ipsa etiam operum capita admirabili cum

(1) Edidit tunc libellum Allatius de aedificiis Pauli V. sub praefectura Laelii Bisciae excitatis. A. M.

ordine perscripsit, redegitque in ordinem omnium pulcherrimum et absolutissimum; qui postea a librariis elegantibus characteribus exarati, septem magnae molis volumina occuparunt: quibus duo praeterea adiecit de codicibus bibliothecae Palatinae, et mox Urbinatis, quae et propter earum dignitatem, et propter loci unde advectae sunt memoriam, separatis in pluteis asservantur. Cumque antea omnia haec admodum confusa atque indigesta essent, plurimumque negotii libros consulentibus exhiberent, eius opera distincta, ordinata, tractataque, et in usum facilia et expedita facta sunt. Quae res magnae fuit non modo curae et diligentiae, sed etiam eruditionis. Non enim nisi viro in primis docto, et in omni litterarum genere admodum versato, ex carie situque profundae vetustatis tot res eruere, ac in ordinem tam elegantem redigere licuisset: maxime quod saepe nomina auctorum aut nulla extarent, aut aliena et suppositia in librorum inscriptionibus legerentur. Tulitque dignum laboris et operae suae fructum, primo ex conscientia vitae, et cum fide administratae quam acceperat provinciae: deinde quod magnam paravit omnis eruditionis omnisque doctrinae supellectilem, qua deinde usus est in adornandis ingenii sui monumentis, quae nunc publice extant, et tenentur avidissime manibus eruditorum, summa cum auctoris laude et admiratione, cum propter ceteram eorum utilitatem et pulchritudinem, tum etiam propter scriptorum, quorum testimonio utitur, praestantiam et raritatem, maxime in iis quae ad controversias de religione pertinent, quae longe firmius et expeditius fide rerum gestarum, et auctoritate clarorum scriptorum, quam rationibus dirimuntur. Huius ille laboris omnem rationem ac methodum cum Alemanno communicavit, eiusque consilio et auctoritate ad suscipiendum urgendumque opus plurimum usus est.

48. Nec minus diligentiam in ea re suam probavit Felici Contelorio, qui in administranda bibliotheca Alemanno successit. Hoc de homine pauca memoriae tradere, non admodum alienum a proposito meo iudicaverim; neque minus operae pretium me facturum, si paulo etiam digredi ab argumento videbor. Acerrimi ingenii vir fuit, et non vulgaris doctrinae, quam tamen haud ita multa litterarum humanarum suavitas condiret. Quippe uni intentus iurisprudentiae, et antiquitati nostro aevo viciniori cognoscendae, cetera litterarum adiumenta, quasi minus ad res gerendas utilia, secure contempserat. Enituerat eius industria in ordinanda nobili bibliotheca Iohannis Baptistae Cuevae, Rotae auditoris (quae nunc visitur in domo professa Iesuitarum, domini testamento illuc translata) cum fuit in eius famulatu adiuvandis in causarum cognitione laboribus adsumptus (quam conditionem avide solent affectare iurisprudentiae tirones ad acuendam industriam, et fori iudiciorumque peritiam comparandam): eaque res illi maxime suffragata est apud Cardinalem Barberinum, qui Cobellutio vita functo, supremi bibliothecarii ab Urbano pontifice patruo suo munus acceperat; effecitque ut idoneus putaretur, qui (ab) Alemanno relictum locum obtineret. Nec multo postea etiam procurationem publici apud Vaticanam tabularii adeptus est, quod archivum vaticanum vocamus. Hac ille posteriore provincia, ingenio studiisque suis magis conveniente, multo impensius est delectatus; neque enim illam sibi quoad vixit auferri passus est; multumque temporis ac industriae collocavit ad scripturas, quae illic asservantur cognoscendas et ordinandas, ablatis auctoritate publica ab hereditate *Petri Francisci* Rubei, qui proxime munus illud administraverat, pulcherrimis adversariis, quorum ope admirabilem in eo genere peritiam est consecutus, assiduoque et improbo labore adhibito, ad expeditam illius thesauri tractationem plurimum contulit. Nec vulgarem diligentiae laborisque sui fructum tulit, relicta bibliothecae praefectura, locum adeptus in coetu Cardinalium exercendis per omnem ecclesiasticam ditionem iudiciis impositorum; in quo . . . (1).

(1) Heic abrumpitur lucubratio in ms. vallicelliano, et quidem in media pagina. Et Contelorii sane coeptam notitiam supplere aliquatenus licebit ex Iacobillo de Scriptoribus Umbriae, et Marinio hist. arch. pont. circa finem; verumtamen Allatii vitam sic decurtatam me habuisse, magnopere doleo, nisi forte alicubi continuatio eius latet, nondum mihi comperta. Prosequebatur enim necessario narratio pulcherrima laborum Allatii in bibliotheca vaticana (cuius etiam praefectus fuit postremis vitae annis) cum operum eius historia et censura: quamquam operum certe catalogus satis accuratus apud illos auctores prostat, quos in praefatione laudavi. In primis tamen Allatii vitae cumulandae profuturas puto plurimas eiusdem et doctorum amicorum mutuas epistolas, quas in quatuor mss. voluminibus contineri scio. A. M.

In superiore Allatii vita mentio fuit honorifica Nicolai Alemanni, tamquam Graecorum per illud tempus doctissimi, qui et ipsum Allatium in athanasiano Urbis collegio instituit. Nunc ab Allatio conservatum comperi in propriis schedis pereruditum Alemanni sacrum opusculum, quod ego, etsi paulo prolixius, nolo in tenebris diutius delitescere. Habeant itaque lectores in hoc nostro volumine trium illustrium bibliothecae vaticanae praefectorum scripta, Alemanni videlicet, Allatii, atque Gradii, qui me minorem in illo spectatissimo munere praecesserunt.

LIBELLUS ANNALIS

SIVE KALENDARIUM PUGILLARE

COMMENTARIO ILLUSTRATUM A NICOLAO ALEMANNO.

Monumentum hoc antiquitatis pugillare buxeum appellare liceret, cum quid verius, quidve aptius id appellemus, non liqueat, quamdiu arcana nos lateant, quae in eo contineri videntur. Nullus in fronte titulus, nullum nomen, insigne nullum certum apparet, ex quo vel rudem aliquam de eo notitiam haurire possimus. Apices illi, ac notae, quae id loqui fortasse videntur, mutae omnino sunt, cum adeo sint ab usu nostro, consuetudineque remotae, ut ne gentem quidem, vel populum, qui eas usurpet, facile divines. Tabellae dispartitae, fortuito tantum vinculo, eoque recente connexae, de integro illarum numero convenienti ordine aptaque distributione vehementer suspicionem movent: num integram omnes perpetuamque historiam contineant, an singulae suam, discernere minime potes. Imagines ipsae, quae notior clariorque huiusce pugillaris pars esse videntur, inelegantes obscurae ineptaeque ita sunt, ut omnia hic in tenebris iacere, merito dicas. Quamobrem de hac tota antiquitate notarum et imaginum, aliorum citius audire sententiam praestat, quam de suo facile pronunciare. En illas adamussim delineatas, suis quod aiunt, coloribus expressas, suoque in lumine collocatas, quo commodius antiquitatis studiosi eas contemplari, et quae in iis latent aperire, vel saltem, quae a nobis disseruntur approbare, et quod erit optatius, limatiori iudicio corrigere queant.

Heic inserendae erant imagines, quae tamen ad manus meas minime pervenerunt. Ceterum ex Alemanni quae sequitur accuratissima descriptione, satis eae propemodum cognoscuntur.

Cuivis qui hasce tabellas oculis perlustraverit, illud primum occurrit, quod exploratissimum esse arbitror, monumentum hoc ad gentiles minime pertinere, sed omnibus partibus solide christianum esse. Cruces passim ac singulis fere in tabellis designatae, sanctorum virorum effigies, vestes et habitus ad nostrum ritum compositi, antistitum nostrorum peda, infulae, pallia, omnia denique non temere nostra sacra religionesque patefaciunt. Quae licet ita sint, non ea sunt tamen, quae statim omnem eximere dubietatem possint, certoque statuere quid quaeque illarum imaginum notarumque significent, quas hoc in pugillari auctor incîdit. Fieri enim potest, ut ritus hic expressi christiani quidem illi sint, sed vel temporum diuturnitate aboliti, vel certis tantummodo christianorum populis consueti, vel occultis et hieroglyphicis notis obducti; quae omnia, ut aliis solent, ita etiam huic antiquitatis monumento tenebras offundant. Tribus hisce difficultatum capitibus submotis, quid in hoc pugillari contineatur, nullo negotio patebit, et hinc exordiar.

His in tabellis, ut mea fert sententia, sanctorum complurium festa consignantur, quibus coli ritibus debeant praescribitur, certis mensibus ac diebus certis recensentur; quot quisque mensis diebus constet, notis proditur latinis: dierum series arcanis notis aliis indicatur. Menses in unaquaque tabella duo describuntur; quarum una cum interciderit, duos menses iulium et augustum desiderari contingit. Litteras hic deprehendere est, quas dominicales dicimus, aureos numeros, annos bissextiles, lunae solisque concursus, paschatis pu-

tandi rationes, idque genus alia, quae omnia singillatim probare in me recipio, cum singulas expendere tabellas coepero. Interim si haec ita ut quidem sunt esse concedamus, aptius veriusque nomen huic buxeo pugillari imponere licebit; nam si kalendas et fastos ac nefastos dies complectitur, kalendarium pugillare dicere nemo prohibet: si annuos ac menstruales lunae solisque motus, annos intercalares, et paschatis rationes, annalem libellum cum Beda par est appellare. Alterutro vel utroque hoc si utamur vocabulo, et ea quasi faces in his tenebris praeferamus, statim mensium series, dierum distributio ac numerus occurrent, imagines quae cuique sanctorum tribuendae sint, liquido apparebit. Sed de his statim uberius. Nunc vero nemini haec forma kalendariorum nova videatur, cum et ea, et huiuscemodi aliae, ut apprime necessariae, ita semper fuerint maioribus consuetae. Primo quidem ecclesiae tempore rarum fuit album kalendariorum, id enim olim implebat Christi nativitas, ieiuniorum sollemnitas, πάθος quae est redemptionis nostrae dies, pascha, pentecoste, parasceve, sabbata, dominici dies, et praeter haec alia nonnulla festa. At secunda statim aetate apostolorum discipuli et qui hos audierunt, non solum exemplo et praescripto illorum alia kalendariis festa addiderunt, sed etiam orta inter asianos et europaeos antistites de paschate controversia, diversas eius diei statuendi tradiderunt rationes, et kalendariis inscripserunt; quae ut omnibus notae essent, et summa religione observarentur, eas modo in episcoporum sellis, modo in breviculis, modo in anulis, modo in parietibus, modo in libris, modo in pugillaribus describebant. Inde tot genera kalendariorum, quae suis nominibus liceat vocare sellaria, brevicularia, anularia, parietaria, domestica, et haec ipsa quae ad manum sunt pugillaria.

Sellares ergo fasti sunt quos in episcoporum sellis aut cathedris incidebant, ut vel absente sacrorum antistite, ex eius sede quicumque vellet festorum notitiam repeteret. Huius generis fastos videmus in Hippolyti episcopi Portuensis statua sessili, utrimque graecis litteris inscripta; quam peculiari commentario explicamus (1). In ea non solum Christi nativitas passio, et resurrectio tamquam aliorum festorum regulae ac normae proponuntur, sed etiam lectiones quas ex sacris libris pro festorum varietate olim in christianorum ecclesiis pro ambone lectores et diaconi in audientia fidelium pronunciabant. Breviculares vero dicti sunt festi, quod post illam de paschate controversiam universi ecclesiarum episcopi omnem curam diligentiamque navarunt, ut ea sollemnitas, a qua praecipuarum celebritatum ac totius anni ritus religionesque penderent, quam certissime ab omnibus teneretur, et in breviculis (erant hae parvae membranae, quas ob id tomos dixerunt) consignata ad omnes christiani orbis populos mitteretur, quod publico decreto primi sanxerunt nicaenae synodi patres, eamque curam Alexandriae episcopis demandarunt, quod in ea urbe florentissima semper fuerit christianorum academia, eaque gens longe optime calleret orbium caelestium motus, et artem numerandi. Idem summo studio curarunt antistites africani concilii, cui Aurelius Augustinus, interfuit ut ex quinquagesimo primo canone constat. Et ne prisca haec disciplina exoleret, secundi braccarensis concilii patres ita iusserunt, ut superventuri ipsius anni pascha, quo kalendarum die, vel quota luna debeat suscipi, a metropolitano episcopo intimetur; quod ceteri episcopi vel reliquus clerus breviculo subnotantes, unusquisque in sua ecclesia, adveniente natalis Domini die, post evangelicam lectionem populo annuncient: quod olim sanctissime observatum videmus in iis Theophili et Cyrilli, alexandrinorum antistitum quae adhuc extant epistolis et homiliis, quas ἑορταστικὰς, *festales*, nuncupamus (2).

Anulares fasti sunt, quos sibi quisque in anulis incidebat: nam post eam, quam dixi, de paschate controversiam, complures excogitatae fuerunt a viris doctis latinis et graecis computandi paschatis rationes, quemadmodum Christianus ait, qui imperatore Iustino (3)

(1) Animadverte Alemanni alteram hanc lucubrationem. A. M.

(2) Adde sis nunc etiam Athanasium, cuius nos festales epistolas in hoc volumen intulimus. A. M.

(3) Alemannus noster in opere de later. pariet. p. 85, scribit aeque *Christianum* vel *Christinum*. Fallitur tamen, confundens titulum χριστιανικὴ τοπογραφία, *topographia christiana*, cum imaginario nomine *Christiani* vel *Chri-*

floruit, παῖον etc. *Quae enim natio, inquit, vel ad orientem et occidentem, vel ad septentriones et austrum Christi fidem suscepit, quae certa ratione diversisque numerandi modis ante multos annos paschalem festivitatem certo non praedicat, ita ut iuxta diversas illas computationes, et methodos omnes ubicumque terrarum uniformiter eadem die festum agant?* Legimus in codice vaticano 525. hunc paschatis inveniendi modum insculptum anulo electrino, qui dum Byzantii platea sterneretur inventus fuit: χρὴ εἰδέναι ὅτι δεῖ ἐπιτηρεῖν τῷ ὀκτωβρίῳ μηνὶ τὴν ιδ' σελήνης, καὶ ἐξ ἐκείνης τῆς ἡμέρας τοῦ ὀκτωβρίου μηνὸς ἀριθμεῖν ρπβ' ἡμέρας· καὶ εὑρήσεις τὸ πότε μέλλει ἔσεσθαι τὸ πάσχα ἐν κυριακῇ. *Scito observandam esse decimam quartam diem mensis octobris; ab eaque numerandos esse centum octoginta duos dies; qua ratione dominicam invenies, in quam paschatis festum incurret.*

IANUARIUS.

13. Felicis in Pincis.
15. Mauri abbatis.
17. Antonii abbatis.
20. Sebastiani martyris.
22. Vincentii levitae martyris.
25. Conversio S. Pauli apostoli.

FEBRUARIUS.

2. Purificatio B. Mariae virginis.
5. Agathae V. M.
22. Cathedra S. Petri in Antiochia.
25. Matthiae apostoli.

MARTIUS.

1. Albinus episcopus andegavensis.
12. Gregorius papa.
17. Gertruda virgo.
21. Benedictus abbas.
25. Annunciatio B. M. V.

APRILIS.

1. Hugo episcopus gratianopolitanus.
30. Quirinus mart. Translatio eius ad Nusciensem urbem supra Rhenum.

MAIUS.

1. Philippi et Iacobi apostolorum.
3. S. Crucis inventio.
9. Macarius antiochenus.
16. Peregrinus antisidor. mart. episcopus.
20. Baudelius martyr.
21. Beda presbyter.

IUNIUS.

1. Caprasius abbas.
11. Barnabas apostolus.
19. Gervasius et Protasius.
24. Iohannes baptista.
29. Petrus apostolus.

Desunt menses iulius et augustus.

SEPTEMBER.

8. Nativitas B. M.
21. Matthaei apostoli.
25. Lupi archiepiscopi lugdunensis.
29. Dedicatio S. Michaëlis.

OCTOBER.

1. Remigii episcopi.
9. Dionysii.
18. Lucae evangelistae.
21. Ursulae.
28. Simonis et Iudae apost.
31. *(Quidam cum clavis.)*

NOVEMBER.

1. Omnium sanctorum.
2. Commemoratio defunctorum.
6. Leonardi confessoris.
11. Martini episcopi.
23. Clementis PP. martyris.
25. Catherinae cum rota.
30. Andreae apostoli.

DECEMBER.

1. *(Episcopus cum securi.)*
4. Barbarae martyris.
6. Nicolai episcopi.
8. Conceptio B. M.
11. Victorinus et Fuscianus.
15. *(Fortasse Eusebius vercellensis; sed est imago addita postea.)*
21. Thomae apostoli.
25. Nativitatis D. N.
26. Stephani.
27. Iohannis apostoli.
28. *(Duae cruces.)*

stini auctoris, pro vero Cosma indicopleuste. Neque sub Iustino scripsit, sed sub Iustiniano circa annum 535, ut statuit Montfauconius operis illius editor ex codice florentino, qui tamen nostrum quoque vaticanum nominat, id est 699, quem ego ipse manu tractavi. A. M.

PRIMAE TABELLAE FACIES CONTINENS MENSEM IANUARIUM.

Imago prima.

Signum, quod in hoc kalendario primum occurrit, hieroglyphicum plane est. Orbicularis circulus, corona videtur; siquidem illud nominare bene non possumus, nisi prius quid prae se ferat, intelligamus. Ergo kalendis ianuariis festum diem maiores egerunt, quem modo *circumcisionem Domini*, modo *octavam Domini* (ut est in antiquis martyrologiis, kalendariis, et ordine romano) vocaverunt. Utramque festi nomenclaturam, si animadvertamus, illud signum apposite denotat: nam in divinis litteris, cum de circumcisione sermo est, identidem vox illa *praeputium* usurpatur, quod praeputare, id est praecidere suis infantibus Hebraei iubebantur. Quare non alieno sed sacro plane symbolo, et ex verbo Dei desumpto, pictor in hac tabella circumcisionem Domini designasse, merito videri potest, non secus ac romani ordinis auctor, qui rem eamdem verbis explicuit. *Haec Christi circumcisio*, inquit, *nihil aliud est nisi abscisio in carne praeputii*. Quod item graeci patres innuere volunt, cum non absolute Christi περιτομὴν *circumcisionem*, sed κατὰ σάρκα *secundum carnem* appellare eam consueverint, et Beda in carmine:

Quod veteres coluere patres, umbramque futuri,
Exposuit sancta Christi de virgine nati
Circumcisa caro, iam sacrat ecce kalendas.

Quemadmodum vero hi voce, sic pictor signo praeputium, quod huius est festi mysterium expresserunt. Altera eiusdem festi denominatio, quae est *octava Domini*, non minus apte eadem illa orbiculari figura significatur, nam cum septem tantum dierum nominibus universam temporis durationem distinguere ac numerare soleamus, octava illa temporis pars, quae septimam diem consequitur, innominata prorsus abiret, nisi rursum rediret in orbem primaeque partis seu diei, a qua numerando orsi sumus, nomen mutuaretur; quare cum *octava* dies sit, quae recurrentis temporis orbem claudit, commodo cum primis symbolo diem notat, quem temporis circulum coronam David vocare solet; corona vero anni maior quaedam est, quae ex brevioribus hisce octavarum corollis connectitur. Hoc alii patres ad aliud propositum retulerunt, Damascenus ad praesentem rem sic accommodavit: τὴν τοῦ μέλλοντος ἀΐδιον ζωὴν ἡ ὀγδοὰς ἐξεικόνιζει, ἐν ᾗ ὁ δεσπότης περιετμήθη Χριστός. *Interminatam futuri saeculi vitam octava illa repraesentat, in qua Christus dominus circumcisus est.* Utrum vero huius festi nomen, naturam, et titulum, orbiculo illo magis exprimere pictor voluerit, divinent alii. Antiquitatem festi circumcisionis ex hoc loco cognoscere Isaaco Casaubono liceat, qui exercit. 2. in Bar. cap. 9. certum esse affirmat non ante multa saecula mentionem illius coeptam fieri; *nam qui ante hos*, ait, *quingentos annos, festos anni totius dies descripserunt, circumcisionis non meminerunt.* En illam in kalendario longe ante annos quingentos descripto; licet ex vaticana bibliotheca eiusdem et superioris aetatis proferre possemus beneventanum num. 4928, longobardicum num. 5949. et alia. Ante septingentos, si quaeris, est illud Basilii porphyrogenneti, in quo sic habet huius diei titulus: ἡ ἀνάμνησις τῆς ἁγίας περιτομῆς τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. *Memoria sanctae circumcisionis domini et Dei nostri Iesu Christi.* Ante octingentos Damascenus eiusdem festivitatis cantica, quae τροπάρια vocant, concinnavit. Ante mille annos Gregorius magnus eam a maioribus praefationem acceperat, *cuius* (Christi) *hodie circumcisionis diem, et nativitatis octavam celebramus.* Ad quingentos annos, quinque insuper alias aetates numeravi. Proinde antiquiores patres Leonem magnum, Petrum chrysologum, Maximum taurinensem, Iohannem chrysostomum, quorum de hac festivitate sermones extant, nominare supersedeo. Quare nihil interest, si in antiquis nonnullis libris ritualibus, quod ingenue fatetur Baronius, dies kalendarum iánuariarum simplicem prae se fert titulum, octavae nativitatis: nam cum aliquid pluribus vocare nominibus solemus, altero usurpato, tolli vel negari, alterum non recte dixeris. Graecorum ecclesia, in qua antiquissimus est hic dies festus, altero tantum *circumcisionis* περιτομῆς vocabulo eum nomi-

nare solet. Quod hisce kalendis nullum pictor ieiunii (ut infra solet) hieroglyphicum signum appinxerit, nihil de antiquitate huius kalendarii detrahit: quamquam enim, ut est apud Ambrosium et Augustinum, christiani olim hac die effrenem gentilium laetitiam sua abstinentia condemnarent ac detestarentur, tamen longe ante Gregorii magni tempora illud ieiunium sublatum fuisse constat, cum iam gentilium illae superstitiones abolitae omnino essent, quod ex ordine romano Albinus Flaccus confirmat lib. de div. off. cap. 3.

Imago secunda.

Praecipua tantummodo festa, ut supra monui, hoc in pugillari describuntur; quare post diem circumcisiònis pictor Epiphaniam collocavit. Eam vero triformi seu tricorpori, ut vides, magorum signo repraesentandam curavit, quoniam prisca est patrum traditio, quam Leo magnus probat serm. 1. de Epiphania, et imaginum antiquarum auctoritas confirmat, tres fuisse magos, qui ad Christum infantem adorandum perrexerint, quidquid Lutherus blateret, et Casaubonus exerc. 2. in Baron. cap. 10. Eorumdem capitibus coronam insigne regum pictor imposuit, quod illos dynastas sive regulos nostri maiores crediderint. Illud ex hac, vel etiam antiquioribus, Casaubono demonstrare non licet, Persae ne an Arabes illi magi fuerint. Chrysostomo potius assentiri se Casaubonus dicit, qui sine ulla dubitatione Lucae verba interpretatur de magis Persarum; quam Iustino et Epiphanio, et nonnullis aliis, qui illos ex Arabia deducunt. At non vidit Casaubonus, etiam Chaldaeos a Chrysostomo Persarum nomine compellari in comm. ad psalmum IV. et in act. apost. cap. 7. Chaldaei vero magi cum ab aliis patribus, et a Maximo taurinensi, Chrysostomi aequali, serm. 1. de Epiphania, vocati sunt. Neque vero patres discrepare inter se dicat, qui noverit Persas ab illis nuncupari eos omnes populos, qui Persarum imperio parerent, vel tandem aliquando paruerint. Nam accolas Abrahae, cum Geraris habitaret, Persas appellat Chrysostomus locis citatis, qui multa post saecula in Persarum ditionem devenerunt. Procopius, Agathias, Evagrius, Iohannes epiphaneus, qui Persarum bella descripserunt, eos modo suo, modo Medorum nomine recensent. Theophylactus Simocatta eosdem etiam Babylonios, Parthos, et Assyrios nuncupat. Quid ergo mirum Casaubono videtur magos, qui vere Chaldaei fuerunt, hac ratione Persas, Chaldaeos, Arabes, vocitatos a patribus fuisse? Veterem ecclesiam anniversario cultu celebrasse diem adventus magorum, affirmat Baronius. At si prima ecclesiae nascentis tempora respiciamus, sollemnitatis huius nullum ait Casaubonus vestigium inveniri, atque Baronium pertinaciter urget, ut primum eius instituti festi tempus aperiat. Epiphaniorum antiquitatem norunt, qui patrum de ea sollemnitate sermones legerunt. Hic eos patres intelligo qui Constantini tempore floruerunt. Ante id temporis si quaeras alios, extat de Theophaniis oratio Gregorii thaumaturgi, qui secunda ecclesiae claruit aetate. De prima si urgeas, est Clemens romanus, vel quisquis ille fuit apostolorum discipulus, qui constitutiones apostolicas edidit. Earum pars in vaticana bibliotheca titulum praefert Hippolyti, Polycarpi aequalis, qui lib. 5. cap. 12. sic ait: τὰς ἡμέρας τῶν ἑορτῶν φυλάσσετε, ἀδελφοὶ, καὶ πρώτην γε τὴν γενέθλιον, ἥτις ὑμῖν ἐπιτελείσθω εἰκάδι πέμπτῃ τοῦ ἐνιαυτοῦ μηνός· μεθ' ἣν ἡ ἐπιφάνιος ὑμῖν ἔστω τιμιωτάτη, καθ' ἣν ὁ κύριος ἀνάδειξιν ἡμῖν τῆς οἰκείας θεότητος ἐποιήσατο· γινέσθω δὲ καὶ αὐτὴ ἕκτῃ τοῦ δεκάτου μηνός. *Dies festos observate, fratres; et primo quidem diem natalitium, qui celebretur vigesima quinta noni mensis. Post quam diem, summo sit apud vos in honore dies Epiphaniae, in qua Dominus suae nobis divinitatis ostensionem fecit. Haec porro agatur die septima mensis decimi.* Scriptor sane antiquissimus est, qui sic menses distribuit, cuius distributionis usum in proximorum saeculorum ecclesia prorsus obsolevisse videmus. Denique pictor magorum tantummodo adventum sexta ianuarii die proposuit; ex quo primo hoc pugillaris loco licet colligere, romanos ritus hoc contineri kalendario, non graecos, cum hac die Christi baptismum, magorum vero adorationem vigesima quinta decembris, Graeci celebrent. Verum Graeci Latinique festum, quod pro suo quisque ritu hac die agunt, uno eodemque vocabulo ἐπιφάνεια *Epiphania*, sive *Epiphaniam* vocant. Usum eius vocabuli in utraque ecclesia repraehendit Casaubonus, contenditque Christi dumtaxat natali eam vocem qua-

drare. Quoniam vero sancti patres modo natalitium Christi diem, modo duas illas eiusdem manifestationes Epiphaniorum vocabulo notarunt, testimonia quae ad primam illam nomenclaturam faciunt, studiose aggerat; quae posteriorem comprobare poterant, callide dissimulat. Quod si patribus Theophaniam et Epiphaniam hanc celebritatem vocare libuit, et nos ab iis ita sumus edocti, novus iste nomenclator haec nos vocabula dedocere se posse putat? Eam nominum traditionem retinere deberemus, etiam si rei nomen nihil omnino responderet; nunc vero quomodo respondeat, ipsi nos patres docent, Hieronymus, Chrysostomus, Isidorus, quos etiam Casaubonus vidit. Clemens, sive Hippolytus, in constitutionibus loco supra citato diem nativitatis Christi vocat γενέθλιον. Hanc vero de qua loquimur ἐπιφάνιον, atque rationem subdit καθ' ἣν ὁ κύριος ἡμῖν ἀνάθειξιν τῆς οἰκείας θεότητος ἐποιήσατο, *in qua suae nobis divinitatis ostensionem fecit.* Ergo patres duas festivitates uno vocabulo denotarunt, quod in utraque multipliciter Christi facta manifestatio sit. Graeci, quod hac die sollemnem baptismi diem agunt, eam ideo φῶτα nuncupaverunt; nam φωτίζεσθαι *illuminari* est, scilicet baptizari.

Imago tertia.

Licèt in hac imagine nulla insignis sit nota, qua discerni ab aliis queat, illam tamen S. Felicis nolani presbyteri esse nemo dubitare potest, qui noverit in vetustis kalendariis, in sacramentali S. Gregorii, in pervetusto lectionario romano cod. vat. 5729. ab Epiphaniorum sollemnitate statim occurrere sanctum Felicem in Pincis. Nam S. Hilarium pictaviensem, cuius festum in eundem hunc diem incidit, infulatum ut alios hic solet episcopos pictor dedisset. Accedit quod S. Hilarii episcopi festum apud maiores, neque ita ut Felicis natalis celebre fuit neque ita vetus. Indè ab aetate S. Paulini nolani praesulis tanta frequentia S. Felicis sollemnitas actitabatur, ut tota fere Italia Nolam confluueret, et *stipatam multis unam iuvat urbibus urbem. - Cernere, totque uno compulsa examina voto.* Populos autem Italiae eo properantes nominatim recenset Paulinus in natal. III. S. Felicis. Romae, ut Baronius refert, idem festum S. Damasus carminibus, sanctus vero Gregorius homiliis ad populum celebravit. Quamobrem S. Felicis memoria ita Romae percrebuit, ut peculiaris quidam romanorum martyrum hic visus sit: quare in martyrologio longobardico cod. vat. 5949. post nolani Felicis memoriam, ita legitur: *Romae natalis sancti Felicis in Pincis.* Et in kalendario beneventano num. 4928. *sancti Felicis presbyteri et martyris, et sancti Felicis in Pincis,* quasi duo hac die Felices colerentur: sed mendum est, nam Pincae locus est prope Nolam, ubi sancti Felicis presbyteri nolani ecclesia sita est. Bene habet vetus rom. martyrologium: *Nolae Felicis presbyteri in Pincis sepulti.* Et Ado viennensis: *sepultusque est iuxta urbem Nolam in loco qui dicitur Pincis.* In reliquis omnibus martyrologiis sancti Felicis festum notatum habetur die decima quarta ianuarii; in hoc autem pugillari decima tertia, qua dies Epiphaniorum octava peragitur. Vel lapsus incisoris est, vel ita illorum ferebat mos, quibus in usu hoc pugillare fuit.

Imago quarta.

Neque hunc sciremus quis esset, nisi pilus ille, sive flosculus, qui e camelaucio surgit, monachum proderet. Ita reliquos solet monachos huius incisor pugillaris notare; sic statim S. Antonium, et infra S. Benedictum monachorum patres. Verum hac eadem die, quae ianuarii quinta decima est, tres habent antiqua martyrologia eiusdem instituti viros sanctos, Paulum, qui primus eremi cultor appellatur; Macarium S. Antonii discipulum; et Maurum S. Benedicti alumnum, vita et miraculis illustres. Ex his, quinam potissimum hic descriptus sit, haud difficile est coniicere; cum de duobus illis Thebaidos et Aegypti solitudinum cultoribus, licet in romanis martyrologiis aliqua mentio sit, nulla tamen extet in kalendariis, utpote quorum festum in Italia minime celebraretur. Mauri vero memoria in fastis beneventanae, ac nonnullarum Italiae ecclesiarum reperitur: in kalendariis autem Gallorum passim habetur; quamquam Vesontii hac die S. Iohannem Calybitam venerantur, qui sub Theodosio floruit.

Imago quinta.

Et hunc esse monachum floccus in vertice, de quo modo dixi, palam ostendit. Dies decima septima ianuarii, ad quam imaguncula pertinet, S. Antonium esse omnino declarat. Accedit insigne in altera manu, quam flammulam esse coniicio: in tam obscura pingendi arte elucere, discernique ea vix potest. Si flamma est, S. Antonii insigne antiquius hoc esse vides, quam quidam existimant. De quo tamen nihil vetustius occurrit, quam quod S. Thomas aquinas in 4. dist. 49. exposuit.

Imago sexta.

Nulla notior imago est, quam S. Sebastiani martyris, cum is iaculis confossus pingitur. Aliam ex musivo eiusdem effigiem vidimus in titulo Eudociae militari. Ut haec habitu ornata, in illa utpote coloratis tessellis concinnata clarius apparet. Aetas martyris gravior atque provectior, secus quam a pictoribus hodie depingi solet. In vetere martyrologio romano de eo sic legitur: *Sebastiani in vestigiis apostolorum sepulti*, hoc est ad catacumbas; nam ibi tum Petri Paulique corpora condita erant.

Imago septima.

Vigesima secunda die ianuarii, in romano kalendario notatum habetur festum sanctorum Anastasii monachi, et Vincentii levitae. Heic illorum alter tantum proponitur; isque Vincentius esse credendus est, cuius in ecclesia latina praecipua semper extitit memoria, eiusque unius agebatur inter missarum sollemnia, ut videre est in duobus antiquissimis missalibus vat. mss. n. 3548, et n. 4772. *Quae hodie regio* (inquit Augustinus serm. 22. de diversis) *quaeve provincia, quousque christianorum nomen extenditur, non gaudet celebrare natalem Vincentii diaconi?*

Imago octava.

Ex apostolorum ordine hic est; nam quotquot hoc in pugillari apostolos pictor delineavit, iis petasum illum quem vides, capitibus imposuit. Hoc fortasse indicio investigare licebit, cuius nationis hoc pugillare sit, nam Graecos et Romanos nusquam petasatos apostolos, sed nudo capite pinxisse, iis qui antiquas imagines observarunt, notissimum est. Exertum e pallio brachium, volumen in dextra, sapientum est et doctorum insigne. Doctor autem gentium Paulus apostolus hoc denotatur signo, cuius hac die, quae est vigesima quinta ianuarii, conversio celebratur.

ALTERA TABELLAE I. FACIES CONTINET MENSEM FEBRUARIUM.

Imago prima.

Secunda die februarii purificatio beatae Mariae celebratur. Quod quidem festum biformi hac effigie pictor expressit, nam singulas beatae Mariae festivitates eodem signo infra notavit. Dexterior ille, sponsus est Iosephus sinisterior, sponsa Maria. Sollemnem processionem, quae eodem purificationis die agitur, candela denotat, quae admodum funalis adpicta est. In ea processione Gregorius magnus duas antiphonas e Graecorum modulationibus desumptas cani iussit, quae in eiusdem antiphonario nonnihil tamen depravatae leguntur. Earum altera, quae incipit *ave gratia plena*, quod Romae caneretur in limine templi S. Mariae maioris, ad quam ordine ducto clerus populusque pergebat, ideo ab aliis praetermissa est, et a missalibus omnino sublata; idque ordo romanus innuit. Secundum Romanos autem cum appropinquaverint atrio S. Mariae, faciendae sunt litaniae, quarum illud quod modo dixi erat exordium, *ave gratia plena*. Altera vero, cuius initium est, *adorna thalamum tuum Sion*, hodieque canitur, tantaque olim religione, et gestientis populi concentu in hac processione pronunciabatur, ut Beda sive Wandelbertus (qui anno 839. claruit) in ephemeride inde secundae diei februarii indicium petat. *Quartum nonarum templo illatus dicat agnus, - quo lustrante Deo in unum plebs credula templum - mente pia locat acceptum strenitque tribunal.* Nam *locat sternitque tribunal*, ad illud alludit: *adorna thalamum tuum Sion.*

Imago secunda.

Muliebris est hic habitus. Imago S. Agatham virginem, et martyrem refert, cuius festum celebrare est nonis februarii, quas et in martyrologiis et hic notatas vides.

Imago tertia.

Hic non effigiem, nam loci angustia prohibuit, sed insignia dentem scilicet molarem pictor apposuit, ut S. Apolloniam martyrem indicaret. Apposuit autem non primus huius pugillaris incisor, sed manus recentior, quae nec incidendi modum imitata videtur, nec incisurae cinnabarim vel minium vel rubricam adhibuit.

Imago quarta.

Sanctus Valentinus hic est presbyter et martyr, cuius in antiquissimis cum romanis tum gallicanis kalendariis hac decima quarta die februarii habetur memoria. Signum quod ad laevam imminet, neque discerni facile potest, neque videri an ad Valentinum pertineat.

Imago quinta.

Hic qui petasum in capite gerit, ut supra monui, apostolus omnino est: ex ea vero, quam dextra praefert clavem, Petrum apostolum principem agnoscimus, cuius hac vigesima secunda die cathedrae festum agitur. Clavis symbolum est caelestis auctoritatis, quam omnibus quidem apostolis impartitus est Christus, in Petro autem tamquam omnium facile principe, quia peculiari hoc nomine potestas ea resedit, hac de causa uni Petro clavem in dextera nostri maiores ponere consueverunt. Hoc pugillare docet multis ante nostram aetatem annorum centuriis id Petro insigne fuisse. Idem docent infinitae musivo et coloribus expressae veteres imagines. Tum in cod. vat. 699, et Ticini in antiquissimo opere vermiculato, Ravennae in ecclesia sancti Vitalis, Romae in templo sancti Theodori, in basilicae vaticanae signo aeneo, in numismate sancti Leonis magni quod Baronius in lucem protulit, ex quibus huiusce consuetudinis constans mille ac trecentorum annorum antiquitas colligitur. Haec ipsa cathedrae festivitas peculiarem illam Petri dignitatem ostendit; neque enim alterius cuiusquam apostolorum cathedram celebravit antiquitas, cum illorum sit proprium sibi locum eligere, quo potissimum domicilium sedemque figant, qui nationis gentis populique alicuius principes sunt, quod fuse probamus libro de ecclesiastica loci praerogativa secundo (1). Post editam Pauli IV. sanctionem, duas Petri cathedras celebramus; antiqui unam, hanc scilicet quam hoc in pugillari notatam videmus. Nam decima quarta ianuarii nulla Petri cathedra ponitur, neque in hoc kalendario, neque in ordine romano, neque in sacramentali vel antiphonario sancti Gregorii magni, neque in breviario beneventano, neque in antiquo codice vaticano 4772., ac (ut uno verbo dicam) in nullo penitus manu descripto kalendario (sunt autem eiusmodi quam plurimi in vaticana bibliotheca) immo neque in impressis ante illud Pauli IV. decretum, in quibus tamen omnibus haec habetur vigesima secunda februarii die consignata. Quae tamen cur in omnium antiquissimis missali et lectionario romano non extet, dicam infra cum de festo sancti Matthiae disseram. Legi vaticanum orationale tempore Constantini monomonachi, id est ante hos quingentos sexaginta annos calamo exaratum, in quo ex antiquis primo duas Petri distinctas vidi cathedras iis videlicet nominibus, quibus eas hodie celebramus; quod ut factum sit, satis non video; praesertim cum ex iis, quos numeravi manuscriptis libris, in quibus unica nominatur cathedra, duo palam diserteque et cubitalibus, ut aiunt, litteris romanam cathedram notatam habeant hac die februarii vigesima secunda, nempe sacramentale Gregorii magni hoc titulo: *VIII. kal. martii cathedra sancti Petri in Roma.* Et vaticanus codex 4772, in quibus oratio conceptis verbis sic habet. *Omnipotens sempiterne Deus qui ineffabili sacramento apostoli tui Petri principatum in romani nominis arce posuisti, praesta ut quod in orbe terrarum eius praedicatione inchoavit, christianae devotionis sequatur universitas.* Ex hac sancti Gregorii magni oratione et praefatione mutuati sunt, qui Petri cathedram romanam mense ianuario celebrare coeperunt, ut ex missali sub Constan-

(1) Adnotemus tertium hoc Alemanni nostri opus.

tuo monomacho descripto patet. Omnium antiquissimus, qui duas Petri cathedras distinxerit, et hanc vocarit antiochenam, illam vero, quae mense ianuario celebratur, romanam dixerit, Beda fuit, ex quo posteri omnes acceperunt. Sed heic haud magnum habere momentum videtur; primo quia in Bedae martyrologio multa a posteris (ut fit) addita sunt, ut Molanus et alii senserunt. Deinde quia sanctus Gregorius papa, Beda longe antiquior, unam Petri cathedram celebrat eamque romanam, et hac ipsa februarii 22. die. Ubi nemo depravatum eius officii titulum dicat, qui eiusdem officii preces legat. Praeterea quis audeat romanos pontifices tantae incuriae accusare, ut quam in Urbe fixerit Petrus cathedram adeo neglexerint, si una quam agnoscunt ac celebrant, ea antiochena sit? Denique huius antiochenae cedo priscam aliquam memoriam apud Antiochenos vel orientales: in occidente haec tantum agitur, ac Romae. Bene igitur est si Romani ita posthabuerunt domesticam, externam vero, quam ne exteri quidem colunt, ita excoluerunt? Haec a me dicta ea modestia sint, qua summorum pontificum decreta, et ecclesiae consuetudines venerari soleo ac debeo (1).

Imago sexta.

Festum, quod uno dumtaxat interiecto die cathedram sancti Petri consequitur, est sancti Matthiae apostoli, quem ad huius pictoris, vel suae gentis consuetudinem petasatum vides, ac praeterea σταυροφόρον, uti nullum ex apostolis alium hic observare licet. Pridie huiusce festi nullam cernis ieiunii indictionem, quod in eiusmodi pugillaribus kalendariis curiose in primis observandum est, cum nonnisi ad fastos, nefastos, et ieiuniorum dies notandos eorum usus esset. Neque vero eum antiquarii lapsum esse credas; nam nullo in kalendario, nullove in martyrologio, siquidem de antiquis agitur, Matthiae apostoli pervigilium reperias, non in sacramentali gregoriano, non in vetustissimis vaticanis codicibus, non denique in veteri romano martyrologio, nec apud Usuardum vel Adonem. Micrologus tantum cap. 47. Matthiae vigiliam nominat, et Beda indicat in martyrologio. Verum vigiliae nomine, duo apud christianos significari, nemo nescit, ieiunium scilicet et nocturnas excubationes. Has Beda et Micrologus innuunt; ad illud vero denotandum reliqui omnes nihil vigiliae voce opus esse existimarunt, quod ieiunium vulgo passim observaretur; nam si in antiquo kalendario decem illos dies esse sinamus, quos in gregoriana sustulimus emendatione, iam planum est quadragesimae ieiunium ante Matthiae apostoli pervigilium olim inchoatum fuisse: quare quod agebatur ieiunium quadragesimale publicum, privato eius festi nomine rursus iteratoque indicere, opus non erat. In vetustis kalendariis indictio ieiunii quadragesimalis ita notata habebatur: *VIII. idus februarii init. XL.* Hac quidem ratione in codice vaticano 3806. in codice vero 3101. hoc modo: *VII. idus februarii primus term. XL.* Beda autem in ephemeride: *a septimo idus februarii ubicumque secunda luna evenerit, in proxima dominica die post eam habes quadragesimam.* Primus porro hic quadragesimae ac sollemnium ieiuniorum terminus quindecim ferme totos dies pervigilium sancti Matthiae apostoli antecedit. Non hoc quidem sed illud aliquam movere admirationem potest, quod in missali et lectionali romano, neque pervigilii, neque festi sancti Matthiae apostoli ullum apparet vestigium. Hos vero duos praesertim nomino vaticanos codices, quod in iis non solum primae antiquitatis ritus ac religiones contineantur, sed etiam manus ipsa librarii octingentorum annorum aetatem exaequet. Verum mirum non sit; ubi enim sollemni quadragesimae ieiunio, eiusque celebritatibus officiisque olim operam maiores dabant, alii a festis temperabant, alii in aliud tempus transferebant, pro suae quisque ecclesiae consuetudine. Nam olim primus quadragesimae terminus VIII. idus februarii; ultimus vero idibus fuit. Ea de causa in vetustissimis missali et lectionali romanis, sancti Petri cathedra quae vigesima secunda die februarii celebratur, non extat; et sancti Gregorii magni sollemnitas, ut scribit Rodulphus de obser. can. cap. 16, in diem qua idem pontifex ordinatus fuerat reiiciebatur: quemadmodum ad aliam opportunitatem reiectum vides in kalendario ambrosiano hoc ipsum sancti Matthiae festum, et ca-

(1) De festo cathedrae romanae S. Petri extat editus Romae aetate nostra tractatus copiosus posthumus, italica lingua scriptus, Benedicti XIV. PP., quem utiliter sacri philologi legent. A. M.

thedrae sollemnitatem, et quotquot occurrunt ab idibus februarii usque ad idus aprilis. In missali autem vaticano ms. vetustissimo sancti Matthiae sollemnitatem translatam observavimus in II. nonas maii, ubi et sancti Iohannis evangelistae memoria extat, cum scilicet in ferventis olei dolium ille immissus est ante portam latinam.

PRIMA SECUNDAE TABELLAE PARS CONTINET MENSEM MARTIUM.

Imago prima.

Kalendis martii nullum in romano kalendario festum occurrit, in his tamen tabulis kalendae episcopi nomine celebrantur, nam infulatum caput, fastigium phrygium seu lorum, incurvus in dextra bacillus, quem pastoralem appellare solemus, episcopum indicant. Quis ille sit, haud difficile est coniectare, nam praeter martyrologia prisca, duo kalendaria vaticana n. 3101, et n. 4756, et antiquum breviarium monasticum, Albini episcopi et confessoris festum consignatum habent: orationale vero manu descriptum n. 4772. preces eodem festo die inter missarum sollemnia more maiorum recitari solitas continet Breviarium vercellense, trecense, vesontianum, aptense, Gallorum denique omnia, in kalendario etiam romano quod Genebrardus edidit, hic Albinus iisdem kalendis recensetur; sed perperam eius aetatem ad Caroli magni tempora refert Genebrardus, nam alius ille; hic est Albinus andegavensium antistes, ut Beda et alii in martyrologiis affirmant, cuius meminit Gregorius turonensis cap. 96. de glor. confess., et Fortunatus, ut idem affirmat, res gestas conscripsit. Plura de eodem vide apud Baronium.

Imago secunda.

Hic etiam est ex ordine praesulum, sed geminae crucis vexillum in dextra, ut in eodem antistitum gradu principem aliquem, hoc est certum romanum pontificem intelligamus, admonet: nam pontifices romani pastorali non innituntur baculo, ut alibi dixisse me, et eius rei causam attulisse memini. Porro Gregorii magni sanctissimi viri haec est effigies cuius festum duodecima hac die martii notatur, licet olim cum tempore quadragesimae sanctorum natalitia minime celebrarentur, translata haec fuerit Gregorii sollemnitas in ordinationis eiusdem anniversarium diem, ut supra ex Radulpho notavi.

Imago tertia.

Neque hac decima septima die martii festum Romani ullum agunt, ex quo loco et ex kalendis huiusce mensis elici posse praefatus sum, cuius gentis hoc sit kalendarium, et quibus maxime populis fuerit in usu iis scilicet, apud quos in veneratione sunt Albinus andegavensis, et haec quam nobis modo pictor proponit virginem. Ea vero Gertrudis est femina, ob vitae sanctimoniam summo in honore a Gallis, Germanis, Belgis, finitimisque gentibus habita. Eodem die consignatum Gertrudis virginis nomen habent vaticana kalendaria manu descripta n. 3101, et n. 3806, et Genebrardi kalendarium romanum, et Bedae sive Wandelberti ephemeris.

Bis octona tuo Patrici nomine pollet.
Hac quoque Gertrudae redduntur vota beatae.

Praeterea musculus ille, quem levorsum huic imagini adpictum vides, Gertrudem virginem prodit: nam quae gentes eius virginis beneficio segetes frugesque depascentes mures ex agris suis depelli saepenumero viderint, accepti beneficii monumentum easdem illas mustelas esse voluerunt. Vide Iohannem Molanum de hist. imag. imag. lib. 3. cap. 11.

Imago quarta.

Benedictus abbas hic est, die vigesima prima martii notatus. Hunc pictor, ut vides, dupliciter insignivit eminente flocco in vertice, ut reliquos solet monachorum patres, et aspergillo (1) in dextera. Ex eo autem quod ad benedicendum utimur instrumento, Benedi-

(1) Fallitur, ut suspicor, Alemannus; etenim ligneum potius σημαντήριον intelligendum videtur; prout aliae imagines docent, et quidem etiam in Cryptoferratae monasterio, sancti abbatis imago laeva tenet libri regulam, altera σημαντήριον ob horas officiorum regulae indicendas. De hoc ligneo instrumento confer constitutiones Studitarum a

ctum sacerdotali ordine initiatum alii fortasse colligent, quibus ad id graviora non suppetunt argumenta, levissima enim sunt quae ad hanc rem a viris doctis in medium afferuntur. Locus ille concilii romani, quem primi observavimus, tam illustris est, ut ei contra nihil dici possit. Bonifacius II. sancti Benedicti aequalis illud concilium Romae coegit: interfuerunt episcopi, presbyteri, diaconi. Horum omnium nomina initio statim cuiusque sessionis pro ecclesiasticorum ordinum gradu rite recensentur: Benedictus presbyteris connumeratur; nec simplici nudoque ut alii sacerdotes nomine describitur, sed instituti monastici indicio, ut monachus ipse a reliquis presbyteris minime illis quidem monachis distingueretur: *Benedictus servus Dei.* Hac nomenclatura monachos olim designatos, tam clarum est ut probare opus non sit. Ille locus modo sit satis: *Sixtus episcopus congregavit presbyteros urbis Romae, et clerum, nec non et monasteria servorum Dei* (in concilio Sixti III.) In aliis antiquis tabulis Benedictus dextera scuticam (1) gerit, quasi virgulam censoriam, cum ipse monasticae sit censor disciplinae, unde disciplina dicta a monachis fuit ipsa scutica.

Imago quinta.

Tribus hisce imaginibus unicam nobis incisor sollemnitatem repraesentat, qua incarnati verbi mysterium die vigesima quinta martii veneramur. Nam more suo Mariae virginis festa duobus illis, ut monui sponsi sponsaeque signis exhibet. Tertio loco Gabrielem archangelum collocavit, quem hominum ritu vides indutum, sed alis hinc inde ab humeris extantibus, ad quem Gabrielis habitum alludit Chrysostomus orat. 3. de incompr. Dei natura: ὁ Γαβριὴλ πετόμενος γράφεται, οὐκ ἐπειδὴ πτερὰ περὶ τὸν ἄγγελον, ἀλλ' ἵνα μάθῃς ὡς ἐκ τῶν ὑψηλοτέρων χωρίων πρὸς τὴν ἀνθρωπίνην ἀφῖκται φύσιν. *Gabriel volans depingitur, non quia alatus sit angelus, sed ut intelligas e supernis partibus ad homines eum descendisse.* Duae lineolae, quae ab extremis imaginibus in unam eamdemque notam utrimque incidunt, ad diem pertinere festum tres eas imagines denotat. Quoniam vero Christus dominus, Augustino teste lib. 4. de Trinit. cap. 5. sicut a maioribus traditum, suscipiens ecclesiae custodit auctoritas, octavo kalendas aprilis conceptus creditur, quo et passus; ideo in vetustis kalendariis hoc de quo agimus festum ita notatum habetur: *Annunciat. concept. et passio Domini*, cod. vat. 3806. et Beda sive Wandelbertus in ephemeride.

Angelus octava venturum nunciat agnum,
Agnus et ipse cruce mundi pro morte levatur.

Quamobrem in eodem kalendario vaticano postridie consignatur resurrectio domini nostri Iesu Christi, ubi illarum ordo festivitatum describitur, non tempus praefigitur celebritatis: numquam enim fixum maioribus pascha fuit, ut inde perperam quidam sunt arbitrati. Ad quam numeri rationem in veteribus kalendariis tertio nonas maias notatur ascensio Domini, idibus vero pentecoste.

ALTERA SECUNDAE TABELLAE FACIES CONTINET MENSEM APRILEM.

Imago prima.

In vetustis romanis kalendariis nullius ponitur sancti festus dies kalendis aprilis. Beda in ephemeride Quintianum habet, Wandelbertus in kalendario metrico Agapem et Chioniam virgines; sed nihil cum illis haec imago, quae antistitem repraesentat. Belgicum kalendarium a Iohanne Molano editum, et quod Gilbertus Genebrardus romanum (haud scio quam bene) nuncupat, kalendis aprilis proponunt sanctum Ugonem episcopum gratianopolitanum, quem Innocentius II. ante quingentos annos retulit inter sanctos. In martyrologiis recensetur hac die Venantius episcopus et martyr, cuius in baptisterio constantiniano memoria extat. Nisi malumus hunc esse Walericum abbatem, sancti Columbani discipulum, qui ante mille

nobis in quinto volumine editas. Eiusmodi ligneo σημαντηρίῳ, ex crepitantibus tabellis constante, adhuc utuntur etiam apud nos Fratrum monasteria aliquot, nominatim Capuccinorum, A. M.

(1) Fortasse idem est σημαντήριον perperam intellectum. Ceteroqui obstare videtur, quod quibusdam in nummis memini me videre S. Ambrosium episcopum mediolanensem scuticam gerere. A. M.

annos floruit, eiusque nomen in antiquo kalendario manu exarato legitur, cod. vat. 4757. Vestis haec vero, et infulae, et baculus abbatem non dedecent. Id tamen non probo; illud enim pallium, quod ab humero dependet, ampliorem quam abbatis dignitatem ostendit.

Imago secunda.

Hic habitus quemadmodum supra semel atque iterum vidimus monachum, seu religiosi instituti quempiam prae se fert. Sed hac die kalendaria quidem neminem eius vitae virum proferunt; martyrologia vero Zosimum habent anachoretam, qui funus sanctae Mariae aegyptiacae curavit. Si hoc pugillare belgicum est, Zosimum ab iis coli non est incredibile, cum et Mariae aegyptiacae paenitentis festum celebre apud illos sit secunda huiusce mensis die.

Imago tertia.

Quem hac imagine intelligere potissimum debeamus, mihi quidem compertum non est. In martyrologiis permulti hac undecima die aprilis sancti recitantur, quibus hic locus convenire posse videatur; Antipas, cuius in apocalypsi meminit sanctus Iohannes, Eustorgius presbyter; Isaac monachus de quo sanctus Gregorius in dialogis; et Barsanuphius anachoreta. Sed in kalendariis unum invenio Zenonem martyrem, cod. vat. 3806, cui haec aptari effigies queat.

Imago quarta.

Tria illa superiora signa, quanto visa sint obscuriora, tanto clarius hoc est, omnibusque notius: nam equestris imago et vigesima tertia dies aprilis sanctum Georgium martyrem in memoriam revocant.

Imago quinta.

Una eademque hac die, quae est vigesima quinta aprilis, tria proponuntur signa, imago habitu apostolico, crucis vexillum, et pisciculus. Triplici huic symbolo lucem affert titulus eidem diei in belgico kalendario appositus Marci evangelistae, abstinentia a carnibus, et usque ad prandium ieiunium propter litaniam. Scilicet imago, Marcum evangelistam et apostolum; piscis, abstinentiam; crux litaniam significat: crux enim stationalis in processionibus praeferebatur. In hanc diem convenit litania, quae a veteribus maior est appellata; a Beda in ephemeride, et a Micrologo cap. 57. romana dicitur, et in martyrologio ex statione romana ab eodem indigitatur litania maior ad sanctum Petrum. Quare Romanorum propriam hanc fuisse litaniam non dubito, quam deinde reliquus in occidente christianus populus frequentarit. Maiorem dictam fuisse nonnulli existimarunt, quod a magno Gregorio sit instituta; id vero si ita est, a posteris inditum illud esse vocabulum dicant necesse est, ne modestiam sanctissimi viri laedere videantur, quandoquidem Gregorius ipse maiorem hanc litaniam non solum in sacramentali, sed etiam registri libro 2. nominavit. Non bene alii septiformem sive septenam ab hac maiore litania distinguunt, quos ille, quem in antiquo missali legimus versiculus arguit: *septenis maior mundo litania claret.* Maior enim ideo vocatur, quia septena est. Siquidem maior, hoc est uberior pleniorque, ille precandi ritus est, apud christianos, qui septemgeminus est. A patribus illi statuti sunt gradus orationum simplex, trinus, quintus, septenus, omnes impares, hic omnium maximus. Quare maior ea litania iure vocatur, quae septena est, id est, quae vel septem orandi modulos complectitur, vel septies in principio eam vocem *kyrie eleison* ingeminat, vel septena ex quocumque caelitum ordine sanctorum nomina invocat; quemadmodum quinque vel tria tantum, quinta vel terna litania sanctorum nomina continebat, ut antiquus ritualis liber vaticanus . . . praescribit. Addidit Gregorius magnus ad has omnes septenarii rationes suam, illas peculiares scilicet stationum septem, totidemque ordinum personarum quae in maioribus litaniis convenienti distributione procedere iubebantur, cleri, monachorum, monialium, puerorum ac puellarum, laicorum, viduarum, coniugatarum mulierum. Quorum ordinum tres primi ecclesiastici, ultimi tres mere saeculares, medius vero inter utrosque consistebat, isque puerorum ac puellarum erat monasteriis et ecclesiis ad peculiarem quandam educationem oblatorum. Nam reliquos extra hunc ordinem pueros puellasque familiarum processisse, dubium

non est. Altera litania, quam non graeco sed latino vocabulo, quod idem valet, rogationes antiquitas appellavit, acque romanae atque occidentalibus ecclesiis omnibus communes fuere: quare scriptores neque romanas eas dixerunt, neque ex romanis stationibus discernendas censuerunt; licet hae quoque certis in stationibus Romae peragerentur, minores has litanias dixere: quamobrem in sacramentali sancti Gregorii cum maiores appellatas vides, vel librariorum lapsum esse credas, vel potiorem titulum adscriptum fuisse ei officio, quod maioribus minoribusque litaniis esset commune. De processione quam crux in hac tabella denotat, haec satis. Pisculus ille, ut ex kalendario belgico notavi, abstinentiam indicat, quam transalpinae fere omnes ecclesiae summa religione observant. Ecclesiae Italiae, Africae, Orientis, cum laetitia, ut Augustinus loquitur tract. 17. in Iohanem, quinquagesimam post pascha, hoc est quinquaginta perpetuos ante pentecostem dies, celebrarunt; idemque Ambrosius et alii patres affirmant. Apud Gallos et Hispanos, aliasque trans alpes et pyrenaeos christianas gentes haec minus valuit consuetudo, ut de Gallis quidem hoc pugillare confirmat, de Hispanis sanctus Isidorus lib. 1. de eccl. off. cap. 42. Post pascha usque ad pentecostem, licet traditio ecclesiarum abstinentiae rigorem prandiis relaxaverit, tamen si qui monachorum vel clericorum ieiunare cupiunt, non sunt prohibendi.

Imago sexta.

Implet ordinem festorum aprilis sanctus Quirinus tribunus romanus, sanctae Balbinae illustrissimae virginis parens, qui licet in romano quo nunc utimur martyrologio descriptus non sit hac die, in antiquo tamen habetur, hic pridie kalendas aprilis quando martyrium Christo dedisse in utroque romano martyrologio narratur. Huius etiam cum illustri elogio Beda meminit. In kalendario autem belgico hac die eius festum indicitur, idemque Coloniae atque Moguntiae observari scribit Cornelius Scultingius. Notatum etiam est Quirini nomen in kalendario vaticano n. 3806, et in ephemeride quae Bedae et Wandelberto adscribitur, licet utrubique perperam episcopus appelletur. Quid vero rei est, quod martyris romani tam celebris memoriam dumtaxat romana proponunt martyrologia, passionis eius dico, exteri vero etiam festum, dieque martyrii plane alieno indicant? Quia (ut est in Usuardi appendice) huius Deo dilecti et pretiosi martyris passio, licet tertio kalendas aprilis facta sit, hic tamen festive recolitur quando sacrae reliquiae corporis eius ab urbe Roma ad civitatem Nusciensem supra Rhenum translatae sunt. Hinc videmus quorum populorum hoc pugillare fastos contineat. Hac eadem die Eutropium martyrem Trecenses venerantur.

PRIMA TERTIAE TABELLAE PARS CONTINET MENSEM MAIUM.

Imago prima.

Monet petasus ille apostolos esse quos videmus. Ipsis autem kalendis maii, Philippus et Iacobus in ecclesiasticis fastis occurrunt. Licet vero Micrologus cap. 55. in sacramentariis et martyrologiis invenisse se dicat sollemnitatem non solum Philippi et Iacobi, sed etiam omnium simul apostolorum, id tamen sic accipiendum videtur, ut inter horum sollemnitatem aliqua ceterorum usurparetur apostolorum commemoratio, idque Romae praesertim ubi Philippi et Iacobi corpora in celeberrima duodecim apostolorum ecclesia, magna populorum frequentia coluntur. Nam alioqui in ecclesia romana numquam duodecim simul apostolorum festum actitatum fuisse constat. Accedit vero quod in vaticanis manu descriptis sacramentariis, martyrologiis, et kalendariis nusquam ille titulus apparet, quamquam et membranae vetustissimae sint, longeque Micrologi aetatem superent, qui ante hos quingentos annos vixit; et Iohannes abbas, ut eius aequalis Donizo memorat, est appellatus. Pridie harum kalendarum nulla hic indicitur vigilia; sed in Bedae martyrologio, in aliquot vaticanis n. 3101 et n. 4772, in vetusto romano, ac denique in sacramentali sancti Gregorii. Verum hae post paschalem sollemnitatem vigiliae, ieiuniorum omnino fuerunt immunes. Hoc tempore paschali, inquit Micrologus loco citato, nullius festi vigiliam ieiunare vel observare iubemur. Dicere Micrologus voluit, ieiunio observare iubemur, nam observabantur olim vigiliae hoc

etiam tempore, cum pervigiles in ecclesiis fideles pernoctabant. In hanc sententiam rescribit Innocentius lib. 3. decret. tit. 46. cap. 2.

Imago secunda.

Inventae ab Helena augusta crucis sollemnitatem vexillo eiusdem crucis pictor indicat. In vetustissimo lectionario romano ea desideratur, quemadmodum et in graecis menologiis: mense autem septembri tam a Graecis quam Latinis haec festivitas agitur, et in eodem illo lectionario romano habetur sub nomine ac titulo *exaltationis sanctae crucis;* siquidem inventa crux ab Helena et Macario episcopo hierosolymitano, ut ibi in synaxario narratur, statim ab eodem flagitante populo ostensa est, et in ambone exaltata, unde et occasio nominis. Nam longe ante Heraclii imperatoris tempora illud fuisse festo nomen, ostendunt antiquiorum patrum monumenta, ac testimonia quorum Baronius meminit, et qui de cruce scripserunt auctores.

Imago tertia.

Pridie nonas maias non solum in romanis kalendariis sed etiam in belgico extat festum sancti Iohannis evangelistae ante portam latinam, quod in Germania et adiacentibus provinciis celebrari Cornelius Scultingius affirmat. In tam angusta tabella vix locus imagini relinquebatur, qua clarius haec exprimi festivitas posset.

Imago quarta.

Hic haereo; quem enim potissimum haec imagine pictor exprimat, edicere non ausim. Nam ex iis, quos ad septimum idus maii celebramus, Gregorius nazianzenus paucis ante annis in latinis kalendariis receptus est. Gerontius episcopus ficodensis, an huc pertineat, videant alii. Illud mihi verosimile visum aliquando est, cum hoc pugillare nationum transalpinarum permultis probetur argumentis, hoc signo notari vel Macarium patriarcham antiochenum, quem Belgae in suis ecclesiasticis fastis conscriptum habent, et religiosissime colunt, ut Molanus refert in indiculo sanctorum Belgii, quem obiisse anno millesimo duodecimo affirmat: vel Nicolaum Myrae antistitem, cuius translatio hoc die signatur in breviario anicensi, trecensi, et vesontiano; et ex kalendario gallicano notat hoc festum inter praecipua Avianus. Pallium quod post humeros pendere videmus, utique convenit. Porro Nicolai translationem factam fuisse anno Domini millesimo octogesimo septimo auctor est Sigebertus in chronico.

Imago quinta.

Sexta decima die mensis maii in martyrologiis multi censentur episcopi, ex iis nullus martyr, praeter unum Peregrinum Antisiodori primum antistitem. Quare huic non pastoralem baculum sed insignia martyrii pictor in manibus dedit. Nec mera haec est de Peregrino coniectura; nam kalendaria descriptum eius hac die nomen habent, scilicet vaticana duo n. 4756, et 4757, et quod Genebrardus romanum appellat, verius gallicanum appellasset.

Imago sexta.

Cum semel deprachenderimus kalendarium hoc transalpinis ecclesiis in usu fuisse, inde petenda sanctorum notitia videtur, et ex earum tabulis atque monumentis hoc in pugillari descriptorum nomina depromenda. Num fortasse hic est Baudelius martyr, qui Nemausi in Galliis, mortem oppetiit; ibidemque, ut Gregorius turonensis de glor. mart. cap. 78. scribit, religiose colitur? Recenset hunc in suo kalendario metrico Wandalbertus. An vero Austasius est in kalendariis vaticanis num. 3101, et 4363. conscriptus; qui, ut ex flocculo in vertice coniectari licet, monastici vir instituti fuit? Idque confirmat breviarium beneventanum, in quo ita legimus: *sancti Eustasii martyris, et servi Dei.* In re tam incerta nihil pronuntio.

Imago septima.

Hic autem quis est? Num Beda venerabilis? cuius certe nomen non solum in martyrologio romano hac die notatur, sed etiam in kalendario vaticano num. 3101? An vero Ranulphus martyr, qui in pago Atrebatensi honoratur? At eius memoria licet hac vigesima septima die maii in romano martyrologio referatur, quinto tamen idus novembris agitur, ut habet kalendarium belgicum, et breviarium atrebatense, auctore Iohanne Molano.

Imago octava.

Quis etiam hic sit, qui aspergillum gestat, neque ex martyrologiis, neque ex kalendariis, quae dum haec scribo mihi suppetunt, colligere licet.

ALTERA TERTIAE TABELLAE FACIES CONTINET MENSEM IUNIUM.

Imago prima.

Licet kalendis iunii aliorum festa concurrant, quibus haec posset icon aptari, ea tamen sanctus Caprasius Lirinensis abbas exprimi mihi videtur, qui tamquam monasticae vitae censor in manu virgulam censoriam, seu scuticam gerit, in capite floccum. In kalendariis tamen hi notati habentur: Nicomedes presbyter ac martyr, quem licet Romae celebrari olim hac die consuevisse, credere quis posset, quod eius sive basilica, ut habet Usuardus, sive altare dedicatum sit, ut ex veteri romano martyrologio constat; nam illius natalitius decimo septimo kalendas octobris agitur; tamen in Galliis colitur idem martyr hac ipsa die a Trecensibus, Vesontinis, Aptensibus, Vercellensibus, ut eorum breviaria testantur. Ab aliis sanctus Verianus, ut ex cod. vat. 4772. liquet. Ab aliis sanctus Pamphilus cod. 3806. Is fuit Eusebii caesariensis praeceptor, quem in nonnullis kalendariis conscriptum reperi, et de eo Wandelbertus in suo metrico: *iunii origo tuum sustollit in astra nitorem, - Pamphile martyrio doctor venerande beato.* Et in martyrologio Usuardi plures sunt qui apposite hic nominari possent, Iovinus abbas, Simeon trevirensis, Gislenus, Medulphus, alii. Sed cuius ecclesiae hoc sit pugillare citius inquiramus. Hoc ubi nacti fuerimus, haesitare desinemus.

Imago secunda.

Nullum fere est ex gallicanis ac transalpinus kalendariis, quae ego vidi, vidi autem complura, in quo sexto idus iunii notata non sit memoria sancti Medardi; sed ille apud Noviomenses episcopum gessit, haec autem imago nullius gradus antistitem refert. Quem hic ex martyrologiis vel ex kalendariis reponam, satis non video.

Imago tertia.

Merito Barnabam cum petaso hic pictor delineavit, cum in omnibus fastorum tabulis apostoli nomen sortiatur; in sacramentali gregoriano, et in antiquo orationali vaticano n. 3548. et lectionali romano num. 5729. nullam eius nominis memoriam vel festi celebritatem notari miratus sum. Securi percussum mortem oppetivisse Barnabam, haec probat imago. Aliter alii scripserunt.

Imago quarta.

Decimo tertio kalendas iulias in fastis ecclesiasticis extant nomina duorum fratrum Gervasii et Protasii, quos hic vides.

Imago quinta.

Ut Iohannem pictor exprimeret, qui inter mulierum natos est maior, clarissimis ornavit insignibus, caput quidem petaso, qui apostolicae est dignitatis ornamentum; dextram gemina cruce, quod a vetustioribus etiam imaginum auctoribus factum observavimus, et Iohannes quartus ad baptisterium constantinianum in musivo opere ex prisca maiorum consuetudine illud insigne retinuit. Certe Iohannis baptistae imagines graecae vetustissimae efformatae ita sunt, quamquam in graecis iconibus volumen ut plurimum gestat Iohannes baptista in quo nomen inscriptum est, quod sibi ipse imposuit: *ego vox clamantis in deserto.* Pisciculus, pridie huius diei ieiunium indicat.

Imago sexta.

Quis iste sit, quaeramus oportet; ego quidem in quamplurimis kalendariis transalpinis, quae mihi in manibus sunt, nullum huius festi vestigium invenio. Ante Petri apostoli celebritatem, de qua proxime dicendum est, sancti Leonis festivitas hic non extat, licet in Gallorum, Belgarum, et Germanorum kalendariis habeatur. Id quidem mirum non est, cum hoc in pugillari praecipui quidem festi dies atque unius dioecesis, vel etiam ecclesiae descripti sint. Sed illud animadversione dignum: Leonis primi, quem magnum iure appellamus,

festum olim agi consuevisse pridie celebritatis principis apostolorum, non autem Leonis secundi, ut in romano nunc breviario praescribitur, et in aliis quae ad romani consuetudinem ante aliquot annos conformata sunt. Nam illud, quod supra etiam monui, plane extra controversiam est, sanctorum sollemnitates magis illustrium, quae intra sollemnium quadragesimae ieiuniorum tempus, vel dies paschales incidunt, in aliam reiici opportunitatem a maioribus consuevisse; idque contigisse supra diximus festis sancti Matthiae, cathedrae sancti Petri, sancti Gregorii magni, et sancti Benedicti. Hoc ipsum et festo sancti Leonis magni accidit propter paschalium dierum sollemnitatem, in quos saepissime convenit, ob idque translatum illud est in pridie festi principis apostolorum, quod ex antiquissimis ritualibus libris patet. Nam sancti Leonis papae nomen die aprilis undecima neque in veteri martyrologio romano, neque apud Adonem, neque in antiquo orationali vaticano n. 4772, neque in missali vetustissimo num. 4770, neque in sacramentali gregoriano usquam apparet. Immo non Mantuani, non Vercellenses, non Aptenses, non Trecenses, non Anicienses, non denique christianae gentes quotquot trans montes sunt, ea aprilis die Leonis memoriam agunt, ut ex illorum priscis breviariis liquet: agunt autem omnes die vigesima octava iunii, et omnes illi rituales libri, quos modo percensui, eadem die notatum habent Leonis nomen. Hic vero, quis pertinaciter contendat illud nomen non primi Leonis esse, sed secundi? nam praeter quam quod nos id credere, magnum et ex omni antiquitate venerabile primi Leonis nomen non permittit; non potuit sane Gregorius magnus in suo sacramentali secundi Leonis meminisse, qui centum annis aetatem illius vetustate superat; neque in vetustissimo illo missali vaticano eius festum potuit consignari; quod eiusdem Leonis aetatem exaequat, nisi etiam superat. Auctor appendicis ad martyrologium Adonis male cautus, qui haec non vidit, utriusque Leonis historiam confudit, et ex duobus unum conflavit. Haec hactenus.

Imago septima.

Petasus apostolum, clavis Petrum hunc esse indicat; de utroque insigni supra diximus. Cur autem solus Petrus pingitur, ubi cum Petro Pauli quoque festum celebratur? Servavit pictor veterem consuetudinem, et priscorum kalendariorum titulos, in quibus vigilia quidem utriusque apostoli nomine, coniunctim notatur, dies vero festi seorsum hac ratione: *IV. kal. iulii vigilia apostolorum Petri et Pauli.* Hos titulos legimus in lectionali romano n. 5729, in missali antiquissimo n. 4770, in orationali n. 4772, et in sacramentali sancti Gregorii, quamquam sacramentalis et antiphonarii tituli committendi sunt, et ex his illi nonnihil emendandi. Sed quemadmodum III. kalendas iulias Petri festum agitur, interiecta Pauli memoria, ita II. kal. iulias Pauli sollemnitas celebratur, Petri nomine cumulata. Sic duos apostolorum primates, licet auctoritate dispares, honoribus tamen, et cultu aequales fecit antiquitas; et a principio quidem diem apostolorum Petri et Pauli bis festum (ut Prudentius loquitur) colebat semel in vaticano; iterum via Ostiensi, ubi Pauli templum est: *transtiberina prius solvit sacra pervigil sacerdos, mox hic recurrit duplicatque vota.* Id fortasse una eademque die perincommodum fuit; quare posteriores pontifices, ita ut modo dixi, festa diviserunt. Graeci veterem morem retinent, una eademque die Petrum et Paulum communibus celebrant honoribus; consequenti vero, quae est pridie kalendas iulias, omnium simul apostolorum festum peragunt. Cur vero huius pugillaris auctor II. kalendas iulias Pauli festum, quam hodie Pauli commemorationem vocamus, hic non apposuerit ea est ratio, quod nefasti tantummodo hic dies notantur, ille vero Pauli commemorationis fastus olim fuit, ut hodieque.

Tabella quae continebat menses iulium et augustum intercidit.

QUARTAE TABELLAE PRIMA FACIES CONTINET MENSEM SEPTEMBREM.

Imago prima.

In vetustissimo missali vaticano ante octingentos fere annos in membranis descripto kalendis septembris extat festivitas duodecim fratrum, quorum numerosam manum in angusto codicillo duplici tantum imagine indicare satis esse pictor existimavit. Extat eadem festi-

vitas et in aliis vaticanis kalendariis, sed vereor ut hoc festum transalpinis celebre sit. Ex eorum igitur kalendariis hos licet proferre, Priscum episcopum et martyrem, et Lupum episcopum et confessorem, quos una kalendis septembribus colunt Aniciences atque Trecenses. Verum Aptensas celebrant Aegidium et Lupum, Vercellenses autem Priscum et Aegidium, denique Remenses hac die venerantur Sixtum et Synnicium episcopos. Posuimus hosce ex vaticano codice n. 3806; illos vero ex earumdem gentium breviariis collegimus, donec illud tandem emergat, quo hae coniecturae vel comprobentur vel corrigantur.

Imago secunda.

Consueta pictor imagine qua Dei genitricis Mariae festa signare solet, eius hic natalitium diem, qui in sextum idus septembris cadit, consignavit.

Imago tertia.

Exaltationem sanctae crucis hic pictor denotat. Hoc festum longe ante celebrari coeptum fuisse quam ab Heraclio crucis lignum recuperaretur, supra dixi ad quintum nonas maias.

Imago quarta.

Pridie festi sancti Matthaei ieiunium indicitur, ipse autem consueto apostolorum habitu pingitur; manu vero num calamum, an lanceae cuspidem praeferat, satis dispicere non est: haec martyrii, ille officii fuerit insigne.

Imago quinta.

Hic est Lupus archiepiscopus lugdunensis. Ecclesiarum transalpinarum tabulae omnes, quae mihi suppetunt, illum eadem die notatum habent. Ex hoc vero loco facile probatur cuius ecclesiae hoc fuerit pugillare, si apud quem populum tam sollemni ritu, hoc est ieiunio, quod hic pisciculus indicat, eius memoriam honorari constiterit.

Imago sexta.

Dedicatio ecclesiae sancti Michaëlis apud Sipontinos. De habitu Archangeli, ex Chrysostomo quaedam notavi ad octavum kalendas aprilis.

SECUNDA QUARTAE TABELLAE FACIES CONTINET MENSEM OCTOBREM.

Imago prima.

Hic est episcopus, ut infula praesefert; cur autem non pastoralem baculum, ut reliquis praesulibus solet, sed geminatam crucem pictor in manum dederit, quam uni Gregorio magno et Iohanni baptistae in hoc pugillari concessit, ea causa est, quia franco artifici Francorum apostolorum Remigium ita decorare libuit. Wandelbertus:

Francos qui primus docuit, domuitque feroces
Remigius proprio octobrem praesignat honore.

In concilio moguntino, Caroli magni tempore celebrato, inter festa ecclesiae sollemniora hoc sancti Remigii recensetur.

Imago secunda.

Sanctae Fidei virginis et martyris sollemnitatem, quam nullo non in breviario gallicanarum ecclesiarum leges, licet hieroglyphico plane signo pictor notavit; nam dextra qua ex more fidem damus, Fidem virginem expressam intelligi voluit. Eius exemplo beatus Caprasius ad martyrium animatus, agonem suum feliciter consummavit, ut est in romano martyrologio.

Imago secunda.

Primum Gallorum apostolum Dionysium areopagitam, quem hic vides, omnes gallicanarum ecclesiarum tabulae descriptum habent hac die nona octobris. Ille vero tertia die notatus in veteri romano martyrologio, ab hoc diversus nostro est. Graeci ea die Dionysium celebrant. Ex Graecorum menologiis in vetus romanum martyrologium, ea festivitas manavit, quam in sua Beda, Usuardus, et alii derivarunt. Ex iis, quos videndi mihi copia fuit, Aptenses in Gallia narbonensi Dionysium celebrant quinto nonas et septimo idus octobris, eumdemque arcopagitam Dionysium appellant et agnoscunt.

Imago quarta.

Callistum etiam romanum pontificem, quem hoc signum repraesentat, in omnibus Gallorum fastis notatum legimus.

Imago quinta.

Lucas apostolus et evangelista.

Imago sexta.

Pictor hoc signo coloniense coemeterium ob oculos proponit, in quo Ursulae eiusque sodalium virginum corpora condita sunt; quarum celebritas a Coloniensibus finitimisque populis primo agi coepit, in alias deinde provincias pervasit. In Italia longissimo post tempore usurpata fuit, quod non solum romana kalendaria, sed etiam beneventana, et mantuana testantur. Romanis fastis quando hoc festum inscribi primum coeperit, dicere q uidem expedite non possum, sed in breviariis Pauli II. tempore exaratis nulla eius festi mentio habetur. Nam de sacramentali gregoriano nihil attinet dicere, neque de antiquioribus vaticanis kalendariis n. 3548. 3806. 4756. 4770. 4772, in quibus nullum sollemnitatis eiusdem vestigium apparet. In romano veteri martyrologio a P. Rosweido vulgato non extat. In eo autem, quo nunc utimur, et romanum appellamus, extat quidem, sed illud ex Bedae et Usuardi, hoc est hominum transalpinorum martyrologiis, conflatum est. Ergo Ursula numerosissimam virginum classem Romam appulit, Roma vero Coloniam solvit, una cum romano pontifice (1), et nulla eius rei memoria in romanis tabulis.

Imago septima.

Vigilia et festum sanctorum Simonis et Iudae apostolorum, quorum alter cultrum manu gestat, ut hodieque pingi solet.

Imago octava.

Quinctinus martyr quem hic videmus, romanus civis fuit, et vir ordinis senatorii, sed in Galliis apud Augustam Veromanduorum Christo martyrium fecit, et ut Gregorius turonensis ait de glor. martyr. cap. 72. et 73. insignibus miraculis claruit, quibus omnium transalpinarum ecclesiarum pietatem in se excitavit, ut illarum sacrae tabulae confirmant. A Belgis et Gallis diaconum depingi Quinctinum, auctor est Iohannes Molanus lib. III. de hist. imag. Hic eum clavis tantum confixum videmus; habitus communis est.

PRIMA QUINTAE TABELLAE FACIES CONTINET MENSEM NOVEMBREM.

Imago prima.

Quod tituli veterum kalendariorum vocibus sonant, id lineamentis nititur hic pictor repraesentare. Hoc eum fecisse tertio kalendas iulias supra demonstravi. Idem curavit hic etiam, ubi Pantheon Cybelae deorumque omnium delubrum sacris ritibus a sancto Bonifacio romano pontifice consecratum, Deique genitricis titulo et omnium sanctorum Christo domino dedicatum, utcumque delineavit. Nam omnium sanctorum festum quod kalendis novembris celebramus, ita in vetusto kalendario vaticano n. 3806. notatum habetur: *kal. nov. ex Pantheo dedicatum est templum in honorem omnium sanctorum.* Et alibi: *kal. nov. Romae dedicatio basilicae omnium sanctorum;* huiusque diem dedicationis recoli iisdem kalendis in sanctorum omnium memoriam, Beda, Usuardus, et Ado pluribus testantur: et olim quidem Romae tantum id festum actitatum fuisse narrant; in Gallias vero pervasisse Gregorio IV. pontifice; deinde in universum romani ritus orbem christianum. Nam Graecis omnium sanctorum celebritas antiquissima quidem est, et Gregorio atque Bonifacio pontificibus longe vetustior, ut Chrysostomi et aliorum patrum de eodem festo sermones declarant; at non fixa sed mobilis apud illos habetur ea sollemnitas: octava scilicet dominica in tertium idus maii tum incurrit cum Pantheon a Bonifacio IV. pontifice dedicatum fuit (2), quam dedicationem

(1) Nempe cum imaginario pontifice rom. Cyriaco, de quo nos in Spicilegio rom. T. VI, ubi edidimus Bernardi Guidonis vitas Pontificum. Confer ibi praefationem nostram p. IX. A. M.

(2) Legatur Petri Lazeri S. I. pereruditus libellus, cui titulus: *an et quo ritu Bonifacius IV. Pantheon consecraverit.* A. M.

ad hanc usque diem sollemni maiorum ritu, eiusdemque basilicae canonici Romae tertio idus maii recolimus (1), et in aliis provinciis omnes passim ecclesiae celebrant, ut ex earum breviariis liquet, et ex vetustissimo missali vaticano n. 4770, orationali n. 4772, in quibus non communibus dedicationis aliarum ecclesiarum precibus sed peculiaribus hisce agitur: III. *idus maii dedicatio basilicae Salvatoris, et sanctae Mariae ad martyres. Concede quaesumus omnipotens Deus ad eorum nos gaudia aeterna pertingere, de quorum nos virtute tribuis annua sollemnitate gaudere.* Haec porro festivitas, licet in hanc translata diem, alioque titulo insignita, hoc est omnium sanctorum, tamen Panthei dedicati nomen, cuius occasione longe celebrior facta est, semper retinuit in kalendariorum titulis, quod ex hoc pugillari comprobatur. At pictor cuiuslibet potius ecclesiae formam, quam Panthei structuram figuramque aedificii delineavit, turresque campanarias apposuit, ipsasque appinxit campanas ad aliarum ecclesiarum usum atque consuetudinem: nam longe post editum hoc pugillare Pantheo impositae sunt nolae et nolarium, ut est in hoc eiusdem basilicae lapide.

IN N. DNI. AM. ANNO NATIVITATIS EIVSDEM M°CC°LXX°
INDICTIONE °XIII° MENSE IVNII. DIE SECDA APOSTOLICA SEDE VACANTE.
TPR. DNI PANDVLPHI DE SEBVRA ARCHIPBRI ECCLESIAE SCE MARIAE ROTVNDE
ET PBRI PETRI. PBRI DEODATI. PETRI BARSELLONE ROMANI
PETRI CORRADI. PAVLIIOKIS*. PETRI. ET TEBALDI DE ALPINIS EIVSDEM ECCLIE CLICIS
FACTE FVERVNT NOLE ET NOLARIVM.

* ita cod.

Imago secunda, tertia, quarta.

Tres consequentes festivitates notis hieroglyphicis pictor subindicat, nam aliter eas exprimere tabellae angustiae prohibuerunt. Primo loco omnium fidelium defunctorum commemorationem calva notavit. Tertio loco compedibus festum sancti Leonardi quem vincti patronum invocare solent. Nam signum quod secundo loco posuit, discernere aut nominare ego quidem nescio, nedum explicare quid maxime denotet.

Imago quinta.

Notior est quam ut referri a nobis debeat, historia sancti Martini episcopi turonensis, quem Ambianis ita depingi a civibus consuevisse, auctor est Molanus lib. III. hist. imag. cap. 47, quod Martinus nempe apud illos, cum adhuc in castris versaretur pauperem dimidiata chlamyde contexerit. Alibi similes imagines passim haberi idem affirmat.

Imago sexta.

Notior item est quam ut referri hic debeat sancti Clementis romani historia, qui apud Chersonam, suspensa ad collum ancora, in mare demersus est. Navalis haec imago loquitur.

Imago septima.

Regia in capite corona, rota in dextera, insignia sunt quibus Catherina virgo et martyr fit omnibus nota; praeter quam quod dies hic notatus is est in quem eius festum incurrit: quod festum, quamquam apud Graecos antiquissimum est, non item apud Latinos, a quibus, si Molano in notis ad Usardum credimus, post expeditionem, in Palaestinam ob accepta eius precibus a Deo beneficia, in honore coepit haberi. Hoc tam verum esse arbitror, ut non multa indigeat probatione. In veteribus romanis sive latinis kalendariis aliisque ritualibus libris, nusquam hoc festum apparet. Mitto sacramentale gregorianum, lectionale romanum vat. n. 5729, missale n. 4770, ne vetustissima in medium afferre modo videamur. Mitto etiam orationale n. 3548. quod imperatore Constantino monomacho descriptum fuit, hoc est quadraginta ferme annos antequam duces ab Urbano secundo cruce signati, in Palaestinae barbaros arma sumerent. Mitto denique kalendarium n. 3101. a Benedicto acolytho exaratum in membranis anno Domini millesimo septuagesimo septimo, idest decimo octavo ante quam iidem cruce signati duces in Palaestinam transmitterent. In his omnibus libris

(1) Hinc apparere videtur Nic. Alemannum fuisse eius basilicae canonicum. In schedis Ivalicellianis legebam Leonem quoque Allatium optavisse alterius ecclesiae, id est S. Mariae in via lata, canonicatum, sed non impetrasse A. M.

non solum festivi ritus, sed etiam nomen Catherinae desideratur. Quoto autem anno post illam expeditionem ecclesiasticis Latinorum fastis inscriptum sit, certo affirmare quidem non ausim; sed qui id factum ante quingentos annos dixerit, non longe a veritate fortassis aberraverit; nam scripta paulo ante id temporis kalendaria vaticana n. 3806. 4756. et 4772. Catherinae nomen non admiserunt. Haec, et ad festi sanctae Catharinae primordia, et ad pugillaris huiusce' antiquitatem dumtaxat indicandam dicta sint; nam totam de Catherina martyre historiam in dubium revocare, haereticorum temeritatis est.

Imago octava.

Hunc esse Andream apostolum, et habitus indicat, et dies ante kalendas decembres, et crucis illa forma, quam eidem apostolo posterior aetas attribuit. Nam Andreae crucem a Christi domini notissima crucis figura nihil differre, Molanus ostendit lib. 3. hist. imag. cap. 51, qui eam apud Massilenses hodie asservari probat.

SECUNDA QUINTAE TABELLAE FACIES CONTINET MENSEM DECEMBREM.

Imago prima.

Qui malleum dextra praefert sanctus Eligius est episcopus noviomensis, olim faber aurarius; non enim martyrii sed artis ac studii illud est insigne. Omnia fere transalpinorum breviaria kalendis decembribus eius festum proponunt. Avianus inter sollemniores Galliae celebritates hanc numerat.

Imago secunda.

Hieroglyphicum hoc (num palma?) omnibus est commune martyribus, quod tamen hic Barbarae virgini ac martyris pictor aptasse videtur; nam Gallorum, Belgarum, Germanorum, finitimarumque nationum fasti ecclesiastici eius memoriam secundo nonas decembres proferunt. In kalendario aviciensi ita legimus: *hic fit de beata Barbara virgine et martyre. Duplex in ecclesia cathedrali, in aliis autem ecclesiis est tantum novem lectionum.*

Imago tertia.

Nicolaus est Myrae episcopus toto christiano orbe conspicuus.

Imago quarta.

Conceptionem Dei genitricis consueta imagine pictor exprimit. Ex hoc pugillari eos confutari vides qui a Sixti IV. tempore primam in huius festivitatis institutionem repetunt. Ceterum si vera sunt, ut ego quidem esse reor, qua de huiusce festi primordiis vir eximius Baronius disserit, inde pugillaris huius antiquitatem colligi posse censeo; quam, ut supra etiam disputavi, infra annum Christi domini millesimum septuagesimum eoque amplius computemus oportet.

Imago quinta.

En alterum certissimum indicium, quo quis indagare potest ecclesiam ad cuius potissimum consuetudines ritusque hoc conformatum kalendarium sit; scilicet ad eius, quae ieiunium observat pridianum festivitatis sanctorum Fusciani, Victorici, et Gentiani martyrum: hos enim triformis haec imago refert, quos Belgium colit, utpote Ambianensium et Morinorum apostolos, et nonnullae gallicanae ecclesiae, inter quas est Trecensis, ut ex breviariis videre licet, et ex chronico sanctorum Belgii Iohannis Molani.

Imago sexta.

Sanctus Thomas apostolus, ut et petasus declarat, et norma fabrilis. Alii fabrum lignarium Thomam fuisse narrant, Abdias babylonicus architectum.

Imago septima.

Hac eadem imagine, Christi domini cunabula in Caroli magni (nisi me memoria fallit) vel Lotharii . . . expressa vidi. De Christi domini die natali orientalium ecclesiarum ea super re discrepantia, ut huius sollemnitatis romanus usus ad Graecos transierit, deque multiplici Iosephi Scaligeri, et Isaaci Casauboni allucinatione dicerem: sed quoniam tam amplae disputationi angustus hic locus esse videtur, in aliam reiicimus opportunitatem.

Imago octava.

Etiam si Stephanum hunc esse, festorum series certo probet, habitus tamen hic levitam non satis indicat; et ille in vertice floccus (quandoquidem huius pictoris usus religiose observandus est) monachum potius, ut supra saepe vidimus, quam diaconum decet. Quamobrem ab auctore hic nonnulla pro arbitrio usurpata non dubito, quae mutas imagines, omnique nominum inscriptione destitutas reddunt obscuriores.

Imago nona.

Extremae tabellae margo quia Iohannis evangelistae non capit imaginem, eius hieroglyphicum pictor apponit. Apponit autem aquilam, quam latini patres ex sacris quatuor animalibus Iohanni potissimum tribuerunt; nam Irenaeus libro tertio capite undecimo Iohanni Leonem, Marco aquilam adscribit, quem passim Graeci sequuti sunt; romana tamen ecclesia, cum in vetustis ex musivo iconibus, tum in baptizandorum catechesi, quam scrutinium appellamus, ita quatuor illa animalia recenset, et evangelistis accommodat, ut in his carminibus Sedulius lib. I. mirabilium exponit.

Hoc Matthaeus ait, qui hominem generaliter implet.
Marcus ut alta fremit vox per deserta leonis.
Iure sacerdotii Lucas tenet ore Iuvenci.
More volans aquilae verbo petit astra Iohannes.

De utroque huius pugillaris operculo.

In extrema operculorum parte vides anaglypha Christi domini cruci suffixi, et martyris levitarum more dalmaticati. Haec fortasse signa sunt tutelarium eius ecclesiae, ad cuius usum atque consuetudinem hoc kalendarium concinnatum fuit. Certe levitam illum martyrem tutelarem esse declarat ea, quam dextera gestat ecclesiam (1).

Notae huius kalendarii praeponuntur et declarantur.

Circulus ille vel rota, quam primi operculi interior pars habet, monet ut de notis huius pugillaris aliquid disseramus. Ceterum cum ille circulus totius anni ecclesiastici (quod praefati sumus) cursum, vicissitudinem, varietatemque complectatur, iure pictor hinc inde imagines angelorum appinxisse videtur, cum illos temporum praesides esse atque illorum ministerio orbium caelestium motus, ac temporum rationes mutationesque temperari sciamus. Notae quas in hoc pugillari videmus, sive illarum formam spectes sive significationem, diversae quidem sunt; sed quemadmodum earum vim assequi haud difficile fuit, postea quam hoc antiquitatis monumento sanctorum maxime festos dies contineri comperimus, ita plane nobis incomperta relinquitur forma ingeniumque aliquot notarum, neque a qua potissimum gente usurpatae illae sint certo affirmare possumus. Harum porro notarum quatuor ferme sunt genera primum clarum atque perspicuum, quia romanorum sunt notae numerorum, quae cuique mensi hoc est singularum lateribus angulisque tabellarum incisae sunt, dierumque numerum referunt, quos quisque mensis habet. Totidem vero sunt mensium singulorum dies, si ab ianuario numerum auspiceris, duosque illos iunium et augustum praetereas, quos in hoc pugillari desiderari saepe monui. Secundi generis notae septem tantummodo sunt, quae pari numero litteris quas dominicales appellamus, respondent; et quae subinde in orbem redeuntes, toties in singularum marginibus tabellarum repetuntur, quot cuiusque mensis dies munerantur. Quare praeter dominicalium potestatem litterarum, induunt etiam vim significationemque numerorum, ut ex mensium serie quas et mox proponam constabit. Hic

(1) Animadverte hoc Alemanni iudicium. Namque et alii divi in romanis musivis (puta in S. Agnes extra urbem ecclesia) visuntur, qui templa manibus gestant. A. M.

septem illas quas dixi notas dominicales ab aliis distinguo. Tertium notarum genus est, quo aureus numerus significatur. Praeponebatur autem olim mensium diebus aureus numerus ad coniunctiones solis, ac lunae investigandas, ad paschatis diem rite statuendum, et ad reliqua festa, quae mobilia dicimus pro annorum varietate certas in sedes distribuenda. Quamobrem omnibus antiquis kalendariis aureum numerum praenotatum videmus, cuius loco epactae in gregoriano substitutae sunt, postea quam deprehenderunt astronomi illam aurei numeri ad ea, quae diximus festa indicanda, minime certam esse rationem. Notae vero istiusmodi in hoc pugillari novemdecim computantur, quot scilicet in kalendariis aurei putantur numeri. Quartum genus notarum licet a iam dictis forma non differat, plurimum tamen differt vi et significatione, quae mihi est prorsus obscura. Nam id aliquando venit in mentem his notis, vel dies aegyptiacos denotari, vel regulares solis ac lunae, vel utrumque; nam in priscis kalendariis haec eadem diligentissime notata comperimus. Quod si aegyptiacis diebus has notas aptare incipiamus, ipso quidem primo mense ianuario in suas sedes illi bene cadunt; nam cum duo in singulis mensibus aegyptiaci dies a veteribus observati sint, primusque in kalendis ipsis, secundus vero in septimo a fine die mensis ianuarii constituatur, haec aptissime convenire hic quisque videt, sed in consequentibus deinde mensibus non perinde constat haec ratio dierumque distributio; quod argumento esse potest, huius kalendarii auctorem dies aegyptiacos minime illis notis describere nobis voluisse. Notabantur porro in kalendariis dies aegyptiaci tamquam infausti et exitiales, quos atros dies dixit antiquitas, ut quemadmodum freti marisque, ita quasdam temporum Scyllas euriposque esse sciremus, utque iis diebus cavere sibi quisque, et pericula vitaeque discrimina vitare commoneretur. Hi vero dies ab Aegyptiis observatoribus nomen traxerunt. Aegyptiacos dies arcana hac nota Θ consignatos in antiquis manu descriptis codicibus deprehendi, quae perperam a librariis, sic in aliis efformatur D. G; nam semiclausus ille secundi characteris orbiculus claudi penitus debet, et lineola medius sic intersecari Θ. Quippe Graecum θῆτα illud est quartae romanae litterae adiunctum, denotatque D. Θ. At diem θανατηφόρον mortiferum, nam ea graeca littera quae prima est in voce θάνατος, apud antiquos mentem exitiumque declarasse, satis illud Persii comprobat. *Et potis et vitio nigrum praefigere* Θ. Quare Martialis lib. 7. ad Castrinum, hoc ipsum Θ appellat mortiferum signum, et lethalem iuguli notam, et olim in albo militari nominibus occisorum militum ea nota praefigebatur; ut summis pontificibus, regibus, aliisque principibus demortuis in chronico beneventano cod. vat. n. 4928. Haec de aegyptiacis diebus in kalendariis Christianorum receptis (1).

(1) Hactenus doctum hunc Alemanni producendum censuimus commentarium; partes enim eius aliquot tum retro tum in hac clausula praeternisimus, quia vel sculptarum tabellarum defectu, vel alias ob causas vix intelligi poterant, nec publico fructuosas visum iri putavimus. Interim belgicis Bollandianis novum hoc et fortasse patrium non ingratum forè kalendarium speramus; quod certe addendum est tot illis, quae Fridericus Althanus anno 1753. impressit Venetiis. Nos vero Alemanni famam tertio hoc eiusdem scripto libenter auximus; hactenus enim nonnisi ipsius dissertatio historica extabat de lateranensibus parietinis, et illae prae cunctis doctissimae ad arcanam Procopii historiam curae, quae inter byzantinos scriptores insigniter elucent. A. M.

HOMONYMORUM

IN TRIBUS DIATRIBIS ALLATII MEMORATORUM

NOMINA.

NICETAE.

1. Nicetas syracusanus p. 1.
2. Nicetas rhetor p. 1.
3. Nicetas Sacerdos smyrnaeus p. 1.
4. Nicetas paphlago p. 3.
5. Nicetas byzantinus p. 8.
6. Nicetas Smyrnae metropolita p. 9.
7. Nicetas nicaenus p. 9.
8. Nicetas Stethatus p. 10.
9. Nicetas diaconus p. 12.
10. Nicetas Maroniae p. 12.
11. Nicetas Seidus p. 14.
12. Nicetas Serron p. 14.
13 Nicetas chartophylax p. 23.
14. Nicetas amasenus p. 23.
15. Nicetas anthypatus p. 23.
16. Nicetas iatrosophista p. 23.
17. Nicetas myrsiniota p. 23.
18. Nicetas Paneuphemus p. 24.
19. Nicetas Daudatius p. 24.
20. Nicetas Medicius p. 24.
21. Nicetas melodus p. 24.
22. Nicetas scutariota p. 25.
23. Nicetas choniata p. 25.
24. Nicetas Eugenus p. 35.
25. Nicetas syncellus p. 35.
26. Nicetas de septem mundi miraculis p. 35.
27. Nicetas Naupacti p. 35. a nobis additus.
28. Nicetas scevophylax dicitur scripsisse de vita Chrysostomi ab Anonymo saviliano apud Fabricium Bib. Gr. ed. vet. T. VII. p. 556.

PHILONES.

1. Philo Mercurii pater p. 40.
2. Philo corcyraeus p. 40.
3. Philo corcyraeus alter p. 41.
4. Philo cnossius p. 41.
5. Philo aenian p. 41.
6. Philo chalcidensis p. 41.
7. Philo thebanus p. 41.
8. Philo inter successores Alexandri M. p. 41.
9. Philo coelaeus p. 42.
10. Philo atheniensis p. 42.
11. Philo aegyptius p. 42.
12. Philo alius p. 42.
13. Philo adhuc alius p. 42.
14. Philo pater Callippiani p. 43.
15. Philo M. Caelii libertus p. 43.
16. Philo Sex. Pompeii libertus p. 43.
17. Philo servus Germanici p. 43.
18. Philo Phricodemi tyranni filius p. 43.
19. Philo Agathoclis affinis p. 44.
20. Philo parasitus p. 44.
21. Philo P. Curiatius p. 44.
22. Philo Publius p. 44.
23. Philo Veturius p. 45.
24. Philo alter Veturius p. 45.
25. Philo L. Cessenius p. 46.
26. Philo thasius p. 46.
27. Philo Aristotelis servus p. 46.
28. Philo pater Batonis p. 46.
29. Philo pater Diophontis p. 46.
30. Philo alius p. 46.
31. Philo vespillo p. 46.
32. Philo burdigalensis p. 47.
33. Philo statuarius p. 47.
34. Philones alii p. 47.
35. Philo pythagoreus p. 48.
36. Philo navigationis in Aethiopiam scriptor p. 51.
37. Philo Aristotelis familiaris p. 51.
38. Philo thebanus p. 52.
39. Philo metapontinus p. 52.
40. Philo auctor Metallici p. 52.
41. Philo comicus p. 52.
42. Philo dialecticus p. 52.
43. Philo heracleota p. 53.
44. Philo tarsensis medicus p. 54.
45. Philo byzantinus p. 56.
46. Philo gadarensis p. 63.
47. Philo tyanaeus p. 64.
48. Philo academicus p. 64.
49. Philo byblius p. 65.
50. Philo medicus p. 67.
51. Philo iudaeus p. 67.

52. Philo tarsensis diaconus p. 68.
53. Philo libycus p. 68.
54. Philo aegyptius p. 69.
55. Philo carpathius p. 69.
56. Philo confessor p. 70.
57. Philo philosophus historicus p. 70.
58. Philo chemicus addendus p. 71, qui memoratur a Labbeo Bibl. N. mss. p. 218.

THEODORI.

1. Theodorus samius p. 72.
2. Theodorus geometra p. 74.
3. Theodorus atheus p. 74.
4. Theodorus scriptor phonascici p. 77.
5. Theodorus scriptor de legumlatoribus p. 79.
6. Theodorus stoicus p. 79.
7. Theodorus scriptor de rebus gestis Romanorum p. 79.
8. Theodorus syracusanus p. 79.
9. Theodorus byzantinus p. 79.
10. Theodorus rhetor p. 81.
11. Theodorus statuarius p. 81.
12. Theodorus pictor p. 81.
13. Theodorus pictor atheniensis p. 81.
14. Theodorus pictor ephesius p. 81.
15. Theodorus poëta p. 81.
16. Theodorus qui de poëtis scripsit p. 82.
17. Theodorus medicus p. 82.
18. Theodorus chius p. 83.
19. Theodorus milesius p. 83.
20. Theodorus tragicus p. 83.
21. Theodorus Herophiles sibyllae pater p. 83.
22. Theodorus Isocratis pater p. 83.
23. Theodorus frater Herodoti p. 84.
24. Theodorus samius pictor p. 84.
25. Theodorus Alexandriae praefectus p. 84.
26. Theodorus architectus p. 84.
27. Theodorus cantor p. 84.
28. Theodorus auleta p. 84.
29. Theodorus auleta alius p. 85.
30. Theodorus histrio p. 85.
31. Theodorus praestigiator p. 85.
32. Theodorus tarentinus p. 86.
33. Theodorus larissaeus p. 86.
34. Theodorus Cynulcus p. 86.
35. Theodorus rhetor chius p. 86.
36. Theodorus cinaedus p. 86.
37. Theodorus alius p. 86.
38. Theodorus vir pius p. 87.
39. Theodorus Pepagomenus p. 87.
40. Theodorus scriptor de atticis lectionibus p. 88.
41. Theodorus comicus p. 88.
42. Theodorus scriptor de sectis p. 88.
43. Theodorus scriptor in Epicurum p. 88.
44. Theodorus scriptor de transformationibus p. 88.
45. Theodorus Muscienus p. 88.
46. Theodorus Priscianus p. 88.
47. Theodorus samothrax p. 88.
48. Theodorus phocensis p. 89.
49. Theodorus hierapolita p. 89.
50. Theodorus iliensis p. 89.
51. Theodorus Panages p. 89.
52. Theodorus colophonius p. 89.
53. Theodorus gadarensis p. 91.
54. Theodorus solensis p. 92.
55. Theodorus asinaeus p. 92.
56. Theodorus poëta p. 93.
57. Theodorus alius rhetor p. 93.
58. Theodorus cynopolita p. 93.
59. Theodorus poëta alter p. 93.
60. Theodorus Magistrianus p. 94.
61. Theodorus helladicus p. 94.
62. Theodorus olim sic dictus, qui postea Gregorius thaumaturgus p. 95.
63. Theodorus coriarius p. 115.
64. Theodorus heracleensis p. 115.
65. Theodorus mopsuestenus p. 116.
66. Theodorus tarsensis. (Aliâs Diodorus) p. 137.
67. Theodorus persa p. 142.
68. Theodorus romanus diaconus p. 142.
69. Theodorus byzantinus p. 143.
70. Theodorus Manlius p. 143.
71. Theodorus alexandrinus diaconus p. 143.
72. Theodorus decurio p. 143.
73. Theodorus episcopus p. 144.
74. Theodorus pentapolitanus p. 145.
75. Theodorus aegaeensis p. 145.
76. Theodorus alexandrinus monachus p. 145.
77. Theodorus asceta edessenus p. 148.
78. Theodorus amasenus p. 148.
79. Theodorus ancyranus p. 148.
80. Theodorus medicus p. 149.
81. Theodorus Petreorum episcopus p. 149.
82. Theodorus syceota p. 149.
83. Theodorus hagiopolitanus p. 149.

84. Theodorus rhaithensis p. 149.
85. Theodorus pharanitanus p. 151.
86. Theodorus cappadox p. 151.
87. Theodorus anagnosta p. 152.
88. Theodorus presbyter p. 155.
89. Theodorus presbyter alter p. 156.
90. Theodorus item presbyter alius p. 156.
91. Theodorus abbas p. 156.
92. Theodorus scythopolita p. 156.
93. Theodorus decapolita p. 156.
94. Theodorus monachus tarsensis p. 156.
95. Theodorus episcopus p. 157.
96. Theodorus rhodius p. 157.
97. Theodorus andidensis p. 158.
98. Theodorus studita p. 158.
99. Theodorus novus theologus p. 168.
100. Theodorus diaconus byzantinus p. 168.
101. Theodorus thebanus p. 168.
102. Theodorus patriarcha hierosol. p. 168.
103. Theodorus hermopolita p. 168.
104. Theodorus syrus p. 169.
105. Theodorus Abucara p. 169.
106. Theodorus trimithuntinus p. 171.
107. Theodorus quaestor p. 172.
108. Theodorus cyzicenus p. 172.
109. Theodorus nicaenus p. 172.
110. Theodorus paphius p. 172.
111. Theodorus magister p. 173.
112. Theodorus daphnopata p. 173.
113. Theodorus sidensis p. 173.
114. Theodorus sebastenus p. 173.
115. Theodorus alaniensis p. 174.
116. Theodorus Prodromus p. 175.
117. Theodorus styppiota p. 184.
118. Theodorus chartophylax p. 184.
119. Theodorus Scutariota p. 184.
120. Theodorus coetonita p. 184.
121. Theodorus amanuensis p. 184.
122. Theodorus hagiopetrita p. 185.
123. Theodorus siculus p. 185.
124. Theodorus syncellus p. 185.
125. Theodorus smyrnaeus p. 185.
126. Theodorus Pediasimus p. 186.
127. Theodorus Metochita p. 186
128. Theodorus nomicus p. 189.
129. Theodorus Callisti Xanthopuli p. 189.
130. Theodorus Chrysopulus p. 189.
131. Theodorus Balsamon p. 189.
132. Theodorus Ducas Lascaris p. 190.
133. Theodorus meliteniota p. 191.
134. Theodorus Gaza p. 193.
135. Theodorus Sophianus p. 201.
136. Theodorus Scipus p. 201.
137. Theodorus vel potius Theodoridas poëta p. 202.
138. Theodorus hyrtacenus addendus est, cuius multa proferuntur a cl. Boissonado in Anecdotis graecis, et in Tomo V. excerptorum ex mss. regiis parisiensibus.
139. Theodorus papa addatur, cuius epistola ad Constantinum imp. edita est a nobis ex codice syr. vat. CXXXI. (Hic est Theodorus PP. quem ferunt scripsisse Christi sanguine damnationem Pyrrhi haeretici.)
140. Theodorus iconiensis (saec. VI.) Eius epistolam, sive acta sincera sanctorum martyrum Ciryci et Iulittae pleniora nos dedimus ex codice vaticano.
141. Theodorus presbyter addatur, cuius extat isagoge in quinque sermones dogmaticos Anastasii antiocheni.
142. Theodorus Palaeologus porphyrogenitus despota item addatur, cuius in fine codicum gr. vatic. vidi olim graecum diploma seu privilegium authenticum cum sigillo pro Georgio Gemisto τῷ πάνυ.
143. Theodorus cyprius Κυρηνίας apud Rhodinum de illustribus cypriis p. 80. Scripsit adversus Dioscorum et Eutychetem.
144. Theodori patriarchae epistola ad Photium, si recte memini, in codice vallicelliano C. 31. f. 199.
145. Theodori abbatis didascalia ad cellariten in cod. vat. 730. f. 234. et 1274. f. 103. Vide nos p. 156.

OPUSCULA VARIA

A NOBIS ALLATII DIATRIBIS ADDITA.

I. Vita Allatii auctore Stephano Gradio, post praef. p. V.
II. Nicolai Alemanni de kalendario pugillari, item post praef. p. XXIX.
III. Theodori Gazae laudatio canis p. 203.
IV. Theodori heracleotae ex eius commentariis in Esaiam p. 214.
V. Variorum in eumdem Esaiam fragmenta p. 239.
VI. Theodori vel Diodori tarsensis ex commentariis in psalmos p. 240.
VII. Theodori Ducae imp. de divinis nominibus vel potius epithetis p. 259.
VIII. Theodori episcopi Trimithuntis vita S. Ioh. chrysostomi p. 265.
IX. Procli archiepiscopi constantinopolitani laudatio in S. Andream apostolum p. 291.
X. Theodori Studitae vita a Michaële monacho, diversa ab illa edita p. 293.
XI. Supplementum sermonis Theodori Studitae de S. Bartholomaeo apostolo p. 315.
XII. Theodori Studitae laudatio in matrem suam Theoctisten p. 364.
XIII. Theodori episcopi Alaniae sermo qui inscribitur alanicus p. 379.
XIV. Theodori Prodromi poëmata varia et una prosa p. 399.
XV. Theodori iconiensis acta sincera SS. MM. Ciryci et Iulittae p. 417.
XVI. Theodori Xantopuli epistolae duae et in eundem laudatio funebris p. 418. et seqq.
XVII. Theodori nomici laudatio funebris in Andronicum Tarchaniotam p. 422.
XVIII. Historia obsidionis constantinopolitanae sub Heraclio imp. p. 423.
XIX. Thomae magistri de incursione Italorum et Turcarum in Thessaliam p. 437.
XX. Nicetae Paneuphemi epistolae p. 439. (Item p. 24.)
XXI. Nicetae maroniensis prooemium dialogorum eius de Spiritus sancti processione p. 445.
XXII. Nicetae nicaeni de schismatibus variis Graecorum p. 446. (Huius Nicetae epistolae apud Allatium fuere, quas nos tamen nondum reperimus.)
XXIII. Theodori meliteniotae sermones et ethica ad tetraëvangelium p. 451.
XXIV. Nicetae Seidi ex eius tractatu de paschate p. 492.
XXV. Theodori papae epistola ad Constantinum, vel potius Constantem II. imp. p. 510.
XXVI. Constantini Heraclio geniti imp. epistola ad romanum Pontificem p. 511.
XXVII. S. Bartholomaei Cryptoferratensis vita p. 514.
XXVIII. Anonymi laudatio in S. Bartholomaeum praedictum p. 530.
XXIX. Michaëlis Glycae epistolae duae de statu animarum post vitam p. 534.
XXX. Catalogus codicum graecorum monasterii in insula Patmo p. 537.
XXXI. Basilii neopatrensis prologus commentarii in XII. prophetas p. 540.
XXXII. Leonis magistri ex eius epitome commentariorum in librum geneseos p. 541.
XXXIII. Iohannis diaconi ex eius historia hominis p. 542.
XXXIV. Petri laodiceni ex eius commentario in IV. evangelia p. 543.
XXXV. Theodori episcopi Andidorum commentatio de sacra liturgia, id est missa, cum notitia paris operis Stephani Aldoënsis patriarchae Maronitarum, itemque Nersetis lamprunensis Armeniorum episcopi. Denique testimonium Abu-Isaacii ben-Assali copto-iacobitae pro romano primatu p. 545.
XXXVI. S. Basilii monita ad sacerdotes missam celebraturos p. 584.
XXXVII. Missa Graecorum picturis expressa, cum praeviis declarationibus p. 585.

LEONIS ALLATII

DIATRIBA I.

DE NICETARUM SCRIPTIS.

I. Primum locum occupet Nicetas syracusanus, de quo non aliud dicam, quam quod de eo Cicero academic. quaest. lib. II. 39. *Nicetas syracusanus, ut ait Theophrastus, caelum, solem, lunam, stellas, supera denique omnia, stare censet: neque praeter terram, rem ullam in mundo moveri; quae cum circum axem se summa celeritate convertat et torqueat, eadem effici omnia, quasi stante terra caelum moveretur. Atque hoc etiam Platonem in Timaeo dicere quidam arbitrantur, sed paulo obscurius.*

II. Nicetas Hybreae et Theodoro aequalis, sub Octaviano Caesare ante Christum natum annis 29, qui fuerit Octaviani undecimus. Eius mentio habetur apud Eusebium in chronico olymp. 187. *Nicetas, et Hybreas, et Theodorus, et Plutio, nobilissimi artis rhetoricae graeci praeceptores habentur.* Et frequentissime apud Senecam in controv. et potissimum lib. IX. controv. ultima. *Nicetas egregie dixit in eodem loco,* Et controv. 2. *Nec Iulio, nec alii contigisse suo,* (alii scribunt: *nec Vibio, nec alii contigisse scio*) *quam apud Graecos Nicetae, apud Romanos Latroni, ut a discipulis non audiri desiderarent.* Quem notat Nicolaus Faber non esse Sacerdotem Nicetam smyrnaeum, et vere notat in lib. I. controv. 4. ad illa verba Senecae: *Nicetas illam sententiam etc. Non ille Sacerdos, quem Smyrnae docere, cum scriberet dialogum de oratoribus, ait Tacitus; aetas enim non patitur; sed is quem supra ex Eusebio aequalem Hybreae, et Theodoro diximus, quos constat initio principatus Augusti celebres fuisse.* Iustus Lipsius in notis ad dialogum Taciti, unum cum alio confundit, cum ea quae Senecae sunt, ad hunc iuniorem Nicetam et Sacerdotem, et de quo Tacitus sermonem habet, referat. Et plane aetas utriusque id prohibet expresse. Qui enim fieri potest, ut qui initio dominatus Augusti magna sui nominis fama inter declamatores praecellebat, audiretur a Plinio et Tacito? Quare necessario erit alius.

III. Nicetas Sacerdos smyrnaeus, de quo Quintilianus, sive Tacitus in dialogo de oratoribus cap. 15. *Et quod quibusdam solatio est, mihi auget quaestionem, quia video etiam Graiis accidisse, ut longius absit Aeschine, et Demosthene Sacerdos iste Nicetas, et si quis alius Ephesum, vel Mytilenas, contentus scholasticorum clamoribus quatit, quam Afer, aut Africanus, aut vos ipsi a Cicerone aut Asinio recessistis.* In quem locum Lipsius: *ita emendavi, vere, et εὐστόχως, cum in libris esset:* Sacerdos iste enitet. *Nicetas Sacerdos declamator nobilis eo quo.* Plinius libro VI. 6. epistolarum, audisse eum fatetur. *Erat non studiorum tantum sed studiosorum etiam amantissimus, ac prope quotidie ad audiendos, quos tunc ego frequentabam Quintilianum, et Sacerdotem Nicetam, ventitabat.* Extat Philostrati lemnii de hoc Niceta in vitis sophistarum elogium, de quo Pithaeus nos monuit, ipse monitus a Nauclero.

Quare satis ipse de eo dixerim, si quae Philostratus in vitis sophistarum narrat lib. I. 19. hic adiunxero. Ὑπερβάντες Ἀριβαρζάνην τὸν κίλικα, καὶ Ξενόφρονα τὸν σικελιώτην, καὶ Πυθαγόραν τὸν ἐκ Κυρήνης, οἳ μήτε γνῶναι ἱκανοὶ ἔδοξαν, μηθ' ἑρμηνεῦσαι τὰ γνωσθέντα, ἀλλ' ἀπορίᾳ γενναίων σοφιστῶν ἐσωσυδάσθησαν τοῖς ἐφ' ἑαυτῶν Ἕλλησιν, ὅν που τρόπον τοῖς σίτου ἀπορουῦσιν οἱ ὄροβοι, ἐπὶ Νικήτην ἴωμεν τὸν σμυρναῖον. Οὗτος γὰρ παραλαβὼν τὴν ἐπιστήμην εἰς στενὸν ἀπειλημμένην, ἔδωκεν αὐτῇ παρόδους πολλῷ λαμπροτέρας, ὧν αὐτὸς τῇ Σμύρνῃ ἐδείματο, συνάψας τὴν πόλιν ταῖς ἐπὶ τὴν Ἔφεσον πύλαις, καὶ διὰ μέγεθος ἀντεξάρας λόγοις ἔργα. Ὁ δὲ ἀνὴρ οὗτος τοῖς μὲν δικανικοῖς ἀμείνων ἐδόκει τὰ δικανικά, τοῖς δὲ σοφιστικοῖς τὰ σοφιστικά, ὑπὸ τοῦ περιδεξίως τε, καὶ πρὸς ἅμιλλαν ἐς ἄμφω ἠρμόσθαι. Τὸ μὲν γὰρ δικανικὸν σοφιστικῇ τινὶ περιβολῇ ἐκόσμησε, τὸ δὲ σοφιστικὸν κέντρῳ δικανικῷ ἐπέῤῥωσεν· ἡ δὲ ἰδέα τῶν λόγων, τοῦ μὲν ἀρχαίου καὶ ϖολιτικοῦ ἀποβέβηκεν· ὑπόβακχος γὰρ καὶ διθυραμβώδης· τὰς δὲ ἐννοίας ἰδίας τε καὶ ϖαραδόξους ἐκδίδωσιν ὥσπερ οἱ βακχεῖοι θύρσοι τὸ μέλι καὶ τοὺς ἐσμοὺς τοῦ γάλακτος· μεγάλων δ' ἀξιούμενος, καὶ τῆς Σμύρνης τί οὐκ ἐπ' αὐτῷ βοώσης, ὡς ἐπ' ἀνδρὶ θαυμασίῳ καὶ ῥήτορι, οὐκ ἐθάμιζεν εἰς τὸν δῆμον, ἀλλ' αἰτίαν παρὰ τοῖς πολλοῖς ἔχων, φοβοῦμαι ἔφη δῆμον ἐπαίροντα μᾶλλον, ἢ λοιδορούμενον· τελώνου (1) δέ ποτε θρασυνομένου ϖρὸς αὐτὸν ἐν δικαστηρίῳ, καὶ εἰπόντος, ϖαύσαι ὑλακτῶν με, μάλα ἀστείως ὁ Νικήτης ἔφη, ἢν καὶ σὺ ϖαύσῃ δάκνων· ἡ δὲ ὑπὲρ Ἄλπεις τε καὶ Ῥῆνον ἀποδημία τοῦ ἀνδρὸς ἐγένετο μὲν ἐκ βασιλείου προστάγματος, αἰτία δὲ αὐτῆς ἥδε· ἀνὴρ ὕπατος, ᾧ ὄνομα Ῥοῦφος, τοὺς Σμυρναίους ἐλογίστευε πικρῶς· τούτῳ τί προκρούσας ὁ Νικήτης, ἔῤῥωσο εἶπε· καὶ οὐκέτι προσῄει δικάζοντι· τὸν μὲν δὴ χρόνον, ὃν μιᾶς πόλεως ἦρξεν, οὔπω δεινὰ πεπονθέναι ᾤετο· ἐπιτραπεὶς δὲ τὰ κελτικὰ στρατόπεδα, ὀργῆς ἀνεμνήσθη· αἱ γὰρ εὐπραγίαι τά τε ἄλλα τοὺς ἀνθρώπους ἐπαίρουσι· καὶ τὸ μηκέτι καρτερεῖν, ἃ πρὶν εὖ πράττειν ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ ἐκαρτέρουν· καὶ γράφει ϖρὸς τὸν αὐτοκράτορα Νέρουαν πολλὰ ἐπὶ τὸν Νικήτην καὶ σχέτλια· καὶ ὁ αὐτοκράτωρ αὐτὸς εἶπεν· ἀκροάσῃ ἀπολογουμένου, κἂν ἀδικοῦντα εὕρῃς, ἐπίθες δίκην· ταυτὶ δ' ἔγραφεν, οὐ τὸν Νικήτην ἐκδιδοὺς, ἀλλὰ τὸν Ῥοῦφον ἐῶν συγγνώμην ἑτοιμάζων· οὐ γὰρ ἄν ϖοτε ἄνδρα τοιοῦτον ἐφ' ἑαυτῷ γεγονότα, οὔτ' ἂν ἀποκτεῖναι ὁ Ῥοῦφος, οὔτ' ἂν ἕτερον ζημιῶσαι οὐδὲν, ὡς μὴ φανείη βαρὺς τῷ καθιστάντι αὐτὸν δικαστὴν ἐχθροῦ· διὰ μὲν δὴ ταῦτα ἐπὶ Ῥῆνον τε καὶ Κελτοὺς ἦλθε· παρελθὼν δ' ἐπὶ τὴν ἀπολογίαν, οὕτω τι κατέπληξε τὸν Ῥοῦφον, ὡς πλείω μὲν ἀφεῖναι ἐπὶ τῷ Νικήτῃ δάκρυα, οὗ διεμέτρησεν αὐτῷ ὕδατος· ἀποπέμψαι δὲ οὐκ ἄτρωτον μόνον, ἀλλὰ καὶ περίβλεπτον ἐν τοῖς ζηλωτοῖς Σμυρναίων· τὸν δὲ ἄνδρα τοῦτον χρόνοις ὕστερον Ἡρακλείδης ὁ λύκιος σοφιστὴς διορθούμενος, ἐϖέγραψε Νικήτην τὸν κεκαθαρμένον· ἠγνόησε δὲ ἀκροθίνια ϖυγμαῖα κολοσσῷ ἐφαρμόζων.

Nos Aribarzane cilice, et Xenophrone siculo, et Pythagora cyrenaeo praetermissis, qui neque recte excogitare, neque ea quae excogitaverant, scite eloqui posse visi sunt; sed nobilium sophistarum inopia sub eis Graeci studere adigebantur, quomodo saepe fame laborantibus erva sunt usui, ad Nicetam smyrnaeum accedamus. Hic enim cum scientiam in angustum redactam accepisset, ei aditus longe clariores dedit, quam illi erant, quibus ipsam Smyrnam aedificaverat, connexa urbe portis,

(1) Allatius scribit in ms. Τελώνου, idemque latine ponit *Telonus*. Sed enim satis apparet nomen heic proprium hominis non esse. A. M.

quae ad Ephesum ducebant; verborumque magnitudine facta adaequarat. Hic autem orator forensia tractantibus melior videbatur in forensibus: sophistica vero profitentibus, in sophisticis; propterea quod mira dexteritate, et certatim ad utraque se compararat: iudiciale namque genus sophistico quodam amictu exornavit; contra vero sophisticum, iudiciali aculeo corroboravit. Eius autem dicendi genus ab antiquo civilique recessit, et ad bacchicum et dithyrambicum accessit. Sententias autem proprias et admirabiles non secus atque bacchantium thyrsi mel et examina lactis, edit. Cum honoribus magnis decoraretur, ac Smyrna de ipso nihil non praedicaret, ut de viro admirabili rhetoreque praestante, populares tamen coetus non frequentabat. Hinc cum apud plerosque non recte audiret; timeo, inquit, magis populum extollentem, quam conviciantem. Cum publicanus adversus eum in iudicio aliquid quandoque auderet, et subinde diceret, ut oblatrare desineret; urbane et salse admodum respondit: tu quoque mordere desine. Imperatorio iussu ultra Alpes et Rhenum peregrinatus est, cuius quidem peregrinationis haec causa fuit. Consul, cui nomen Rufus erat, a Smyrnaeis aspere moroseque rationes exigebat (1). *Huic Nicetas quandoque adversatus, Valeas, inquit, neque amplius ius dicentem adivit. Ille autem eo tempore, quo uni civitati praefuit, nullo modo se gravia et iniqua perpessum putavit. Sed Celticis exercitibus praefectus, pristinae iracundiae recordatus est, quando successus et res prosperae tum homines efferunt, tum efficiunt, ut ea non amplius tolerent, quae ante felicitatem humana ratiocinatione perferebant. Ergo ad Nervam imperatorem multa graviter et perniciose de Niceta scribit. Cui imperator respondit, reum se defendentem audi: quod si nocentem inveneris, supplicio afficito. Haec Nerva scribebat, non ut Nicetam hosti traderet, sed ut Rufum ad dandam veniam pararet. Enim vero Rufus talem virum potestati suae subditum, neque interficere, neque ullam ei multam imponere ausus esset, ne imperatori, a quo inimici iudex constitutus fuerat, importunus videretur. Propterea igitur ad Rhenum et Celtas Nicetas profectus est. Ubi vero ad se defendendum processit, tanto stupore Rufum affecit, ut plus super Nicetam lacrymarum effuderit, quam aquae illi ad dicendum concesserat. Quare eum non modo illaesum, sed et inter illustres Smyrnaeos conspicuum dimisit. Heraclides Lycius sophista nonnullis post temporibus hunc oratorem emendans, Nicetam perpurgatum inscripsit. Sed se pygmaea spolia colosso imposuisse nescivit.* Ad hunc referebat genus suum Evodianus smyrnaeus inter sophistas non incelebris ab eodem Philostrato commemoratus lib. II. 16. Εὐοδιανὸν δὲ τὸν σμυρναῖον, τὸ μὲν γένος ἐς Νικήτην τὸν σοφιστὴν ἀνῆγεν. *Evodianum smyrnaeum quod attinet, is genus suum ad Nicetam sophistam referebat.*

IV. Nunc vero inter varia cognomina, et dignitatum titulos unum Nicetam latitantem, sed propter eadem incommode in plures variosque atque immaniter divisum, si fieri potest, suis partibus integrum in medium adducamus. Fuit is byzantinus et paphlago dictus. Iohannes Scylitza in prooemio suae historiae. Ὁ γὰρ δαφνοπάτης Θεόδωρος, Νικήτας ὁ παφλαγὼν, Ἰωσὴφ Γενέσιος, καὶ Μανουὴλ οἱ βυζάντιοι, Νικήφορος διάκονος φρὺξ, καὶ τὰ ἑξῆς. *Namque Theodorus daphnopates, Nicetas paphlago, Iosephus Genesius, et Manuel byzantini, Nicephorus diaconus phryx* etc.

(1) Allatius dicit: *Smyrneos regebat*, quod latinum verbum non satis graeco ἐλογίστησε respondere visum est. A. M.

Ex Scylitza sua hausit Cedrenus. Consentit hisce Nicephorus Callistus hist. eccl. lib. XIV. 28. Sed paphlago, cognomen ne fuerit, an episcopatûs titulus, quis extricet? Plane in multis manuscriptis legitur Νικήτας Παφλαγονίας, *Nicetas Paphlagoniae*, ut in codice vaticano 1246, et ante vitam Ignatii patriarchae. Et potuit quoque esse ex Paphlagonia, sed byzantina civitate donatus: neque id probatione eget: sunt enim omnes omnium scriptorum chartae de alienis in cives proprios adscitis a civitatibus plenae. Et episcopatus Paphlagoniae nullus apparet. Fuit is quoque binominis: namque et Davidis appellatione insignitur. Hinc saepius Νικήτα τοῦ καὶ Δαυὶδ, *Nicetae qui et David;* et absolute a nonnullis *Nicetas David* appellatur. Et videant qui *David* hoc cognomentum fuisse tradunt, quo se fulciant fundamento. In aliquibus codicibus adnectitur loco *Davidis et paphlagonis*, Δαδύβρων, *Dadybrorum*, qui erat episcopatus sub Gangrensi Paphlagoniae. Hinc arguo non male dadybrensem episcopum, dictum etiam paphlagonem, qui nempe possideret in Paphlagonia episcopatum. Huic additur quoque nomen *philosophi*, Νικήτα τοῦ καὶ Δαυὶδ τοῦ φιλοσόφου. *Nicetae, qui et David, philosophi*, ut clare videtur in codicibus manuscriptis vaticanis 344. 365. et 679. Et in aliis, nullo alio addito, Νικήτα τοῦ φιλοσόφου, *Nicetae philosophi*, non quod tantum institutum monachorum professus, sed quod inter alia potissimum sibi philosophiae munus ascriberet, quales plerique eo aevo fuere, et primus inter eos ὑπάτου τῶν φιλοσόφων titulo cohonestabatur. Quare hic fuerit Nicetas, qui et alio nomine David vocabatur, byzantinus, dignitate philosophus, Dadybrorum in Paphlagonia sub Gangrensi episcopus: et omnia, quae sub Nicetae nomine diversis hisce titulis ad varios referuntur, huic soli vindicantur (1).

Floruit circa Leonis et Constantini tempora, ut colligitur ex prooemio vitae sancti Ignatii patriarchae, quam ille neque indocte neque ineleganter concinnavit. Εἰ δὲ καὶ πρὸς τοῖς ἐσχάτοις, καὶ τοῖς καθ' ἡμᾶς τούτοις ἐγγίζοντες τύχοιεν καιροῖς, πολλῷ μᾶλλον ἀξιομνημονευτότατοι ἂν εἶεν ἁπάντων, καὶ ἀξιοπαίνετοι, ὡς πολὺ πλέον οἰκοδομεῖν τῇ ἐγγύτητι δυνάμενοι τὴν ἐκκλησίαν· τὸ γὰρ ἀρχαῖον καὶ πάμπολυ κατὰ χρόνον διεστὼς, εἰ καὶ πιστεύεται τῇ ἀξιοπιστίᾳ τῆς γραφῆς, ἀλλὰ καὶ θᾶττον ἂν τοῖς πολλοῖς πρὸς τὴν μίμησιν ἀπογινώσκοιτο, λογιζομένοις ὡς κρεῖττον, ἢ κατὰ τὴν παροῦσαν, τῶν πρεσβυτέρων ἐκείνων δυναμένων κατορθοῦν γενεάν· ὅσα δ' ἂν τοῖς καθ' ἡμᾶς κατορθοῦσθαι πιστεύοιτο καιροῖς, μᾶλλον ἂν οἶμαι ταῦτα παρακνίζειν τοὺς εὐσεβεστέρους, καὶ πρὸς τὸν ἴσον τῆς ἀρετῆς διερεθίζειν ζῆλον· διὰ ταῦτα μοι τοῦτον ἐνστήσασθαι νῦν τῷ λόγῳ τὸν ἀγῶνα· καί μοι σφοδρὸς ὠθοῦ κατακάρδιος ἀληθινοῖς διηγήμασι καὶ πάσης προλήψεως ἀπηλλαγμένοις ψεύδους, τὸν μέγαν ἱεράρχην, καὶ ποιμένα τῆς βασιλίδος Ἰγνάτιον ὑπό γε θεῷ πνεύματι τῆς ἀληθείας ὑφηγητῇ, καὶ συλλήπτορι τοῖς ἀγνοοῦσι, ὁποῖος τις ἦν, ἐκ τῆς κατ' αὐτὸν πολιτείας ἀποδεῖξαι· Ἰγνάτιον φημὶ τοῦτον τὸν ὕστερον μὲν τῷ χρόνῳ καὶ πρὸ τῆς καθ' ἡμᾶς ταύτης ἀναδειχθέντα γενεᾶς, οὐδενὸς δὲ τῶν πρὸ αὐτοῦ τιμίων ἱεραρχῶν τὴν πίστιν καὶ τὴν ὁμολογίαν ἀπαλειπόμενον. *Quod si autem eosdem ad extremam et nostram aetatem propius accedere contingat, tum vero multo maxime prae cunctis memorandi, omnique laude praedicandi sunt, ut qui propter temporum vicinitatem multo magis ecclesiae prodesse possint. Quod enim pervetustum*

(1) Hactenus notitiam de hoc Niceta nos ex Allatio edideramus in Script. vet. T. IX. praef. p. XIX.; quem tamen diversum esse a Niceta Serrarum episcopo, infra constabit. A. M.

est, longisque temporum intervallis remotum, etsi fidem propter scribentis auctoritatem mereatur, desperatur tamen a plerisque studium imitandi, ut qui putent illis maiorum nostrorum saeculis multo promptius fuisse, quam nostris cum virtute vivere. Quae vero nostra memoria recte facta creduntur; illa multo acrius opinor, piorum mentes ad virtutis decus aemulandum inflammant. Quapropter ingens me desiderium animi impulit ad causam hanc sive certamen oratione persequendum, duceque et adiutore Deo spiritu veritatis, ostendendum nescientibus, qui vir Ignatius qualisque et quantus hic antistes, et regiae pastor urbis, in vitae suae ratione fuerit. Ignatium, inquam, esse, qui aevo quidem posterior, et ante hanc nostram generationem floruit, prioribus tamen illis venerandis pontificibus nihil vel de fide, vel confessione concessit. Quid sit γενεὰ, vel aetas, ante quam vixisse fertur Ignatius, docent laudatissimi quique grammatici. Quare nulli dubium fuerit, sub iam dictis imperatoribus Nicetam hunc floruisse.

Scripsit *historiam,* ut Scylitza, atque Cedrenus tradunt, et Nicephorus Callistus loco dicto, quod divus Cyrillus per visionem divinam nomen Iohannis susceperit, conceptumque antea odium in Chrysostomum, Dei genitricis hortatu deposuerit. Ἐν ἀποκρύφῳ ἱστορίᾳ εὑρὼν Νικήτα φιλοσόφου τοῦ καὶ Δαυὶδ, καὶ ἄλλων, καὶ αὐτὸς δεῖν ἔγνων ἐν τῇ παρούσῃ ἱστορίᾳ ἐντάξαι, ὡς ἂν μή τινι ἀμφιβάλλειν γένοιτο, πῶς οἱ τοσοῦτοι φωστῆρες δι' ἔχθρας ἀλλήλοις ἰόντες ἁγιοσύνης καὶ ἄμφω εἰς ἄκρον ἦκον, καὶ τῆς ἐκκλησίας θεμέλιοι ἐχρημάτισαν, μηδαμῶς τὸ τῆς ἔχθρας μέγα τὴν κρατοῦσαν δόξαν λυμήνασθαι δυνηθείσης. *In arcana Nicetae philosophi, qui et David dictus est, historia, et apud alios item cum invenerim, operi huic meo inserendum esse quoque duxi, ne cui ambigue in mentem veniat, quomodo tanta luminaria, inimicitias mutuas exercentia, ambo ad summam sanctitatem pervenerint, et ecclesiae fundamenta extiterint, inimicitiis huiusmodi nullum illorum gloriae detrimentum afferentibus.*

Vitam sancti Ignatii, Michaëlis trauli (balbi) imperatoris constantinopolitani F. et patriarchae constantinopolitani, quo exacto Photius ex senatore et laico factus est patriarcha. Eam in latinum a se versam edidit graece et latine Matthaeus Raderus ante concilium octavum generale, in 4. Ingolstadii. Postmodum in nova conciliorum generalium, et particularium editione Romae, Coloniae, et Parisiis publicata est. Eam quoque e graeco vertisse Federicum Metium scribit Possevinus in apparatu. Legitur etiam nunc manuscripta in bibliotheca vaticana cod. 1452, collegii Graecorum, regia sancti Laurentii, et alibi.

Orationes varias in laudes sanctorum. Quas ipse legi sunt.

1. *In sanctum Iohannem evangelistam.* P. Ὁ τὸν μέγαν τῆς βροντῆς γόνον προτρεπόμενος ἐπαινεῖν. Sub Nicetae rhetoris et sancti viri servatur in bibliotheca barberina.

2. *In sanctos martyres Cerycum (sic) et Iulittam.* P. Ὥσπερ οὐκ ἔστι συνεχόμενον τῷ κυρίῳ ἰουδαῖον.

3. *In sanctum Pantaleemonem.* P. Θαυμασῖὸς ὁ θεὸς ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ, φησὶν ὁ μέγας.

4. *In sanctum Bartholomaeum apostolum.* P. Θερμὸς ὁ πόθος, ἀλλ' ἀδρανὴς ὁ νοῦς, ζέων δ' ἔρως.

5. *In sanctum Marcum evangelistam.* P. Ὥσωερ οὐχ ὅμοιαι τῶν σωμάτων πάντων αἱ μορφαί.

6. *In sanctum Iacobum Zebedaei filium.* P. Πρώην μὲν ἡμᾶς ἡ ζῶσα τῆς ἀληθινῆς θεολογίας πηγή.

7. *In Petrum et Paulum apostolorum principes.* P. Τίς ὁ τερπνὸς οὗτος ἦχος; τίς ὁ τῶν ἑορταζόντων.

8. *In sanctos duodecim apostolos.* P. Τί καλὴ τῆς ἐκκλησίας ἡ τάξις; τί τερπνὴ τῶν ἐπ' αὐτῆς. Hae omnes sub eodem rhetoris titulo leguntur in barberina.

9. *De certamine, et inventione, et translatione reliquiarum sancti protomartyris et archidiaconi Stephani.* P. Ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ σωτὴρ πάντων τῶν ἐλπιζόντων ἐπ' αὐτόν. Sub eodem titulo in barberina, et sub Nicetae philosophi in vaticanis codicibus 679. et 819. Possevinus in apparatu putat Nicetae byzantini esse, qui in vaticana bibliotheca sub nomine Nicetae philosophi asservatur graece manuscriptus sermo, *de martyrio, inventione, et translatione venerandarum reliquiarum protomartyris sancti Stephani.* Alii codices tribuunt Michaëli Psello, notantque ex improviso dictum.

10. Sub Nicetae Paphlagoniae habetur *laudatio in s. martyrem Theodorum.* P. Τί λαμπρὰ καὶ διαυγὴς ἡ τῆς ἡμέρας χάρις. In vaticana, cod. 1246. In barberina expressius: Νικήτα ἐπισκόπου Παφλαγονίας, *Nicetae episcopi Paphlagoniae.* Cod. 247.

11. Chii etiam legeram: Νικήτα ῥήτορος τοῦ παφλαγόνος ἐγκώμιον εἰς τὸν μέγαν Νικόλαον τὸν μυροβλύτην καὶ θαυματουργὸν ἀρχιεπίσκοπον Μύρων τῆς Λυκίας: *Nicetae rhetoris paphlagonis laudatio in s. Nicolaum myroblytam, et mirandorum effectorem archiepiscopum Myrorum Lyciae.* P. Ὁ μὲν θεοπάτωρ Δαυὶδ τὸ ἀειθαλὲς καὶ μετάρσιον.

12. *Laudatio in sanctos anargyros Cosmam et Damianum.* P. Ὡς ἀγαπητὰ τὰ σκηνώματά σου κύριε τῶν δυνάμεων. Sub Nicetae philosophi nomine in vat. cod. 808. Eademque habetur in meo manuscripto, nullo praefixo auctoris nomine. Eam cum nonnullis aliis Monachium misi doctissimo Simoni Wagnereckio, qui nunc de sanctissimis his Anargyris commentationem meditatur, quam iam bene inchoatam melius conficiet. Quid enim est, quod ille calamus amplissime non perfecerit?

Scripsit praeterea *expositionem* in aliqua carmina Gregorii nazianzeni.

1. In sepulchralia, quae ille in defunctum Basilium composuit. Conservatur in bibliotheca vaticana cod. 496. et 949. sub nomine Νικήτα φιλοσόφου τοῦ παφλαγόνος, *Nicetae philosophi paphlagonis.*

2. In gnomas seu sententias eiusdem, quas ille acrostichide illa complexus est. Γνῶμαι Γρηγορίου δίστιχος εὐεπίη, ἐσθλὸν ἄθυρμα νέοις etc. Sub nomine Νικήτα τοῦ καὶ Δαυὶδ τοῦ φιλοσόφου, *Nicetae, qui et David, philosophi.* Cod. 344. et 365. Et in augustana inter theologicos cod. 44. In altempsiana sub nomine Νικήτα φιλοσόφου ἐπισκόπου Δαδύβρων, *Nicetae philosophi Dadybrorum episcopi.* Et absque episcopi dictione inter rhetoricos augustanae cod. 17. Quae Venetiis edita sunt in 4. anno 1563. Ἑρμηνεία εἰς τὰ τετράστιχα τοῦ μεγάλου πατρὸς Γρηγορίου τοῦ ναζιανζηνοῦ εἰς τὰ μονόστιχα, εἰς τὰ ἐπιγράμματα τὰ εἰς τὸν μέγαν Βασίλειον παράφρασις. Vindicantur Nicetae, qui et David, editae quoque paraphrases carminum Gregorii nazianzeni de principiis, ex bibliotheca reipublicae augustanae, Lugduni Batavorum in officina plantiniana anno 1591. in 8. quam etiam arbitratur David Hoeschelius esse Nicetae. Verumtamen cum ipse rem penitius examinarem, reperi paraphrases has, sive expositiones, editas tum Venetiis tum Lugduni

Batavorum, nullo modo Nicetae esse; idque ex codice satis antiquo bibliothecae s. Andreae vallensis, codicibus vaticanis, lutetianis, et aliis. Et ut veram in carmina nazianzeni expositionem Nicetae habeas, non gravabor ex eodem santandreano codice titulos carminum, et paraphraseon principia, ut ibi sunt, digerere.

Τοῦ φιλοσόφου κυροῦ Νικήτα ἐπισκόπου Δαδύβρων ἐξήγησις τῶν ἐπῶν τοῦ μεγάλου Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου (1). *Philosophi domini Nicetae Dadybrorum episcopi expositio carminum magni Gregorii theologi.* Prooemii principium. Οἱ μὲν παρ' Ἕλλησι φιλοσοφώταλοι εἶναι δόξαντες. Alterius prooemii P. Οἱ τῆς κοσμικῆς σοφίας τὴν ἀκροτάτην καταλαβεῖν.

Περὶ ἀρχῶν λόγος α. *De principiis oratio prima.* P. Οἶδα μὲν, φησὶν ἡ θεόληπτος τοῦ λόγου φωνή.

Περὶ υἱοῦ λόγος β'. *De filio oratio secunda.* P. Ἐκθέμενος περὶ ἀρχῶν, ἢ ἀρχῆς· ταυτὸν δὲ εἰπεῖν.

Περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος λόγος γ'. *De Spiritu sancto oratio tertia.* P. Θεολογήσας ὁ Θεολεπτότατος περὶ πατρὸς καὶ υἱοῦ.

Περὶ κόσμου λόγος δ'. *De mundo oratio quarta.* P. Ἱκανῶς διὰ τῶν προειληφότων ἐπῶν.

Περὶ προνοίας λόγος ε'. *De providentia oratio quinta.* P. Φιλοσοφήσας περὶ τῶν δύο κόσμων πρώτου φημί.

Περὶ νοερῶν οὐσιῶν λόγος ς'. *De intellectualibus substantiis oratio sexta.* P. Διειληφὼς περὶ διττοῦ κόσμου, νοητοῦ λέγω καὶ αἰσθητοῦ.

Περὶ ψυχῆς λόγος ζ'. *De anima oratio septima.* P. Ἑπομένως μετὰ τὴν τῶν οὐρανίων καὶ λογικῶν.

Περὶ διαθηκῶν, καὶ ἐπιφανείας Χριστοῦ λόγος η'. *De testamentis, et apparitione Christi, oratio octava.* P. Συντελέσας τοὺς δογματικοὺς λόγους ἑπτά.

Περὶ ἀρετῆς ἀνθρωπίνης λόγος θ'. *De virtute humana oratio nona.* P. Θεολογικώτατον λόγον καὶ φιλοσοφώτατον.

Περὶ φύσεως ἀνθρωπίνης λόγος ι'. *De natura humana oratio decima.* P. Φιλοσοφήσας ὁ Θεοσοφώτατος περὶ τῆς ἀνθρωπίνης ἀρετῆς.

Περὶ εὐτελείας τοῦ ἐκτὸς ἀνθρώπου, καὶ τῆς τῶν παρόντων ματαιότητος λόγος ια'. *De contemptione exterioris hominis, et rerum praesentium vanitate oratio undecima.* P. Περὶ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως.

Περὶ τῶν φθασάντων μακαρισμοὶ καὶ ὅροι πνευματικοῦ βίου λόγος ιβ'. *De beatitudinibus et finitionibus vitae spiritualis oratio duodecima.* P. Ταλανίσας καὶ κατασμικρύνας τὰ ἀνθρώπινα, καὶ τὰ τοῦ αἰῶνος τούτου.

Γνωμολογία δίστιχος, ἧς ἡ ἀκροστιχὶς αὕτη. *Sententiae distichis expositae, quarum haec est acrostichis.* Γνῶμαι Γρηγορίου etc.

Γνωμολογία τετράστιχος. *Sententiae tetrastichis expressae.* Γρηγορίου πόνος εἰμί etc. P. Ἐβουλόμην μακροτέρας λόγων πραγματείας. Et hanc suam expositionem non ultra Nicetam extendisse, colligitur ex fine huius postremae expositionis, ubi haec habet. Ἐβουλόμην μακροτέρας λόγων πραγματείας κατατεινόμενος πρὸς ἑκάστην ὑπόθεσιν τῶν ἐμμέτρων ἐπῶν τοῦ Θεολόγου τὴν ἁρμόζουσαν ἐξήγησιν ἀνατάξασθαι, ὁμοῦ μὲν ἐμαυτῷ χαριζόμενος, ἐγκαλλωπιζομένῳ τοῖς τῆς ἐκείνου μεγαλονοίας θεωρήμασι καὶ θεολογήμασιν· ὁμοῦ δὲ καὶ τοῖς ὅπι-

(1) Huius interpretationis specimen nos ex cod. vat. edidimus in Spicil. rom. T. V. p. 397-401. A. M.

σθεν ἰοῦσιν ὠφέλειαν ταῖς περὶ τούτων ἀδολεσχίαις προμηθούμενος· ἄλλης δὲ βασιλικῆς ὑπομνησθεὶς καὶ πατρικῆς ἐντολῆς, υἱέ μου φύλαξαι τοῦ ποιῆσαι βιβλία πολλά, παραγγελλούσης, καὶ τὸ αἴτιον ἐπαγαγούσης, τοῦ μὴ εἶναι πέρασμὸν ἢ συντέλειαν τῶν συνταγμάτων τῆς ἀπείρου σοφίας τοῦ Θεοῦ, καὶ κόπωσιν μὲν λεγούσης ψυχῆς καὶ σαρκὸς τὴν ἀμετρίαν ὑπάρχειν τῆς μελέτης, τὴν ἀπ' αὐτῆς δὲ ὠφέλειαν, καὶ πάσης Θεοπνεύστου γραφῆς δύναμιν εἰς τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον, καὶ τῆς ἐντολῆς τήρησιν συγκεφαλαιουμένους ἐξεῖναι λαβεῖν· τοιγαροῦν τῆς παραγγελίας ταύτης ἀκροασάμενος, ἐφυλαξάμην ἐπὶ πλεῖστον τῆς ἐξηγήσεως μετὰ τὴν τῶν ἀπορρήτων ἐπίσκεψιν ἰέναι· τελευταίαν δὲ τῶν τετραστίχων τούτων τὴν ὁμολογίαν ἀποχρώντως ἡμᾶς οἰκοδομούσης πρός τε θεωρίαν καὶ πρᾶξιν ἐξηγησάμενος καταπαύσω. *Mihi in animo erat diffusiore sermonis ambitu ad argumenta singula carminum theologi condecentem expositionem apponere, tum mihi morem gerens, qui illius gravium et amplissimarum sententiarum speculationibus, et acuminibus theologicis mihi complaceo, tum posteris emolumentum circa ea magis comparans. Verum alterius consilii memoriam recolens, et regii ac paterni praecepti, fili mi, cave ne multos libros conscripseris, sedulo admonentis, et causam proferentis, quod nullus sit finis aut terminus compositionum infinitae numinis sapientiae, et laborem asserentis animae et corporis immoderatam rei meditationem esse; utilitatem vero, quae inde consequitur, et totius divinitus inspiratae scripturae facultatem in Dei timorem, et praecepti observantiam, veluti in unum caput referentes, usurpare licere. Quapropter monitum hoc audiens, cavi ne ultra expositionem post ineffabilium considerationem protraherem. Postremum vero tetrastichorum horum sententiis, quae satis abundeque tum ad speculationem, tum ad actionem aedificant, enarratis, dicendi finem faciam.* Has interpretationes maxima ex parte Billius in suam Nazianzeni editionem latine parum cautus sub Cyri nomine transfudit. Et in epistola ad cardinalem Sirletum: *reliqua etiam opuscula, quae Cyrus explanavit, versibus item reddidi.* Sed cyrus (i. e. dominus) ante nomina positum quid sit, fusius in aliis diximus.

V. Habetur praeterea: Νικήτα βυζαντίου φιλοσόφου ἔκθεσις καταστευαστικὴ μετ' ἀποδείξεως τοῦ χριστιανικοῦ δόγματος, ἐκ κοινῶν ἐννοιῶν, καὶ διαλεκτικῆς μεθόδου, καὶ φυσικῶν ἐπιχειρημάτων, καὶ συλλογιστικῆς πολυτεχνίας προαγομένη· καὶ ἀντίρρησις τῆς σταλείσης ἐπιστολῆς ἐκ τῶν Ἀγαρηνῶν πρὸς Μιχαὴλ βασιλέα υἱὸν Θεοφίλου, ἐφ' ᾗ διαβολῇ τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως. *Nicetae byzantini philosophi expositio confirmans cum demonstratione christianum dogma ex communibus notionibus, et dialectica methodo, et naturalibus argumentis, et artificio syllogistico producta. Et confutatio epistolae ab Agarenis ad Michaëlem imperatorem Theophili,* (non Theophylacti, ut Possevinus, et Epitomatores gesneriani vertunt) *filium missae, qua christianam fidem calumniabantur.* P. Δυσθήρατόν τι χρῆμα ἀλήθεια, καὶ τούς γε λίαν ὀξυωποῦντας.

Alius est eiusdem tractatus: ἀντίρρησις, καὶ ἀνατροπὴ τῆς δευτέρας ἐπιστολῆς τῆς σταλείσης παρὰ τῶν Ἀγαρηνῶν πρὸς Μιχαὴλ βασιλέα υἱὸν Θεοφίλου, ἐπὶ διαβολῇ τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως. *Confutatio et eversio secundae epistolae ab Agarenis ad Michaëlem imperatorem Theophili F. missae, qua fidem christianam calumniabantur.* P. Ἐβουλόμην, ὦ φίλος, τὸν περὶ πίστεως ἡμῶν τοῦ χριστιανικοῦ λέγω δόγματος λόγον.

Tertius est, ἀνατροπὴ τῆς παρὰ τοῦ ἄραβος Μωάμεθ γραφείσης βίβλου ἐν κεφαλαίοις λ'. Refutatio libri ab arabe Mohameto conscripti, capitibus triginta. P. *Μεγάλων καὶ τῶν ὑπὲρ ἡμᾶς ἀξίων ὑπαρχόντων.* Hos tractatus contra Agarenos dicunt asservari in bibliotheca vaticana Possevinus, et Epitomatores (1).

Est praeterea pro synodo chalcedonensi adversus epistolam Armeniae regis, qua ille dictam synodum haereseos incusare veritus non fuerat. *Νικήτα βυζαντίου φιλοσόφου, καὶ διδασκάλου ἔλεγχος καὶ ἀνατροπὴ τῆς σταλείσης ἐπιστολῆς ἐκ τοῦ ἄρχοντος τῆς Ἀρμενίας, ἐπὶ διαβολῇ τῆς ὀρθοδόξου ἡμῶν πίστεως, καὶ τῆς ἁγίας, καὶ οἰκουμενικῆς τετάρτης συνόδου, ἐξ ἐπιτροπῆς τοῦ φιλοχρίστου καὶ εὐσεβεστάτου βασιλέως ἡμῶν· ἐγράφη δὲ πρὸς τὸν ἄρχοντα ἐκ προσώπου τοῦ παΐριάρχου. Nicetae byzantini philosophi et doctoris refutatio epistolae ab Armeniae principe missae, qua invidiose fidem nostram orthodoxam, et sanctam atque oecumenicam quartam synodum criminatur, iussu Christi amantis et piissimi nostri imperatoris. Scripta est ad principem, et patriarcham inducit loquentem.* Epistolam hanc doctissimam tum argumentorum copia et vi, tum sententiarum gravitate, et sanctorum patrum auctoritatibus refertissimam, et vere auream, non passus inter meae literariae supellectilis latebras diutius immorari, latinitate donatam, edi curavi in primo tomo scriptorum Graeciae orthodoxae hic Romae typis sacrae Congregationis de fide propaganda anno 1652. in 4. graece et latine.

Eiusdem etiam sunt. *Προλεγόμενα, καὶ ἐξήγησις τῶν πέντε φωνῶν. Prolegomena et expositio quinque vocum.* P. *Μέλλοντες σὺν θεῷ ἄρχεσθαι.* In bibliothecis italicis.

VI. His iisdem fere temporibus vivebat Nicetas Smyrnae metropolita, cuius elegantissimas epistolas mirum in modum laudat Symeon metaphrastes epist. 2. et 3. (2). Nondum mihi compertum est an extent. Quaerant posteri.

VII. Hunc Nicetam byzantinum non longe post sequitur Nicetas nicaenus chartophylax. Legitur ipsius brevis tractatus: *Κατὰ πόσους καιροὺς, καὶ διὰ ποῖα αἰτιάματα ἐσχίσθη ἀφ' ἡμῶν ἡ ῥωμαϊκὴ ἐκκλησία. Quibus temporibus, et quas ob causas scissa est a nobis romana ecclesia.* Ut regius codex parisiensis legit, seu ut vaticanus: *ποσάκις καὶ πότε, καὶ διὰ τὶ σχίσματα γέγονεν μεταξὺ ταῖν ἐκκλη-*

(1) Mirari licet, magnum Allatium loqui nunc ex aliena potius notitia, quam ex propria. Atqui codex vaticanus DCLXXXI, qui illa Nicetae byzantini adversus Mohametum Agarenosque opera continet, iamdiu extabat ante Allatium in bibliotheca vaticana, ut nos diximus in hac nova Patrum bibl. T. IV. part. 1. p. 321, ubi tamen nostra aliqua secundum hanc Allatii dissertationem reformanda videntur. Neque enim hic byzantinus Nicetas idem est ac Nicetas David; quod quum in calce tomi I. Graeciae orthodoxae affirmasset Allatius, nosque eum sectati fuerimus, nunc idem aliter sentit, eique nos ipsi obsequenter rursus consentimus. — Idem Allatius ignoravit codicem latinum CCCXIV, qui pariter in bibliotheca vaticana iamdiu extabat; ideoque neque Nicetae aquileiensis episcopi, neque nobilium eiusdem scriptorum meminit, quae nos, Deo laboribus nostris favente, illinc deprompsimus, scilicet *de ratione fidei, de Spiritus sancti potentia, et de diversis Christo domino convenientibus appellationibus.* — Denique Allatius nullam facit mentionem Nicetae epicopi Naupacti, quem pariter omnino ignorat Lequinius in Or. ch. T. II. col. 198. seq. ubi scribit illius urbis episcopos. Atqui ego in bibliotheca vaticana manibus non semel contrectavi ms. ad 4. evangelia et ad apostolorum actus copiosum graecum Nicetae episcopi Naupacti commentarium, quod egregium opus accurate postea describam, eiusque aliquem saltem fructum cum ecclesia publice communicabo. A. M.

(2) Edidit novem Symeonis metaphrastae epistolas Allatius in diatriba de Symeonum scriptis p. 254-261. Harum secunda et tertia mittuntur ad Nicetam Smyrnae metropolitam. A. M.

σίαιν Γραικῶν τε καὶ Ῥωμαίων. *Quoties, et quando, et quibus de causis dissidia orta sunt inter ecclesias graecam et latinam.* P. Πρῶτον ἐπὶ Γρατιανοῦ τοῦ βασιλέως διὰ Παυλῖνον τὸν τῶν Εὐσταθιανῶν ἄρχοντα. Tractatum in mei gratiam e codice ms. bibliothecae regis christianissimi descriptum sua manu ad me misit humanissimus Claudius Saravius. In codice regio escurialensi manuscripto habetur eiusdem auctoris περὶ σχίσματος, καὶ τῆς ῥωμαϊκῆς ἐκκλησίας. *De schismate, et romana ecclesia.* Idem ne cum superiori, an diversum? Vel diversa, unum *de schismate,* alterum *de romana ecclesia?* non mihi liquet. Illud sane liquet, Graecos improbe dissidium cum romana ecclesia fovere; cum contentio inter ecclesias nata, non e dogmatum varietate, et rationabili de causa, sed propter ambitionem et fastum exorta sit.

VIII. Nicetae monachi scribit Possevinus in bibliotheca sfortiana haberi cod. 106. *De anima librum unum. De paradiso contemplationem. Epistolas aliquot. De hierarchiis.* Hunc porro Nicetam esse monachum et presbyterum Studii, cognomento Stethatum, colligo ex indice ms. graeco bibliothecae Escurialis, in qua inter alia Stethati et haec recensentur. Περὶ ψυχῆς· περὶ παραδείσου· εἰς τὴν οὐρανίαν καὶ ἐκκλησιασ⟦τ⟧ικὴν ἱεραρχίαν. *De anima. De paradiso. In caelestem et ecclesiasticam hierarchiam.* Quare de hoc Stethato, quae libro II. de consensione utriusque ecclesiae scripsimus, in medium proferamus. *Hoc nefario Cerularii exemplo, alii quoque in Graecia, qui se eo usque tacitos ac reverentes continuerant, rubore excusso, palam non ore sed scriptis editis in romanam ecclesiam oblatrare coeperunt; eaque ipsa aetate Cerularii Nicetas quidam ex monasterio Studii, cognomento Stethatus, quem latine dixerunt Pectoratum, multa Latinorum, et praecipue de Spiritu sancto, de azymis, de sabbato, et nuptiis sacerdotum criminatus est. Syntagmatis principium est:* καλὴ πρὸς τὸν πλήσιον ἀγάπη, ᾧ πάντων ἐθνῶν σοφώτατοι Ῥωμαῖοι καὶ εὐγενέστατοι. Scriptum in eadem urbe condemnatum, approbante quoque imperatore flammis exarsit. Ut videtur tamen, vel Cerularii, vel ipsius auctoris, studio renatum, adhuc in bibliothecis perdurat; ut uno eodemque tempore, et malo auctoris animo, et argumentorum ac rationum futilitate perpensa, illum detestemur, haec vero proposita diluamus, et eorum simul amentiam, qui ista tanti faciunt, deploremus. Nec alium hunc esse puto, quam quem incogitanter nimis, anonymus de dissidio Graecorum et Latinorum Basilium nuncupat. Ὅ τε Πέτρος πα⟦τ⟧ριάρχης Ἀν⟦τ⟧ιοχείας, Νικόλαος ὁ Μεθώνης, καὶ Βασίλειος ὁ ἱερομόναχος ἀπὸ τῆς Στουδίου μονῆς, ὅστις καὶ λατινολέκτης (lego λατινελέ⟦γ⟧κτης) ἐκλήθη διὰ τὸ ἠκριβωμένως καὶ σαφῶς εἰς πλάτος ἐλέγξαι καὶ παραστῆσαι αὐτοῖς διὰ πλειόνων παραδειγμάτων καὶ μαρτυριῶν, ὅτι τὰ ἔθη ταῦτα ἅπερ κρατοῦσιν, ἤγουν τὰ ἄζυμα, ἡ τήρησις τῶν σαββάτων, ἡ ἀδιαφορία τῶν πνικτῶν, αἱ ἀνακαθάρσεις καὶ οἱ ῥαντισμοὶ, αἱ καταλύσεις τῶν τετραδοπαρασκευῶν, καὶ τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης τεσσαρακοστῆς, καὶ τὰ λοιπὰ ἅπερ ὄπισθεν λεπτομερῶς γράφουσιν, ταῦτα πάντα ἐλέγξας καὶ παραστήσας αὐτοῖς, ὅτι ἔξω καὶ ξένα τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, καὶ ἔξω τῆς διδαχῆς, καὶ παραδόσεως τῶν ἁγίων ἀποστόλων εἰσί· καὶ τὰ ἑξῆς. *Petrus patriarcha antiochenus, Nicolaus methonensis, et Basilius hieromonachus ex monasterio Studii, qui ab arguendis reprehendendisque Latinis,* latinelenctae *nomen habuit. Namque ille plane, accurateque et prolixioribus scriptis redarguit, et multis argumentis atque testimoniis comprobavit ritus, quos*

illi observant, azyma nempe, sabbatorum ieiunium, suffocatorum indifferentiam, expurgationes et aspersiones, feriarum quartae et sextae solutiones, et sancti magnique quadragesimalis ieiunii et reliqua, quae retro singulariter recensentur, extra esse et aliena a fide orthodoxa; et doctrina, et sanctorum apostolorum traditione. Ita, inquam, sentio, donec mihi aliquid de Basilio isto, si quis fuerit, codices manuscripti suggerent. Nicetae, quemadmodum et Michaëli constantinopolitano, et Leoni archidiacono, respondit Humbertus cardinalis, episcopus Silvae candidae; qui extat ad calcem tom. XI. Baronii, et tomo VI. antiquarum lect. Canisii, qui haec Humberti monumenta ex bavarica bibliotheca deprompsit, et vulgavit. Tractatus, qui in Graecia exarsit, conservatus est in plerisque Italiae bibliothecis, mediolanensi, cryptoferratensi, et barberina. Illius meminisse Sigebertum tradit Possevinus, posuisseque in apparatu *non ut legatur, sed ut ablegetur, cum de coniugio sacerdotum, deque aliis eiusmodi, in quibus Graeci et Latini dissentiunt, agat. Quamquam quod errores Armeniorum oppugnat, aliquid fortasse ad rem dixerit.* Verum, fateor, tractatus iste est adeo tenuis enervisque et rationibus adeo incomptis constabilitur, ut sine animorum offendiculo, manibus omnium teri possit, et potissimum Humberti Silvae candidae responsione docta et accurata convulsus et refutatus. Tractatum eiusdem de azymo refutavit Hilario monachus, oratione de pane Graecorum mystico, et Latinorum azymo, edita a me graece et latine in primo tomo Graeciae orthodoxae, quae incipit: ἐν τῷ μὲν διαλέγεσθαί με περὶ ἄρτου μυστικοῦ τῶν Ἑλλήνων, καὶ ἀζύμου τῶν Λατίνων, ἐδείχθη μοι λόγος ἤτοι ἐξήγησις τινὸς Νικήτου, πατρὸς ἐν τοῖς Ἕλλησι σοφωτάτου, ἐν ᾧ μὲν πολλὰ περὶ τῶν ἀζύμων ἐν τῷ δείπνῳ τοῦ Χριστοῦ ταῦτα εἰς τοὺς Λατίνους ἀφήγηται. *Cum de mystico Graecorum pane, et Latinorum azymo dissererem, oratio mihi quaedam, sive expositio Nicetae cuiusdam, patris inter Graecos doctissimi, ostensa est, in qua ille pleraque de azymis in coena Domini, sed haec adversus Latinos discurrit.* Et infra, eum vocat ἄνδρα πεπαιδευμένον, *virum eruditum et doctum.*

Scripsit etiam, ut advertit Possevinus, adversus errores Armeniorum, nempe λόγον στηλιτευτικὸν κατὰ τῆς τῶν Ἀρμενίων αἱρέσεως. *Orationem confutantem Armeniorum haeresim.* P. Τὴν συγχυτικὴν τῶν δύο φύσεων. In vaticana, cod. 1205.

Περὶ τοῦ διὰ χειρῶν ἀσπασμοῦ. De salutatione per *manus.* P. Ἀλλ' οὐδὲ ὁ διὰ χειρῶν ἀσπασμός (1).

Κατὰ Λατίνων, ἐν οἷς βλασφημοῦσιν εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, λέγοντες ἐκ τοῦ υἱοῦ τοῦτο ἐκπορεύεσθαι. *Adversus Latinorum blasphemias in Spiritum sanctum, asserentium ex Filio illum procedere.* P. Τὸ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος λέγειν, περὶ θεοῦ λέγειν ἐστίν. Et hinc videntur desumpti syllogismi contra Latinos, qui dicuntur extare in bibliotheca bavarica, sub Nicetae byzantini nomine cod. 120. Huius item Hugo Aetherianus mentionem facit in suo opere contra Graecos pro Latinis, nisi alius sit. Et verisimile est, Nicetae cognomines in illa civitate, et tanta blaterantium procacitate et copia, multos fuisse, qui nunc obscuri atque illaudabiles sub pulvere delitescunt.

Vidi praeterea, cum essem Chii: Νικήτα μοναχοῦ καὶ πρεσβυτέρου τοῦ Στουδίου, τοῦ ἐπίκλην Στηθάτου (non bene recordor modo) κατὰ πεῦσιν καὶ ἀπόκρισιν. *Nicetae monachi, et presbyteri Studii, cognomento Stethati, secundum in-*

(1) Scriptum hoc Nicetae Stethati satis breve, sed curiosum, edidimus nos cum operibus S. Theodori Studitae in Bibl. nov. PP. T. V. part. 2. p. 118. A. M.

terrogationem et responsionem. Index manuscriptus escurialensis explicat: καὶ ἄλλοι λόγοι κατὰ πεῦσιν καὶ ἀπόκρισιν. *Et sermones alii secundum interrogationem et responsionem.*

Item Stethato tribuuntur γνωστικῶν κεφαλαίων ἑκατοντὰς α΄· πρακτικῶν ἑκατοντὰς β΄· φυσικῶν ἑκατοντὰς γ΄· καὶ ἕτερα κεφάλαια ι΄. *Gnosticorum capitum centuria prima, practicorum centuria secunda, physicorum centuria tertia, et alia capita decem.* Quae servantur etiam in Escuriali. Ita index illius manuscriptus.

Concinnavit et *prooemium in librum divinarum laudum Simeonis abbatis Xerocerci.* P. Τὸ λίαν ἀνατατικόν τε καὶ διῃρμένον, αὐτό τε τὸ ὑπὲρ αἴσθησιν. Quin etiam oratione scripta, opposita eidem Simeoni crimina abluere conatus est. Oppugnatores non alio quam *hagiocategororum* nomine nuncupans, quasi qui Simeonem incusarent, sanctitatem ipsam criminarentur. In eodem prooemio: πιπτέτω φθόνος ὁ τοῖς καλοῖς νεμεσῶν, καὶ ὑμνείσθω, καὶ εὐφημείσθω ὁ ὕμνων καὶ ἐγκωμίων παντοίων ἄξιος Συμεὼν, καθὰ καὶ ἐν τῷ ἁγιοκαληγόρων λόγῳ μετὰ χρήσεων ἱερῶν πλατύτερον ἐξεθέμεθα. *Abeat invidentia, quae semper bonos odit. Laudetur, et satis faustis vocibus extollatur, qui laudibus et omnigenis encomiis dignus est Simeon, quemadmodum in oratione adversus Hagiocategoros, sanctorum auctoritatibus adductis, fusius explicavimus.*

In palatina bibliotheca est. Νικήτα Στηθάτου κανὼν εἰς τὸν μέγαν ἱεράρχην Νικόλαον. *Nicetae Stethati canon in magnum hierarcham Nicolaum.* Achrostichis est. Στέφω σε Νικόλαε Νικήτας ὕμνοις. P. Σήμερον ὁ λύχνος.

IX. Nicetae diaconi magnae ecclesiae leguntur carmina in dictum Simeonem abbatem Xerocerci et illius scripta. Illa exscripsimus in diatriba de Simeonibus cum de Simone Xerocerci egimus cum aliis. P. Ὡς ἄλλον εἰδότες σε θεῖον Μωσέα.

X. De Niceta Maroniae, thessalonicensi episcopo, repetenda hic sunt, quae lib. II. de consensione utriusque ecclesiae scripsimus cap. 13. Nicetas Maroniae, postea archiepiscopus thessalonicensis, libris sex Hugonis Aetheriani argumentis satisfacere conatus est. Bessarion in epistola ad Alexium philanthropenum. Τοῦτο δ' ἐγὼ οὐ λατινικῶς ἰδὼν μόνον ὑμῖν ἐωαγγέλλω, ἀλλὰ κἀν τῇ Κωνσταντινουπόλει ἑλληνικῶς γεγραμμένον, οὐκ αὐτοῦ βιβλίον τοῦ Οὔγωνος, ἀλλὰ Νικήτα τινὸς, ὡς οἶμαι, ἐπισκόπου Θεσσαλονίκης πρὸ διακοσίων πεντήκοντα χρόνων γεγενημένου, ἀντιλογικὸν πρὸς Οὔγωνα, ἐν ᾧ φαίνεται τούτῳ τῷ ῥητῷ ὁ Οὔγων χρησάμενος, εἰς ἐμὰς ἐλθὸν χεῖρας ἀνέγνων· καίτοι ὁ Θεσσαλονίκης οὗτος τῷ Λατίνων προσέκειτο δόγματι· τὸ γὰρ συμπέρασμα ἀληθὲς εἶναι ἐδόξαζεν· ἐμάχετο δὲ, τοῦτο δὴ τὸ λεγόμενον, ὑπὲρ ὄνου σκιᾶς· μὴ δεῖν λέγων μηδὲ ταληθῆ τῷ συμβόλῳ προσθῆναι· πρᾶγμα μεγάλης εὐλαβείας τε καὶ σοφίας, ὅμοιον ὡς εἴ τις ἔλεγε, μὴ δεῖν παῤῥησιάζεσθαι τὴν ἀλήθειαν. *Quod sane ego non solum latine inspexi, vobisque refero, verum etiam Constantinopoli cum in meas manus incidisset, graece scriptum legi. Legi vero non quidem librum ipsius Hugonis, sed Nicetae cuiusdam contra Hugonem librum antilogicum, ut ego arbitror, episcopi thessalonicensis, qui fuit ante ducentos quinquaginta annos, in quo videtur Hugo hac sententia usus fuisse. Atqui iste thessalonicensis Latinorum adhaerebat dogmati: conclusionem enim veram esse opinabatur; contendebat vero, id quod est in proverbio, de umbra asini, non oportere inquiens, nec ipsa quidem vera symbolo addere. Res scilicet magnae religionis, scrupuli et sapientiae! non secus ac*

si aliquis diceret, non oportere veritatem libere profiteri. Iohannes Veccus in apologetico. Νικήτας δέ τις τὴν κλῆσιν ἐν ἰδίοις καιροῖς τοὺς ἀρχιερατικοὺς τῆς Θεσσαλῶν μητροπόλεως οἴακας ἐγκεχειρισμένος, διάλεξιν τινὰ συνέθετο, γραικοῦ δῆθεν καὶ ἰταλοῦ, καὶ τὸ κράτος τῷ ἰταλῷ ἀπονέμει, εὐφυῶς πως τὴν αὐτὴν μετιόντα ἐνάγων πρὸς τὸ ἱλαρῶς τῇ ἑνώσει διατεθῆναι· ἦσαν γὰρ ὡς ἀληθῶς οὐκ ὀλίγοι τῶν πρὸ ἡμῶν, ἀποδεχόμενοι μὲν τὴν ἕνωσιν ταύτην, μὴ ἐγχειρῆσαι δὲ ὅμως ἀποτολμῶντες αὐτῇ. *Quidam, Nicetas nomine, suo tempore archieraticas Thessalonicensium habenas dirigens, colloquium graeci latinique composuit, et potiores partes Italo tribuit, non inconcinne graecum, qui eam peroptabat unionem hilariter receptandam, inducens. Erant siquidem non pauci ante nos unionem hanc planissime acceptantes, licet non auderent illam proponere.* Pachymeres lib. VI. de Vecco. Ἐμπίπτει καὶ ἄλλη τοῦ τῆς Μαρωνείας Νικήτα, ὃν ἡ μὲν μεγάλη ἐκκλησία ἐν τιμίοις εἶχε, καὶ χαρτοφύλακα, ὕστερον δὲ ἡ μεγαλόπολις Θεσσαλονίκη ἀρχιερέα ἐπλούτησεν, ἐν ὅλοις πέντε λόγοις τὰ τῶν θείων γραφῶν ὑπὲρ τῆς εἰρήνης τῶν ἐκκλησιῶν ἀνελίττουσα, καὶ ταύταις οἱονεὶ θεμελίοις χρησάμενος συνεῖρε τὰ πλεῖστα. *Incidit porro et in alium librum Nicetae Maroniae, viri in magna ecclesia laudatissimi illiusque chartophylacis, postea in urbe magna Thessalonicensi non sine maximo illius civitatis lucro antistitis, et integris quinque orationibus divinarum scripturarum eloquia pro unione ecclesiarum exponentis, quibus veluti fundamentis usus, omnia concludebat.* Et lib. VII. Εὑρὼν οὖν τὸν τῆς Μαρωνείας Νικήταν, καὶ χαρτοφύλακα, καὶ ὕστερον δὲ καὶ Θεσσαλονίκης πρόεδρον, καὶ ἐπὶ τούτῳ καὶ τὸν Βλεμμίδην Νικηφόρον γραφαῖς συγχρησαμένους εἰς τὴν ὑπὲρ τῶν Ἰταλῶν ὡς δῆθεν ἀπολογίαν. *Inveniens itaque Maroniae Nicetam, et chartophylacem, postea thessalonicensem episcopum, et praeter hunc Blemmidem Nicephorum, scripturas usurpantes, ac si pro Latinis responderent.* In hunc etiam respexit Blemmida ad Iacobum Bulgariae archiepiscopum. Ἄλλος δέ τις τῶν ἐκκρίτων δὴ καὶ αὐτὸς τοῖς ἐκ Ῥώμης διαλεγόμενος, ἐπειδὴ προείλετο δεῖξαι, μηδ' ὁπωσοῦν ἀλλήλοις ἐναντία ὄντα κατά γε τὸ ἀληθὲς τὰ παρὰ τῶν ἁγίων λεγόμενα, εἰ καὶ δοκεῖ τοῖς ἀπερισκέπτοις. *Alius etiam vir eximius et praestans, cum Latinis sermonem conferens, sibique proponens demonstrare, nullo modo, si veritas attendenda est, sibi invicem quae a sanctis dicuntur adversari, licet id videatur imperitis etc.* Scripsit orationes sex sub hoc titulo. Τοῦ μακαριωτάτου μητροπολίτου Θεσσαλονίκης Νικήτα τοῦ Μαρωνείας λόγοι διάφοροι πρὸς διάλογον ἐσχηματισμένοι περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος. *Beatissimi metropolitae thessalonicensis Nicetae Maroniae orationes variae in forma dialogi, de processione Spiritus sancti.* Interlocutores sunt graecus et latinus. Earum vero principia sunt.

1. Φέρε δή, ὦ λατῖνε, τὸ ἐριστικὸν καὶ φιλόνεικον.
2. Ἀπηγγείλω μὲν ἔναγχος, ὦ γραικέ, πολλὰ ἄτοπα.
3. Ἐπὶ ταύτην τὴν ἀρχήν, καὶ αὖθις τιθέμενος·
4. Φέρε δὴ νῦν ἴδωμεν, ὦ λατῖνε, καὶ εἴ τινες
5. Λοιπὸν εἰ σοι λόγος ἕτερος, ὦ λατῖνε, τοῦ δόγματος, τράνωσον.
6. Ταῦτα δὴ φημὶ καὶ αὐτὸς, ἀλλὰ τίνες.

Eiusdem quoque habentur in bibliotheca regia escurialensi. Τίς ὁ σκοπὸς τῆς τοῦ κυρίου ἐνανθρωπήσεως. *Quis sit scopus dominicae incarnationis.* Nec non ὅτι ἐννέα τάγματα ἔχει ἡ ἐκκλησία ἐπ' ἴσης τῶν οὐρανίων δυνάμεων· καὶ ἄλ-

λαι ἐρωτοαποκρίσεις. *Novem ordines habere ecclesiam ad similitudinem caelestium virtutum. Et aliae interrogationes ac responsiones.*

XI. Nicetas Seidus sub imperatore Alexio Comneno, cum videret a Latinis proponi, *opinionibus ecclesiae romanae tamquam antiquioris inhaerendum esse, venerabilioraque esse novis antiquiora,* scripsit adversus eosdem opusculum, ὅτι οὐκ αἰδεσιμώτερα καθάπαξ τῶν νέων τὰ παλαιὰ, οὐδὲ ἡ παλαιὰ λοιπὸν Ῥώμη τῆς Νέας, καὶ ὁ θρόνος τοῦ θρόνου. *Non esse simpliciter antiqua novis venerabiliora, ideoque neque novâ vetus Roma, nec sedes sede.* P. Πολλὰ μὲν ἡμῖν, ὦ ἄνδρες ῥωμαῖοι, τὰ διϊσχυρισθέντα ὑμᾶς ἀφ' ἡμῶν. Multa illius perperam dictam, a nobis in libris de consensione, prout ferebat occasio, prolata et refutata sunt.

Scripsit etiam tractatum *de paschate.* Περὶ τοῦ Πάσχα. P. Ἐτέχθη μὲν ὁ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν ἔτει ἀπὸ κτίσεως κόσμου ,ϛφϛ', ὡς εἴρηταί μοι καὶ πρόσθεν. Matthaeus hieromonachus, qui in canones scripsit, in tractatu suo de paschate. Οὕτω καὶ ὁ θαυμαστὸς κύρις Νικήτας ὁ καλούμενος Σείδος φησὶν ἐν τῷ ὑπ' αὐτοῦ ἐκτεθέντι περὶ τούτου συντάγματι. *Sic et admirabilis dominus Nicetas, cognomento Seidus, ait in commentario suo de hac eadem re edito.*

XII. Nicetas Serron male a Possevino in duos discerpitur in apparatu, in Nicetam nimirum Heracleae episcopum, et Nicetam Serron. Sed pessime ab Epitomatoribus gesnerianis in Nicetam Heradium, Nicetam Serronium, Nicetam τοῦ Σερρῶν, et Nicetam metropolitanum Heracleae. Namque unus et idem est auctor, qui omnia praedictis adscripta composuit. In diatriba mea de Psellis, cum de aetate Michaëlis Pselli adversus haereticos disceptarem, ut eos refellerem, multa de Niceta Davide, et Niceta Serrone, quae et illi concedere debebant, ex codicibus manuscriptis attuli, et postmodum conclusi Nicetam Serronem, et Nicetam Davidem alium atque alium fuisse; in eamque ivi sententiam, Theophylacti Bulgariae archiepiscopi aetate floruisse, ad quem nona Theophylacti epistola inter impressas a Meursio legitur. De diversitate Nicetarum mecum habeo doctissimum Vossium in nova da scriptoribus graecis editione. *Diversos tamen esse hos Nicetas, Leonis Allatii sententia est, in diatriba de Psellis, cui hac in parte potius subscribo.* Fuit is primo magnae ecclesiae diaconus et magister seu doctor, postea Serrarum metropolita, inde translatus Heracleam. Vir oppido doctus et pius. Scripsit plura et varia. Sed praecipui illius neque inglorii conatus fuere in exponenda biblia ex mente sanctorum patrum.

Quae ad manus nostras pervenere sunt: canones illius γραμματικοὶ καὶ τὰ μουσικὸν ἦχον ψαλλόμενοι. *Regulae grammaticae, quae ad cantum musicum concinuntur,* itemque *troparia.* Titulus operi praefixus: τοῦ τῶν Σερρῶν πόνημα Νικήτου τόδε, *Serronis labor Nicetae hic est.* P. Ἐπίθετα Διὸς, δωδωναῖος, ἰδαῖος, ἑρκεῖος, κηναῖος, μειλίχιος. Eiusdem κανὼν εἰς κανόνας γραμματικούς. *Canon in regulas grammatices.* P. Εἰς ος' τὰ ὀξύτονα.

Eiusdem ἕτερος κανὼν εἰς διάφορα γραμματικά. *Alius canon in varia grammatica.* P. Τὸ α' κατὰ ἀρχὰς ἀσπάζεται. Et alia in bibliothecis vaticana, vallicelliana, regia Parisiis, altempsiana.

Carmina iambica in idem opus. P. Πέδον τιθηνὸν ἀκρίβου πεφιλμένον. *Ibid.*

Carmina iambica alia. P. Καιρὸς μὲν ὕπνου, καὶ καθεύδειν ἦν δέον. Regia Parisiis.

Addunt alii. *Eiusdem Imperatores constantinopolitani haeretici, ac christiani.* Ipse quid sit, nondum vidi.

In Gregorii nazianzeni orationes sexdecim *enarrationes, et commentaria*, nempe *in sanctum pascha, et in tarditatem. In aliam orationem in sanctum pascha. In novam dominicam. In pentecostem. In Christi diem natalem. In epitaphium divi Basilii. In sancta lumina. In sanctum baptisma. De amore pauperum. In patrem reticentem propter plagam grandinis. In Macchabaeos. In s. Cyprianum martyrem. In Iulianum tributorum exactorem. In praesentiam CL. episcoporum. In Gregorium nyssenum magni Basilii fratrem. In s. Athanasium*: quae latine interprete Iohanne Leunclavio excusa sunt cum operibus Gregorii nazianzeni Basileae anno 1571. Ex his commentariis Iacobus Billius partim in aliquas orationes Nazianzeni, partim ex illis in alias collegit, ediditque in sua editione. Graeca manuscripta passim inveniuntur in italicis bibliothecis, et regia Parisiis cod. 429. et 1353.

Eiusdem *commentarii in Nyssenum*, index ms. Ambrosianus. Nicetas absque dubio erit, qui et in Nazianzeno elaboravit. Utinam tamen index, vel titulus non fallat! Et suspicor ea esse, quae ipse Nicetas scripserat in orationem Nazianzeni, quam ille habuit in Gregorium nyssenum Basilii fratrem.

Industriam quoque suam posuit in exponendis sacrae scripturae libris; non ex propriis, sed ex sanctorum, aliorumque praestantissimorum virorum, imo etiam ex haereticorum, si modo a catholicorum intelligentia et sensu non disiunguntur decerpens, et ordine disponens, et aptissime collocans, ut non videantur disiuncta ac separata, optimorum pannorum frustis consarcinata, sed uno continuo textu ab uno auctore ordita. Eas Graeci σειρὰς dixere, Latini *catenas:* quemadmodum enim diversi disiunctique annuli alter alteri implicitus in unum coarctantur, et continuatum unum efficiunt, ita et sententiae illae in scriptis patrum dispersae, recollectae ac debito ordine congestae, veluti una serie continuantur. Sic sub illius nomine in variis bibliothecis latent in *hexameron Moysis explicationes collectae. In psalterium Davidis*, Possevinus scribit extitisse in bibliotheca imperatoris Vindobonae. In altempsiana legitur: Νικήτα Σερρῶν ἐξήγησις εἰς τοὺς ψαλμοὺς, καὶ συλλογὴ ἄχρι τοῦ μέ ψαλμοῦ· παρέμπροσθεν δὲ ἄχρι τοῦ ὁ, τοῦ Ἀγαμηνοῦ. *Nicetae Serronis expositio in psalmos et sylloge usque ad XLV. Quae vero sequuntur usque ad LXXX, sunt Agameni.* Franciscus etiam Patritius in notis ad Clementis primam epistolam ad Corinthios refert apud se extare catenam in psalmos, collectore Niceta, quam saepius vocat suam, ex eaque testimonia patrum non uno in loco profert. Ex hac patrum expositione pius nescio quis varias precum formulas concinnavit varii argumenti, quas ipse legi sub hoc titulo. Εὐχαὶ διάφοροι πρὸς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, ὑμνολογητικαὶ, ἐξομολογητικαί τε, καὶ εὐχαριστήριοι, πρὸς δὲ καὶ διηγηματικαὶ, καὶ παρακλητικαὶ, διασκευασθεῖσαι κατὰ παράφρασιν ἐν ὁμοιότητι τῶν ψαλμῶν τοῦ Δαυὶδ ἀπὸ τῶν ἐξηγησαμένων εἰς τὸ ψαλτήριον αὐτοῦ θειοτάτων πατέρων ἡμῶν καὶ ἁγίων καὶ σοφῶν διδασκάλων· συνετέθησαν δὲ ἀπὸ τοῦ βιβλίου τοῦ Ἡρακλείας. P. Δέσποτα κύριε ὁ θεὸς τῶν ἁπάντων τοὺς καταλαβόντας με διὰ παγίδων, καὶ τὴν ψυχήν μου ταπεινώσαντας. Sunt num. 39. Nec non et illae. Ἑτέρα συνθήκη ψαλμῶν ἀπὸ τῆς ἑρμηνείας τοῦ Ζυγαβηνοῦ εἰς τοὺς ψαλμοὺς ὅλους καὶ τὰ παράφρασιν εὐκτικῶς, δοξολογικῶς, εὐχαριστήριως, καὶ διηγηματικῶς, καθὼς γέγονε καὶ προγέγραπται, καὶ ἀπὸ τῆς συλλογῆς τοῦ Ἡρακλείας εἰς τὸ ὅλον ψαλτήριον. P. Κύριε ὁ θεὸς πολλοὶ τῶν κατεξανισταμένων μου παραθαρροῦντες ἀλλήλους λέγουσιν. Preces sunt num. 146.

Subdit Possevinus: *in ecclesiastem, canticum canticorum, in duodecim prophetas, in quatuor evangelia, in acta apostolorum, in epistolas Pauli, Iohannis, Iacobi et Petri. Sed cum eiusdem extet explicatio in Iob, vereor quin ei sit, ut fortassis aliae falso ascriptae. Nam et in decem manuscriptis graecis codicibus, quos Paulus Comitolus noster e variis bibliothecis conquisivit ob catenam patrum graecorum in Iob a se versam, nullus extat in illis Nicetas, praeter quam in codice, qui erat Iohannis a s. Andrea canonici parisiensis. Quin etiam cum ei fuisset in Galliis a quodam attributa, idem Comitolus in disputatione, quam de eius catenae auctore suae versioni praefixit, solidis evincit argumentis, eam nullam esse, sed Olympiodoro tribuendam, qui e quatuor et viginti Graeciae doctorum explanationibus illam contexuit.* In Bavariae ducis bibliothecae catalogo adnotatur cod. 12. et 13. *Catena Nicetae Serrarum episcopi in Matthaeum. Catena eiusdem Nicetae in evangelium S. Iohannis.* Et in bibliotheca augustana habentur: *variorum patrum enarrationes in evangelium S. Lucae, Niceta collectore.*

Visitur in vaticana bibliotheca codex in membrana minutissime et elegantissime scriptus cum hac epigraphe. Συναγωγὴ ἐξηγήσεων εἰς τὸ κατὰ Λουκᾶν ἅγιον εὐαγγέλιον ἐκ διαφόρων ἑρμηνευτῶν παρὰ Νικήτα διακόνου τῆς τοῦ θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας ἐν βιβλίοις δ' (1). *Collectio explicationum in sanctum evangelium secundum Lucam, ex variis interpretibus per Nicetam diaconum magnae Dei ecclesiae, libris quatuor.* P. Ἐξ ἀρχῆς μὲν ὁ θεὸς δι' ἑαυτοῦ τοῖς ἀνθρώποις διελέγετο. In qua sylloge illud singulare cernitur, quod cum in aliis catenis sententiae patrum verbis decurtatae, et compendio efferantur, heic ipsissimis verbis uti iacent textus, nullis suis partibus imminuti digeruntur, ut non frusta interpretationum, sed integrae ipsae interpretationes, et tantum non orationes describantur. Interpretes sunt, ne te quoque id lateat, Africanus, Alexander monachus, Ambrosius, Amphilochius, Anastasius, Antipater bostrensis, Apollinaris, Asterius, Athanasius, Basilius, Clemens, Cosmas monachus, Cyprianus, Cyrillus alexandrinus, Cyrillus hierosolymitanus, Dionysius alexandrinus, Dionysius areopagita, Dorotheus, Ephraem, Epiphanius cyprius, Eusebius, Eutychius patriarcha, Evagrius, Flavianus, Gregorius nyssenus, Gregorius theologus, Hippolytus, Hypatius, Ignatius, Iohannes cassianus, Iohannes chrysostomus, Iohannes climax, Iohannes damascenus, Iohannes geometra, Iosephus, Irenaeus, Isaac monachus, Isidorus pelusiota, Iustinus, Macarius, Marcus monachus, Maximus, Methodius patarensis, Nicetas qui et David, Nilus, Origenes, Paulus emesenus, Philo, Photius patriarcha, Proclus, Severus antiochenus, Silvester, Simeon metaphrastes, Synesius, Theodoretus, Theodorus mopsuestenus, Theophanes, Titus bostrensis, Victor presbyter (2). Ex his prolixis admodum expositionibus collectae sunt expositiones magis succinctae a studioso quodam in idem evangelium, ne lectione tam longa lectores absterrerentur, quae in bibliothecis italicis leguntur.

Relatum etiam mihi est, extare sub nomine eiusdem e diversis item patribus *in Matthaei evangelium expositionem*, patresque esse, Apollinarem, Athanasium, Basilium, Cyrillum alexandrinum, Epiphanium, Eusebium caesariensem, Gregorium nazianzenum, Gregorium nyssenum, Gregorium thaumaturgum, Iohannem chrysosto-

(1) Ex hoc ipso codice plurimas egregiasque S. Cyrilli alex. partes nos protulimus in Bibl. nov. PP. T. II. Item alias aliorum Patrum in Script. vet. T. IX. A. M.

(2) Paulo numerosiorem nominum indicem, adscriptis etiam codicis locis, nos dedimus T. IX. cit. p. 723. 724. A. M.

mum, Irenaeum, Isidorum pelusiotam, Origenem, Photium, Severum antiochenum, Theodoretum, Theodorum heracleensem, Theodorum mopsuestenum, Theophilum, Titum.

Catenam in Iob non esse Nicetae, sed Olympiodori contendit Comitolus; solidisque eum id evincere argumentis, tradit Possevinus. Verum solidas ipsas Comitoli ratiocinationes consideremus. Ait scripto admonitum, eum, qui non Olympiodorum alexandrinae ecclesiae diaconum, sed Nicetam Heracleae episcopum catenae huius auctorem existimabat, sensisse se captiosa probabilitate deceptum, ideoque semel et iterum datis litteris errati sui veniam deprecatum, et in sententiam suam manibus pedibusque venisse, erratum professum. Licet enim, ut ille asserebat, a Iohanne parisiensis ecclesiae canonico didicisset, tum in suo, tum in regis Gallorum (et Caesaris, et in ottob.) exemplaribus et non paucis quae Constantinopoli visuntur, summo cum consensu, Nicetae nomen praefixum habeatur, et stilus una cum reliquis Nicetae operibus plane consentiat, suo tamen iudicio Comitolus, et aliorum eximiorum virorum, diversorum exemplarium diversos esse auctores censet, et Nicetae nominis huiusmodi libris affixi repellit antiquitatem: tum demum quia graecae nationi, quo praesertim tempore ab romana ecclesia secessit, sollemne fuit, adulterinis notis libros adspergere: et varios esse auctores suadent, vel omnibus in libris non eumdem esse explanatorum numerum, vel explanationum auctorum non esse eandem dispositionem et ordinem, vel ad eosdem locos sacrae scripturae non eorundem doctorum explicationes adhiberi, vel eorundem doctorum explicationes in nonnullis libris concisas, in aliis magis diffusas esse, vel nullam praefixi nominis Nicetae notam vetustioribus codicibus videri. Adde in ipsa inscriptione, quae Nicetam praefert, nihil recinere purum, nihil veteris linguae graecae resonare domesticum. Ἐξήγησις εἰς τὸν μακάριον Ἰὼβ, συγγραφεῖσα παρὰ τοῦ ἱερωτάτου μητροπολίτου Ἡρακλείας, κυρίου Νικήτα. Νικητοῦ enim, si regulis grammaticorum insistere voluisset, dicendum erat. Graecos porro non suorum sed alienorum nomina assuesse libris praefigere, probant commentarii in Iohannem, qui Cyrilli nomen praeferebant (1), cum essent Chrysostomi; commentarii Origenis in Iob, qui prorsus Origenis non sunt (2). Neć potest dissimulari, multa Hieronymo non Hieronymi, Augustino multa adscripta esse non Augustini (3). De stilo quoque Nicetae praeter rem esse videtur, cum nullum in hoc toto commentario Nicetae verbum reperiatur, sed omnia aliorum verbis exposita. Et licet omnes aliae catenae, quae cum Nicetae nomine coniunguntur, Nicetae sint; quam est interpretatus Comitolus, nullo modo Nicetae tribuendam esse. Et haec quidem sunt Comitoli argumenta adversus eos, qui huiusce catenae in Iobum auctorem Nicetam existimant.

Olympiodorum vero diaconum huius opificii esse auctorem necessario probat,

(1) Memini reapse me videre in bibliotheca vaticana codicem magnum insignem, litteris venustis exaratum, cum praefixo titulo Cyrilli in Iohannem, quum tamen nihil Cyrilli proprium inesset; sed compendium potius Chrysostomi illud, quod Patavii observavit Comitolus. A. M.

(2) Recte haec dicuntur. Etenim ego commentarii adhuc graece inediti in Iobum, falsum Origenis nomen in codicibus gerentis, verum auctorem (priscum scilicet et famae nobilis hominem) cum ipso opere vulgaturus aliquando sum. De Comitoli autem nonnullis halucinationibus verba feci in tomo X. p. 201. seq. Spicilegii rom. A. M.

(3) Augustino scripta aliquot falso utique inscripta fuerunt; sed alia vicissim erepta eidem constat philologorum audaci iudicio, reclamantibus valde codicibus antiquissimis et ingenuae famae primis editoribus. Sic ex. gr. nostra fere aetate Mita Chrysologum, Brunus Maximum taur., dum studiose illorum tomos amplificare volunt, alienis non semel plumis exornaverunt. A. M.

quod catenae auctor in extrema praefatione, cum Chrysostomi oratione suam connectens, *nunc ad ipsam verborum*, inquit, *interpretationem veniendum est; quaecumque vero historiae congruunt, atque allegoriae etc.* Atqui verba haec prorsus consequitur nomen Olympiodori, eiusque protheoria. Si superior oratio est catenae auctoris, tum historiam, tum theoriam, cum res feret, in singula capita pollicentis; cum in utriusque sensus et historici et theorici pervestigatione fuerit Olympiodorus perdiligenter versatus: cum illius dumtaxat sint omnes illae protheoriae; quis vocabit in dubium, quin idem sit interpres? Olympiodori interpretatio cum reliquorum doctorum explanationibus ita cohaeret, ut non multorum expositio, sed unius tantummodo videatur esse continuatio. Sententiae illius ex aliorum sententiis efflorescunt, et pleraeque illius commentationes in aliena iunctione verborum saepe considunt, aliorum verba et sententiae Olympiodori comprehensionibus adstringuntur: aliorum interpretum infracta ab Olympiodoro sanantur, et vitiosa quaeque complentur: quae variis ex eadem catena adductis exemplis Comitolus confirmat. Tandemque cardinalis Gulielmi Sirleti, Francisci Turriani, et Petri Galesini protonotarii apostolici sententias, suae comites allegat, et Vincentii Pinelli codicem pervetustum, in cuius primis paginis est Olympiodori, tamquam legitimi auctoris, litteris latinis nomen adscriptum. Tandemque parisiensium patrum et sodalium suorum patrocinium adnectit, qui cum sua causa regis reginaequé bibliothecas acri studio perlustrassent, singulosque libros ac librorum indices diligentius inspexissent, responderunt. *Non est autem quod rev. patrem Comitolum pigeat coniecturae, catenam istam Olympiodoro tribuentis. Nam et in epitome bibliothecae Gesneri, et in catalogo librorum edito a Simlero anno* 1586. *catena in Iob Olympiodoro tribuitur quaedam, quae dicitur in bibliotheca Sambuci servari: itemque eiusdem Olympiodori diaconi hypotheses in Iob.* His concludit esse vero quam simillimum huius catenae scriptorem Olympiodorum, alexandrinae ecclesiae diaconum, extitisse. Pro qua sententia defendenda, ingentes Comitoli conatus, et concitatum animi ardorem conspexeris. Ad Comitoli quoque sententiam accedit Possevinus in apparatu, in Olympiodoro. *Accedo enim lubens ad sententiam Pauli Comitoli, qui eandem catenam, ut alibi diximus, e graeca latinam fecit eleganter. Qui item solidis rationibus in editione veneta, quae prodiit apud Iolitos anno* 1587, *evincit eam esse non Nicetae heracleensis episcopi, sed ipsius Olympiodori.*

Quid interim nos? In tanta coniecturarum copia, et eximiorum hominum consensu adquiescemus? Etiam si producta sententia quam longissime abesset a vero, tanta dicendi copia praestructa, nos quoque etiam invitos ad se pellexisset. Sed veritatis studium, quo semper incontinenter exarsimus compellit, ut dictas coniecturas coniecturis aliis (quae enim in rebus huiusmodi demonstratio fuerit?) ponderatas, sapientiorum examini committamus. Qui semel oppositum sentiebat, rationibus Comitoli persuasus, in sententiam Comitoli venit. Optime factum, laudo ingenium, id quoque suasus ipse faciam; et si peccatum est, talibus in rebus diversa ab aliis sentire, veniam deprecabor; et rem agam. Iohannis parisiensis canonici codex Nicetam praeferebat auctorem huius catenae, et regis Galliae exemplar, et non pauca alia, quae Constantinopoli visuntur, quamvis Comitolus nullam extare in bibliotheca regia catenam affirmet. Sed Constantinopoli extitisse tradit grammaticus in catalogo exhibito in bibliotheca patriarchae constantinopolitani, ut ex Antonii Verderii supplemento colligo. In Anglia duo bodleiani codices, ex quibus suam eruit, ediditque Patricius Iunius. Olympiodorum unus solummodo qui fuit Sambuci. Quibus fides adhi-

benda est? uni ne tantummodo Sambuci, relato ab epitomatoribus Gesneri, an tot aliis, qui nobis Nicetam praefigunt? Et si attentius verba epitomatorum considerentur, non nobis Olympiodorum auctorem catenae dant, sed unum ex iis, ex quibus interpretationes illae collectae sunt. En verba. *Olympiodori et aliorum piissima catena in Iob, in bibliotheca Sambuci.* Ni alios quoque auctores catenae auctores substituere velimus. Et cum Comitolus dicat, *diversorum exemplarium auctores esse diversos*, unde nam ille habuit in sambuciano illo codice catenam a se versam, et quam Olympiodoro ipse vindicat, et non aliam atque diversam, contineri? Quare in huiusmodi coniectura, rei dubiae maiorem fidem faciunt plures codices, pluresque testes firmioris auctoritatis reputantur. Quid si Olympiodorum nullus alius testis, nullus huiusce commentationis foetus alius, Nicetam autem hae et in alios sacrae scripturae libros, perplures collectiones accusant? At Nicetae stilus cum aliis operibus Nicetae non consentit. Cum nullus hic cernatur, verum est; sunt enim aliorum scriptorum sententiae eorumdem verbis expositae, vel quandoque etiam decurtatae, in quo nulla certa stili ratio formari potest. Quamvis in aliis suis scriptis, in quibus λογοειδὲς dicendi genus sectatur, non inelegans sit, sed gravis, facundus, et plenus sententiis. At hic in inscriptione nihil purum retinet, nihil graecae linguae domesticum resonat. Quis id ait? Res ipsa, si Comitolo credimus viro in graecis literis versatissimo. Νικήτα enim illud pro Νικητοῦ non videtur e grammaticorum schola. Et tamen purum hellenismum sonat. Nomen enim illud fere in omnibus etiam antiquioribus ita enunciatur. Hinc legitur: συναγωγὴ ἐξηγήσεων εἰς τὸ κατὰ Λουκᾶν παρὰ Νικήτα διακόνου. Νικήτα Σερρῶν εἰς Γρηγόριον τὸν θεολόγον. Νικήτα μονάζοντος τοῦ Στηθάτου εἰς τὸ βιβλίον τῶν θείων ὕμνων. Νικήτα τοῦ βυζαντίου. Νικήτα τοῦ φιλοσόφου. Et in editis conciliis romanis, de vita sancti Ignatii: συνεγράφη δὲ παρὰ Νικήτα δούλου Ἰησοῦ Χριστοῦ. Sic etiam vulgatum est, Νικήτα τοῦ Χωνιάτου. Et in expositione graeca carminum Gregorii Nazianzeni, Νικήτα φιλοσόφου, τοῦ καὶ Δαυὶδ ἑρμηνεία. Possem etiam infinita alia ex historicis referre, qui Nicetae nomen in secundo casu ita efferunt, neque propterea praeter puritatem graeci sermonis locutos eos fuisse aliquis criminatus est. An ergo tot auctores ob unius syllabae male scriptae in ipso titulo, suis commentariis spoliandi sunt? De Niceta heracleensi, et de hac catena tantummodo id decernere, de aliis non item, λῆρος plane esset, καὶ οὐδὲν ὑγιές. Quod si Nicetas ideo ex hac catena exterminandus est, quod in exscribendo in declinatione peccatum est, fortasse etiam Olympiodorus eiiciendus ex hoc eodem opere est, cuius nomen in emendatissimo exemplari, quod asserit Patricius Iunius, constanter et per omnia ita scriptum reperitur, lege compositionis ut videtur, aliter postulante, per ω in antepenultima exprimitur Ὀλυμπιωδώρου. Sed nimius ipse sum in similibus referendis.

Reliqua Comitoli videantur. Sollemne fuit graecae nationi adulterinis notis libros aspergere. Sit certum atque indubitatum, neque enim nunc ego graecae nationis causam ago. Quid ergo inde sequitur? Ergo et hoc quoque nomen, eraso vero auctore, catenae praefixerunt. Hoc vero probandum est, ut in exemplis allatis de Cyrillo, et Origene probatur. Neque propterea licebit Comitolo, pulso Niceta, alium substituere. Tum enim et in libris quoque latinis id facere pro libidine uniuscuiusque concederetur; cum, ut ille ait, dissimulari non possit, multa Hieronymo non Hieronymi, Augustino multa adscripta esse non Augustini. Hinc concludet nescio quis plane non dissimili argumento: ergo catena quae prostat sub nomine divi Thomae aquinatis,

divi Thomae non est; cum Latini sueverint nonnullis libris ac voluminibus non suorum auctorum, sed alienorum nomina, titulosque adfigere. Immo permulta in libris suae Societatis, si hunc eundem ratiocinandi modum sequemur, decerni possint. Audiatur Comitolus. *Haereamus in nostris. In hac ipsa catena, quae superiore anno est impressa Lugduni, an non extat epistola ad Antonium Caraffam cardinalem amplissimum? quam cum temporis angustiae, eorumque preces qui editionem urgebant, ab universi nostri ordinis moderatore acrius extorquerent, videretque eorum cupiditati satisfieri non posse, si a me expectanda Romam erat epistola; eius scribendae diserto sodali datum est negotium: neque ea re mentitur epistola, quod non sit auctorem Paulum nacta; prodiit enim ipsa meae quoque testis locuples voluntatis, illamque quasi prolem meam agnovi.* Quasi vero integerrimi, sanctissimique patres, et praecipue tanti ordinis moderator, scriptiones iussu suo ab hoc vel illo sodali factas, nutu suo aliis ex suis distribuat, et alienos labores, cui ipsi libuerit supponat. Sed vim argumenti inspiciamus. Graeci item atque Latini multa auctori non suo falsis inscriptionibus donant, et aliquando moderator Societatis epistolam ab alio scriptam, perinde atque si Paulus Comitolus eam scripsisset, publicavit. Ergo catena in Iobum a Comitolo versa, licet Nicetae nomen praeferat, Nicetae non est. An non solidius conclusisset catenam ipsam, quae sub Comitoli nomine cusa est, Comitoli non esse? Et qua in posterum certitudine suis auctoribus tractatus et libros vindicabimus, si pondus aliquod argumentum hoc in se contineret? Certe nulla. Par enim atque unum omnium iudicium erit.

Quid porro pro Olympiodoro suo argutatur? Quae superius breviter expressimus. Et diceret fortassis aliquid, si Olympiodori verba illa essent. At cum auctoris catenae sint, frustra tot aggerit exempla. Solent scilicet huiuscemodi tractationum auctores, ne sententiae allatae elumbes atque dissolutae, orationis seriem infringere videantur, aliquid de suo addentes, apposito veluti vinculo, antecedentia cum subsequentibus colligere. Id facile deprehenderit, qui catenas antiquas, et huiusce Nicetae potissimum examinet. Namque, verbi gratia, cum duae vel tres alicuius expositionis causae non ab eodem auctore, sed a diversis redduntur, ille de suo solet addere: *duplex est huius loci expositio, aut enim hoc dicit,* et postea nomen auctoris appingit; eaque sententia finita, ponit verba illa: *aut id potius significare voluit;* et tum alterius nomen subdit. *Multiplex est his verbis subiecta sententia, aut enim hoc dicit;* tum profertur sententia ex aliquo auctore. Postmodum subiicitur, *aut vero hoc aliud,* et similia. Et cum ista sententiarum connexio de substantia rerum nihil mutet, non opus erat in hisce verbulis auctorem catenae suum nomen apponere. Unde nam id habeam! dicet Comitolus. Ex ipsa catenarum natura. Non placet? Audiat: potuit id ita fieri. Contemnet haec Comitolus; contemnat ergo et illa sua, dum Nicetam oppugnat, toties inculcata. *Potuit Olympiodorus a primo integras absolutasque interpretationes singulis historiae sacrae partibus adhibuisse* etc. *Potuit primo separato commentario* etc. *Potuit suarum sententiarum ac verborum selectione utens* etc. Si ille quia potuit, fecit; quare non et Nicetas, qui non minus Olympiodoro potuit?

Ut vero de formulis ab Olympiodoro usurpatis aliquid exactius habeatur, dicimus Olympiodorum hunc diaconum alexandrinum a Iohanne archiepiscopo alexandrino, cognomento Niciota, promotum, varios sacrae scripturae libros suis expositionibus elucidasse sic, ut ante singula capita suas protheorias scriberet, quibus succincte et breviter argumentum et sensa proponeret, postea suas expositiones, easque brevis-

simas subiungeret, ut videre quisque poterit in expositionibus ab eodem concinnatis in Hieremiae prophetias, lamentationes, et epistolas, nec non in vaticinia Baruch, quae in antiquissimo, optimo, et vere aureo codice bibliothecae barberinae asservantur. Ut vero suas protheorias et explicationes connecteret, formulis illis, quas colligit Comitolus utitur. *Atque in his caput primum situm est: nunc ad secundi capitis protheoriam aggrediendum. Sed de secundo capite tractemus. Igitur capitis tertii protheoriam instituentes dicimus. Atque huiusmodi est superiorum versuum sententia; operae pretium tamen est, singulos versus seorsum exponere. Aut ex priore interpretatione debemus intelligere; aut vero ad illa ipsa verba hanc sententiam accommodabis. Atque haec est verbis Iobi subiecta sententia, deinceps singula videamus. Nunc igitur ad reliquam interpretationem pergamus.* Et quod illi validissimum videtur. *Ergo historiae Iobi prima atque extrema sunt huiusmodi. Atque ita est nobis huius ipsius libri explanatio ad exitum adducta. Quod si nonnulla coniectura potius, quam certa comprehensione ducti interpretati sumus, sane certe id nec a primis nobis, nec a solis est factitatum. Sed hoc ipsum cum iis omnibus fuit nobis commune, qui huius libri interpretes et explanatores fuerunt.* Has itaque formulas, quas Olympiodorus, si tamen Olympiodori sunt, in sua interpretatione Iobi usurpaverat, auctor catenae cum ad sententias expositorum colligandas iudicasset aptissimas, ne de suo minus aptiora apponeret, in contextu catenae immiscuit, ut connexionem etiam ex alienis, quemadmodum et reliqua alia, ingeniosissime comparasse demonstraret. Et rem ita se habere perspicue intelliget, qui hasce allatas a Comitolo cum reliquis Olympiodori, quarum supra meminimus in Hieremiam et Baruch expositionibus conferet. Et hae nostrae coniecturae pro Niceta adversus Olympiodorum sunt. Committantur itaque coniecturae cum coniecturis, et vero similioribus attendatur. Neque enim id mihi arrogo certum huiusce catenae parentem, e tenebris erutum antiquitatis ante curiosorum oculos ponere, et latentem in apertum educere. Et ut ingenue fatear, pro Olympiodoro argumentum efficacissimum fuerit, patres in hac catena laudatos, omnes ante annum sexcentesimum, circa quae tempora Olympiodorum quoque floruisse vero simillimum est scripsisse, nullumque qui post id tempus floruerit adduci. Quod utique non facit Nicetas, qui quum illo longe recentior sit, multa ex Simeone metaphraste, Niceta Davide, Iohanne damasceno, Iohanne geometra, Cosma monacho et aliis, qui post ea tempora vixerunt, in suis catenis mutuatur. Id si momenti alicuius non est, nescio quid aliud fuerit: non evincit tamen, Olympiodorum huiusce catenae auctorem fuisse: cum forsan ex his vel aliis scriptoribus recentioribus, quod ad propositum faceret, vel non invenerit, vel inventum, prolixitatem effugiens, neglexerit, praecipuis tantummodo patribus in hac expositione contentus. Neque enim omnia adnotare omnes cogimur; sed genium quisque sequitur suum.

Ante quam finiam, illud etiam subiungam, in sermones Gregorii nazianzeni extare tum Nicetae heracleensis, tum Eliae cretensis commentaria, ea distinctione, ut Nicetae sint: εἰς τοὺς λόγους τοὺς ἀναγινωσκομένους, *in sermones qui leguntur*. Eliae, in sermones τοὺς μὴ ἀναγινωσκομένους, *in eos qui non leguntur*. Primos sexdecim, secundos vigintiquinque numerant. Quaeritur a nonnullis vocabula haec quid sint? In promptu responsio est: ἀναγινωσκόμενοι sunt, qui in ecclesiis legi, quemadmodum et aliorum patrum scripta inter divina officia ibidem sueverant. Μὴ ἀναγινωσκόμενοι, qui silebant in ecclesiis, licet singulis momentis eruditorum mani-

bus tererentur, et sua lectione optima quaeque legentium animis ingererent. Quod etiam ante me indicaverat Iohannes Zonaras comm. ad can. 4. concilii I. constantinopolitani: τούτου (τοῦ Μαξίμου τοῦ κυνικοῦ) καὶ ὁ Θεολόγος ἔν τινι τῶν μὴ ἐπ' ἐκκλησίαις ἀναγινωσκομένων λόγῳ αὐτοῦ μέμνηται. *Huius (Maximi cynici) Theologus quoque in uno ex iis, qui in ecclesiis non recitantur, sermone mentionem facit.* Indigne equidem factum, tali vocabulo sermones luce dignissimos denotari. Id quoque indignatus Iohannes Euchaitarum episcopus, acriter in eos, qui eo nomine dictos sermones praenotarunt, carmine iambico invectus est. Et ut quoque ostendam ipse, me talia aegre pati, carmen illud adversus eosdem, latens atque obscurum, in publicam lucem proferam.

Τίς ὁ θαρασυνθεὶς πρῶτος εἰπεῖν τοὺς λόγους
Ἥκιστα τούτους ἀναγινωσκομένους;
Τίς κοσμολαμπὲς φῶς καλύπτει γωνίᾳ;
Τίς ἀστέρας λάμποντας ἐγκρύπτει νέφει;
Τίς μαργάρους στίλβοντας εἰς γῆν χωννύει;
Φεῦ κλήσεως μὲν βασκάνου ψευδωνύμου.
Εἰ δ' ἔργον εἶχε ζημίας παγκοσμίου,
Νῦν δ' οὐ γάρ ἐστιν ἔργον, ἀλλ' ἄλλως λόγος.
Τὸ φῶς ὁράσθω φαῖνον ἐν τῇ λυχνίᾳ,
Πᾶσιν προκείσθω, πᾶσι κοινῇ λαμπέτω,
Ὅσοι βλέπειν ἔχουσι τῶν ἄλλων πλέον.
Ὡς εἴθε πάντες εἶχον εἰδέναι τάδε.
Εἴθε προσεῖχον τοῖσδε πάντες τοῖς λόγοις.
Οὕτω γὰρ ἂν πρόχειρος ἡ σωτηρία
Παρῆν ἅπασιν ἐκ μιᾶς ταύτης βίβλου.
Ἐῶ γὰρ εἰπεῖν, ὡς σοφοὺς ποιεῖ μόνη,
Ἀρκοῦσα πρὸς παίδευσιν ἀνθρώποις ὅλην·
Πλήρης μέν ἐστι δογμάτων ἀποκρύφων,
Πλήρης δὲ θείων καὶ σοφῶν μυστηρίων,
Πλήρης δὲ χρηστῶν ἠθικῶν διδαγμάτων,
Πλήρης δὲ κομψῶν τεχνικῶν μαθημάτων,
Μουσεῖον αὐτόχρημα γνῶσιν ἐμπνέων.
Ταύτης ἄμεμπτον τὴν γραφὴν καταρτίσας,
Πολλοῖς τροφὴν προὔθηκα μὴ κενουμένην.

Quis primus fuit adeo temerarius ut hos sermones nullo modo legi affirmaret? Quis lumen per totum terrarum orbem splendens in angulo occulit? Quis lucida sidera nube tegit? Quis margaritas splendidas sub terra sepelit? Heu compellationem invidam et falsam! quae si in opus adduceretur, detrimentum mundo universo afferat. At enim nullo modo id opere praestatur, sed rumor tantum inanis est. Lumen aspiciatur illuminans in candelabro, omnibus coram ponatur, omnibus communiter lumen exhibeat, illisque praecipue, qui plus aliis vident. Utinam omnes haec tenerent! Utinam omnes his sermonibus animum adverterent! Sic enim in promptu salus adesset omnibus ex hoc unico volumine. Namque praetereo, ut ipsum solum sapientes efficiat, cum ipsum satis sit hominibus ad universas disciplinas comparandas. Plenum siquidem est dogmatum reconditorum: plenum divinorum et doctorum mysteriorum: plenum optimorum moralium praeceptorum: ple-

num elegantium artificialium doctrinarum. Musaeum revera scientiam inspirans. Huius inculpabilem scriptionem expediens, plerisque cibum proposui numquam deficientem.

Leguntur etiam sive eiusdem, sive alterius (sed certe Nicetae heracleensis metropolitae sunt) *responsa ad interrogationes cuiusdam episcopi.* Meminerunt epitomatores gesneriani, et Possevinus; dicuntque extare apud Zonaram in canonibus conciliorum. Edidit ea graece et latine Iohannes Leunclavius in iure graeco-romano p. 310.

XIII. Nicetae chartophylacis, postmodum metropolitae thessalonicensis, responsum ad suggestionem Basilii monachi cappadocis *de servis, ut sacrae preces nuptiis eorum adhibeantur.* Item: *responsiones variae ad diversas diversorum antistitum interrogationes de variis rebus ecclesiasticis.* Has quoque interrogationes et responsiones graece et latine edidit Leunclavius ibidem p. 344. et 346. et lib. VI. p. 409. Eandem Basilii *de servis* interrogationem, et Nicetae responsionem nescio qua de causa repetiit. Et forte non alterius Nicetae est, quod notant epitomatores gesneriani, quam Nicetae protosyncelli et chartophylacis magnae ecclesiae, *περὶ τοῦ μὴ γίνεσθαι γάμον ἑβδόμου βαθμοῦ*, *de non contrahendis nuptiis in septimo gradu;* in magno volumine canonum Iohannis Zonarae. Possevinus scribit: *de non contrahendo connubio in hebdomada sacra;* ridicule.

XIV. Nicetae metropolitae Amasiae legitur: *περὶ τῆς ἐν τῷ πατριαρχείῳ φιλονεικίας διὰ τὰς ψήφους. De dissidio exorto in patriarchio propter suffragia.* P. Καλοῦμαι ἐν ταῖς ψήφοις. Habebatur in palatina, extatque in altempsiana, (in cod. vat. 1455. f. 325.) et alibi.

XV. Nicetae anthypati patricii et magistri *ὑποθέσεις εἰς τοὺς ψαλμούς. Argumenta in psalmos.* P. Τῆς θείας τοῦ παναΐου πνεύματος χάριτος. In bibliotheca barberina.

XVI. Nicetae iatrosophistae: *ἡ μεγάλη καὶ παλαιὰ συναγωγὴ τῆς χειρουργικῆς τέχνης, συλλεγεῖσα παρὰ Νικήτα ἐκ διαφόρων παλαιῶν ἰατρῶν. Magna et antiqua collectio artis chirurgicae ex variis antiquis medicis.* Ex Amynta scilicet, Anthyllo, Apelle, Apollonio citiaeo, Archigene, Asclepiade, Diocle, Galeno, Heliodoro, Hippocrate, Nymphodoro, Oribasio, Palladio, Paulo aegineta, Rufo, Sorano. Graece manuscripta habetur in bibliotheca regis Gallorum. Epitome gesneriana, Israël Spachius in nomenclatore medicorum, Paschalis Gallus, et Iohannes Georgius Schenkius in bibliotheca medica. Principium operis ex cod. 404. regiae lutetianae indicavit mihi, de sanctis patribus graecis optime meritus, Franciscus de Combefis, et est. Ἡ ὅμοια ἢ ἀνόμοια ἐξ ἀρχῆς ἀπὸ τῶν μεγίστων, ἀπὸ τῶν πάντῃ πάντως γινωσκμένων. Sunt ex Hippocratis libro de officina medici, seu de officio medici. Codex est figuris plenus, et quidem elegantissimis. Et fortasse non alia sunt, quae habentur in eadem bibliotheca, cod. 504.

XVII. Nicetae sacerdotis myrsiniotae *κατὰ Λατίνων περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ λύσεις τῶν προτάσεων, ὅτι καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεται. Adversus Latinos de Spiritus sancti processione, et solutiones argumentorum, quibus adstruitur, ex filio quoque procedere.* P. Δεινὸν ἡ φιλαυτία πηρῶσαι ψυχήν. Romae. Epitome gesneriana, et Possevinus in apparatu.

XVIII. Nicetae Paneuphemi (1) magistri *epistolae graecae*. Romae. Sunt etiam penes me. P. Γρηγορίῳ πρωτασηκρῆτις. Ἀπωρφανίσθημεν, ὡς ἔοικε, φίλος οἱμοι. Fuit paterno genere laco ex Sparta, materno atheniensis. Sunt epistolae non inelegantes, neque indisertae, et historiarum ac fabularum antiquarum plenae, ni eas aliquando huiusmodi rerum affectata sedulitas, quemadmodum et metaphorarum importunus aggestus, vitiaret. Epistola ad Iohannem patricium. Καὶ ἡμεῖς, ὦ φιλότης, σπαρτιάται μὲν πρὸς πατρὸς, ἀθηναῖοι δὲ πρὸς μητρὸς γεγονότες, καὶ σίδηρον οὐ χρυσὸν κεκτημένοι, καὶ τὰ συναλλάγματα τούτῳ ποιούμεθα. *Et nos, o amicum caput, spartani quidem paterno, athenienses materno genere, et ferrum non aurum possidentes, commercia illo adhibito exercemus* (2). Laconem quoque se ipsum alibi vocat, ad hunc eundem Iohannem scribens: παῦρα μὲν, ἐπεὶ καὶ λάκων ὁ γεγραφώς. *Pauca equidem, cum laco sit, qui scripsit.* Et: ἀμέλει τοιγαροῦν, οἷά τινι τῶν Σπάρτης, οὐκ οἶδ' ὃ ἡμῖν ἡ τύχη βασκαίνουσα, καὶ γένους, καὶ τῶν φίλων στερήσασα, πρὸς γήδιον ἔστειλεν, ὃ σιδήρου βώλακας ὡς χρυσὸν ἐξεμεῖ· ἔρρει μὲν γάρ ποτε Λυδοῖς ὁ Πακτωλὸς τὸν χρυσόν· ῥεῖ δὲ τὸν σίδηρον Ἕρμος ἡμῖν, οἷα λάκωσιν, ὥσπερ εἰδὼς εὐνομεῖν. *Profecto itaque adversus nos tamquam unum ex Spartanis, nescio qua ratione fortuna indignata, et affinibus atque amicis spolians, ad agellum transmisit, qui ferri glebas eructat. Et fluebat quidem aliquando apud Lydos Pactolus auro, et nunc apud nos veluti laconas Hermus ferrum profundit, tamquam qui aequitatem servare novit.*

XIX. Nicetae Daudatii, nisi cognomen corruptum est, philosophi commentarius: *de mirabili Christi resurrectione*, adiuncta Scipionis disputatione, *de octonarii numeri perfectione*, in 4. ms. in bibliotheca imperatoris Vindobonae, epitomatores gesneriani, et Possevinus in apparatu.

XX. Nicetae Medicii homologetae ἐκλογὴ περὶ τῆς τῶν ἁγίων εἰκόνων προσκυνήσεως τε, καὶ ἄλλων διαφόρων τῆς ἐκκλησίας ὀρθοδόξων δογμάτων. *Ecloge de sanctarum imaginum adoratione, deque aliis variis ecclesiae orthodoxis dogmatibus.* P. Ἡ φωνὴ τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Πέτρου. In vaticana (cod. 511. f. 66.)

XXI. Addatur his Νικήτα πένητος κανὼν εἰς τοὺς ἁγίους ἑπτὰ παῖδας, καὶ τὴν μητέρα αὐτῶν Σαλώμην. Τῇ πρώτῃ τοῦ αὐγούστου μηνός. *Nicetae paupe-*

(1) Graecus codex vat., quem prae oculis habeo, (et unde olim plus centum quoque Procopii gazaei epistolas edidi) hunc praesefert titulum: ἐπιστολαὶ Νικητοῦ τοῦ πανευφήμου μαγίστρου. Allatius quidem illud πανευφήμου pro nomine proprio habet, ideoque peculiarem hominem in hoc Niceta Paneuphemo agnoscit. Ego adiectivum suspicabar, ut sit: *Nicetae laudatissimi magistri.* Sed meam tamen sententiam Allatio, ut par est, submittam. Interim quartam ex his epistolis (quae sunt 33), speciminis ergo, heic integram recitabo.

Ἰωάννῃ πατρικίῳ καὶ μυστικῷ.

Τὸν λέσβιον οἶδας, ὦ φιλότης, Ἀρίονα, καὶ τῆς ἐκείνης λύρας τὰ μέλη μεμαθηκας· πλὴν ἵνα μὴ προσκορὴς ᾖ Περιάνδρῳ τῷ Κυψέλλου, συνεχῶς κινῶν ταύτης τὰ κρούματα, πρὸς Ἰταλίαν ἐστέλλετο· καὶ χρόνῳ ποθεινὸς ἐμηχανᾶτο Κορινθίοις ὀρθήσεσθαι· αὖθις οὖν παλιννοστῶν, τῆς νηὸς ἀπερρίπτετο, καὶ δελφῖνι πρὸς τὴν ἤπειρον ἐπορθμεύετο. Ἀμέλει καὐτὸς, ἵνα μὴ φορτικὸς συχνὰ γράφων γενήσωμαι, καὶ τὴν χεῖρα κεκώλυκα, καὶ τῆς προπετείας τὴν ὑποψίαν ἀνέστειλα· στοργὴ δὲ, καὶ γραμματηφόρος πιστὸς, ἤδη καὶ πάλιν ἡμᾶς πρὸς ταύτην ἐκίνησε τὴν γραφήν· ὡς εἴ γε μὴ ἀντιγράφων τὴν ὑποστολὴν ἐκτινάξεις, ὡς ὑπέσχου τὸ πρὶν, τάχα ἄν, ὡς Ἀρίονος ὁ Περίανδρος, ποθήσεις ἡμῶν τῆς λύρας τὰ κρούματα. Ταῦτα παῦρα μὲν, ἐπεὶ καὶ λάκων ὁ γεγραφὼς, οὐκ οἶδα δὲ εἰ καὶ λυγαίως· (cod λυγέως) οὐδὲ γὰρ αὐτὸς ὁ Τυνδαρεώνης ἐγώ γε πόσις, κἂν οὐ πολύμυθος. Ἔρρωσο. A. M.

(2) Allatius heic scribit *foedera hoc icimus*, quod mihi prorsus mutandum esse visum est. Namque et aliud simile p. 3. adn. 1. emendavi; quod cum tanti viri reverentia dictum volo. A. M.

ris canon in sanctos septem pueros, et ipsorum matrem Salomen. Primo die mensis augusti.

XXII. Nec non Nicetas scutariota, cuius rhetorica legitur Parisiis in bibliotheca regis Gallorum. P. Ὅτι δεῖ τοῖς τῶν ἀρχαίων ἐντυγχάνειν συγγράμμασι. Pusillum admodum opus; quas vero vires habeat, dicent quibus illud evolvere contigerit.

XXIII. De Nicetae choniatae (1) vita ex professo egit Petrus Morellus in epistola ad Iohannem Sanctandreanum carcasnensis ecclesiae diaconum, quam ille ex Michaëlis choniatae monodia in Nicetam fratrem, et ex thesauro orthodoxae fidei collegerat, et ipsi thesauro subiunxit. Nos vero nonnulla alia ex eiusdem Nicetae historia aliisque trademus. Fuit hic Nicetas gentili nomine Acominatus, e Chonis Phrygiae urbe, ex qua oriundum se gloriatur. In Balduino, agens de pace inita per Theodorum Lascarim cum Iconii sultano, et de urbibus illius socero Manueli Maurozomae concessis, inter alias, Chonas quoque numerans, scribit: *μέρος ἀπένειμε τῆς ἀρχῆς τῷ κηδεστῇ ἐκείνου* Μανουὴλ *τῷ* Μαυροζώμῃ· *τόδε ἦν ἐμοῦ τοῦ συγγραφέως* Νικήτα *πατρὶς αἱ* Χῶναι. *Partem imperii Manueli Maurozomae illius socero concessit. Ea pars erant Chonae, mei scriptoris Nicetae patria.* Et lib. VI. in Manuele de eodem. Ἀπάρας οὖν τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων, Φρυγίαν τε καὶ Λαοδίκειαν διελθών, ἀφικνεῖται ἐς Χώνας πόλιν εὐδαίμονα καὶ μεγάλην, πάλαι τὰς Παλασσὰς, (*Palassas* vitiose legi pro Colossas, animadvertunt Abrahamus Hortelius in thesauro geographico, et Hieronymus Wolfius in notis ad hunc locum) *τὴν ἐμοῦ τοῦ συγγραφέως πατρίδα. Urbe digressus per Phrygiam et Laodiceam, Chonas, olim Palassas, urbem magnam et beatam, patriam meam, pervenit.* Et Chonas hasce, asianam illam esse civitatem, quam data epistola Paulus apostolus, cum scriberet Colossas dictam, nobilitavit, colligitur ex eiusdem thesauri libro IV. cap. 22. in quo locum ex epistola illius ad Colossenses adducens, scribit: *ὡς ὁ* Παῦλος *ἐν τῇ πρὸς τοὺς πατριώτας μοι* Κολοσσεῖς *ἐπιστολῇ θεολογεῖ. Ut Paulus in epistola ad conterraneos meos Colossenses his verbis theologice philosophatur.* Et Colossas olim postea mutato nomine Chonas dictam, probat Morellus ex lexico manuscripto Vascosani, eoque vetustissimo manibus cuiusdam ex Michaëlis Pselli auditoribus descripto (2), in quo legebatur, Κολοσσαὶ *πόλις Φρυγίας, αἱ νῦν λεγόμεναι* Χῶναι· *ὅθεν καὶ* Κολασσαεῖς (3). *Colossae urbs Phrygiae, quae nunc Chonae dicitur, unde et Colossenses.* Et probari praeterea potest ex Constantino porphyrogenito in themate Thrausiorum. Κολοσσαὶ *αἱ νῦν λεγομέναι* Χῶναι, *οὗ ἐστι ναὸς διαβόητος τοῦ ἀρχαγγέλου* Μιχαήλ. *Colossae, quae nunc Chonae, ubi visitur celeberrimum templum Michaëlis archangeli.* Neque dissentit Theophylactus comment. in dictam epistolam Pauli. Πόλις Φρυγίας *αἱ* Κολοσσαὶ, *αἱ νῦν λεγόμεναι* Χῶναι, *καὶ δῆλον ἐκ τοῦ τὴν Λαοδίκειαν εἶναι πλησίον. Phrygiae urbs est Colossae, quae nunc dicitur Chonae, quod inde perspicuum est, quod Laodicea huic sit vicina.* Et ex recentioribus Wolfius in notis ad lib. VI. Choniatae. *Unde suspicor Choniatas post appellatos, qui olim Colossenses dicti fuere, ad quos epistola divi Pauli extat.*

Possent nihilominus huic rei difficultates opponi. Namque populos ex hac Phrygum urbe vocat Strabo * Colossenos. Κολοσσαεῖς vero *Colossenses*, multorum suffra-

* Lib. XII. circa finem.

(1) In primo casu Allatius plerumque *choniates* scribit, sed interdum etiam *choniata* A. M.

(2) Immo ipsius Pselli lexicon graecum me in codicibus observare probe memini. A. M.

(3) Κολοσσαεῖς et Κολασσαεῖς variat in ipsis τοῖς πάνυ bibliis vaticanis. Ibid. etiam ἐν Κολοσσαῖς. A. M.

gio Rhodii ipsi nuncupantur ex vasto colosso in honorem solis extructo. Suidas: Κολασσαεῖς οἱ Ῥόδιοι, οἵτινες ἀνέστησαν ἐν τῇ νήσῳ χαλκοῦν ἀνδριάντα τοῦ ἡλίου, ὃν διὰ τὸ μέγεθος ἐκάλεσαν κολοσσόν. *Colossenses Rhodii sunt, qui erexerunt in insula aeream statuam soli, quam ob vastitatem colossum appellarunt.* Et voce Ῥόδος. Ῥόδος ἡ νῆσος, ἥτις καὶ Λίνδος καλεῖται, καὶ Κολασσαεῖς οἱ οἰκήτορες διὰ τὸν κολοσσόν. *Rhodus insula, Lindus quoque nuncupata, et illius habitatores propter colossum Colossenses dicti.* Eustathius in Periegetem: διὰ δὲ τὸν ἀνώτερον ῥηθέντα μέγαν κολοσσὸν, καὶ Κολοσσαεῖς, ὡς ἐκ μεγάλου παρασήμου, ἐκαλοῦντο οἱ Ῥόδιοι. *Propter iam supra assertum colossum, etiam Colossenses, veluti ex magno insigni, Rhodii nuncupabantur.* Eadem habent Georgius Cedrenus, Iohannes Zonaras, Michaël Glycas, Iohannes antiochenus in archaeologia, et alii. Hinc non dignoscitur, quare potius ad Choniatas, quam ad Rhodios, inscriptio illa epistolae referri debeat. Attamen cum in ea Paulus Laodiceae, et Hierapoleos * quoque, vicinarum urbium, meminerit, longe similius vero est Colossenses, non alios esse, quam eos ipsos, qui in Choniatas decesserunt; et Colossas esse, quae mutato postea nomine, Chonae dictae sunt; quod acute perspexerat Theophylactus, cum scriberet: καὶ δῆλον ἐκ τοῦ τὴν Λαοδίκειαν εἶναι πλησίον. *Quod inde perspicuum est, quod Laodicea huic sit vicina.* Neque obstat ex his Colossis Strabonem Colossenos nuncupare. Namque id in aliis quoque videmus varia efferri formatione. Et ne in exemplis adducendis nimius sim, pauca tradam. Chios ex Chio insula oriundos communi scriptorum usu vocamus: non defuere tamen, qui et Chiotas dixerunt, ut videre est in Memnonis excerptis apud Photium. Ex Byzantio, alii Byzantios, alii Byzantinos, alii Byzantianos, seu Byzantinianos, et tandem Vitruvius Byzanteas lib. VII. Ex Gadira Gadireus, et Gadirites, et Gadiraeus, et Gadirenus, et innumera fere similia. Non est ergo mirum Colossenos Strabonis in Colossenses abiisse.

* Coloss. IV. 13.

Sed qua de causa Colossae, quam πόλιν μεγάλην Φρυγίης, *magnam Phrygiae urbem*, vocavit Herodotus in Polymnia, nomen in Chonas immutaverint? Menaea Graecorum natum illi nomen ex Michaëlis archangeli in eadem urbe patrato miraculo narrant. Dum enim gentiles, odio christianae religionis, fluviorum ibi praeterfluentium aquas in unum corrivant, ut earum impetu et copia locum et templum sub nomine Michaëlis erectum demergant, Michaël baculo saxum pulsans, hiatum aperuit, qui molem illam aquarum absorpsit, et templum, et deservientem illi hominem ab illuvie illa servavit incolumem. Et cum per hiatum illum instar infundibuli, quod Graecis χώνη est, aquae transmitterentur, loco et urbi Χῶναι *Chonae* nomen inditum est. Φθόνῳ τηκόμενοι ἐπὶ τοῖς παραδόξως γενομένοις ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἀρχιστρατήγου Μιχαὴλ, ἄνδρες ἑλληνίζοντες τὸν παραῤῥέοντα ἐγγύθεν ποταμὸν ἐβουλεύσαντο κατὰ τοῦ ναοῦ στρέψαι, ὥστε καὶ τὸν ναὸν κατακλύσαι, καὶ τὸν προσμένοντα αὐτῷ ἄνδρα τίμιον τὸν Ἀρχιππον ἀπολέσαι· φανεὶς δὲ καὶ μόνος ὁ θεῖος Ἀρχιστράτηγος, καὶ θαῤῥεῖν ἐγκελευσάμενος τῷ Ἀρχίππῳ, πλήσσει ῥάβδῳ τὴν πέτραν, καὶ πάροδον ἐν αὐτῇ ποιήσας τοῦ ποταμοῦ, ἐξ ἐκείνου μέχρι καὶ τοῦ νῦν παροδεύων ὁρᾶται χωνευόμενος. *Invidentia contabescentes propter mira, quae fiebant in templo militiarum principis Michaëlis, viri gentilium religioni addicti, proxime fluentem fluvium in templum ipsum convertere sibi proposuerunt, ut et populum submergerent, et virum in eo commorantem venerandum Archippum perderent. Verum tantummodo apparens divinus hic militiarum dux, et ut bono esset animo Archippo imperans, pulsat baculo saxum, et transitum in*

eo aperiens fluvii fecit, ut exinde ad hoc usque tempus, fluvius veluti per infundibulum infusus praetergrederetur. Et legitur de hac re prolixa narratio die quinta septembris apud Lipomanum, quam in manuscriptis codicibus ab Archippo etiam ipso scriptam invenies. Sed elegantior atque accuratior est omnibus Sisinnii patriarchae constantinopolitani, qui et fluminum nomina, et singularia reliqua commemorat, oratio (1). Quare referam illius verba adhuc inedita. Postquam enim Archippi mores, et victum admodum tenuem, aliasque virtutes, nec non gentilium minas et machinas, quibus eundem loco pellere conabantur, ne idolorum cultus, ob tot archangeli Michaëlis erga genus humanum, atque eiusdem necessitates subsidia, minueretur, Christi accresceret, tandemque fluminis Chrysae in templum corrivationem, et illius divisionem, et intactum ab illuvie sanctuarium recensuisset, subdit: *συμμορίαν γὰρ οἱ τῆς τῶν εἰδώλων θρησκείας ὡσεὶ πενταχισχιλίων ἀνδρῶν συναγηοχότες, ἔν τε Λαοδικείᾳ γενόμενοι, συμβούλιον ἐπὶ ὀλέθρῳ τῆς ἑαυτῶν κακοτέχνου ψυχῆς τίθενται, ὅπως τοὺς ἐξ ἑώας ἑτέρους δύο ποταμοὺς κατιόντας, καὶ οὐ πολὺ τοῦ εὐκτηρίου διέχοντας, ὧν τὸν μὲν Κοῦφον, τὸν δὲ Λυκόκαπρον προσηγόρευον, ἀλλήλους τε κατὰ τὴν τοῦ ὄρους κορυφὴν συνεισβάλλονται, καὶ μέχρι τῶν τῆς Λυκίας ὅρων διήκοντας, κατὰ τοῦ θείου τεμένους ἐκείνου καὶ ἁγιάσματος ἐωαφήσωσι, μὴ πολλοῦ πόνου δεήσειν αὐτοῖς λέγοντες εἰς τὴν τοῦ τόπου κατάκλυσιν, τῶν ποταμῶν ὑψόθεν κατερχομένων, καὶ κατὰ πρανοῦς φερομένων· οὐκ ἔσται γὰρ οὐδὲν τὸ τὴν φορὰν ἐφέξον αὐτῶν, πρὸς τὸ μὴ πάντα ῥᾳδίως ἐωικλυσθῆναι τῷ ὕδατι· καὶ δὴ ἀπὸ τῆς ἀκρωρείας ἀρξάμενοι, ἔνθα οἱ ποταμοὶ συνέῤῥεον, βαθεῖαν διώρυγα πεποιήκασιν, ἵν' ἐν ταύτῃ τὸ ὕδωρ καθελκύσωσι, καὶ οὕτω τὰ ἁγίασμα τοῦ θεοῦ ἐπικλύσωσιν· ἀναστομωσάντων δὲ τὰς τῶν ὀρῶν διεξόδους, τὸ ὕδωρ ὅτι μάλιστα πλεῖον συῤῥεῦσαν, τὰς τῶν ὀρῶν πεπλήρωκε φάραγγας· καὶ ἰδοὺ τὸ ὕδωρ, βαβαὶ τοῦ θαύματος, περιστρεφόμενόν τε καὶ ἑλισσόμενον, ἤχῳ τε πολλῷ καὶ ῥαγδαίως φερόμενον, τῷ τόπῳ οὗ εἱστήκει ὁ Ἀρχιστράτηγος προσεπέλασε μὲν, τῷ δὲ αὐτοῦ νεύματι (2) ἐπιτιμηθὲν, θᾶττον ἢ λόγος ἀνεχαιτίσθη, καὶ ἐπὶ πολὺ μετεωρισθὲν, τρόμῳ οἱονεί πως δεδειτῤόμενον, ὡς ἀφ' ὕψους τινὸς ἀπωρώρητο· καὶ τηνικαῦτα ὁ Ἀρχιστράτηγος τὸ παράδοξον ἐκεῖνο καὶ λόγου κρεῖττον ἐνεδείξατο θαῦμα· ῥάβδου γὰρ πληγῇ, καὶ μόνῳ προσφθέγματι τὴν τῶν ποταμίων ὑδάτων πλημμύραν, κατὰ τῆς ἤδη ἀπορραγείσης πέτρας, καὶ δίκην οὔσης χωνείας προὐτρέψατο εἰς ἀεὶ μεταφέρεσθαι· αὐτίκα δὴ τῶν ὑδάτων ἐν τῇ πάλαι χωνείᾳ καταῤῥαγέντων, καὶ πάσης ἐντεῦθεν τῆς περιχώρου κατασεισθείσης, καὶ ὡς εἰκὸς πάντων καταπλαγέντων τῶν ἐν αὐτῇ, ὁ Ἀρχιστράτηγος σφραγῖδα τῷ χάσματι ἐπιθεὶς, καὶ τὰ ἑξῆς.*

Verba tamen altius consideranda sunt, eoque potissimum cum dicat: *τῶν ὑδάτων ἐν τῇ πάλαι χωνείᾳ καταῤῥαγέντων. Aquis in antiquo infundibulo immersis atque delapsis.* An in novam et a se factam terrae scissuram, vel potius veterem, copiam illam aquarum exoneraverit? Et scissuras veteres fuisse, habeo ex Herodoto in Polymnia (VII. 30.) qui refert Lycum (Sisinnio Lycocaprum) apud Colossas fluvium in hiatum terrae immersum, postmodum exilientem in Maeandrum demergi. Xerxes *ἀπίκετο ἐς Κολοσσὰς, πόλιν μεγάλην Φρυγίης, ἐν τῇ Λύκος ἐς χάσμα γῆς ἐσβάλλων ἀφανίζεται· ἔπειτα διὰ σταδίων ὡς μάλιστά κη πέντε ἀναφαινόμενος, ἐκδιδοῖ καὶ οὗτος εἰς τὸν Μαίανδρον. Pervenit Colossas magnam Phrygiae*

(1) Sisinnii patriarchae scripta multa mihi occurrebant in codicibus vat. A. M.

(2) Allatius scribit *ῥήματι*. Verumtamen *νεύματι* aut *ῥήματι* scribendum putabam. A. M.

urbem, ubi Lycus amnis hiatum terrae subiens occulitur, deinde fere quinque post stadia emergens, illabitur et ipse in Maeandrum. Maximus Tyrius (diss. VIII. 8.) Maeandrum quoque et Marsyam ante quam Celaenas perveniant, terrae hiatibus occultari rursusque emergere, oculatus ipse testis enunciat. Φρύγες οἱ περὶ τὰς Κελαινὰς νεμόμενοι τιμῶσι ποταμοὺς δύο, Μάρσυαν καὶ Μαίανδρον· εἶδον τοὺς ποταμούς· ἀφίησιν αὐτοὺς πηγὴ μία, ἣ προσελθοῦσα ἐπὶ τὸ ὄρος ἀφανίζεται κατὰ νώτου τῆς πόλεως, καὐθις ἐκδιδοῖ ἐκ τοῦ ἄστεος διελοῦσα τοῖς ποταμοῖς καὶ τὸ ὕδωρ καὶ τὰ ὀνόματα· ὁ μὲν ἐπὶ Λυδίας ῥεῖ ὁ Μαίανδρος, ὁ δὲ αὐτοῦ περὶ τὰ πεδία ἀναλίσκεται· θύουσι Φρύγες τοῖς ποταμοῖς, οἱ μὲν ἀμφοτέροις, οἱ δὲ τῷ Μαιάνδρῳ, οἱ δὲ τῷ Μαρσύᾳ· καὶ ἐμβάλλουσι τὰ μηρία εἰς τὰς πηγὰς, ἐπιφημίσαντες τοὔνομα τοῦ ποταμοῦ, ὁποτέρῳ ἔθυσαν· ἀπενεχθέντα δὲ ἐπὶ τὸ ὄρος, καὶ ὑποδύντα τῷ ὕδατι, οὐτ' ἂν ἐπὶ τὸν Μαρσύαν ἐκδοθείη τὰ τοῦ Μαιάνδρου, οὐδ' ἐπὶ τὸν Μαίανδρον τὰ τοῦ Μαρσύου· εἰ δ' ἀμφοῖν εἴη, διαιροῦνται τὸ δῶρον. *Qui Celaenas accolunt Phryges, fluvios duos Marsyam colunt Maeandrumque, quorum ipse spectator fui. Duo hi fluvii e fonte oriuntur uno, qui cum ad montem processit usque, ad posteriorem urbis partem, se subducit; rursusque ex urbe oritur, simulque aquam distinguit fluviis et nomen. Atque ex iis quidem Lydiam Maeander petit, alter ibidem in campis finitur, ac consumitur. His fluviis rem divinam Phryges faciunt: alii utrique simul, seorsum vero alii Maeandro, Marsyaeve. Femora victimae quae mactatur, in fontes, addito alterutrius cui mactatur fluvii nomine, proiiciuntur. Quae a fluvio ad montem deferuntur usque, ubi sub aquam demerguntur: nec unquam fit, ut quae Maeandro mactata sunt, Marsyam petant, aut quae Marsyae Meandrum. Nam si utriusque sint, dividunt victimam.* Et Marsyam in Lycum postmodum degenerare, habeo ex Q. Curtii libro III. 1. *Ceterum quamdiu intra muros fluit, nomen suum retinet. At cum extra munimenta se volvit, maiore vi ac mole agentem undas, Lycum appellant.* Hinc colligo Lycum qui et Marsyas, saepius in terrae viscera penetrare, rursusque inde exortum per apertos campos expatiari, quod mirum haud videbitur, si soli illius natura consideretur. Quare de alio flumine Cadmo, iisdem atque Lycus fontibus exiliente, scribit Strabo lib. X. (p. 578.) Ὑπέρκειται δὲ τῆς Λαοδικείας ὄρος Κάδμος, ἐξ οὗ καὶ ὁ Λύκος ῥεῖ, καὶ ἄλλος ὁμώνυμος τῷ ὄρει· τὸ πλέον δὲ οὗτος ὑπὸ γῆς ῥυεὶς, εἶτ' ἀνακύψας συνέπεσεν εἰς ταὐτὸ τοῖς ἄλλοις ποταμοῖς, ἐμφαίνων ἅμα τὸ πολύτρητον τῆν χώρας, καὶ τὸ εὔσεισον· εἰ γάρ τις ἄλλη καὶ ἡ Λαοδίκεια εὔσεισος, καὶ τῆς πλησιοχώρου. (Καὶ μετ' ὀλίγα.) Σχεδὸν δέ τι εὐσειστός ἐστι καὶ πᾶσα ἡ περὶ τὸν Μαίανδρον χώρα καὶ ὑπόνομος πυρί τε καὶ ὕδατι μέχρι τῆς μεσογαίας. *Supra Laodiceam situs est mons Cadmus, e quo Lycus defluit, itemque alius monti cognominis, qui cum haud exiguo spatio terram subiens, rursusque emergens, reliquis misceatur fluminibus, simul et multis foraminibus perviam demonstrat esse regionem, et obnoxiam terrae motibus, et viciniam item.* Et mox. *Fere autem tota ad Maeandrum regio facile terraemotibus concutitur, et cuniculos habet igne et aqua plenos usque ad mediterranea.* Sed quidquid sit de hoc, ante quam aliô oratio procedat, invisamus veneremurque templum ipsum Michaëlis munificentissimum, quod Nicetas nobis conterraneus lib. VI, in quo de Manuële imperatore, paucis repraesentat: καὶ τὸν ἀρχαγγελικὸν ναὸν εἰσιὼν μεγέθει μέγιστον, καὶ κάλλει κάλλιστον ὄντα, καὶ θαυμασίας χειρὸς ἅπαντα ἔργον. *Et aedem archangeli magnitudine maximam, pulchritudine pulcherrimam, et admirabilis omnino artificii opus, ingressus.*

Ex his itaque Chonis natus choniates Nicetas, novennis a patre ad Michaëlem natu maiorem Byzantium mittitur, litteris aliisque disciplinis instruendus, quod tanta cura studio et labore a fratre perfectum est, ut quemadmodum successu temporis Michaël in Athenarum praesidem, ita Nicetas inter primariae auctoritatis viros in aulam exceptus, in scribarum imperialium numerum sub Manuele Comneno allectus sit, et virtutum ac doctrinarum fama inter primos illius aevi inclaruerit. Postmodum Andronici tyrannidem fugiens, iuris civilis studio sese dedit, atque adeo profecit, ut quadriennio post, Andronico misere enecto, sub Isaacio Angelo Byzantium reversus, ad maiores honorum gradus evectus sit: quibus ad excisum a Francis Byzantium integre perfungitur. Namque in Thraciam mittitur, ut ibi arcibus reficiendis, civitatibusque communiendis praeesset, atque adeo militarium ordinum delectus haberet. Sic etiam in provincias, et municipia ab aliis atque aliis imperatoribus missus, rerum summae praefuit. Quos honores et magistratus, ut Michaël choniates illius frater scribit, continua imperatorum successio integros illibatosque, nec unquam interruptos conservavit: immo vero qui subsequebantur, praecedentibus erga illum benivolentia anteire quasi contendentes, ad pristinos illius honores aliquid insuper adiiciebant, viri nimirum virtute obstupentes, tantumque ex imperio suo imminui existimantes, quantum de honoribus illius imminueretur. Uxorem habuit ex illustri Belissariotarum progenie, cuius nomen, quemadmodum et patris, et an ex ea susceperit liberos Choniates, incommode tacuit Michaël Choniates, cum Michaëlis et Iohannis Belissariotarum fratrum laudes adeo ampliter commemoraverit. Verum Byzantii clade afflictis Graecorum rebus, et illius aedibus pulcherrimis atque amplissimis in Sporacio sitis incendio absumptis, licet ad illius habitaculum porticibus obsitum, ideoque obscurum et aditu difficile, ex quo tamen opportunus erat ad proximum templum maximum accessus, confluerent; cum ab aggressione militum, qui nihil investigatum relinquebant, sese defendere non valerent, ope cuiusdam veneti, cui victum tutumque receptum ipse suppeditabat, armis et militari habitu pro mercatorio sumptis, praedatores aliquamdiu fortiter aedium ingressu depulsi sunt, dum se commilitonem eorum, et aedes illas praeoccupasse simulat, colloquiturque cum illis patria lingua, quae res postulabat. Sed cum, illis catervatim irruentibus, et inhumanis atque efferatis ingeniis, resistere non posset, tandem Nicetae auctor fuit inde discedendi, ne capti in vincula ipsi coniicerentur, mulieres ad stupra, et libidines raperentur. Veneto itaque duce, et ut praedam suam comitante, tristes et male vestiti ad aedes, ubi noti illis veneti habitabant, ducebantur. Verum ubi ad partem urbis Francis adsignatam pervenere, a famulis inhumaniter deserti, liberis qui nondum progredi poterant humeris impositis, per medios vicos incedere coguntur, tandemque postquam dies quinque in urbe commorati fuerant, discessere. Calamitatem augebat dies aspera, et uxor Nicetae partui vicina: et ut omnia perquirentium militum crudelitatem atque libidinem effugerent, quicumque tum in unum convenerant, mulieres in medium agmen recipiunt, et adolescentulas faciem coeno illinere, atque ita genarum ruborem extinguere iubent. Ut ad inclyti martyris Mocii templum venere, insolens ac nefarius quidam miles puellam formosam, iudicis cuiusdam filiam, e medio eorum tamquam lupus agnam abripuit. Consternatis spectaculo ceteris, puellae pater senio et morbo afflictus, et in coenum prolapsus, crebro Nicetam orare, ut pro virili ad puellam recuperandam sibi esset adiumento. Ille vestigia raptoris persequens, vim factam non sine lacrymis proclamans, et gestibus opem praetereuntium militum implorans, quos-

dam etiam manibus praehendens, eorum animos ita flexit, ut impudentis illius domum perduci passi sint: quo cum ventum esset, licet raptor reluctaretur, et in foribus stans vim facturos repelleret, verbis tamen Nicetae persuasi, puellam minis ab impudico illo extorquent, et patri restituunt. Sic urbe excedunt Nicetas una et comites, praeeunte patriarcha sine baculo, sine calceis, una tunicula induto. Urbe egressi, Selybriamque profecti, pedem sistunt familia inviolata. Sed cum horrido oblectaret pane vitam, et pannis et inopia nimis miser, qui copia rerum antea et splendore dignitatum celebris fuerat, ad Ascanium lacum et Bithyniae metropolim Nicaeam, tamquam captivus cum reliquis inquilinum egit, sibi vivens et saluti animae providens. Voluerunt itaque Graeci illi, qui tum Nicaeae habitabant, et eorum imperator, in alios adeo effusi, tantum virum suarum opum esse indigentem, ut ipse existimo, quod suspicarentur eundem, et reliquos patres conscriptos urbis excidii causam fuisse, de quorum sane iniquis iudiciis extat apud eundem in fine historiae querela gravissima. Sic ille sibi redditus, et publicis curis exemptus, scriptioni animum pacatum, ut ut tamen poterat, addixit. Puellae servatae facinus Michaël eius frater, ut fratri grâtificaretur, magnificentiorem et generosiorem in modum extulit; qui non supplicationibus et lacrymis et aliorum auxiliis, sed propria Nicetae virtute et robore rem peractam fuisse narrat. Scribit enim, quod cum iam puellae stuprum illaturus esset barbarus, ille sine ulla mora in hostem irruens armatus, et uxorem legitimam esse clamitans, atque adeo acerbissimis afflictari modis quiritans, et adulterii crimine avertens, ambarum tenacitate manuum prehensam, pancratice cum hoste colluctatus, cuius animum amore ebrium libido efferaverat, ad se retraxerit; nec prius conquieverit, quam a violenti hostis manibus ereptam, virginem et illaesam sine ullius caede, patri restituerit. Quae tamen in Michaële tolerari, oratorem agente, poterant: at in Athenarum praeside, et viro ecclesiastico quis ferat, Nicetam in eo facinore Abrahamo, Isaaco, Davidi, Danieli, Levi et Simeoni praeferri, et quod peius est, Christo ipsi comparem fieri?

Plurima scripsit. Ad nos pervenere *dogmatica* illius *Panoplia*. Opus equidem singulare, eruditione, doctrina, fide, pietateque, et rebus aliis instructissimum, si quae ille ex schismate immiscuit atque concinnavit demas. Illis siquidem pulcherrimum aliâs opus veluti maculis et naevis contaminat: cum multa ibi ex Photii, Nicolai methonensis, Nicetae Stehtati, Iohannis hierosolymitani, Iohannis Phurnes, Euthymii Zygabeni, Theodori smyrnaei, et aliorum coenoso penu, de processione Spiritus sancti, azymis, et aliis congerat. Priores tamen libri tali luto minime obducti, et ob gravitatem materiae, et solidam haeresum refutationem, nec non earum auctorum non adeo cognitas historias, et sanctorum patrum testimonia, digni sunt qui a catholico homine volvantur revolvanturque. Exemplar a Niceta descriptum, post Nicetae obitum, ut narrat Petrus Morellus, ad Michaëlem choniatam Atheniensium praesulem hereditario iure transiit: quo item mortuo, in manus Theodori scutariotae levitae cyziceni venit: Cyzicoque a Turcis vastata, in frequentissima montis Athonis monasteria deportatur, atque inde tandem Lutetiam advectum, venaleque expositum, cum propter sui deformitatem emptores non nancisceretur, Iohannes a sancto Andrea redemptum a se, Morello evolvendum mittit, a quo epigraphe deprehensa, et non carbonibus, sed thesauro in paginis illis situ et squalore ita obductis, ut nisi post multas vigilias legi potuerit reperto, non universa operis moles, sed quinque tantum libri priores in linguam latinam versi, latine solummodo eduntur, Pa-

risiis in 8. anno 1580. Reliqui in suo squalore relicti, ubinam modo lateant, scripserint alii (1). Addit Morellus. *Mox se index quoque aperit, seu elenchus, quo summam librorum thesauri capita notantur, a Niceta ipso et compositus et scriptus, quemadmodum et libri omnes huius operis, exceptis duobus ultimis, qui a Theodoro scutariota scripti sunt, qui monodiam quoque Michaëlis scripsisse videtur. Theodori αὐτόγραφον esse, ex appendice ad indicem libri XXV. colligo.* Et: *ut ex verbis pauculis Scutariotae, indici Nicetae additis, videre est, qui appendicem illam, quae antea desiderabatur, in fine vigesimi quinti libri alicubi repertam se attexuisse affirmat.* In codice vaticano titulus ita se habet. Νικήτα τοῦ χωνιάτου, τοῦ καὶ γεγονότος ἐπὶ τῶν κρίσεων καὶ φόρου, ἔπειτα δὲ καὶ λογοθέτου τῶν σεκρήτων δογματικὴ πανοπλία, ἤτοι συλλογὴ τῶν ὅλων σχεδὸν δοξῶν, καὶ ἱστορία τῶν ἀποτεκόντων ταύτας ἀνδρῶν· ἔτι δὲ ἀντιῤῥήσεις ἐπ᾽ ἐνίαις τούτων, καὶ μάλιστα τῶν παλαιοτέρων, καὶ ἕτερα τινά. P. Θεῷ καὶ θεοφιλέσιν ἀνδράσι τίς ἂν ἀξία προσαγωγὴ γένοιτο; In bibliotheca bavarica ex eodem opere asservantur, cod. 119. *Nicetae choniatae de Armeniorum haeresi tomus decimus septimus. Eiusdem decimus octavus contra Paulicianos, et decimus nonus contra Bogomilos, et vigesimus contra Saracenos. Modus recipiendi illos, qui a Saracenis ad christiana sacra transeunt.*

Neque hoc thesauro minus illustris est eiusdem *historia*, quam auspicatus, ut ipse tradit in principio ab iis rebus, quae post Alexii, primi ex Comnena familia imperatoris, obitum acciderunt, ultra quae superioris aetatis historici non sunt progressi Iohannes Zonaras, Constantinus Manasses, Georgius Cedrenus, Iohannis imperatoris vitam, qui Alexio successit breviter perstringit: nec earum rerum commemorationi diutius immoratur, quas ille non viderat; sed ab iis accepit, qui eas viderunt, eumque in expeditionibus comitati sunt: subsecuta vero reliqua uberius tractat. Ἐν κεφαλαιώδεσι δ᾽ ἐπιτομαῖς τὰ κατὰ τὸν αὐτοκράτορα Ἰωάννην τὸ ἱστορεῖν διηγήσεσθαι, ὃς Ἀλεξίῳ διάδοχος γεγένηται τῆς ἀρχῆς· οὐδ᾽ ἐμβραδυνεῖ ταῖς κατ᾽ αὐτὸν ἀφηγήσεσιν, ὥσπερ ἐν τοῖς ἐφεξῆς ἐργάσεται λόγοις, οἷα καὶ ἡμῶν μὴ τὰ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐπὶ τῷδε παρειλημμένα συγγραφομένων· κἀντεῦθεν μηδ᾽ ἀποτάδην ἐχόντων ταῦτα διεξιέναι, ἀλλ᾽ ἅπερ εἰς ἀκοὴν ὠτίου εἰλήφαμεν ἐκ τῶν ὅσοι τῶν καθ᾽ ἡμᾶς τὸν βασιλέα τουτονὶ ἐθεάσαντο, καὶ συνωμάρτουν ἐκείνῳ πρὸς ἐναντίους χωροῦντι, καὶ τὰς μάχας συνεπολύπευον. *Ac Iohannis imperatoris vitam, qui successit Alexio, breviter perstringemus; neque earum rerum commemorationi diutius immorabimur, quas ipsi non vidimus, sed ab aliis accepimus, qui eum viderunt, et in expeditiones comitati sunt. In ceteris autem uberius tractabimus omnia.* Idem institutum secutus est et Iohannes Cinnamus, qui res gestas Iohannis et Emmanuelis historiâ prosecutus est. Εἰρήσεσθαι δέ μοι τὰ μὲν τοῦ Ἰωάννου κατ᾽ ἐπιτομὴν, καὶ ὥσπερ ἐν κεφαλαίῳ, ὅτι μήδ᾽ ἐν τοῖς κατ᾽ ἐκεῖνον ὅπερ ἤδη ἔφην γέγονα χρόνοις· τά γε μὴν τοῦ μετ᾽ ἐκεῖνον πράγματα, οὐκ οἶδα εἴ τις ἐμοῦ κάλλιον ἐξιστορῆσαι ἔχει· ἐπεὶ καὶ οὔπω μειρακίῳ ὄντι μοι πλείστας συνεκδεδημηκέναι οἱ ὡς εἰς ἤπειρον ἑκατέραν συνέβαινεν ἐκστρατειῶν.

(1) De Nicetae panoplia eiusque codicibus, plene nos locuti sumus in Spicilegio rom. T. IV. p. 398. rursusque p. 498; in eoque tomo capitula novem praecipua graece edidimus ex illis quae Morellius luce non donaverat. Rursus in hac Patrum bibliotheca T. IV. capitula de Manichaeis et de Mohamedanis graece latineque exposuimus. Porro etiam duas synodos, et secundam Theoriani cum Armeniis disputationem, etsi panoplia Nicetae continerentur, nos item, sed melioribus aliis usi codicibus, ante hos annos in quarto sextoque Scriptorum vet. tomo, et in decimo Spicilegii graece ac latine extare voluimus. A. M.

Commemorabuntur vero mihi Iohannis quidem res gestae compendio, et veluti capitum summae digerentur, quod illius temporibus, ut antea innueram, nullus fui. Res autem gestas illius qui subsecutus est, nescio an quispiam alius me accuratius scripto tradere poterit: cum nondum adhuc ex ephebis excedens, multis illius expeditionibus in utramque continentem praesens adfuerim. Finit itaque Nicetas historiam suam in Henrico Balduini fratre, res memoratu dignas quae in byzantino imperio annorum circiter LXXXVI. spatio, in magnis praesertim eventuum varietatibus, et subitis fortunae commutationibus, quae plurimae eaeque mirabiles, ac potius miserabiles et praeter expectationem Graecos oppressere, crescente in dies Persarum et Turcarum in oriente, Bulgarorum et aliorum finitimorum in occidente potentia; et ubique christianorum principum dissidiis et perversitate acciderunt; complexus libris XXI. usque ad annum Christi CIↃCCIII.

Non descivisse eum a veritate, tum externorum facinora non sine promerita laude, tum suorum gentilium scelera ingenue et cum doloris acerbitate deplorata, et aequa rerum narratio, indicio sunt. Ex eo siquidem habes occidentalium in recuperanda Syria et terra sancta pietatem ac fortitudinem; Conradi et Friderici non sine nobilissimis exemplis clarissimas laudes. Quis Balduini virtutes aptius expresserit? Contra vero quis in Graecorum vitia, quae suis temporibus tanta adeoque immania fuere, acrius insultaverit? Hoc plane ingenui animi fuerit, rem uti acta est, narrantis.

Modum dicendi secutus est amplum, profusum, sed horridum, complicatum, immodica insolentis elegantiae atque eruditionis affectatione vanum, ne dicam puerilem, et poëticarum fabularum et dictionum immixtione subasperum, et compositionis male implexa constructione obscurum, qui proprius huiusce scriptoris est praecipueque ab ipso pro suo genio intentus et procuratus; non Metaphrastae, et aemuli alicuius, assumentum, ut videtur Hieronymo Wolfio. De stilo illius idem Wolfius. *Ex affectatione nescio cuius insolentis elegantiae, et poëticae dictionis aemulatione, in salebras saepe incidit, et duris ac ineptis utitur metaphoris, in prooemio praesertim, ubi cum primis disertus videri cupit. Quod si totam historiam simili oratione involvisset, in latomias ire, quam molestiis conversionis conflictari maluissem. Sed quia tolerabiliter loqui incipit cum ad rem ipsam ventum est, hanc quoque operam studiosis historiarum dare volui, ut Zonarae opus hac appendice plenius redderetur.* Neque Iohannes Vossius discordat de historicis graecis lib. II. cap. 29. *Diligens fuit Homeri lector et imitator, adeo ut ob poëticam atque insolentem dictionem quandoque durior fiat, cum primis in praefatione, quae sane salebrosa. In ceteris mollior fluit, quod et de se in praefatione promittit. Ut mihi quidem videatur praefatione ea ostentare voluisse, quantus logodaedalus foret: quod similiter in historia si fecisset, nae ille multo etiam minus laudis, quam nunc habet, mereretur.* Ipse nihilominus perspicuitatem se sequi in prooemio historiae, prout historicum addecet, summopere iactat, in ipsa sua iactatione obscurus et confragosus. Ἐπεὶ δὲ ὡς καὶ ἄλλοι τε ξυμβαλεῖν ἔχουσι, καὶ αὐτὸς δὲ συνορῶν, οὐχ ἥκιστά εἰμι τὰ τοῦ ἱστορεῖν τὸ τῆς διηγήσεως ἀσαφὲς, καὶ περιβολαῖς, καὶ περιόδοις ἐπεστραμμένον, ὡς μὴ συνᾴδον αὐτοῖς οὐ προσίενται, φιλοῦσι δὲ τὸ σαφὲς, ὡς οὐ μόνον κατὰ τὸν εἰπόντα σοφὸν, ἀλλὰ καὶ συμβαῖνον σφίσι μάλιστα, οὐδὲ τούτου πάμπαν ἔξωθεν τοῦ καλοῦ πίπτοντ' ἂν εὕρῃ τις τὰ γραφόμενα, οἷα καὶ ἡμῶν μὴ τὸ κομπηρὸν καὶ δυσφραδὲς, καὶ κρημνώδεσιν ἀποδιειλημμένον λέξεσιν ὡς ἐπίπαν ἀσπασαμένων, εἰ καὶ χαίνοντές εἰσιν εἰς τοῦτο

πολλοὶ, εἶτ' οὖν ἀληθέστερον εἰπεῖν ἐκλείποντες τὰ τῶν πάλαι καὶ σήμερον, καὶ ὅσά τι καὶ ἐπιτήδευμα πρωϋργίαιτατον ἐξησκηκότες διὰ μακροῦ, ἐκ τοῦ πλείονος δὲ κἂν τούτῳ δρᾶν τῇ ἱστορίᾳ προθεμένων τὰ πρόσφορα, μὴ δ' ὑπερβάθμιον πόδα τείνειν ἠγαπηκότων, ἢ ὅλως τοὺς ἄξονας αὐτῆς ὑπεράλλεσθαι· ὑπὲρ γὰρ ἅπαν ἕτερον τὸ μὴ τὴν φράσιν ἁπλοῦν, ὡς ἔχω εἰπεῖν καὶ πρόχειρον εἰς κατάληψιν, αὐτῇ διαβέβληται· καὶ ἠγαπήθη ἕως σφόδρα τὸ ἄκομψον, καὶ ὡς ἔχον φύσεως διηγούμενον, καὶ δαιμονίως τὸ εὔληπτον περιπτύσσεται· τέλος γὰρ σκοπιμώτατον τὴν ἀλήθειαν ἔχουσα, καὶ τῆς τε ῥητορικῆς δεινότητος καὶ τῆς ποιητικῆς λογοποιΐας ἀφεστῶσα κατὰ διάμετρον etc. An dici potuit e tripode perplexibilius, aut a Lycophrone in linguae graecae amoenitate horridius? Hinc ille cum haec legisset, sive Alexander chartophylax diaconus constantinopolitanus, sive quis alius, non illepide adnotavit:

Οὐκ οἶδα τί φῂς ἐνθάδε Χωνειάτα·
Σοφὸν τὸ σαφὲς συγγράφειν εἶναι λέγεις·
Εἶτα γριφώδη καὶ βαραθρώδη γράφεις. Nempe:
Quid heic dicas, o Choniata, nescio,
Orationis lucidum probas decus,
Tenebricosus instar ipse tartari.

Non ita tamen semper insanit, ut aliquando non in mentem redeat, cum saepe sepius et amoenitate dictionum, et figurarum suavitate, sententiarumque ingeniosa ubertate valeat, et sine strepitu, et concitatione leniter fluat.

Hanc historiam latine reddidit Hieronymus Wolfius, fusum illius ac prolixum dicendi genus vitans, et in contractiores terminos contrahens; et potissimum in rebus illis, quarum sententiam non usquequaque assequitur, expressioque non ita facilis erat, sententias auctoris appendere, verbaque annumerare necesse non habuit. Verum id, ut ille facit, in fido interprete laudandum non videtur, qui licet non debeat mensurare verba, attamen modum dictionis, et notam aliquo etiam modo, et ubi commode fieri potest, dum transfert repraesentare, atque ut ita dicam prae oculis ponere debet. Wolfius duobus codicibus usus est, quorum alterum Antonii Fuggeri, alterum herilis bibliotheca suppeditavit, quibus tandem accessit tertius augustanae bibliothecae, vetustus admodum sed principio et fine mutilus, nec reliquis partibus ubique incolumis. Obscuriora loca, et varias lectiones subiunxit. Edita est historia Nicetae, curante Antonio Fuggero graece et latine cum interpretatione Wolfii Basileae apud Oporinum in folio anno 1557, et recusa in 4. apud heredes Eustathii Vignonii anno 1593. Possevinus in apparatu scribit: Wolfius *non satis graece sciens illius interpres non facile admittendus est* (1). Legitur et manuscripta in bibliothecis vaticana, regia lutetiana, regia sancti Laurentii, et alibi. Scias praeterea, lector, quemadmodum historias Annae Comnenae, et Georgii Acropolitae, ut minus laboriosis hominibus morem gereret, quicumque ille fuit decurtavit, et in angustiores limites, quae illi videbantur prolixiora, et minus necessaria subtrahens conclusit, ita etiam historiam Choniatae pertractasse, ne dicam mutilasse, quam cum aliis duobus uno volumine complexus est. Confer a nobis editam Acropolitae cum illius compendio,

(1) Wolfii curtam graecitatis supellectilem nos quoque coarguimus in adnotationibus nostris ad Ephraemium chronographum Script. vet. T. III. part. 1. pp. 116. et 171. Quamquam quod attinet ad ὑποψήφιον, male a Wolfio intellectum, id iam fuisse emendatum ab Allatio postea cognovimus in praef. ad excerpta rhetorum. A. M.

nec non Annae editam Augustae ab Hoëschelio cum alia eiusdem quam promittunt typographi regii parisienses, et videbis quid inter editam Nicetae, et eam quae in compendium redacta est, intersit: ab uno enim genio trium horum historicorum compendium perfectum est, et eadem ascia dedolatum.

Attamen non hac tantum historia contentum fuisse Choniatam, sed aliam quoque scripsisse, quae adhuc non comparuit, arguo ex eiusdem fragmento, quod penes me est, de statuis aliisque ex aere factis tabulis igni traditis a Latinis post captam Constantinopolim, quod in historia iam vulgata non legitur, et exscriptor ait se ex historia Nicetae exscripsisse. Τοῦ αὐτοῦ μακαρίτου κυρίου Νικήτα τοῦ χωνειάτου ἀπὸ τῆς αὐτοῦ ἱστορίας περὶ Κωνσταντινουπόλεως. *Eiusdem beatae memoriae domini Nicetae choniatae, ex illius historia de Constantinopoli.* Et incipit. Τῆς δ' ἡμετέρας βασιλείας ἄρτι διαπεπτευθείσης εἰς Φραγγίσκους.

Dignum tandem est Iusti Lipsii iudicium de Niceta, quod ex notis ad lib. I. politicorum huc referatur. *Nicetas choniates, qui res graecanici imperii scripsit, orsus abs Iohanne Comneno Alexii F. ad urbem captam, sive ad Balduinum flandrum. Is parum adhuc vulgo notus, fateor, sed dignissimus notitia: purum rectumque ingenium, si alio illud aevo. Stilus etiam operosus, poëtas et Homerum saepe resipiens: at res et narratio ipsa distincte composita, sine vanitate, sine ineptiis, brevis quod satis sit et fida. Crebra apud eum et opportuna monita: iudicia non libera solum sed sana. Ad summam legite vos, politici; gratiam mihi aliquis pro iudicio habebit, certe debebit.* Angelus Politianus satis illi tribuisse sibi visus est, si dictum Nicetam inter non aspernabiles omnino graecos auctores collocaret, Miscell. cap. 28.

Leguntur praeterea ipsius alia. Περὶ τοῦ δόγματος τοῦ θεοῦ τοῦ Μωάμεθ. *De dogmate Dei mohametici* (1). P. Ἔγκειται τῷ κατηχητικῷ πυκτίῳ μεθ' ἑτέρων ἀφορισμῶν. Quaestionem promovit Manuel imperator. Quibus vero artibus et technis praesulum animos occupare tentaverit, et in suam sententiam traxerit, fuse egit Nicetas in annalibus, et nos alibi dicemus.

Περὶ τοῦ φιλοσόφου Ἰταλοῦ. *De philosopho Italo.* P. Ἀλλ' ἐς τόδε μὲν τὸ περὶ τῶν ἀζύμων ληξάτωσαν.

Contra Latinos de azymis, duobus tractatibus, quorum alterius principium est. Εἰ ἔστι σύνεσις, φησὶ Σολομών, ἀποκρίθητι τῷ πλησίον, καὶ μὴ κωλύσῃς λόγον. Alterius vero principium est. Τὸ περὶ τῶν ἀζύμων κατὰ Λατίνων αἰτίαμα.

Item κατὰ Λατίνων περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. *Adversus Latinos de Spiritu sancto.* P. Ξένη τις ἔστι καὶ ἀλλόκοτος, ἣν οἱ Ῥωμαῖοι ἐν τῷ ἁγίῳ συμβόλῳ ποιοῦνται προσθήκην. Nisi dogmaticae illius Panopliae et thesauri haec etiam frusta partesque sunt. Id si fuerit, immerito plane de eo Petrus Morellus pronunciavit. *Quod quidem quanta diligentia laboreque praestiterit, testantur aeternumque testabuntur divinae lucubrationes, quas in hoc opus vere aureum congessit, tantoque artificio ab ipsis Adami primordiis ad sua usque tempora deduxit, ut haereseon quae ante Christum natum, et a Christo nato quasi hypotyposim quandam consecraverit; qua consulta, si quod aliquando dubium de rebus divinis suboriatur, pos-*

(1) Rem video tangi a Niceta choniata hist. lib. VII. edit. paris. p. 142. Et quidem breve scriptum graecum de Deo Mohamedis memini me videre in codd. vat. Sed certe Nicetas alius, id est byzantinus, in opere a nobis edito B. N. T. IV. part. 2. p. 361, et pag. 399-406, diserte ostendit Deum Abrahami, id est Deum verum, diversum esse a Mohamedis Deo. A. M.

sit statim videri, utram in partem flectendum sit. Praeter enim errores de processione Spiritus sancti et de azymis, quos adversus Latinos ex professo tuetur, latenter etiam alia in eosdem inspergit. Neque tandem omnia, quae ille ibidem affirmat, sine verae, catholicae scilicet, trutinae examine accipienda sunt.

Finiam de Choniata orationem verbis Wossii de scriptoribus graecis, quibus ille Gulielmi Xylandri suspicionem de Niceta Davide, et Niceta choniata refellit: *Gulielmi Xylandri suspicio est, eundem esse hunc Nicetam Davidem, qui et Nicetas paphlago, ac illum cui Acominati cognomentum fuit. Sed tempora videntur disconvenire. In quibusdam codd. mss. Nicetae Davidi, philosopho paphlagoni, tribuuntur, quae alii ascribunt Nicetae Serroni, prius ecclesiae Constantinopolitanae diacono, postea autem Heracliensi archiepiscopo: ut in catena patrum et scriptorum ecclesiasticorum, excerpta in Matthaeum et Lucam evangelistas: item expositio multorum nazianzeni carminum et orationum. Diversos tamen esse hos Nicetas, Leonis Allatii sententia est, in diatriba de Psellis, cui hac in parte potius subscribo.* Sed in quibusdam manuscriptis Nicetae Davidi tribui, quae alii ascribunt Nicetae Serroni, fides sit penes ipsum. Quos ego evolvi codices manuscriptos, omnes uno consensu expositionem in orationes Nazianzeni, quas supra recensuimus, Nicetae Serroni vindicant: expositionem vero in carmina, Nicetae Davidi. Et de hoc nulli unquam dubium fuit. Quare firmum certumque manet, Nicetae Davidis expositionem in carmina; Nicetae Serronis, expositionem in orationes Nazianzeni esse.

XXIV. Nicetae Eugeni legitur epistola unica in cod. regio parisiensi 594. P. Σὺν καιρῷ τῶν ἐξ ἀγώνων ἡμῶν νέων σύλλογε δέξαι λόγον. De quo nihil habeo ultra quod dicam.

XXV. Quemadmodum nec de altero Niceta sacerdote ac syncello, scriptore equidem elegantissimo ac politissimo, cuius manu exaratae sunt eclogae de virtutibus et vitiis, a Theodoro magistro ex operibus Iohannis chrysostomi collectae, et in bibliotheca vaticana conservatae, num. 586. cuius in fine legitur: ἐτελειώθη τὸ παρὸν βιβλίον διὰ χειρὸς Νικήτα εὐτελοῦς ἱερέως καὶ συγκέλλου, μηνὶ μαρτίῳ ι΄· ἰνδικτιῶνι β΄· τοῦ ,ϛχλβ΄· ἔτους. *Absolutus est hic liber manu Nicetae contemnifici sacerdotis et Syncelli, mensis martii die* 16. *indict.* 2. *anni* 6632. (Qui fuerit Christi 1124.)

XXVI. His addi potest adhuc alius Nicetas, cuius τὰ ἑπτὰ πάλαι τοῦ κόσμου θαύματα, *septem mundi antiqua miracula*, edidit David Hoëschelius, cum Philonis iudaei de septenario numero libello, Augustae vindelicorum an. 1614. in 4. Nisi quis ad Choniatam referat.

Appendix de Niceta Naupacti episcopo eiusque scriptis.

XXVII. Diximus p. 9. ignotum fuisse Allatio Nicetam Naupacti (nunc *Lepanto*) episcopum; eiusque accuratam, quantum licuerit notitiam, nos postea traditurus. Igitur in vaticano magnae molis codice, in fol., spissa diligentique scriptura exarato, f. 1. et 2. has operis laudes poëticas legebam. Πολλῶν πόνων ἔρανος ἠκριβωμένος. – Οὐδὲν περιττὸν οὐδὲ λεῖπον ἐνθάδε. – Τὰ πάντα δ' ὡς χρὴ καὶ καλῶς ἐσκευμένα. – Χάρις δὲ πᾶσα τῷ σοφῷ Χρυσοστόμῳ. – Ἀξιολογώτατον βιβλίον καὶ δυσεύρετον. – *Multo labore exacte liber elaboratus. Nihil supervacuum nihil defe-*

etivum heic est; sed omnia prout oportet ac bene considerata. Gratia autem omnis sapienti Chrysostomo. Liber plurimi faciendus nec facile obvius. In inferiore autem margine nominatur libri dominus. Ὁ ἐλάχιστος ἐν ἱερομονάχοις Ἰγνάτιος. Et rursus. Ὁ ταπεινὸς μητροπολίτης Σηλυβρίας Ἰγνάτιος. Unde cognoscimus Ignatium hunc possessorem, professione fuisse monachum, et deinde Selybriae metropolitam. De hoc homine sic Lequinius Or. ch. T. I. col. 1139. « In codice 19. ex iis » qui de bibliotheca Pii PP. II. in vaticanam transierunt, extat vita Constantini M. et » Helenae per Ignatium metropolitam Selybriae; quem saeculo proinde XIV. vel XV. » adulto sedisse oportet. » Deinde in operis fronte f. 2. Ἐξήγησις θαυμασιωτάτη καὶ πλουσία καὶ κρείττων ἢ κατὰ τὴν τοῦ Βουλγαρίας· ἔστι δὲ βιβλίον πάνυ ὀρθώτατον. *Explanatio apprime admirabilis et copiosa, meliorque illa Theophylacti Bulgariae. Est vero opus omnino rectissimum.* Sequitur principalior inscriptio. Νικήτα ἐπισκόπου τῆς μητροπόλεως Ναυπάκτου σύνταγμα εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον ἅγιον εὐαγγέλιον, μάλιστα μὲν ἐκ τῶν ἐξηγήσεων τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ χρυσοστόμου, εἶτα καὶ ἀπὸ ἑτέρων διαφόρων: *Nicetae episcopi metropoleos Naupacti compositio in sanctum evangelium secundum Matthaeum, praecipue quidem ex explanationibus sancti Iohannis chrysostomi, sed tamen etiam ex diversis aliis.* Iamvero ibidem in margine, e regione nominis Nicetae, scribitur scholion hoc: τοῦ Μουντάνη. Οὗτος δὲ καὶ τὸ ψαλτήριον ἐξηγήσατο, καὶ τὰς ἐπιστολὰς τοῦ ἁγίου Παύλου, καὶ τὰς πράξεις τῶν ἀποστόλων, καὶ τὰς καθολικάς· εἰ δέ καί τινα ἕτερα, οὐ γινώσκω· ταῦτα γὰρ καὶ μόνα ἦλθον εἰς χεῖρας ἐμάς. *Nicetae scilicet Muntani. Hic autem psalterium quoque explanavit, nec non epistolas sancti Pauli, et acta apostolorum, et catholicas. Num vero et alia quaedam, non novi; etenim haec tantummodo in manus meas devenerunt.* Dixi iam supra p. 9. desiderari hunc Nicetam inter paucorum Naupacti episcoporum nomina, quae Lequinius nobis exhibuit. Nunc vero cognomen eius *Muntanum* seu *Muntanem* agnoscimus. Sane *Nicetas Muntanus* sub Isaacio Angelo imp. triennio fuit patriarcha constantinopolitanus, extremo senio, ab anno 1186. ad 1189. ut videre est apud Cuperum in patriarcharum const. catalogo p. 143. Rem narrat etiam Nicetas choniata histor. lib. II. 4. p. 259. Item Ephraemius chronographus, a nobis editus Script. vet. T. III. p. 240. Σακελλάριον, λευίτην δ' ἐκκλησίας – Κλῆσιν Νικήταν Μουνΐάνην δὲ τοὐπίκλην – Παλαίτερόν γε Τιθωνοῦ καὶ Θουκρίτου – Ἀρχιθύτην δείκνυσι τῆς Κωνσταντίνου. – Μετὰ μικρὸν δὲ τοῦ θρόνου κατασπάσας – ὡς ἀφελῆ τε καὶ χρόνῳ παρειμένον. Quorum versiculorum sensus est, ut iam dictum fuit, Muntanum hunc Nicetam ex sacellario factum patriarcham, sed paulo post ob effoetam senectutem depositum. Idem narrat etiam Methodius monachus in opusculo a nobis aeque edito de vitando schismate n. 16. tom. cit. p. 260.

Habemus igitur Nicetam Muntanum Naupacti episcopum, et Nicetam item Muntanum patriarcham constantinopolitanum. Idem ne homo, an potius duo? Certe auctor scholii, Nicetam Naupacti adfirmat (vere ne an secus?) esse Muntanum; sed tamen Choniata, Ephraemius, ac Methodius, aiunt hunc non ex sede Naupacti, sed ex officio sacellarii ad thronum patriarchalem evectum, nulla prioris episcopatus facta mentione. Addit Ephraemius etiam titulum *levitae*, qui de episcopo non diceretur. Namque ut observat Suicerus in thesaur. eccl. ex Synesio, canon. afr., et Zonara, levita dicebatur diaconus. Attamen Nicetam, horum ad sacros libros commentatorem, revera fuisse Naupacti episcopum, confirmatur a codice veneto apud Morellium catal.

n. 26, et in praefatione ad venetam editionem Theophylacti p. 27, ubi describitur codex marcianus, vaticano nostro similis, solo tamen commentario ad Matthaeum ibi memorato; isque codex aeque auctorem prae se fert Nicetam Naupacti episcopum.

Iam ut codicis vaticani continentiam persequar; f. 2–75. legitur commentarius in Matthaeum, ab illo Theophylacti diversus, ita tamen ut quaedam etiam Theophylacti idemtidem insint. In prologo sic. Πρόσωπον μὲν ἀνθρώπου, τὸ κατὰ Ματθαῖον. Ἀετοῦ δὲ τὸ κατὰ Μάρκον. Μόσχου δὲ, τὸ κατὰ Λουκᾶν. Λέοντι δὲ τὸ καθ' Ἰωάννην εὐαγγέλιον παραβάλλεται. In margine autem. Οἱ Ἰταλοὶ καὶ καθ' τούτων ἡμῖν διαφέρονται, λέοντι τὸ κατὰ Μάρκον παραβάλλοντες εὐαγγέλιον. Dicit nimirum, Marcum designari a Graecis aquilâ, Iohannem leone. Tum venetorum signorum exemplum citat, de qua re in inferiore scholio. Ceterum si fortasse scholiasta graecus recentiorem putaret hanc Latinorum de his animalibus a Graecis dissensionem, adest contrarius antiquus testis Hieronymus, qui in prologo commentarii ad Matthaeum, Marco leonem, Iohanni aquilam tribuit. De his agit si bene memini, etiam Claudius taurinensis in suis ineditis commentariis.

F. 75–93. Commentarius in Marcum, idem qui legitur Theophylacti. Ibi f. 75. b. in margine sic. Ὅσοι μέν τοι τῶν Ἰταλῶν τὸ κατὰ Μάρκον λεοντοπρόσωπον ἔχουσιν· ἐφ' ᾧ καὶ ἡ τῶν Βενετίκων φυλὴ τὸν ἅγιον Μάρκον ἑαυτοῖς ἐπιγράφοντες, εἰς σημείωσιν λεοντοπρόσωπον ἀνιστοροῦσιν αὐτόν· ὡς περιλείπεσθαι ἀεῖῳ παρεικάζεσθαι παρ' αὐτοῖς τὸ καθ' Ἰωάννην εὐαγγέλιον, ὡς καὶ κατ' ἀρχὰς ἡμῖν τῆς παρούσης βίβλου δεδήλωται.

F. 94–134. Commentarius in Lucam, idem pariter qui Theophylacti.

F. 134–182. Commentarius in Iohannem, idem rursus qui Theophylacti.

F. 185–205. Commentarius ad apostolorum acta, ab illo Theophylacti diversus. Sed tamen f. 189. b. ad illa verba cap. II. 14. σταθεὶς δὲ Πέτρος, incipit minuta Patrum catena, nempe Ammonii, Anonymi, Athanasii, Cyrilli, Didymi, Gregorii nysseni, Ioh. chrysostomi, Nicolai presbyteri, Origenis, Severi antiocheni. Cessat tamen ipsa catena in capitulo actorum VII. 59, neque ab editis differt.

F. 208–336, nempe usque ad codicis finem, commentarius in omnes Pauli epistolas; partim certe idem qui Theophylacti. Reapse f. 208. ante commentarii initium, haec habentur. Ἐν ἑτέρᾳ βίβλῳ εἰς ὄνομα τοῦ Βουλγαρίας ἐπιγεγραμμένην εὗρον τὴν παροῦσαν ἐξήγησιν, τοῦ κυροῦ δηλονότι Θεοφυλάκτου· ἦν δὲ καὶ ἡ ἐν ἐκείνῃ τῇ βίβλῳ ἀπαραλλάκτως ἔχουσα πρὸς τὴν ἐνταῦθα, καὶ μᾶλλον κατὰ τὰς ἀρχάς· προβαίνουσα δὲ διήλλαττεν· ὅθεν πέπεισμαι τῷ Ναυπάκτου ταύτην προσκεκληρῶσθαι, δανεισαμένῳ τὰ πλείω παρὰ τοῦ Βουλγαρίας ἤτοι τοῦ Χρυσοστόμου· ἐπεὶ καὶ ὕστερον τῷ χρόνῳ τοῦ Βουλγαρίας ὁ Ναυπάκτου. *In alio codice comperi nomine archiepiscopi Bulgariae inscriptam hanc explanationem. Quippe et quae in illo codice erat, ab hac nostra non differebat, praesertim circa initia. Verumtamen in progressu, deviabat. Quamobrem mihi persuasi, hanc Naupacti episcopo esse adtribuendam, qui tamen pleraque sumpserit a Bulgariae archiepiscopo seu potius a Chrysostomo. Quandoquidem archiepiscopo Bulgariae posterior tempore est Naupacti episcopus* (nempe hic illo recentior ferme saeculo est.)

Addam et alias codicis inscriptiones. Nempe f. 205. b. Τὸ παρὸν βιβλίον ὑπῆρχεν πρῶτον μὲν τοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιερέως Σηλυβρίας κυροῦ Ἰγναΐου τοῦ Χορτασμένου· αὐτὸς δὲ ἀφῆκεν αὐτὸ πρὸς τὸν ἑαυτοῦ ὑπουργὸν χάριν εὐχῆς κυρὸν Μακάριον καὶ καθηγούμενον τῆς ἁγίας Μαρίνης, τῆς οὔσης ἐν τῇ αὐτῇ πόλει·

οὗτος δὲ ἀπεχαρίσατο ἐμὲ Δημήτριον τὸν Λεοντάριον· ἐγράφη δὲ καὶ παρ' ἐμοῦ οἰκειοχείρως δι' ἐνθύμησιν, ἐν μηνὶ ἰουλίῳ κϛ', ἰνδικτ. Θ' ἔτους ,ϛϡνδ', ὅταν ἔφυγεν ὁ δεσπότης κυρὸς Θεόδωρος καὶ ἀπῆγεν εἰς Σηλυβρίαν, καὶ πάλιν ἐπανῆλθεν ὧδε. *Liber hic antea fuit sanctissimi praesulis Selybriae domini Iohannis Chortasmeni. Ipse vero eum legavit ministro suo, precum gratia, Macario hegumeno sanctae Marinae, quae in eadem civitate est. Hic autem mihi donavit Demetrio Leontaris. Porro manu propria heic scripsi memorandi causa, mensis iulii die* 26, *indictione nona, anno* 6954 (1446) *quando despota dominus Theodorus fugit, abiitque Selybriam, et denuo huc est reversus.* Theodorum despotam (Constantini ultimi imperatoris fratrem) Selybriae sepultum anno 1448. narrat Georgius Phranza in parvo chronico, a nobis edito in AA. Cl. T. IX.

Denique in cod. f. 206. sic latine scribitur: *iste liber est domini Demetrii Leontarii. Et litterae sunt Demetrii Biscontis et Viterbi, scriptae autem in civitate nominata Metres.* (sic.)

Postremo legitur acclamatio: τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ ὁσιωτάτῳ παρθένῳ ἀρχιερεῖ κυρῷ Ἰγνατίῳ τῷ Χορτασμένῳ αἰωνία μνήμη. *Sanctissimo et honestissimo virgini praesuli domino Ignatio memoria aeterna!*

Haec habui quae de Niceta Naupacti episcopo eiusque scriptis dicerem. Superest ut specimen eius heic subtexam, sumptum ex codicis folio 186., nempe explanationis frustum ad act. apost. I. 6; ut lectores videlicet cognoscant, Nicetam hoc loco multa ex Chrysostomo sumere, pauciora habere ex Theophylacto, minima ex Oecumenii catena; denique aliquid etiam habere commune cum catena, quam nuper vulgatam ex Anglia accepimus. Sic igitur praedicto in loco Nicetas.

" Οἱ μὲν οὖν συνελθόντες, ἐπηρώτησαν αὐτὸν λέγοντες· κύριε, εἰ ἐν τῷ „ χρόνῳ τούτῳ ἀποκαθιστάνεις τὴν βασιλείαν τῷ Ἰσραήλ; „

Ὅταν τι μέλλωσιν ἐρωτᾶν οἱ μαθηταί, ὁμοῦ προσέρχονται, ἵνα τῷ πλήθει δυσωπήσωσιν· οὕτως οὖν κἀνταῦθα προσίασιν· ᾤοντο γὰρ αὐτίκα μετὰ τὴν ἀνάστασιν αὐτὸν βασιλεῦσαι τῶν Ἰουδαίων, κατὰ τὰς γραφὰς, πάντως αἰσθητὴν νοοῦντες τὴν βασιλείαν αὐτοῦ· ἢ καὶ περὶ τῆς μελλούσης ἠρώτησαν· περὶ μὲν οὖν τῆς ἀναστάσεως ἔλεγε πρὸς αὐτούς· περὶ τῆς ἡμέρας ἐκείνης ἢ ὥρας οὐδεὶς οἶδεν, οὐδὲ οἱ ἄγγελοι· ἐπιστομίζων διὰ τούτου, ὥστε μηδὲ ζητῆσαι μαθεῖν, ὅπερ ἐκεῖνοι οὐκ ἴσασι· μετὰ δὲ τὴν ἀνάστασιν ἐπειδὴ περιεργοτέρους εἶδε γενομένους, μειζόνως ἐπιστομίζει· τότε μὲν γὰρ καὶ τεκμήρια εἴρηκε πολλὰ, καὶ τὰ συμβησόμενα ἐμήνυσε· νῦν δὲ ἐπειδὴ πάλιν προσέρχονται καὶ ἐρωτῶσιν, ἐπιτιμᾷ αὐτοῖς ὡς ἐρωτῶσιν οὐκ ἀναγκαῖα· " οὐκέτι γὰρ ἔπρεπε σαρ- „ κικῶς αὐτὸν ἀποκρίνεσθαι, ἀνερχόμενον εἰς τοὺς οὐρανοὺς, ἀλλὰ λοιπὸν θεϊ- „ κῶς διδάξαι, ὅτι οὐχ ὑμῶν ἐστι γνῶναι χρόνους ἢ καιρούς (1)· „ εἶτα ἵνα μὴ λέγωσιν ὅτι ἠπορήμεθα, διεπτύσθημεν, οὐδὲ τούτου ἄξιοι ἐσμὲν, φησὶν, οὓς ὁ πατὴρ ἔθετο ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ· τοὐτέστιν ὧν τὴν γνῶσιν, ὧν τὴν ἔλευσιν ἐκεῖνος ἔχει, ἐκεῖνος οἶδε· καὶ γὰρ σφόδρα ἔμελλεν αὐτῷ τοῦ τιμᾶν αὐτοὺς, καὶ μηδὲν ἀποκρύπτεσθαι· διὰ τοῦτο τῷ πατρὶ τὴν γνῶσιν ἀνατίθησι· καὶ μήν φησι τὰ πολλῷ μείζονα ἔμαθον ἢ τινα ταῦτα, ὅτι υἱὸς ἐστι τοῦ Θεοῦ· ὅτι ἀνάστασις ἔσται· ὅτι ἀνελθὼν ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρός· τί τούτου φρικωδέστερον, ὅτι σὰρξ ἄνω κάθηται καὶ προσκυνεῖται ὑπὸ τῶν ἀγγέλων; ἔμα-

(1) Haec sunt Athanasii, ut demonstrat catena graeca Crameri anglicana. Quamobrem vere dictum fuit initio, Nicetam excerpsisse praecipue quidem ex Chrysostomo, sed tamen ex aliis quoque patribus.

θον ὅσα ἐν τῇ κρίσει μέλλει γίνεσθαι· ὅτι ἥξει· ὅτι Ἰουδαῖοι ἔξω βάλλονται, οἱ δὲ ἐξ ἐθνῶν εἰσέρχονται· τίνα οὖν χάριν οὐχὶ καὶ τοῦτο αὐτοῖς ἀποκαλύπτει; περιττὴ ἐτύγχανεν ἡ ἐρώτησις, καὶ συμφερόντως παρεσιώπησε· κηρύττειν αὐτοὺς ἀπέστειλε τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, οὐ τὴν ποσότητα τῶν χρόνων κατασημαίνειν· ὥσπερ δὲ ἀνωτέρω βαπτισθήσεσθε εἶπεν οὐ μετὰ πολλὰς ταύτας ἡμέρας, καὶ οὐκ ἐδήλωσε φανερῶς, βουλόμενος αὐτοὺς ἀγρυπνεῖν, οὕτω καὶ ἐνταῦθα τοῦτο εἶπε· καὶ οὐκ ἀγνοῶν αὐτὸς τῶν χρόνων τὸ συμπέρασμα, τὴν εἴδησιν παρέπεμψε τῷ πατρί· εἰ γὰρ ἐν τῇ ἐξουσίᾳ τοῦτο κεῖται τοῦ πατρὸς, μία δὲ ἐξουσία τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ, πῶς οὐκ οἶδε καὶ ὁ υἱός; ὅτι δὲ μία ἐξουσία ἀμφοῖν, ἄκουσον· ὥσπερ γὰρ ὁ πατὴρ ἐγείρει τοὺς νεκροὺς καὶ ζωοποιεῖ, οὕτω καὶ ὁ υἱὸς οὓς θέλει ζωοποιεῖ· εἰ ἔνθα ἐργάσασθαι δεῖ, μετὰ τῆς αὐτῆς αὐτῷ πράττει ἐξουσίας· ἔνθα εἰδέναι χρὴ οὐ μετὰ τῆς αὐτῆς αὐτῷ οἶδεν ἐξουσίας· καὶ μὴν τοῦ μαθεῖν τὴν ἡμέραν, πολλῷ μεῖζον τὸ νεκροὺς ἐγείρειν· εἰ τὸ μεῖζον μετ' ἐξουσίας, πολλῷ μᾶλλον τὸ ἕτερον· ὥσπερ οὖν ὅταν ἴδωμεν παιδίον ἀνακλαιόμενον συνεχῶς, καὶ βουλόμενόν τι λαβεῖν παρ' ἡμῶν οὐκ ἀναγκαῖον αὐτῷ, κρύψαντες τὸ ζητούμενον, γυμνὰς αὐτῷ τὰς χεῖρας δείκνυμεν λέγοντες, ἰδοὺ οὐκ ἔχομεν, οὕτω καὶ αὐτὸς τοῖς ἀποστόλοις πεποίηκεν· ἀλλ' ὥσπερ ἐκεῖνο τὸ παιδίον καὶ δεικνύντων ἡμῶν ἐπίκειται κλαίειν, εἰδὼς ὅτι ἐξηπάτηται, εἶτα ἀφέντες ἄπιμεν λέγοντες, καλεῖ με ὁ δεῖνα, καὶ ἕτερον ἀντὶ τοῦ ζητουμένου διδόαμεν, βουλόμενοι ἀπαγαγεῖν τῆς προαιρέσεως, καὶ θαυμάζομεν τοῦτο ἀντ' ἐκείνου· οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς ἐποίησεν· ἐζήτουν ἐκεῖνοι λαβεῖν· ἔφη μὴ ἔχειν· καὶ πρῶτον ἐφόβησεν· εἶτα νῦν πάλιν ἐζήτουν αὐτὸ λαβεῖν· ἔφη μὴ ἔχειν· οὐκ ἐφόβησε νῦν, ἀλλὰ μετὰ τὸ δεῖξαι τοῦτο πεποίηκε· καὶ λέγει εὐπροσώπως τὴν ἀφορμὴν, ὅτι ὁ πατὴρ ἔθετο ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ· τί οὖν; σὺ οὐκ οἶδας τὰ τοῦ πατρός φησιν; ἀλλ' αὐτὸν γινώσκεις, τὰ δὲ αὐτοῦ οὐκέτι; αὐτὸς εἶπας, οὐδεὶς γινώσκει τὸν πατέρα, εἰ μὴ ὁ υἱός· καὶ τὸ μὲν πνεῦμα πάντα ἐρωτᾷ καὶ τὰ βάθη τοῦ θεοῦ, σὺ δὲ τοῦτο οὐκ οἶδας; ἀλλ' ἐφοβήθησαν ἐρωτῆσαι πάλιν, ἵνα μὴ ἀκούσωσι, καὶ ὑμεῖς ἀσύνετοι ἐστέ; πολλῷ γὰρ μᾶλλον ἐφοβοῦντο αὐτὸν νῦν ἢ πρότερον· ταῦτα εἰπὼν, ἵνα μὴ δοκῶσιν ὑβρισθῆναι, καὶ πρόφασιν εἶναι ταῦτα, ἄκουσον τί φησιν· εὐθέως αὐτοῖς δίδωσιν ἐφ' ᾧ ἔχρησαν· ἐπήγαγε γάρ· ἀλλὰ λήψεσθε δύναμιν etc. A. M.

LEONIS ALLATII

DIATRIBA II.

DE PHILONIBUS.

Nomen unicuique personae datum est, ut eo tamquam proprio, certoque vocabulo appellata, ab aliis seiungi discernique possit. Id est secunda eius figura formaque, qua diversam ab aliis sine ulla fallacia deprehendimus. Sint licet plures homines animo et moribus similes, nullo ordine, nullo numero interstincti, solo nomine, quemadmodum et figura, tamquam nota quadam dignosces: ἐν εἴκοσι πᾶσι μάθῃς νίν. Si nomen de medio tollas, idem quod si figuram tolleres eveniet, tamquam plures soni in unum confusi coalescent: ignem igne commixtum, et aquam aqua, nusquam descripte electeve diiudicabis. Quod saepius usu venisse experimento didicimus, pessimaque antiquitatis iactura accidisse dolemus, tempus vorax, aetates non tantum ceterarum rerum, sed etiam nominum edaces. Transiere una cum ipso tempore auctores non contemnendi, obiere cum aetatibus ipsis illustrium virorum nomina, quae si revocare velles, idem esset ac rerum ipsarum seriem retroactam denuo invisere, et recognoscere. Sed quod semper in humani generis perniciem nimis incumbit, deletis hominibus, operibusque oblitteratis, nominibus etiam ipsis mortem tempus invenit. Quippe nominum penuria, sive in semet amore, at nimium sibi pernicioso, idem pluribus personis nomen imponit: posterior aetas subdividere nescia, omnia confundit, nec unde personas distinguere possimus habemus. Quare scimus plures fuisse personas, eodem nomine vocitatas; sed quaenam illae fuerint, quid unaquaeque egerit, quid scripserit, non habemus, sed perpetuis tenebris ignorantiae circumagimur et nutamus. Nihilo in hoc ceteris feliciores Philones: nam plurimos fuisse post hominum memoriam, qui rebus optime gestis, scriptisque sui posteris memoriam reliquerunt, quorum nomina curiosis obvia esse possunt, multoque plures quorum ne nomini quidem tempus pepercit, certo certius est. De primis, quod sedula lectione collegimus tibi, lector optime, benigne impertimur. Recensentur inter Philones, qui nihil scripsere, quod historia tradat, propter tamen rei alicuius bene gestae dignitatem, vel male ignominiam memorabiles.

I. Qui ex Proserpina filia, quam in balneis compresserat, sustulisse creditur Mercurium: quem cum vellet exponere, consulto mathematico, hoc accepit responsum, puerum futurum maximum rerum divinarum interpretem, obtenturumque inter homines magnam auctoritatem et potentiam: idque illi ex astris promitti eventu certissimo. Quo nomine Philo servatum diligenter educavit, curavitque bonis litteris et liberalibus disciplinis instrui. Hic autem Mercurius, alter a Iovis Maiaeque filio, Hermes ille fuit qui Trismegistus appellatur. Ex Palaephati libro II. refert Carolus Stephanus in lexico historico poëtico, et Iacobus Boissardus de divinat. et mag. et praestig. in Mercurio Trismegisto.

II. Corcyraeus Glauci filius pugil, bis victor, cuius statua Olympiis erecta prope currum Gelonis, Glauciae aeginetae opus, cum inscriptione Simonidis Leoprepis filii.

Pausan. Eliac. lib. II. (ed. Xylandri p. 361.) Παρὰ δὲ τοῦ Γέλωνος τὸ ἄρμα ἀνάκειται Φίλων, τέχνη τοῦ αἰγινήτου Γλαυκίου· τούτῳ τῷ Φίλωνι Σιμώνιδης ὁ Λεωπρέπους ἐλεγεῖον δεξιώτατον ἐποίησεν.

Πατρὶς μὲν Κορκύρα, Φίλων δ' ὄνομ', εἰμὶ δὲ Γλαύκου
Υἱὸς, καὶ νίκη πυξ δύ' ὀλυμπιάδας.

III. Corcyraeus alter puer in cursu victor, cuius item statua erat ibidem prope Meneptolemum apolloniatem, et Hieronymum andrium. Pausan. ibid. Κεῖνται δὲ καὶ ἐν παισὶν εἰληφότες δρόμου νίκας Μενεπτόλεμος ἐξ Ἀπολλωνίας τῆς ἐν τῷ Ἰωνίῳ, καὶ κερκυραῖος Φίλων· ἐπὶ δὲ αὐτοῖς Ἱερώνυμος ἄνδριος. An idem cum superiore? haereo.

IV. Cnossius bellica experientia celebris inter Ptolemaei Philopatoris duces, mille Neocretarum praefectus, tunc cum ipse Philopator et Antiochus magnus de Coelesyriae imperio ad arma conversi pugna ad Raphiam insigni decertarunt, Ptolemaeo discedente victore. Polybius hist. lib. V. (ed. Gronov. T. I. p. 570.) οὐδενὸς δὲ ἧττον ἔσπευδε περὶ τοὺς ὑπ' αὐτὸν ταττομένους, Κνωπίας ἀλωρίτης, ἔχων τοὺς μὲν πάντας Κρῆτας εἰς τρισχιλίους, αὐτῶν δὲ τούτων χιλίους Νεοκρῆτας, ἐφ' ὧν ἐπετάχει Φίλωνα τὸν κνώσσιον.

V. Aenian graecarum copiarum ductor. Graeci quippe ad extremos regni fines in superioribus satrapiis reiecti, extincto Alexandro magno, desiderio victûs morumque graecorum, a Perdicca defecere, et coniunctis animis hunc Philonem ducem elegerunt, qui postea cum Pythone Perdiccae duce pugna inita, licet multitudine copiarum virorumque virtutis eximiae expertorumque fretus, certamen non detrectasset, proditione Lipodori victus est a Pythone, necatusque una cum aliis Graecis a Macedonibus, qui posthabita iuris iurandi religione, fidem datam violarunt. Diod. sic. bibl. lib. XVIII. 7.

VI. Chalcidensis, quem in foedere cum Romanis dedere, ex decem legatorum sententia promiserat Antiochus in excerpt. de legat. ex Polybio (T. II. p. 1136.) Σὺν δὲ τούτοις Ἀννίβαν ἐκδοῦναι τὸν καρχηδόνιον, καὶ Θόαντα τὸν αἰτωλὸν, καὶ Μνασίλοχον ἀκαρνᾶνα, καὶ Φίλωνα καὶ Εὐβουλίδην τοὺς χαλκιδέας. Et Livius lib. XXXVIII. 38. *De Hannibale poeno, et aetolo Thoante, et Mnasilocho acarnane, et chalcidensibus Eubulide ac Philone dedendis, in hoc quoque foedere adscriptum est.*

VII. Thebanus una cum aliis a suis civibus ad Philippum legatus missus, cum Demosthene aliisque ab Atheniensibus, animo grandi, moribus integer, donis corrumpi nescius, patriae commodis sua postponens. Illius elegantissimam itemque magnanimam ad Philippum adlocutionem Demosthenes oratione περὶ παραπρεσβείας exposuit, ut legati optimique civis exemplar esse posset; quod utique καλὸν καὶ σεμνὸν εἰς ἀρετῆς λόγον καὶ δόξης. Huius Philonis virtutem egregiam, et praecipue ἀδωροδοκίαν admiratus est ipse Macedonum rex Philippus, et quasi suae gloriae nescio quid detrahentem apud Plutarchum in apophtheg. in Philippo. Πρὸς Φίλωνα δὲ τὸν θηβαῖον εὐεργέτην αὐτοῦ γενόμενον, καὶ ξένον ὁπηνίκα διῆγεν ἐν Θήβαις ὁμηρεύων, ὕστερον δὲ μηδεμίαν παρ' αὐτοῦ δωρεὰν προσδεχόμενον, μή με εἶπε ἀφαιροῦ τὸ ἀνίκητον εὐεργεσίας καὶ χάριτος ἡττώμενον.

VIII. Unus e successoribus Alexandri magni, si Cedreno credimus. Scribit namque (ed. paris. T. I. p. 155.) Μετὰ δὲ τὴν Ἀλεξάνδρου τελευτὴν εἰς πολλὰς ἀρχὰς ἡ βασιλεία αὐτοῦ διῃρέθη· καὶ Περδίκκας μὲν τὴν τῆς Μακεδονίας ἐκλη-

ρώσαΐο βασιλείαν, Πτολεμαῖος δὲ ὁ Λάγου, Αἰγύπτου καὶ Ἀλεξανδρείας. Σέλευκος ὃ καὶ Νικάνωρ, διὰ τὸ ἀναβῆναι εἰς Βαβυλῶνα, καὶ κρατῆσαι βαρβάρων, Συρίας καὶ Βαβυλῶνος. Ἀντίγονος, τῆς πρὸς τῷ Ταύρῳ Κιλικίας. Φίλων, Μηδείας. Πύθων, Φρυγίας καὶ Λυδίας. Μελέαγρος, Παφλαγονίας etc. In Philonis nomine errorem non esse, antiqua exemplaria, in quibus Φίλων scribitur, manifestum faciunt; et Iustinilib. XIII. 4. testimonio comprobatur: *confinem huic provinciae Syriam Laumedon mitylenaeus, Ciliciam Philotas, Philo Illyrios, accipiunt.* Ubi licet in enumeratione provinciarum auctores dissentiant, certum tamen est inter Alexandri successores Philonem hunc, quisquis ille fuerit, fuisse.

IX. Coelaeus; is post tyrannos a Thrasybulo in ordinem coactos, legemque latam de oblivione iniuriarum quae superioribus temporibus ultro citroque factae essent, delatus falsae legationis, cum se ipsum defendere non posset, hac una lege et foedere, nullo iudicio de eo facto, dimissus est. Isocrates in exceptione adversus Callimachum (ed. Basil. 1594. T. II. p. 896.) Νῦν δὲ οὐ μόνον ἐν τῇ θέσει τῶν νόμων ἐπεδείξασθε περὶ πολλοῦ ποιούμενοι τὰς συνθήκας, ἀλλὰ καὶ Φίλωνα τὸν ἐκ Κοίλης ἐνδειχθέντα παραπρεσβεύεσθαι, καὶ περὶ μὲν τοῦ πράγματος οὐδὲν ἔχοντα ἀπολογήσασθαι, τὰς δὲ συνθήκας παρεχόμενον, ἔδοξεν ὑμῖν ἀφεῖναι, καὶ μηδὲ κρίσιν περὶ αὐτοῦ ποιήσασθαι. Eodem tempore Lysias orator orationem habuit contra Philonem, ne scilicet admitteretur ad magistratum, eius pessimis moribus acriter exagitatis, quod privata commodis publicis praetulerit, quod in maximis calamitatibus rempublicam deseruerit, quod quaestus causa iura divina atque humana violaturus esset, adeo ut ne mater quidem illi fidem in maxime necessariis praestiterit. Utrum idem cum Coelaeo, an diversus sit, dicent alii praestantiora nacti veterum monumenta.

X. Atheniensis, Aeschinis oratoris affinis, Philodemi filius, frater Epicratis, uxorisque Aeschinis. Hunc acerrime defendit a calumniis Demosthenis Aeschines ipse oratione περὶ παραπρεσβείας, in quem invehitur tamquam adversus benefactores ingratum, mendaciorumque conflandorum callidissimum artificem.

XI. Philo, a quo pagus quidam aegyptius nomen sumpsit. Strabo lib. XVII. (ed. Amst. p. 805.) Ἡ δὲ ἀρχὴ τῆς διώρυγος τῆς ἐκδιδούσης εἰς τὴν Ἐρυθρὰν, ἀπὸ κώμης ἄρχεται Φακκούσης, ἣ συνεχής ἐστι καὶ ἡ Φίλωνος κώμη. Fuit et alius Philonis vicus in Libya, et alius in Pentapoli, ut refert Ptolemaeus geograph. lib. IV. cap. 4. et 5. Utrum ab eodem Philone, an ab alio nomen acceperint, sicut et quis fuerit aegyptii pagi auctor, prorsus ignoro.

XII. Philo, uxoris pudicitia amore cateque dicto celebratus, cui prae omni auro gemmeoque ornamento mariti virtus fuit. Stobaeus in praeceptis nuptialibus: ἡ Φίλωνος γυνὴ ἐρωτηθεῖσα, διὰ τί μόνη τῶν ἄλλων ἐν συνόδῳ οὐ φορεῖ χρυσοῦν κόσμον, ἔφη ὅτι αὐτάρκης κόσμος μοι ἐστὶν ἡ τοῦ ἀνδρὸς ἀρετή. Ex Stobaeo habuit Antonius monachus in Melissa; ex utroque Ludovicus Vives de femina christiana lib. II. cap. de ornamentis: *Philonis, sapientiae sectatoris, uxor cum sine aurea corona processisset in publicum, et aliae gestarent, rogata cur non et ipsa ferret; uxori, respondit, satis ornatûs esse viri virtutem et laudes.*

XIII. Philo, a quo natum adagium: ὑπῆρξε καὶ Φίλωνι οὐκέτι συκίνη βακτήρια: cuius qui meminerit, praeter Alciphronem (lib. I. epist. 39.) Megarae ad Bacchidem, novi neminem. Nec diversa illius est sententia ab altera illa: ἐγένετο καὶ Μάνδρωνι συκίνη ναῦς, quam exponit Erasmus in adagiis *: *omne vile ac contem-*

* Chil. IV. Cent. V. 49.

nendum, ficulnum dici apud Graecos in usu est. Quare qui rei futili nulliusque momenti nec solidae innixus, quasi ad immensas opes evectus, alios insolentius contemnit, ficulno fulcro inniti dicitur, quod ex ipsis Alciphronis verbis colligitur. Nam cum Bacchis a Glycera ceterisque mulieribus usurariis advocata ut in convivio ac lasciviis adesset, delicias oblatas parvipendens, amasio suo solo veluti thesauro contenta, cetera fastidiebat, noluisset adesse, Megara illius propositum deridet, et quam inaniter propter suos amores insolesceret, elegantibus verbis exponit. Σοὶ μόνῃ ἐραστὴς γέγονεν, ὃν φιλεῖς οὕτως ὥστε τὸ μηδὲ ἀκριβῶς αὐτοῦ διαζευχθῆναι δύνασθαι· τῆς ἀνδίας· δέσποινα Ἀφροδίτη κληθεῖσα ὑπὸ Γλυκέρας εἰς τοσοῦτον χρόνον· ἀπὸ τῶν Διονυσίων γὰρ ὑμῖν ἀπήγγειλεν· οὐχ ἥκεις, εἰ μὴ δι' ἐκείνην, οὐδὲ τὰς φίλας ἰδεῖν γυναῖκας ἀνεχομένη· σώφρων γέγονας σὺ, καὶ φιλεῖς τὸν ἐραστήν· μακαρία τῆς εὐφημίας· ἡμεῖς δὲ καὶ πόρναι καὶ ἀκόλαστοι· ὑπῆρξε καὶ Φίλωνι συκίνη βακτηρία· ὀργίζομαι γὰρ νὴ τὴν μεγάλην θεόν. Summa sermonis est. *Magna scilicet res tibi contigit, nimis fortunata es, ac prodige delicias. Semper ante hos tuos novos amores miserrima, tandem baculo, quo sustentari valeas nacta es. At quantum accessit ad fortunas tuas, adverte animum: Philo baculus ficulnus est. Si ficulnis superbis* etc. Apparet Philonem hunc horrido semper vitam in pannis atque inopia pane oblectasse, ex eaque mendicitate numquam emersisse.

XIV. Philo pater Callippiani. Vetus inscriptio in ruinis Licti civitatis Cretae.

ΚΑΩΝΑΚΑ ΣΩΤΗΡΟΜΕΜΠΤΩ ΓΥΝΑΙΚΙ ΜΝΗΜΗΣ ΧΑΡΙΝ.
ΚΑΛΛΙΠΠΙΑΝΟΣ ΦΙΛΩΝΙ ΤΩ ΠΑΤΡΙ ΜΝΗΜΗΣ ΧΑΡΙΝ.

Putant legendum Κλωνακᾶς Σωτείρᾳ ἀμέμπτῳ.

XV. Philo M. Caelii libertus, quem una cum Diogene graeco Ciceroni commendat ipse Caelius lib. VIII. 8. *Libertum Philonem isthuc misi, et Diogenem graecum, quibus mandata et litteras ad te dedi. Eos tibi, et rem, de qua misi, velim curae habeas. Nam quam vehementer ad me pertineant, in iis, quas tibi illi reddent, litteris descripsi.*

XVI. Item libertus Sex. Pompeii. Cicero ad Atticum lib. XVI. epist. 4. *Libo intervenit. Is Philonem Pompeii libertum, et Hilarum suum, venisse a Sexto cum litteris ad consules, sive quo alio nomine sunt.* Fuit siculus tyndaritanus ex servitute ad civitatem romanam a Cn. Pompeio perductus, ideoque nomen bene meriti patroni, ut tum fieri solebat, sumpsit, Cicero lib. IV. 22. in Verrem. *Cn. Pompeius est Philo, qui fuit tyndaritanus. Is coenam isti dabat apud villam in Tyndaritano. Fecit quod Siculi non audebant; ille civis romanus quod erat, impunius id se facturum putavit: apposuit patellam, in qua sigilla erant egregia. Iste continuo ut vidit, non dubitavit illud insigne penatium hospitaliumque deorum ex hospitali mensa tollere. Sed tamen, quod antea de istius abstinentia dixeram, sigillis avulsis, reliquum argentum sine ulla avaritia reddidit.* Vide quae adnotarunt in hunc locum Paulus Manutius, Iohannes Beatus Helius, et Hadrianus Turnebus adversar. lib. VIII. cap. 10.

XVII. Servus Germanici. Inscriptio vetus in domo Lucii Muratae.

FAVSTVS PISTOR TI. GERMANICI SER. PHILO ET MENOPHILVS CONSERVI MERENTI P.

XVIII. Phricodemi tyranni filius, a Crithonis oianthii filia Themistone per vim ac parentum cladem in matrimonium summo scelere abrepta, dormiens in thalamo trucidatus, ut ne vox quidem occisi audita sit. Verba sunt Polyaeni, qui id narrat

lib. VIII. 46; et libentius hic exscribo, ut deploratum locum ope manuscripti codicis restitutum philopolyaenis indicem. Illius ergo narrationis principium ita legi debet. Θεμιστὼ Κρίθωνος οἰανθίου θυγάτηρ· ταύτης ἦρα Φρικοδήμου τοῦ τυράννου παῖς Φίλων· τύραννος ἐξήτει πρὸς γάμον τὴν κόρην· ὁ πατὴρ ἀντέλεγεν· ὁ τύραννος τοὺς υἱοὺς τοῦ Κρίθωνος ἀποσπάσας ἐν ὄψει τοῦ πατρὸς καὶ τῆς μητρὸς παρέβαλε θηρίοις πεινῶσι, τὴν δὲ κόρην ἀποσπάσας ἐπετέλει πρὸς γάμον. Θεμισὼ διὰ τὴν ἀλγηκὼν ὑποκριναμένη ξίφος εἰσεκόμισεν etc. Tanti sceleris poenas, et violatae religionis supplicia narrat idemmet Polyaenus ibidem.

XIX. Agathoclis syracusani tyranni affinis, sive servus sive adulator, qui in tumultu alexandrino adversus Agathoclem, dum plenus crapulae Agathoclis partes tueretur, ab hostibus, admotis mucronibus, configitur. In excerptis ex Polybio hist. XV. (ed. Gronov. T. II. p. 997.) Καὶ παραλαβὼν Ἀγαθοκλῆς τοὺς συγγενεῖς πάντας, πλὴν Φίλωνος, ἦκε πρὸς τὸν βασιλέα. Et p. 1001: τῶν γὰρ Ἀγαθοκλέους ὑπηρετῶν καὶ κολάκων τὶς ὄνομα Φίλων, ἐξῆλθε κραιπαλῶν εἰς τὸ στάδιον· οὗτος θεωρῶν τὴν ὁρμὴν τῶν ὄχλων, εἶπε πρὸς τοὺς παρεστῶτας, ὅτι πάλιν αὐτοῖς καθάπερ καὶ πρώην, ἐὰν Ἀγαθοκλῆς ἐξέλθῃ, μεταμελήσει· τῶν δ' ἀκουσάντων, οἱ μὲν ἐπελοιδόρουν αὐτὸν, οἱ δὲ προώθουν· ἐπιβαλλομένου δ' ἀμύνεσθαι, ταχέως οἱ μὲν τὴν χλαμύδα περιέρρηξαν, οἱ δὲ τὰς λόγχας προσερείσαντες ἐξεκέντησαν· ἅμα δὲ τῷ τοῦτον εἰς τὸ μέσον ἑλκυσθῆναι μεθ' ὕβρεως ἔτι σπαίροντα, καὶ γεύσασθαι τὰ πλήθη φόνου, πάντες ἐκαραδόκουν τὴν τῶν ἄλλων παρουσίαν. Et Athenaeus lib. VI. (ed. Casaub. T. I. p. 251.) dipnosophist. ex Polybii libro decimo quarto refert, qui hodie decimus quintus inscribitur, fortasse μνημονικῶ ἁμαρτήματι· ἐν δὲ τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ, Ἀγαθοκλέους τοῦ Οἰνάνθης υἱοῦ, ἑταίρου δὲ τοῦ Φιλοπάτορος βασιλέως Φίλωνα. Quae ita vertit Dalecampius. *Idem libro XIV. scribit Agathoclis filio assentatorem fuisse Oenam regi Philopatori Philonem inter amicos adscriptum.* Nihil minus. Quis iste filius in historia? Quis Oenas, qui regi Philopatori amicus? Auctoris haec est sententia. Idem libro decimo quarto scribit Agathocli Oenanthes filio, sodali vero Philopatoris regis, Philonem fuisse scilicet adulatorem Agathoclis, non Philopatoris. Porro Oenanthem matrem fuisse Agathoclis, ex historia certum est. Nec abnuit Polybius eodem loco.

XX. Adulatori Philoni Gnatona miserum addam, convivia aliorum aucupantem, et quotiescumque non vocaretur, ieiunantem Philonem, in quem non illepide lusit Martialis epigram. lib. V. 47.

Nunquam se coenasse domi Philo iurat: et hoc est;
Non coenat, quoties nemo vocavit eum.

XXI. In civitate sumus romana. Ne egrediamur, ni prius ex ea quoque Philones in medium afferamus. Aeque namque bene cedet, si utramque civitatem a Philonibus decoratam ostendemus. Sit ergo P. Curiatius Philo cum M. Genucio Augurino consul anno V.C. CCCX. Horum annus tribuniciis contentionibus turbulentus fuit, creatique sunt tum primum tribuni mil. consulari potestate, habente comitia C. Curtio. Livius lib. IV. principio. Scio Onuphrium, et Sigonium adnotasse ex auctoritate Varronis et siculorum fastorum, mendose in Livio legi Curiatius pro Curtio. Sed in tanta varietate consulum huius anni, quis verum divinabit? Certe in illis recensendis diversi sunt Dionysius, Diodorus, Cassiodorus, et alii.

XXII. Q. Publius Q. F. Q. N. Philo anno V.C. CCCCXV. consul cum T. Aemi-

lio Mamercino. Memoratur a Livio, Cassiodoro, chronico alexandrino, fastis siculis, ut quidam legerunt; hodie excusi habent Μαμερτίνου, καὶ Σίλωνος. De Latinis domitis triumphavit. Tres leges plebi gratissimas, nobilitati adversas, tulit. I. Plebiscita omnes Quirites teneant. II. Legum, quae centuriatis comitiis feruntur ante initum suffragium patres auctores fiant. III. Alter ex plebe consul creetur. Decretus illi etiam triumphus, domitis obsidione Palaepolitanis. Et anno CCCCXXVII. Livius et Cassiodorus L. Cornelium Lentulum, et Q. Publilium Philonem commemorant. Alii id idem fastos siculos affirmare autumant. Et anno CCCCXXXIV. eundem cum L. Papirio Cursore consulem produnt, sicut et anno CCCCXXXIX. legitur apud Cassiodorum, et in tabulis capitolinis, et in libro Cuspiniani. Ita ut Publilium hunc Philonem quarto consulem fuisse, ex superioribus consulatibus certum sit. De quarto consulatu fasti siculi ne verbum quidem, sicut nec chronicon alexandrinum; habent quippe Κούρσωρος τὸ δ' καὶ Λενάτου τὸ β'. In secundo et tertio consulatu ambo, ut in editis legitur, Σίλωνος non Φίλωνος, etsi a nonnullis scribatur Φίλωνος haberi. Toties repetitus consulatus maximam hominis inter Romanos excellentiam arguit. Livius lib. IX. 7. *Is consules creavit Q. Publilium Philonem, et L. Papirium Cursorem iterum, haud dubio consensu civitatis, quod nulli ea tempestate duces clariores essent. Quo creati sunt die, eo (sic enim placuerat patribus) magistratum inierunt, sollemnibusque senatus consultis perfectis, de pace caudina retulerunt.* Vide apud eundem ut Publius hic Philo Samnites hostes fuderit, maxima in acie castrisque cruenta caede patrata; populosque aliquot Apuliae aut vi subegerit, aut conditionibus in societatem acceperit. Tandemque inter eos principes Philonem numerat, quibuscum fuisset Alexandro magno bellandum (lib. IX. 17.) De hoc Philone notavit Sabellicus ennead. IV. lib. 4. duos illi novos honores contigisse, et quod ei consulatu defuncto imperium est prorogatum, et quod iam acto honore triumphavit, nulli Romanorum ad id tempus concessos. Liceat nunc cum illo exclamare: *o virtutis comes invidia, quae bonos insequeris plerumque, atque adeo insectaris!* Labes etenim haec et macula non unius, sed omnium saeculorum; virtuti invidia dignitatis ex virtute florem conatur infringere. *Publilius etiam Philo*, scribit Livius lib. IX. 26. *multiplicatis summis honoribus, post res tot domi belloque gestas, ceterum invisus nobilitati, causam dixit absolutusque est.*

XXIII. L. Veturius L. F. Philo anno DXXXIV. consul cum C. Lutatio, ut Cassiodorus et Zonaras scribunt; cum Catulo, ut fasti siculi; cum Scaevola, ut liber Cuspiniani. Triennio post, qui fuit belli punici secundi annus secundus, dictator creatus est comitiorum causa. Censor cum P. Licinio Crasso in eodem honore decessit anno V.C. DXLIII. Livius lib. XXII. et XXVII.

XXIV. L. Veturius L. F. L. N. Philo aedilis cur. anno V.C. DXLIII. ut Iohannes Glandorpius colligit, praetor peregrinus, Galliam obtinuit, in qua provincia prorogatum illi imperium est. Legatus missus a M. Lucio, et C. Claudio coss. in urbem, patribus populoque partam de Hasdrubale victoriam nunciavit. Consul creatus a M. Lucio dictatore belli punici secundi anno XIII, contra Hannibalem in Brutiis rem gessit cum collega Q. Metello, cui post dictatori creato comitiorum gratia, ipse magister equitum fuit. Lectus est et flamen martialis. Postremo cum Scipione in Africam profectus est, a quo remissus domum, pugnatam cum Hannibale pugnam supremam, finemque tandem lugubri bello impositum, ingenti patrum laetitia exposuit; ex Livio. De illo Cassiodorus, fasti capitolini, fasti siculi, Cicero, Valerius, Plutarchus in Afri-

cano, Appianus in Ibericis. An idem cum L. Veturio Philone, quem anno DXXXIV. consulem edunt fasti siculi, et liber Cuspiniani? Philonis nomen subticent Cassiodorus et Zonaras; L. Veturii fasti siculi, et liber Cuspiniani.

XXV. L. Cessenius Philo accusavit Sextum Clodium, Pompeio III. cons., damnavitque. Ex Asconio Pediano Glandorpius in onomast. hist. rom.

XXVI. Philo thasius, cuius filia post largum e naribus fluxum sanguinis in Thaso, quia intempestivius caenavit, die septima mortua est. Hippocrat. de morb. popul. lib. I. sect. 2. *καὶ οὐδεμίαν οἶδα ἀπολλυμένην ἧσι τούτων τι καλῶς γένοιτο· Φίλωνος γὰρ τῇ θυγατρὶ ἐκ ῥινῶν λαῦρον ἐῤῥύη· ἑβδομαίη δὲ οὖσα ἐδείπνησεν ἀκαιροτέρως, καὶ ἀπέθανεν.*

XXVII. Philo Aristotelis servus, quem in testamento liberum esse vult, apud Diogenem Laërtium lib. V. *Τάχωνα δὲ ἐλεύθερον εἶναι, ὅταν ἡ παῖς ἐκδοθῇ, καὶ Φίλωνα, καὶ Ὀλύμπιον, καὶ τὸ παιδίον αὐτοῦ.*

XXVIII. Pater Batonis aliptae. Batonis vero praeclara commendatio extat in collectaneis hist. ex olympiadum descriptione (ed. Scal. 1658. p. 343.) *Βάτων Φίλωνος τῶν ἀλειφομένων ϖροστατήσας, χρυσῷ στεφάνῳ ἐστεφανώθη καπετωλείοις ἐν Ῥώμῃ, λούστρῳ κή.* Et in antiquo marmore, aliptarum consensu posito, his verbis: *ἔδοξε τοῖς ἀλειφομένοις, ἐπειδὴ Βάτων Φίλωνος πρότερον μὲν ἐφ' ἔτη δύο προχειρισθεὶς γυμνασίαρχος ϖροεστάτησεν ἐνδόξως, καὶ καταξίως αὐτοῦ τε καὶ τῆς τῶν ἀλειφομένων προαιρέσεως τοῦ γυμνασίου· ἀνθ' ὧν τὸ κοινὸν εὐδοκιμήσαντα ἐστεφάνωσεν αὐτὸν ἐπὶ τὰ προειρημένα ἔτη δύο θαλλοῦ στεφάνῳ, καὶ τὴν περὶ τούτων ἀναγραφὴν* etc. Et inferius: *πᾶσαν προθυμίαν καὶ σπουδὴν ἐνδεικνύμενον αὐτὸν ὑπὲρ τοῦ τόπου, στεφάνους τε χρυσοῦς περιτέθεικεν, καὶ γραπτῇ τετίμηκεν εἰκόνι, Βάτωνα Φίλωνος γυμνασιαρχήσαντα τὸ τρίτον* etc. Florebat sub M. Aurelio Antonino, *Ἐπικτήτου σύγχρονος.* Ideoque locum Arriani in Epicteto lib. I. cap. 2. ubi legitur: *ἀνὴρ δ' Ὀλυμπίᾳ κεκηρυγμένος, καὶ ἠγωνισμένος, ἐν τοιαύτῃ τινὶ χώρᾳ ἀνεστραμμένος οὐχὶ παρὰ τῷ Βάτῳ ἀλειφόμενος*, corrigunt *παρὰ τῷ Βάτωνι.*

XXIX. Alter, Diophontis pentathlii victoris, pater. Simonides in epigram. lib. I. cap. 1. (ed. H. Stephani p. 2.)

Ἴσθμια καὶ Πυθοῖ Διοφῶν ὁ Φίλωνος ἑνίκα
Ἅλμα, ϖοδωκείην, δίσκον, ἄκοντα, πάλην.

XXX. Philo cuius lembum sive navigium irridet Antipater thessalus; navis etenim illa, licet Soterichos diceretur, omnibus tamen navigantibus erat exitio. Epigram. lib. II. cap. 41. (ed. H. Steph. p. 166.)

Εἶχε Φίλων λέμβον Σωτήριχον, ἀλλ' ἐν ἐκείνῳ
Σωθῆν' οὐδὲ Ζεὺς αὐτὸς ἴσως δύναται.
Οὔνομα γὰρ μόνον ἦν Σωτήριχος, οἱ δ' ἐπιβάντες
Ἔπλεον ἢ ϖαρὰ γῆν, ἢ ϖαρὰ Ϸερσεφόνην.

XXXI. Philo item vespillo, qui cum efferret loculo mortuum, lapsus sub pondere occubuit. Antiphilus epigram. lib. III. cap. 11. (ed. H. Steph. p. 223.)

Νεκροδόκον κλιντῆρα Φίλων ὁ ϖρέσβυς ἀείρων
Ἔνδοθεν, ὄφρα λάβοι μισθὸν ἐφημέριον,
Σφάλματος ἐξ ὀλίγοιο ϖεσὼν θάνεν· ἦν γὰρ ἑτοῖμος
Εἰς ἀΐδην, ἐκάλει δ' ἡ ϖολιὴ ϖρόφασιν.

Ὃν δ' ἄλλοις ἐφόρει νεκυοστόλον, αὐτὸς ἐφ' αὑτῷ
Ἀσκάντην ὁ γέρων ἀχθοφορῶν ἔλαθεν.

XXXII. Philo Ausonii burdegalensis procurator, cuius causam ipse Paulino committit, ut apud Hebromagum more habitandi ad commodum suum utatur, navique praebita frugis aliquantulum ad Lucaniacum advehat, quem cum ipse adamussim pinxerit, non dedignabimur et nos eius hic verba exscribere ex epistola XXII.

Philon meus qui villicatus praediis,
Ut ipse vult epitropos;
Nam gloriosum graeculus nomen putat
Quod sermo fucat doricus,
Suis querelis asserit nostras preces:
Quas ipse lentus prosequor.
Videbis istum, qualis astet comminus,
Imago fortunae suae.
Canus, comosus, hispidus, trux, attubus,
Terentianus Phormio,
Horrens capillis ut marinus asperis
Echinus, aut versus mei.
Hic saepe falsus messibus vegrandibus,
Nomen perosus villici,
Semente sera, sive multum praecoqua,
Et siderali inscitia,
Caelum lacessens, seque culpae subtrahens,
Reos peregit caelites.
Non cultor instans, non arator gnaruris,
Promusque quam condus magis,
Terram infidelem nec feracem criminans,
Negotiari maluit etc.

XXXIII. Philo statuarius, cuius meminit Plinius lib. XXXIV. 19. *Periclymenus, Philon, Simenus, Timotheus* etc. Huius opus fuit Hephaestion, ut refert Tatianus in oratione contra Graecos cap. 34. διὰ τί τὴν Ἡφαισ[τ]ίωνος οὐκ αἰδεῖσθε πορνείαν, καὶ εἰ πάνυ Φίλων αὐτὸν * ἐντέχνως ποιεῖ;

* cod. αὐτήν.

XXXIV. Legitur et apud Lucianum in dialogo Myrtii, Pamphili, et Doridis, Philo quidam alopecensis *. Et in Charidemo dialogo, sive de pulchritudine, si Luciani tamen ille dialogus est, Philo alius Diniae filius, qui primus inter convivas pulchritudinis laudes oratione habita exsecutus est; quemadmodum et apud Aristophanem in nubibus Philo auriga v. 25: Φίλων, ἀδικεῖς· ἔλαυνε τὸν σαυτοῦ δρόμον. Et alius apud Menandrum in Hippocomo, ut nonnulli codices etiam manuscripti in Diogenis Laërtii Monimo lib. VI. 83. legunt: Μόνιμός τις ἦν ἄνθρωπος, ὦ Φίλων, σοφός. Qui cum incertum sit, an extiterint in rerum natura, an vero licentia omnia componendi dramatica efficti fuerint, non immerito eos ex hoc Philonum albo excludimus. Sicut et Philonem commentitium Thomae Aldobrandini, qui in vita Theophrasti apud Diogenem Laërtium Philonem nescio quem corrumpendo textum graecum inter theophrasteos discipulos numerat. Quippe Philion ille fuit alopecensis, non Philo. His igitur omissis, qui scriptis, quod ego sciam, nihil mandarunt, ad eos convertamus orationem, qui monumentis famam apud posteros consecuti sunt.

* ed. Reit. T. III. p. 282, et mox p. 620.

XXXV. Philo pythagoreus, Clementi lib. I. 15. et 21. stromat. senior, Iosepho contra Appionem lib. I. 23, et Eusebio de praeparat. evangelica lib. IX. 20. 24. Ὁ μέν τοι φαληρεὺς Δημήτριος, καὶ Φίλων ὁ πρεσβύτερος, καὶ Εὐπόλεμος, οὐ πολὺ τῆς ἀληθείας διήμαρτον. Sozomenus hist. ecclesiasticae lib. I. cap. 12. Φίλων ὁ πυθαγόριος ἐν τοῖς κατ' αὐτὸν χρόνοις ἱστορεῖ. Sed diversum hunc esse a Philone pythagoreo, cuius Clemens, Iosephus, ac Eusebius meminere, dicemus cum de Philone alexandrino verba faciemus. Hunc de regibus Iudaeorum, rebusque hierosolymitanis scripsisse, manifestum est. Iudaeorum namque gentem ceteris aliis multo antiquiorem fuisse demonstravit, ut ait Clemens lib. I. 15. stromat. Τούτων ἁπάντων πρεσβύτατον μακρῷ τὸ Ἰουδαῖον γένος, καὶ τὴν παρ' αὐτοῖς φιλοσοφίαν ἔγγραπτον γενομένην προκατάρξαι τῆς παρ' Ἕλλησι φιλοσοφίας, διὰ πολλῶν ὁ πυθαγόριος ὑποδείκνυσι Φίλων· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Ἀριστόβουλος ὁ περιπατητικὸς, καὶ ἄλλοι πλείους. Et: Φίλων δὲ καὶ αὐτὸς ἀνέγραψε τοὺς βασιλεῖς τῶν Ἰουδαίων διαφώνως τῷ Δημητρίῳ. Poterat enim nec immerito aliter quam Demetrius res iudaicas tradere, tamquam earum peritior, quasi ipsum Demetrium corrigendo. Illius carmina nonnulla ex primo, et decimo quarto libro de regibus hierosolymitanis recitat Eusebius ex Alexandro Polyhistore. Inter ea elegantissima haec sunt (lib. IX. 24.)

Τοῖσιν ἔδος μακαριστὸν ὅλης μέγας ἔκτισεν ἄκτωρ
Ὕψιστος, καὶ πρόσθεν ἀφ' Ἀβραάμοιο, καὶ Ἰσὰκ,
Ἰακὼβ εὐτέκνοιο τόκος Ἰωσὴφ, ὃς ὀνείρων
Θεσπιστὴς, σκηπτοῦχος ἐν Αἰγύπτοιο θρόνοισι,
Δινεύσας λαθραῖα χρόνου πλημμύριδι μοίρης.

Hinc maxime fallitur Simlerus, qui putat a Clemente Philonem byblium designari, quippe qui iunior fuerit Iosepho. Et verisimile est Philonem seniorem, cum de rebus hierosolymitanis pertractaret, egisse etiam de regibus Iudaeorum non inconveniente argumento. Fallitur item Georgius Hervastus in nova sua chronologia ad calculum astronomicum cap. 264, qui Philonem annianum cum Philone isto, de quo loquitur Clemens alexandrinus, et qui de regibus Iudaeorum scripsit, confundit.

An hic Philo senior auctor libri sacri Sapientiae? Dubium sane est pluribus de causis. Nonnulli sancti patres, aliique non contemnendae auctoritatis, librum qui Sapientiae nomine inter sacrae scripturae volumina circumfertur, Salomoni dant, excerptasque ex eo sententias sub Salomonis nomine laudant. Alii aliis auctoribus tribuunt: eos ut hic recitem supervacaneum duco; passim ubique obvios, lector, adi. Hieronymus in praefatione ad libros Salomonis refert, a multis illius libri compositorem Philonem fuisse existimatum. Iohannes saresberiensis epist. 172. comiti Henrico. *Librum Sapientiae composuit Philo, diciturque pseudographus, non quia male scripserit, sed quia male inscripsit. Inscriptus enim est Sapientia Salomonis, cum a Salomone non sit editus. Sed propter stilum, quem induit et elegantiam morum, quam ei informat, dicitur Salomonis.* Hugo de S. Charo Cardinalis prolog. comment. in Sapient. *Quod attendens Philo, tractare volens de Sapientia, primo exhortatur ad amorem sapientiae dicens: diligite iustitiam* etc. *Fuit autem iste Philo iudaeus quidam Hebraeorum doctissimus, lingua graeca disertissimus, qui tempore apostolorum floruit, et imperatoris Caii cognomento Caligulae, ut dicit Hieronymus; qui librum istum composuit, qui Sapientia Salomonis inscribitur, et pseudoëpigraphus appellatur, id est falso inscriptus, quia non a Salomone, sed a Phi-*

lone scriptus est. Et inferius. *Et Hieronymus expresse dicit hunc librum non esse Salomonis, sed Philonis.* Et Dionysius cartusianus ibid. *Hunc Iudaei dicunt a Philone compositum. Sed quod aliqui patres hunc librum Salomoni attribuunt, potuit evenire quoniam auctor libri istius infra in persona loquitur Salomonis. Et item quia ex sententiis Salomonis creditur compilatus. Hinc Rabanus narrat: hunc librum asserit Hieronymus non a Salomone conscriptum, sed a Philone doctissimo et disertissimo Iudaeorum, quem pseudoëpigraphum nuncupat, quoniam nomen alienum sibi usurpat.* Neque auctor, quicumque fuit, convertit ex hebraeo, sed graeco stilo scripsit, graecam, ut ait Hieronymus, eloquentiam redolente.

Sed quinam hic Philo fuerit, maior apud auctores concertatio est. Supradicti, et praeter hos Abulensis in expositione prologi galeati ad libros reg. quaest. 28, et in libro hispanico de responsione ad quatuor quaestiones cap. 28, dicit Hieronymum in libro de viris illustribus, et Isidorum de ortu atque obitu patrum, de hoc libro et eius auctore Philone agere; cum tamen ibi de hoc ne verbum quidem proferant. Et ex haereticis Anabaptistae nonnulli, et Luterani, Philonem illum fuisse contendunt, qui vixit aetate apostolorum, virum doctissimum, et de quo proverbium illud satis celebre decantatur: ἢ Φίλων πλατωνίζει, ἢ Πλάτων φιλωνίζει: alexandrinum genere; et occasionem fuisse ei scribendi, ut populum suum hebraeum, pro quo legationem susceperat ad Caium, consolaretur colligendo ex Salomonis sententiis et aliis scripturis sacris, quae conferebant ad iniqui monarchae, ac iniquissimorum delatorum reprehensionem. Et inter alios Philippus Camerarius oper. subcisiv. cent. II. cap. 9. *Scribitur in libro Sapientiae Salomonis, cuius libri tamen auctorem faciunt Philonem iudaeum, hominem doctum, qui cum aliis legatis missus fuit ad Caium Caligulam, ut eius statua in templo hierosolymitano posita amoveretur. Inde eorum coniectura est, contra tyrannidem Romanorum eum librum scriptum esse.* Non placet hoc Sixto senensi, et multis aliis. Quippe liber post Christum scriptus, non inter veteris testamenti sed inter novi volumina collocandus foret. Nec futura, quod vates faciunt, sed praeterita ut fabulosi auctores, denunciaret; quod esset ridiculosissimum. Nec poterat fieri ut Philo, qui tam impense Hebraeos amabat, et quorum laudes, sicubi occasio se se offerebat, veluti bucinator mirifice extollit, tam acriter in eos inveheretur, eorumque impietatem, qua et ipse tenebatur, refelleret. Adde, et Dionysium areopagitam virum prudentissimum, et antiquitatis sacrae mire scientissimum, ex hoc tamquam libro pervetusto, nec tunc primum nato, testimonia sumpsisse: et Hieronymum, et Eusebium, qui eius librorum catalogum exquisitissime conquisiverunt, de hoc volumine nullam fecisse mentionem; eoque praecipue quod Philonis stilum minime sapiat. Ineptus omnino est Paulus Minerva lib. I. de neom. Salom. cap. 15., qui unum tantum vult esse Philonem, divo Petro σύγχρονον, nec praeter eum alium agnoscit. Et Christophorus Castrius ocaniensis in isagoge ad Sapientiam Salomonis scribit haec verba. *Hi si velint sacri libri auctorem facere byblium Philonem, hominem phoenicem, et a lege Dei extraneum, qui historiam Phoenicum Sanchoniathonis graece traduxit, ut meminere Iosephus lib. I. contra Apionem, et Eusebius lib. I. de praep. evang. cap.* 9. *et* IV. 16., *aut Philonem academicum Ciceronis praeceptorem, alius enim ante Christum nullus agnoscitur.* Non magis ad rem. Etenim ex hac nostra diatriba plures alios fuisse Philones ante Christum natum manifestum fit. Et Philo byblius, ut inferius dicemus, non ante sed post Christum natum floruit. Alii Philoni cuidam vetustiori, cuius meminit Iosephus

lib. I. 23. contra Apionem donant, qui vixerit ante Christum natum annis circiter CCXL. temporibus Oniae pontificis, sub Ptolemaeo Philadelpho. Hic Salomonis sententias vagas, et in schedis adhuc latitantes graeco expressas sermone publicas fecit. Ita videntur sentire inter alios Bellarminus controv. tom. I. de verbo Dei lib. I. cap. 13. et libro de script. ecclesiasticis (ubi de Salomone); Becanus analog. vet. et novi testamenti cap. 1. n. 3; Driedus lib. I. de dogmatibus; Michaël Medina lib. VI. de recta in Deum fide cap. 12; Pamelius adnot. in librum Cypriani de mortalit. num. 43. Lorinus praefatione in Sapient. cap. 2. Genebrardus autem in chron. ante Christum natum anno CCLXIII. dubitat an hic Philo libri concinnator fuerit unus e septuaginta duobus interpretibus. *Philo*, inquit, *iudaeus, fortasse et ipse e septuaginta interpretibus, quem aliqui faciunt Sapientiae Salomonis concinnatorem; nam alter iunior vixit Caii imperatoris temporibus.* Quare Genebrardo falso imponunt Lorinus et Castrius, qui scripsere Genebrardum affirmare Philonem hunc fuisse unum e septuaginta interpretibus. Quippe ait hoc ex aliorum sententia, sicut etiam superius ex aliorum sententia Philonem fuisse Sapientiae auctorem. *Eodem tempore nomine Salomonis prodiisse videtur Sapientiae liber. Sed auctore anonymo et incerto, nisi quod nonnulli scriptorum veterum affirmarunt illum esse iudaei cuiusdam Philonis.* Et inferius: *Si quis contendat eius auctorem fuisse iudaeum Philonem, quod ex divo Hieronymo nonnulli scriptorum veterum hoc affirmarunt; non is erit Philo, qui tempore Caii, et Claudii Caesarum pro Iudaeis legationem obiit, sed alius.* Verum tamen est, in catalogo septuaginta interpretum, quem ex Aristea habemus, nullum inter illos, qui Philo vocaretur, extitisse. Hadrianus Finus VI. flagel. cap. 13. contendit familiarem Salomonis fuisse, illiusque ab se creditas sententias litteris mandasse. Consalvus Cervantes comment. in lib. Sapientiae Salomonis isag. quaest. 1. multis rationibus impugnare nititur, et ante alia hanc quoque de Philone seniore opinionem.

Ego quidem in hac re nihil certum statuo, etsi omnino primam de Philone alexandrino sententiam semper damnavi. Potuit tamen esse inter tot Philones, qui Christi tempora praecesserunt, et unus quispiam licet ethnicus, et a lege Dei extraneus, ritibus tamen Iudaeorum addictus, tamquam qui inter eos longo temporis intervallo commoratus et instructus, non tantum de Iudaeorum historia, verum et de moribus illorum, et ex proprio, et ex aliorum penu multa conquisita fecerit publica. Quem verisimilius est fuisse Philonem, qui Iosepho senior est, et Clementi pythagoreus, et de Iudaeorum regibus aliter, atque Demetrius, conscripsit. Dictum probabilius reddit Clementis alexandrini auctoritas lib. II. 19. stromat. Αἱ γὰρ μεγάλαι φύσεις, καὶ γυμναὶ παθῶν εὐστοχοῦσί πως περὶ τὴν ἀλήθειαν, ὡς φησὶν ὁ πυθαγόριος Φίλων, τὰ Μωϋσέως ἐξηγούμενος, εἴτε καὶ παρά τινων τότε λογίων ἀναδιδαχθεὶς, ἅ τε μαθήσεως ἀεὶ διψῶν. Ergo Philo hic pythagoreus novae disciplinae semper avidus, in scriptis mosaicis, aliorum etiam doctrina, versatissimus, ideoque cum Iudaeis de veritate decertans ut disceret, potuit et sententias has Sapientiae inter illos hinc inde dispersas in unum colligere, graecoque quo pollebat idiomate posteris tradere. Ethnicum illum fuisse impedimento non est, quin liber iste sanctus sit, approbatusque ab ecclesia tamquam canonicus, quod vidimus in Symmachi, Theodotionis, et aliorum impiissimorum hominum sacrae scripturae versionibus: neque enim propterea ab ecclesia biblia damnata sunt. Sic fieri potuit, licet ethnicus fuerit Philo qui Sapientiam composuit, ut illae sententiae Salomonis a Spiritu sancto dictatae sanctaeque per se, propter collectoris vel metaphrastae impietatem, minime ab ecclesia abdicarentur, sed ut canonicae haberentur et colerentur.

De breviario temporum, quod Philonis nomine circumfertur, quid sentiam? Audi Iohannem Goropium in Croniis. *Utinam Philonis supputationem haberemus, quem dicit aliter, quam Demetrium, de regibus Iudaeorum scripsisse. Nam breviarium illud, quod eius nomine circumfertur, nihil spirat philonium; et si germanus eius partus esset, causam in eo reddidisset, ob quam a septuaginta interpretibus, qui tum in manibus erant Graecorum, recessisset; alioquin in maximam erroris opinionem apud omnes incursurus, quod a bibliis illis, quae sola Graeci legebant, discordaret maximo numerorum intervallo.* Audi item Dionysium Petavium de doctr. tempor. lib. IX. cap. 21. *Auctor libri de stirpe Iobi ac genealogia, in quo patientissimi patriarchae natalis fusissime disseritur, Hebraeos ait, et hos inter, antiquissimum Philonem, magis audiendos esse suis de rebus et historiis asserentes, quam peregrinos et nostros, praesertim cum subscriptor illis accedat Hieronymus. Itaque paene omnibus paginis speciosum illud Philonis nomen obtenditur. Atqui Philonem istum, nescio quem suppositititium, cum annianis mercibus valere pridem docti homines iusserunt, quarum deliciae vix ad plebeium palatum faciunt. Nam quae portenta istis in quisquiliis? Quis sine stomacho Iobi filiorum nomina legat ab otioso nugatore conficta?* Et: *sane haec putida sunt neque digna, quae patronum hoc tam erudito saeculo reperiant. Et tamen de stramentitio isto Philone dubitat scriptor ille an et unus ex LXX. interpretibus fuerit, et idem cum Philone illo iudaeo et alexandrino longe disertissimo, qui Caii tempore vixit, ut amplius CCC. annorum aetatem duxerit. Haec scilicet digna sunt, de quibus ambigat chronologus, quaeque temporum inter quaestiones locum habeant.* Sed de breviarii, sicut de biblicarum antiquitatum auctore (1), fusius iam egimus.

XXXVI. Philo navigationis in Aethiopiam scriptor, Eratosthene antiquior. Strabo libro II. p. 130. Τὸ μὲν οὖν καθ' Μερόην κλίμα, ὁ Ἵππαρχος φησὶ Φίλωνα τὸν συγγράψαντα τὸν εἰς Αἰθιοπίαν πλοῦν ἱστορεῖν, ὅτι ὠρὸ πέντε καὶ τεσσαράκοντα ἡμερῶν τῆς θερινῆς τροπῆς κατὰ κορυφὴν γίνεται ὁ ἥλιος· λέγειν δὲ καὶ τοὺς λόγους τοῦ γνώμονος ὠρός τε τὰς τροπικὰς σκιὰς, καὶ τὰς ἰσημερινάς· αὐτόν τε Ἐρατοσθένη συμφωνεῖν ἔγγιστα τῷ Φίλωνι. Antigonus carystius hunc eundem notat in collect. hist. mirabilis cap. 160, ubi cum ex Ctesia retulisset esse in Aethiopia fontem cuius aqua instar cinnabaris rubeat, et pota vecordes faciat, addit: τοῦτο δ' ἱστορεῖ καὶ Φίλων ὁ τὰ αἰθιοπικὰ συγγραψάμενος.

XXXVII. Philo Aristotelis familiaris, qui oratione scripta contra Sophoclis cuiusdam decretum, quo omnes philosophi ex Attica discedere iubebantur, invectus est. Pro Sophocle autem apologiam scripserat Democharis Demosthenis consobrinus. Athenaeus dipnosoph. lib. XIV. (ed. Cas. p. 610.) Καὶ Σοφοκλῆς δέ τις ψηφίσματι ἐξήλασε πάντας φιλοσόφους τῆς Ἀττικῆς, καθ' οὗ λόγον ἔγραψε Φίλων Ἀριστοτέλους γνώριμος· ἀπολογίαν ὑπὲρ τοῦ Σοφοκλέους Δημοχάρους πεποιηκότος τοῦ Δημοσθένους ἀνεψιοῦ. Et lib. XI. p. 508. in fine: ἔτι δὲ καὶ Δημοχάρης ὁ ῥήτωρ ἐν τῷ ὑπὲρ Σοφοκλέους πρὸς Φίλωνα. Ex Athenaeo sua transcripsit Coelius rhodiginus antiq. lect. lib. XXII. cap. 21. Philonis huius meminit Franciscus Patritius, discuss. peripat. tom. 1. lib. X. Hunc eundem esse puto Philonem atheniensem Pyrrhonis amicum, ex quo nonnulla refert de Pyrrhone Laërtius lib. IX. 67: ἀλλὰ καὶ Φίλων ὁ ἀθηναῖος, γνώριμος αὐτοῦ γεγονὼς, ἔλεγεν ὡς ἐμέμνητο μάλιστα

(1) Alter hic libellus non semel latine editus, extat latine item, in codice vat. 488, eiusque titulus in calce f. 129. scribitur sic. *Explicit historia Philonis ab initio mundi usque ad David regem.* A. M.

μὲν Δημοκρίτου, εἶτα δὲ Ὁμήρου, θαυμάζων αὐτὸν καὶ συνεχὲς λέγων. – Οἵη περ φύλλων γενεὴ, τοιήδε καὶ ἀνδρῶν. – Καὶ ὅτι, φησὶ, καὶ μυίαις καὶ ὀρνέοις εἴκαζε τοὺς ἀνθρώπους· προσφέρεσθαι δὲ καὶ ταῦτα· – ἀλλὰ φίλος θάνε καὶ σύ· τί δὴ ὀλοφύρεαι αὕτως; – Κάτθανε καὶ Πάτροκλος, ὅπερ σέο πολλὸν ἀμείνων. – Καὶ ὅσα συνλείνει εἰς τὸ ἀβέβαιον καὶ κενόσπουδον ἅμα καὶ παιδαριώδες τῶν ἀνθρώπων.

XXXVIII. Philo thebanus inter eos scriptores numeratur, qui commentum asserunt fuisse amazonem ad Alexandrum venisse. Ex Plutarcho in Alexandro cap. 46. Ἀριστόβουλος δὲ, καὶ Χάρης ὁ εἰσαγγελεὺς, καὶ Πτολεμαῖος, καὶ Ἀντικλείδης, καὶ Φίλων ὁ θηβαῖος, καὶ Φίλιππος ὁ εἰσαγγελεύς· πρὸς δὲ τούτοις Ἑκαταῖος ὁ ἐρετριεὺς, καὶ Φίλιππος ὁ χαλκιδεὺς, καὶ Δοῦρις ὁ σάμιος, πλάσμα φασὶ γεγονέναι τοῦτο. An ad hunc referenda sunt, quae scribit Theodoretus sermone VII. graec. affect. (ed. Paris. T. IV. p. 589)? Καὶ Φίλων δέ γε ὁ ἱστοριογράφος φησὶν, Ἀριστομένη τὸν μεσσήνιον τῷ ἰθωμήτῃ Διῒ τριακοσίους ἀποσφάξαι.

XXXIX. Philo metapontinus αὐλητὴς καὶ ποιητὴς laudatus ab epitomatore Stephani de urbibus voc. Μεταπόντιον, ἀφ' οὗ Φίλων ὁ αὐλητὴς καὶ ποιητής. Fortasse huius Philonis est epigramma in anthologiae libro I. (ed. Steph. p. 21.) in senectutem, elegans illud quidem et sententiosum.

Αἱ πολιαὶ σὺν νῷ, γεραρώτεραι· αἱ γὰρ ἄτερ νοῦ
Μᾶλλον τῶν πολλῶν εἰσὶν ὄνειδος ἐτῶν.
Αἱ τρίχες ἦν σιγᾷς, εἰσὶ φρένες· ἦν δὲ λαλήσῃς,
Ὡς αἱ τῆς ἥβης, οὐ φρένες ἀλλὰ τρίχες.

Henricus Stephanus sic vertebat:

Sunt cani, cum mente decus: sine mente sed iidem
Annorum potius dedecus esse solent.
Cani, si taceas sunt mens. Libet esse loquacem
Ut iuvenem? haud mentem, sed vocitabo pilos.

XL. Philo, cuius ex Metallico narrat Athenaeus lib. VII. (ed. Cas. p. 322.) in rubro mari esse piscem salpae similem, quem stromateum vocant, toto corpore lineis distractis virgatum, auri colorem nonnihil aemulantibus: γίνεται δ' ὅμοιος ἰσχθὺς (τῇ σάλπῃ) ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ, ὁ προσαγορευόμενος στρωμάτευς, ῥάβδους ἔχων δι' ὅλου τοῦ σώματος τεταμένας χρυσιζούσας, ὡς ἱστορεῖ Φίλων ἐν τῷ μεταλλικῷ.

XLI. Philo comicus, cuius scripta citari in Arati commentariis refert epitomator bibliothecae gesnerianae. Nescio an de eo Germanicus, qui in principio arateorum carminum dixit. *Sed Crates*, ait, *Iovem dictum coelum, invocatum vero merito quia in aëre et aethere sunt sidera, et Homerum dixisse Iovem in aliqua parte coelum. Et ipse Aratus, quod dicit Herodotus Iovem dictum aëra. Et Crates quidem eiusmodi est opinionis, testemque esse Philonem comicum dicit. Hoc autem constat et ipsum dicere.* Eiusdem puto esse, quae habet Etymologus: καὶ Φίλων δὲ μνημονεύει τοῦ πόρκου, θᾶττον πλέκειν κέλευε τῶν πόρκων πυκνοτέρους, nisi mendum irrepsit. Nam Hesychius, et Suidas Diphilo tribuunt: μνημονεύει δὲ καὶ Δίφιλος τοῦ πόρκου, θᾶττον πλέκειν κέλευε τῶν πόρκων πυκνοτέρους.

XLII. Philo dialecticus, ἐκ τοῦ πλεῖστα διαλέγεσθαι ita dictus. Laërtius lib. IX. 69. in Pyrrhone. Ὁ δὲ Φίλων τὰ πλεῖστα διελέγετο, ὅθεν καὶ περὶ τούτου φησὶν ὁ Τίμων.

Ἡ τὸν ἀπάνθρωπον καὶ ἀπόσχολον αὐτολαλητὸν,
Οὐκ ἐμπαζόμενον δόξης ἐρίδων τε Φίλωνα.

Cum hoc continue se exercebat Zeno cytieus. Idem Laërtius in Zenone lib. VII. 16. Ἐπιμελῶς δὲ καὶ πρὸς Φίλωνα τὸν διαλεκτικὸν διεκρίνετο, καὶ συνεσχόλαζεν αὐτῷ· ὅθεν καὶ θαυμασθῆναι ὑπὸ Ζήνωνος τοῦ νεωτέρου, οὐχ ἧττον Διοδώρου τοῦ διδασκάλου αὐτοῦ. Eius Menexenum laudat Clemens alexandrinus lib. IV. 19. strom. Αἱ γὰρ Διοδώρου, τοῦ Κρόνου ἐπικληθέντος, θυγατέρες πᾶσαι διαλεκτικαὶ γεγόνασιν, ὡς φησὶ Φίλων ὁ διαλεκτικὸς ἐν τῷ Μενεξένῳ, ὧν τὰ ὀνόματα παρατίθεται τάδε, Μενεξένη, Ἀργεία, Θέογνις, Ἀρτεμισία, Πανθάκλεια. Ludovicus Vives de femina christiana lib. I. cap. de doctrina puellarum. *Quinque filias Diodorus dialecticus habuit illustres artibus et pudicitia, quarum historiam Philo Carneadis magister persecutus est.* Sed quanam ratione potuerit esse hic Philo Carneadis magister, Ludovici Vivis erit demonstrare, qui id asserit. Dictum illud satis nobile de geometria quod refert Plutarchus symposiac. lib. VIII. quaest. 2, geometriam scilicet esse aliarum scientiarum metropolim, ad hunc puto referendum: μάλιστα δὲ γεωμετρία, καθὰ τὸν Φίλωνα, ἀρχὴ καὶ μητρόπολις οὖσα τῶν ἄλλων, ἐπανάγει καὶ στρέφει τὴν διάνοιαν, οἷον ἐκκαθαιρομένην καὶ ἀπολυομένην ἀτρέμα τῆς αἰσθήσεως. Sicut et illud quod refertur a Laërtio de Platonis pediculis, et eius morte, in Platone lib. III. 40. Μυρωνιανὸς δὲ ἐν ὁμοίοις φησὶ Φίλωνα παροιμίας μνημονεύειν περὶ τῶν Πλάτωνος φθειρῶν, ὡς οὕτως αὐτοῦ τελευτήσαντος. Incompertum mihi est, an ad hunc Philonem vel alium referri debeant physica, quorum meminit Stobaeus in eclogis physicis lib. I. cap. 28. fin. de tonitruis, fulguribus, fulminibus etc. Φίλωνος φυσικῶν, sic enim legit codex optimae notae, et multo editis auctior vaticanus, licet in editis legatur Μίλωνος, quod falsum puto. Illius verba sunt: ἀστραπαί εἰσι διττοί, ἡ μὲν ἡμερινὴ, ἡ δὲ νυκτερινή· γίνεται δὲ ἡ μὲν ἡμερινὴ ὑπὸ τοῦ ἡλίου, ὅταν ῥαγῇ τὸ ὕδωρ ὑποφαινομένου αὐτοῦ· λαμπρὰ δὲ ὡς φαίνεται, ὥσπερ ἡ νυκτηρινὴ, ὅτι ἐν φάει γίνεται· ἡ δὲ νυκτηρινὴ ὑπὸ τῶν ἄστρων γίνεται, ὅταν ῥαγῇ τὸ ὕδωρ ὑποφαινομένων αὐτῶν· λαμπρὰ δὲ γίνεται ὅτι ἐν ζόφῳ γίνεται.

XLIII. Philo heracleota, cuius περὶ θαυμασίων librum laudat Porphyrius libro περὶ Στυγὸς apud Stobaeum in eclogis physicis lib. I. 40. Ἐπειδὴ περὶ τοῦ Στυγὸς ὕδατος ὁ λόγος ἐστὶ, δηλῶσαι βούλομαι καὶ ἑτέραν ἱστορίαν περὶ τοῦ αὐτοῦ. Φίλων γὰρ ὁ ἡρακλεώτης ἐν τῷ πρὸς νύμφην περὶ θαυμασίων, ἐν Σκυθίᾳ φησὶν ὄνους γίγνεσθαι κέρατα ἔχοντας· ταῦτα δὲ τὰ κέρατα δύνασθαι τοῦτο τὸ ὕδωρ διαφέρειν· καὶ Ἀλεξάνδρῳ μακεδόνι ἐνεχθῆναι ὑπὸ Σωπάτρου κέρας τοιοῦτον, ὃ καὶ ἀνατεθεῖναι ἐν Δελφοῖς, ἐφ' οὗ καὶ ἐπιγεγράφθαι.

Σοὶ τόδ' Ἀλέξανδρος μακεδὼν κέρας ἄνθετο Παίαν,
Κάνθωνος σκυθικοῦ χρῆμα τι δαιμόνιον·
Ὃ Στυγὸς ἀχράντου λουσηΐδος οὐκ ἐδαμάσθη
Ῥεύματι, βάσταζεν δ' ὕδατος ἠνορέην.

Nec alium existimo librum Philonis περὶ θαυμασίων fuisse, quam quem mutato nomine παραδόξου ἱστορίας vocavit Suidas voce Παλαίφατος. Παλαίφατος ἀβυδηνὸς ἱστορικὸς κυπριακὰ, δηλιακὰ, ἀττικὰ, ἀραβικά· γέγονεν ἐπὶ Ἀλεξάνδρου τοῦ μακεδόνος· παιδικὰ δὲ Ἀριστολέλους τοῦ φιλοσόφου, ὡς Φίλων ἐν τῷ εἰ στοιχείῳ τοῦ περὶ τοῦ παραδόξου ἱστορίας βιβλίου, lego βιβλίου α'. Καὶ Θεόδωρος ὁ ἰλιεὺς ἐν δευτέρῳ τρωικῶν. In cod. ms. legitur ἐν τῷ ιε' στοιχείῳ; male

omnino, Graeci quippe dum monumenta dividunt, secantque in partes, non ex numero elementorum, sed elementis ipsis sectiones appellant, quare nusquam dixisset in decimo quinto elemento (ιε΄) sed in ο΄ littera. Ideoque existimo tractatum hunc Philonis παραδόξου ἱστορίας ordine alphabetico digestum, in plures libros postea fuisse subdivisum, et hoc quod ait de Palaephato iuxta litterarum seriem in ει΄ posuisse.

XLIV. Philo tarsensis medicus non ignobilis. Illius non levis est apud medicos auctoritas. Est antidoti genus in collyriis philonium nuncupatum satis celebre. Eius medicamenta ob divinam quandam in illis vim et facultatem, qua morbos pellerent, θεῶν χεῖρας appellare non dubitavit Hieronymus Montius select. lect. Sed qua id fecerit ratione, vide Rhodiginum lib. XXVIII. cap. 11. Antidoti compositionem primus ipse omnium elegantissima etsi obscura elegia executus est, quam cum Galenus lib. IX. de composit. medicament. (ed. Charterii T. XIII. p. 608.) insertam sua locupletaverit explanatione, non gravabor hic adtexere.

Ταρσέος ἰητροῖο μέγα θνητοῖσι Φίλωνος
Εὕρεμα πρὸς πολλὰς εἰμι παθῶν ὀδύνας.
Εἴτε κόλον πάσχει τις ἄπαξ δοθὲν, εἴτε τις ἧπαρ,
Εἴτε δυσουρίη ἴσχεται, εἴτε λίθῳ.
Ἰῶμαι καὶ σπλῆνα, καὶ ὀρθόπνοιαν ἀνηρὴν,
Καὶ φθίσιν ἰῶμαι σπασμὸν ἐνιστάμενον.
Καὶ σφαλερὴν πλευρίτιν· ἀποπτύων δέ τις αἷμα
Ἢ ἐμέων, ἕξει μ' ἀντίπαλον θανάτου.
Πάντα δ' ὅσα σπλάγχνοισιν ἐνίσταται ἄλγεα παύω,
Βῆχα τε καὶ πνιγμὸν, λύγγα τε καὶ κατάρουν.
Γέγραμμαι δὲ σοφοῖσι, μαθὼν δέ τις οὐ βραχὺ μ' ἕξει
Δῶρον, ἐς ἀξυνέτους δ' οὐκ ἐπόθησα περᾶν.
Ξανθὴν μὲν τρίχα βάλλε μυρίπνοον ἰσοθέοιο,
Οὗ λύθρος ἑρμείαις λάμπεται ἐν βοτάναις.
Κρόκου δὲ σταθμὸν φρένας ἀνέρος, οὐ γὰρ ἄδηλον,
Βάλλε δὲ καὶ δαχμὴν ναυπλίου εὐβοέως·
Καὶ τρίτον ἐν τρώεσσι Μενοιτιάδαο φονῆος,
Δραχμὴν τὴν μήλων γαστέρι σωζομένην.
Ὀλκὰς δ' ἀργεννοῖο πυρώδεος εἴκοσι βάλλε,
Εἴκοσι καὶ κυάμου θηρὸς ἀπ' Ἀρκαδίης.
Δραχμὴν καὶ ῥίζης ψευδωνύμου, ἣν ἀνέθρεψε
Χῶρος, ὁ τὸν πίσσῃ Ζῆνα λοχευσάμενος.
Πῖον δὲ γράψας, ἄρθρον βάλε πρῶτον ἐπ' αὐτὸ,
Ἀῤῥεν ἑνὶ δραχμὰς πέντε δὶς ἑλκόμενον.
Νᾶμα δὲ θυγατέρων ταύρων, καὶ Κεκροπίδεσσι,
Συγγενὲς, οἱ Τρίκκης ὡς ἐνέπουσιν ἐμοί.

Quae ita vertebat Ianus Cornarius.

En me tarsensis medici praegrande Philonis
Inventum, mala quod multa dolore levo.
Sive colum doleas, seu tu iecur, auxiliabor;
Seu lapis infestet, difficile aut lotium.
Et medeor spleni hinc, orthopnoeaeque molestae;
Convulsa, atque tabem protinus exsupero.

Pleuritimque malam, et sputum, vomitumque cruoris
Evinco, mortis terror et hostis ego.
Viscera tentantes omnes ego sedo dolores,
Interna et quicquid membra dolore quatit.
Tussim, singultum, destillantesque fluores
Sisto, etiam si quid strangulet excipio.
Me dedit ille auctor sapienti munera magna
Discipulo, stupidos nil ego curo viros.
Fragrantem fulvumque pilum pueri cape, cuius
Fulget adhuc campis Mercurii ille cruor.
Pondus ad humanos sensus perpendito prudens,
Dein drachmae pondo nauplion euboicum.
Inde Menoetiadae occisoris ponito drachmam,
Qui pecoris densis ventribus excipitur.
Viginti et drachmas candentis coniice flammae,
Et totidem fabae post suis arcadicae.
Et drachmam dictae falso radicis, ab ipsa
Terra, pissaeo quae Iove clara manet.
Cumque pion scribes, voci caput amplius addas,
Masculum Achivorum nominis articulum.
Indeque post drachmas expensae sumito lancis
Quinque bis. Atque isthaec providus excipito.
Natarum tauri textura Cecropidarum.
Sic mecum Triccae progeniesque facit.

Verum de philonio antidoto quomodo conficiatur, et qua ratione infirmis propinandum sit, praeter Galenum, abunde explicant Paulus aegineta de re medica lib. VII. cap. 11. de antidotis; Oribasius synops. lib. III. ad Eustathium filium, et medicin. collect. lib. IV; Aëtius tetrab. II. serm. 4. cap. 28, et III. serm. 1. cap. 32, et serm. 2. cap. 1; et IV. serm. 1. cap. 107; Actuarius de method. medend. lib. V. cap. 6; Marcellus de medicam. cap. 20. et 22; Nicolaus Myrepsus de composit. medicamentorum sect. I. cap. 243. 244, et omnium exquisitissime 383. (1). Ex quibus locus Cornelii Celsi de re med. lib. VI. cap. 6. (editionis Targae sect. 3. quam vide) mancus et mutilus ad mentem auctoris restitui poterit. Cardanus item in arte parva curandi. *Quod si dolor non sedatur, ante quam letalium malorum aliquid progignatur, philonio romano, quod a morte liberans ob id appellatur; aut si calidior sit materia, theriaca utemur; somnifera enim sunt.* Valescus de Taranta Monspelii cum in medicinae schola per annos triginta sex, magna cum laude et multorum fructu continuasset, quaecumque et lectione et quotidianis experimentis didicerat, in unum volumen congessit, quod *Philonii* nomine ab hoc Philone circumfertur (2). Nec diversum ab hoc puto, qui de viribus herbarum scripsisse colligitur ex Epiphanio cyprio lib. I. 3. contra haereses. Καὶ Νίκανδρος μὲν, ὁ συγγραφεὺς θηρῶν τε καὶ ἑρπετῶν, ἐποιήσατο τῶν φύσεων τὴν γνῶσιν· ἄλλοι δὲ συγγραφεῖς ῥιζῶν τε καὶ βοτανῶν τὰς ὕλας, ὡς Διοσκουρίδης μὲν ὁ ὑλοτόμος, Πάμφιλός τε καὶ Μιθρι-

(1) Hae medicorum auctoritates commode legentur in praestante et rara H. Stephani editione, cui titulus: *medicae artis principes post Hippocratem et Galenum*, tomi tres in fol. Parisiis 1567. A. M.

(2) Adi Lipenii bibliothecam medicam p. 131. b. et p. 309. a. A. M.

δάτης ὁ βασιλεὺς, Καλλισθένης τε, καὶ Φίλων, Ἰόλαός τε ὁ βιθυνὸς, καὶ Ἡρακλείδης ὁ ταραντινὸς, Κρατεύας ὁ ῥιζοτόμος, Ἀνδρέας τε καὶ Βᾶσσος ὁ Τύλιος, Νικήρατος, καὶ Πετρώνιος Νίγερ, καὶ Διόδοτος, καὶ ἄλλοι τινές.

XLV. Philo byzantius genere, rebus optime gestis Atheniensium munificentia, atheniensis architectus, suae artis et actor et disputator optimus in conficiendo Athenis armamentario mille navium, quod fuit opus sane elegans multumque laudatum in ipsa universa antiquitate. Cicero de oratore lib. I. 14. *Neque enim si Philonem illum architectum, qui Atheniensibus armamentarium fecit, constat perdiserte populo rationem operis sui reddidisse, existimandum est architecti potius artificio disertum, quam oratoris fuisse.* Valerius Maximus lib. VIII. cap. 12. *Gloriantur Athenae armamentario suo, nec sine causa; est enim illud opus et impensa et elegantia visendum: cuius architectum Philonem ita facunde rationem institutionis suae in theatro reddidisse constat, ut disertissimus populus non minorem laudem eloquentiae eius, quam arti tribuerit.* Meminit et Plinius lib. VII. cap. 38. *Laudatus est Philon Athenis armamentario mille navium.* At Strabo lib. VIII. (ed. Amst. p. 395.) quadringentas tantum scribit: τὸ μὲν οὖν παλαιὸν ἐτεῖχιστο, καὶ συνῴκιστο ἡ Μουνυχία παραπλησίως, ὥσπερ ἡ τῶν Ῥοδίων πόλις προσειληφυῖα τῷ περιβόλῳ τὸν Πειραιᾶ, καὶ τοὺς λιμένας πλήρεις * νεωρίων, ἐν οἷς καὶ ἡ ὁπλοθήκη Φίλωνος ἔργον, ἄξιον τε ἦν ναύσταθμον τετρακοσίαις ναυσὶν, ὧν οὐκ ἐλάττους ἕστελλον Ἀθηναῖοι. Id a Sylla captis Athenis, et Piraeo, una cum aliis ornamentis operibusque inclytis, exustum fuisse refert Plutarchus in Sylla cap. 14. Εἶχε δὲ καὶ τὸν Πειραιᾶ μετ' οὐ πολὺν χρόνον ὁ Σύλλας, καὶ τὰ πλεῖστα κατέκαυσεν, ὧν ἦν καὶ ἡ Φίλωνος ὁπλοθήκη θαυμαζόμενον ἔργον. Philonis huius meminit inter veteres, qui architecturae laude floruerunt, Ausonius in Mosella v. 303.

* cod. πλείους.

Non Philo cecropius, non qui laudatus ab hoste
Clara syracosii traxit certamina belli.

Non sunt ingrata aut inhumana Graecorum ingenia. Tanti beneficii Athenienses memores, praeter multa commoda quae ex illa republica suscepisse verisimile est, decretis et honoribus ornatur, et civitate donatur Atheniensium. Huius rei auctor nullus est, quod sciam. Unde id in tanta rerum obscuritate coniectura, eaque non levi assecutus sum? Donec dii meliora, paucis habe. Hero iunior, alter ab Herone illo alexandrino Ctesibii discipulo, libello quem non incurioso studio, neque musis invitis de bellicis machinis composuit, huiusce rei non levia ministrat argumenta. Iuniorem hunc esse Heronem illis, scimus. Δυνατὸν δὲ ἐστὶν, καὶ ἄνευ κλιμάκων ἐπὶ τεῖχος ἀνέρχεσθαι, ὡς ὁ ἀσκρηνὸς Κτησίβιος, ὁ τοῦ ἀλεξανδρέως Ἥρωνος καθηγητὴς, ἐν τοῖς ἑαυτοῦ ἐδήλωσεν ὑπομνήμασιν, διὰ μηχανήματος τοιούτου καθά φησιν Ἀθηναῖος. Et: ὅθεν καὶ Ἥρων ὁ μαθηματικὸς συνεὶς τὸ δελφικὸν ἐκεῖνο παράγγελμα τὸ ὑπομιμνῆσκον ἡμᾶς χρόνου φείδεσθαι, καὶ ὅτι τὰ τοῦ καιροῦ μέτρα δεῖ εἰδέναι, ὡς ὑπάρχοντος ἀώρου τὸ μέγιστον καὶ ἀναγκαιότατον μέρος τῆς ἐν φιλοσοφίᾳ διατριβῆς, καὶ μέχρι τοῦ νῦν παρὰ πολλῶν ζητούμενον, περὶ ἀταραξίας ὑπάρχειν ᾤετο· καὶ μηδέ ποτε διὰ τῶν λόγων τέλος ἔξειν ἔλεξεν· μηχανικὴ δὲ τὴν ἐν λόγοις δι' ἔργων ὑπερβᾶσαν διδασκαλίαν πάντας ἀνθρώπους ἐδίδαξεν, ἀταράχως ζῆν ἐπίστασθαι, δι' ἑνὸς αὐτῆς μέρους τοῦ κατὰ τὴν βελοποιΐαν καλουμένου, ὡς μήτε ἐν εἰρηνικῇ καταστάσει ταράττεσθαι ποτὲ ἐχθρῶν καὶ πολεμίων ἐφόδους, μήτε πολέμου ἐνστάντος etc. Leguntur haec in prooemio Heronis senioris libelli de Telifactivis, a Bernardino Baldo urbinate in-

terpretati, illustrati, editique Augustae Vindelicorum, quem adi. Scripsit sub christianis principibus, christianus et ipse. Ταῦτα τοίνυν τὰ πρὸς ἀναγραφὴν μηχανήματα, οἱ τῶν στρατευμάτων ἐξάρχοντες μετὰ λόγου καὶ συνεχοῦς μελέτης ἐπιμελῶς κατεργαζόμενοι, τὴν θείαν διὰ παντὸς ἐνοπτριζόμενοι δίκην, ἐπὶ δικαιοσύνῃ καὶ εὐσεβείᾳ κεκοσμημένοι, καὶ τῇ κραταιᾷ χειρὶ συνεργίᾳ τε καὶ συμμαχίᾳ τῶν θεοσεπτων καὶ φιλοχρίστων ἀνάκτων Ῥώμης ἐνδυναμούμενοι τε καὶ φρουρούμενοι εὐχερῶς, τὰς τῆς Ἄγαρ μάλιστα λήψονται πόλεις, αὐτοὶ μηθὲν ἀνήκεστον ὑπὸ τῶν θεολέστων ἐχθρῶν πάσχοντες. Infra Plotini et Porphyrii tempora, quorum ipse meminit. Εἶδες δὲ ὅτι καὶ Πλωτῖνος ὁ μέγας ἔγραψεν, ὡς φησὶν ὁ πολὺς ἐν σοφίᾳ Πορφύριος, οὔτε εἰς κάλλος ἀποτυπούμενος τὰ γράμματα etc. Et tunc cum Agareni non amplius fines suos ab excursionibus tutarentur, sed propagato imperio alios potius a propriis finibus expellerent.

Diligentissimus itaque hic auctor philonianis etiam praeceptis dum librum inspergit, prima quidem vice Philonem atheniensem appellat. Τὸν δὲ βουλόμενον εὐκόπως πορθεῖν τὰς πόλεις καὶ Φίλωνα τὸν ἀθηναῖον, δεῖ μάλιστα τρυγητοῦ ὄντος, ἢ ἑορτῆς, ἔξω τῆς πόλεως ἀγομένης, ἀθρόαν ἐπίθεσιν ποιεῖσθαι· πλείστους γὰρ ἔξω τότε χειρούμενον, εὐάλωτον ἢ ὑπόφορον, καὶ τὴν πόλιν αὐτῶν λοιπῶν οἰκητόρων, διὰ τὴν πρὸς αὐτοὺς στοργὴν ἢ συγγένειαν ἀνταλλαττόμενον ἔξειν. Haec autem desumpta sunt ex libro V. mechanicorum Philonis. Πρὸς μὲν οὖν, scribit, πολιορκίαν οὕτω δεῖ παρασκευάζεσθαι τὸν μέλλοντα λήψεσθαι τὰς πόλεις, ἐὰν προέληται· δεῖ μάλιστα μὲν ἑορτῆς οὔσης ἣν ἄγουσιν ἔξω τῶν πυλῶν· εἰ δὲ μή, ἅμα τοῦ τρυγητοῦ ὄντος τὴν ἐπίθεσιν ποιεῖσθαι· πλείστους γὰρ ἔξω τῆς πόλεως ἀπολαβὼν ἀνθρώπους ῥαδιέστατα λάβοις τὸ ἄστυ· εἰ δὲ μὴ νυκτὸς, χειμῶνος ὄντος, ἢ μεθυόντων τῶν πολεμίων ἔν τινι δημοτελεῖ ἑορτῇ, κλίμακας ἑτοίμας ἔχοντας, λάθρα πλησιάσαντας τῷ τείχει, τῶν πύργων τινὰς καταλαβέσθαι· ἐὰν δὲ καὶ ἀποτύχῃς τούτου, ἐὰν μὲν ἐπιθαλάσσιος ἦν ἡ πόλις, ἢ περιχωρῆσαι, ὥστε ἐκ θαλάσσης εἰς θάλασσαν· καὶ ἐὰν ἔχῃς σκάφας μακρὰς ἐπὶ τοῦ λιμένος ἐφορμεῖν, ἵνα εἰσπλεῖ μηθέν· ἐὰν δὲ μήδ' οὕτως ἡ πόλις ᾖ ἐκτισμένη, βαλλόμενος τὸ στρατόπεδον ἔξω βέλους ἐπὶ τοὺς ἀσφαλεστάτους τόπους etc. Idem Hero dum inferius eiusdem Philonis mentionem repeteret, byzantium appellat. Οἱ δὲ περὶ Φίλωνα τὸν βυζάντιον πρὸς τὰς τοιαύτας τάφρους χελώνας προθέμενοι χωστρίδας, πρὸς αὐτὰς σχεδίας ἐπιζευγνύουσι· καὶ πρὸς ὃ ἂν βούλωνται μέρος τοῦ τείχους τοὺς στραλιώτας προσάγουσι, σιδηροῦς προσκλοῦντες πασσάλους, οἳ στομωθέντες καὶ ὀξυνθέντες εἰς τὰς συμβολὰς, καὶ συμφύσεις λιθίνων τε καὶ πλινθίνων ὑπεισέρχοντας τειχῶν σιδηραῖς σφύραις ὑπὸ τῶν ἀναβαινόντων τυπτόμενοι, καὶ ἀγκίστροις, ἅπερ ἐπὶ σχοινίων σὺν τοῖς δικτύοις ἅμα πρὸς τὰς ἐπάλξεις ἐπιῤῥιπτούντων ἐπιδρασσομένοις, ὥστε μὴ χαλεπαίτειν πρὸς τὴν ἀνάβασιν τοὺς εἰθεσθέντας μάλιστα στρατιώτας· τοιαύτῃ γὰρ μεθόδῳ Αἰγύπτιοι χρώμενοι τὰς ἀπαρασκεύους, καὶ ἀνισχύρους πόλεις καὶ ταπεινὰς πρὸς ὕψος πολιορκεῖν ῥαδίως εἰώθασιν· καὶ τὰ σχήματα ὑποκειται. Haec autem ex eodem Philonis libro, in quo et praecedentia habebantur, sumpta sunt. Scribit namque: ἐὰν μὲν οὖν ὕπομβρος ᾖ ὁ τόπος, ἢ χελώνας κατασκευασάμενος χωστρίδας, τοὺς τάφρους χώννυε, τὴν χώραν μὴ φθείρων· ὕστερον γὰρ ἐὰν συμφέρῃ τοῦτο ἔσται σοι ποιῆσαι· ἐὰν δὲ μὴ δύνῃ χῶσαι, διὰ τὸ εὐρείας, καὶ βαθείας εἶναι χελώνας, δεῖ προσθέμενον χωστρίδα σχεδίαν ζευγνύοντα προσαγαγεῖν οὗ βούλεται τοὺς στρατιώτας· ποιοῦ δὲ καὶ κηρύγματα

τῶν πολεμίων ἀκουόντων τοιαῦτα, ὅπως εἰς τε σιδήρων ὑπορυκτικῶν καὶ μηχανημάτων σῖάσεις, καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα etc. Et multis interiectis: ἢ τὰς σκυτίνας κλίμακας προθέντας, αἳ ῥάπτονται καθάπερ οἱ ἀσκοὶ, καὶ ὑπαλοιφῇ καῖτὰ τὰς ῥαφὰς ὑποστεγνωθεῖσαι φυσσῶνται, εἴτε προσίθενται ἐπὶ ταῖς στυπτίναις κλίμαξιν, αἳ καῖτασκευάζονται διὰ πλοκῆς καὶ ῥαφῆς· καὶ πρὸς τὰ πέραῖτα αὐτῶν ἄγκισῖρα προσάπτονται, ἵνα ἐπιῤῥιπτουμένων τῶν ἄκρων, ἐπιλαμβάνηται τῶν προμαχώνων· ἢ τοῖς σιδηροῖς πασσάλοις, οἳ στομωθέντες καὶ ὀξυνθέντες, καὶ εἰς τὰς ῳέτρας κατὰ τὰς διαφύσεις, καὶ εἰς τοὺς λιθίνους τοίχους κατὰ τὰς συμβολὰς, καὶ εἰς τοὺς πλινθίνους ἐκκόπτονται σιδηραῖς σφύραις ὑπὸ τῶν ἀναβαινόντων τοῖς ἀγκίσῖροις τοῖς σιδηροῖς, ἅπερ ἐπὶ καλωδίων ἐπιῤῥιπτοῦνται ἄμματα ἐχόντων· ὥστε μὴ χαλεῳῶς, καὶ κατὰ ταῦτα ἔχειν ἀναβαίνειν τοὺς στραῖτιώτας εἰθισθέντας, καθάπερ Αἴγυπῖτιοι ποιοῦσιν αὐτό. Habes ergo eundem scriptorem modo atheniensem, modo byzantium ab eodem auctore in eodem libro non multis interiectis vocitatum. Hero diligentissimus auctor, qui in aliis rerum harum scriptoribus optime vidit, non potuit in Philone nutare. At illum memoriae lapsu scripsisse, musae ipsae adversantur. Si dicas, nonne varietate tractatuum, longaque rerum serie memoria divexata potuit vacillare? parvum spatium unum ab altero separat. Et eundem Philonis tractatum primo laudatum, paulo inferius dum illum denuo laudandi se offerret occasio verisimile est habuisse prae oculis. Nec dubito in fronte libri utrumque fuisse descriptum. Genere byzantium non atheniensem fuisse, inde colligo, quod omnes potioribus excellentioribusque civitatibus nomina dant, et illa aetate Athenarum fortunae, qua mari qua terra florentissimae, omnium animos ad se convertebant. Graeci item eos, qui aliquo honesto studio excellebant, etsi prorsus alienos, civitate donare solebant. Isocrates ad Mitylenaeorum magistratus: καὶ τοὺς μὲν ἄλλους ἕλληνας τοὺς διαφέροντας ἐῳὶ τῳ τῶν καλῶν ἐπιτηδευμάτων, καὶ μηδὲν προσήκοντας, ποιεῖσθαι πολίτας. Sic Polygnotus thasius, ne reliquos recenseam, qui gratis porticum Pisianaction vocatam (cuius partem mercede Micon pinxerat) praeter hospitia illi gratuita ab Amphictyonibus decreta, civitate atheniensi donatus est.

Magis dubium est tempus, quo floruerit. Nam si communem aliorum opinionem sequi voluerimus, post Ctesibium et Heronem, vel saltem cum ipso Herone, vixisse fatendum omnino est, quod ita adstrui potest. Inter viros mechanica, aliisque artibus celebres, quos Philo in reliquis duobus libris mechanicorum laudat, hi sunt. Dionysius alexandrinus: Διονύσιος δέ τις ἀλεξανδρεὺς καῖτασκευάσας ῥοδοῖτὸν καλούμενον ῳολύβολον καταῳάλτην, ἰδίαν τινὰ καὶ ῳάνυ ῳοικίλην ἔχον κατασκευὴν, ῳερὶ ἧς σοι γράψομεν ἐμφανίζοντες τὰ κατὰ μέρος μετὰ τῆς ἐνδεχομένης ἀκριβείας. Polyidus mechanicus: ἦν Πολύειδον φασὶν εὑρεῖν τὸν μηχανοῳοιόν. Et ante omnes Ctesibius: καὶ διὰ τοῦ σφηνὸς ἐντεινόμενον ὀξυβελὲς ὄργανον λέγειν τὸ εὑρημένον μὲν ὑφ' ἡμῶν, κρεῖσσον δὲ δοκοῦν τῶν ὑπαρχόντων ῳρότερον· τότε χαλκέντονον τὸ ὑπὸ Κτησιβίου ῳαραδειχθὲν, οὐ μόνον ξέννην ἔχον διάθεσιν, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς κατὰ τὴν χρείαν δυνάμενον εὐδοκιμεῖν. Et: τοῦ δὲ χαλκοτόνου ῳαρειλήφαμεν, εὑρετὴν μὲν ὡς καὶ ἀνώτερον σοι δεδηλώκαμεν, Κτησίβιον τὸν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ γενόμενον. Et: τὸ μὲν οὖν ὑφ' ἡμῶν διασκευασθὲν χαλκότονον ὄργανον τὴν εἰρημένην ἔχει διάθεσιν· ὕστερον δὲ ἡμῖν ἀνήγειλόν τινες τῶν περιεργότερον τὸ τοῦ Κτησιβίου τεθεαμένων, καὶ ἔφασαν πλείοσι λεπίσι συγκειμέναις κατὰ συζυγίαν πρὸς ἀλλήλας μοχλεύεσθαι τοὺς

ἀγκῶνας· ἐδόκει οὖν ἡμῖν Κτησίβιος ἔν τε τούτῳ etc. Polyidum ante Alexandri tempora floruisse, fuisseque thessalum, notavit Hero iunior lib. VI. Διάδης μὲν οὖν καὶ Χαιρέας, οἱ Πολυείδου τοῦ θετταλοῦ μαθηταὶ, οἱ συστρατευθέντες Ἀλεξάνδρῳ τῷ μακεδόνι, μηχανικοὶ πρῶτοι τά τε τρύπανα, καὶ τὰς διαβάθρας, καὶ τοὺς φερομένους διὰ τροχῶν ξυλίνους πύργους ἐξεῦρον. Et Athenaeus mechanicus de arietum constructione ex eodem Diade, eiusque tractatu mechanico de bellicorum arietum constructione verba faciens: ἐπίδοσιν δὲ ἔλαβεν ἡ τοιαύτη μηχανοποιΐα ἅπασα κατὰ τὴν Διονυσίου τοῦ σικελιώτου τυραννίδα, κατά τε τὴν Φιλίππου τοῦ Ἀμύντου βασιλείαν, ὅτε ἐπολιόρκει Βυζαντίους Φίλιππος· εὐημέρει δὲ τῇ τοιαύτῃ τέχνῃ Πολύειδος ὁ Θεσσαλὸς, οὗ οἱ μαθηταὶ συνεστράτευοντο Ἀλεξάνδρῳ, Διάδης, καὶ Χαιρέας. Διάδης μὲν οὖν αὐτός φησιν ἐν τῷ μηχανικῷ αὐτοῦ συγγράμματι εὑρηκέναι τούς τε φορητοὺς πύργους, καὶ τὸ λεγόμενον τρύτανον, καὶ τὸν κόρακα, καὶ τὴν ἐπιβάθραν· ἐχρήσατο δὲ καὶ τῷ ὑποτρόχῳ κριῷ· γράφει γοῦν τὴν κατασκευὴν αὐτοῦ οὕτως. Haec ita vertebat Vitruvius lib. X. cap. 19. *Id autem quod tardos conatus habuerat, testudinem arietariam appellare coepit. His tum primis gradibus positis ad id genus machinationis; postea cum Philippus Amyntae filius Byzantium oppugnaret, Polyidus thessalus pluribus generibus et facilioribus explicavit; a quo receperunt doctrinam Diades et Chaereas, qui cum Alexandro militarunt. Itaque Diades scriptis suis ostendit, se invenisse turres ambulatorias, quas etiam dissolutas in exercitu circumferre solebat. Praeterea terebram, et ascendentem machinam, qua ad murum plano pede transitus esse posset; et etiam corvum demolitorem, quem nonnulli gruem appellant. Non minus utebatur ariete subrotato, cuius rationes scriptas reliquit.* Ctesibium tempore vixisse Ptolemaei Evergetae secundi Bernardinus Baldus ex Herone, Vitruvio, Athenaeo videtur sibi demonstrare in vita Heronis. *Palam siquidem est, iuniore Herone, et ipso quoque mechanico auctore, nostrum hunc, Ctesibii ascraei, tonsoris in Aspendia, vel certe alexandrini cuiuspiam tonsoris filii, ut Vitruvio placet discipulum fuisse: qui quidem Ctesibius, si eidem Athenaeo scriptori gravissimo fides, Ptolemaeo supradicto regnante inter vivos fuit; vir ingenio subtili, peracri; et primus, eodemmet Vitruvio teste, spiritalium, quae pneumatica a Graecis dicuntur, mirabiliumque machinarum, repertor.* Quare Philonem hunc non ita antiquum auctorem, sed iuniorem fuisse, nec plus centum annis annum salutis praecessisse dicendum est. Et opus illud tam celebre armamentarii nondum natum, suo fato ante parentis obitum syllana rabie conflagrasse. Verum altius Ctesibii aetas consideranda: ex ea quippe et Philonis aetas comperietur, cum de Ctesibio ita loquatur, ac de aemulo tunc vivente: ὕστερον δὲ ἡμῖν ἀνήγγειλόν τινες τῶν περιεργότερον τὸ τοῦ Κτησιβίου τεθεαμένων, καὶ ἔφασαν πλείοσι λεπίσιν etc. Quod si non placet, concedant necesse est Philonem paulo post Ctesibii tempora Heroni σύγχρονον floruisse.

Sicut superius de Heronibus, ita et hic de Ctesibiis dicimus, duos scilicet fuisse Ctesibios, seniorem alterum circa Alexandri magni tempora, iuniorem alterum aetate Ptolemaei Evergetae secundi. Iunior patria alexandrinus tonsor, sive patre tonsore, propter hydrauleos organi inventum clarus. Athenaeus dipnosoph. lib. IV. (p. 174. ed. Cas.) Καὶ Ἀλκείδης ἔφη· ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ ὄργανον τοῦτο ὕδραυλις εἴτε τῶν ἐντατῶν αὐτὸ θέλεις εἴτε τῶν ἐμπνευστῶν, ἀλεξανδρέως ἐστὶν ἡμεδαποῦ εὕρημα, κουρέως τὴν τέχνην, Κτησίβιος δ' αὐτῷ τοὔνομα· ἱστορεῖ δὲ τοῦτο Ἀριστοκλῆς ἐν τῷ περὶ χορῶν, οὑτωσί πως λέγων· ζητεῖται πότερον τῶν ἐμπνευστῶν

ἐστὶν ὀργάνων ἡ ὕδραυλις, ἢ τῶν ἐνταῦθα. Ἀριστόξενος μὲν οὖν τοῦτο οὐκ οἶδε· λέγεται δὲ Πλάτωνα μικράν τινα ἔννοιαν δοῦναι τοῦ καταπευάσματος, νυκτερινὸν ποιήσαντα ὡρολόγιον, ἐοικὸς τῷ ὑδραυλικῷ, οἷον κλεψύδραν μεγάλην λίαν. Et inferius: ἔοικε δὲ τὸ ὄργανον βωμῷ στρογγύλῳ· καὶ φασὶ τοῦτο εὑρῆσθαι ὑπὸ Κτησιβίου κουρέως ἐνταῦθα οἰκοῦντος ἐν τῇ Ἀσπενδίᾳ· ἐπὶ τοῦ δευτέρου Εὐεργέτου, διαπρέψαι τε φασὶ μεγάλως· τοὐτονὶ οὖν καὶ τὴν αὐτοῦ διδάξαι γυναῖκα Θαΐδα. Vides hunc Ptolemaei secundi Evergetae saeculo excelluisse. De hoc eodem, et de eius inventis Vitruvius libro IX. cap. 9. *Item sunt ex aqua conquisitae ab eisdem scriptoribus horologiorum rationes, primumque a Ctesibio alexandrino, qui etiam spiritus naturales, pnevmaticasque res invenit. Sed uti fuerant, ea exquisita, dignum studiosis est agnoscere. Ctesibius enim fuerat Alexandriae natus, patre tonsore. Is ingenio et industria magna praeter reliquos excellens, dictus est artificiosis rebus se delectare. Namque cum voluisset in taberna sui patris speculum ita pendere, ut cum educeretur, sursumque reduceretur, linea latens pondus deduceret, ita collocavit machinationem. Canalem ligneum sub tigno fixit* etc. Et lib. X. cap. 12. Post expositam ctesibicam machinam, quae altissime extollit aquam, subdit. *Nec tamen haec sola ratio Ctesibii fertur exquisita, sed etiam plures et variis generibus aliae, quae ab eo liquore pressionibus coacto spiritu, efferre a natura mutuatos effectus ostenduntur: uti merularum, quae aquae motu voces edunt atque engibata, quae bibentia tandem movent sigilla, ceteraque quae delectationibus oculorum et aurium sensus blandiuntur; e quibus quae maxime utilia, et necessaria iudicavi, selegi; et in priori volumine de horologiis, in hoc autem de expressionibus aquae dicendum putavi. Reliqua quae non sunt ad necessitatem, sed ad deliciarum voluptatem, qui cupidiores erunt, eius subtilitates ex ipsius Ctesibii commentariis poterunt invenire.* Et Plinius lib. VII. cap. 38. *Laudatus est Ctesibius, pnevmatica ratione et hydraulicis organis repertis.* Senior diversus ab alexandrino, praeceptor Heronis senioris qui mechanicus, ut ab alexandrino distingueretur, et propter varia in mechanicis monumenta, cognominabatur. Meminit Vitruvius lib. VII. in prooemio, ex eoque se profecisse fatetur. *Non minus de machinationibus conscripserunt, uti Cliades, Architas, Archimedes, Ctesibius, Nymphodorus* etc. *Quorum ex commentariis quae utilia esse in his rebus animadverti, collecta in unum coëgi corpus.* Hoc manifestum fit ex Athenaei dicto loco, ubi Tryphonem reprehendit, qui hydrauleos inventum, quod ad alexandrinum referendum erat, ad mechanicum retulerit, ideoque scribit hallucinatum in nomine. Τρύφων δ' ἐν τρίτῳ περὶ ὀνομασιῶν (ἔστι δὲ τὸ σύγγραμμα περὶ αὐλῶν καὶ ὀργάνων) συγγράφαι φησὶ περὶ τῆς ὑδραύλεως Κτησίβιον τὸν μηχανικόν· ἐγὼ δὲ οὐκ οἶδα εἴπερ τὸ ὄνομα σφάλλεται, vel ut alii legunt, εἰ περὶ τὸ ὄνομα σφάλλεται. Idest: *Tryphon libro tertio de rerum appellationibus (est autem id opus de tibiis et instrumentis musicorum compositum) narrat Ctesibium mechanicum de hydraulis quaedam scriptis mandasse. Mihi vero compertum non est, an de ipso nomine hallucinatus sit.* Obiicit Tryphoni, quod mechanicum appellaverit Ctesibium hydrauleos inventorem, cum debuisset appellare alexandrinum. Et haec est sententia Athenaei, non quam somniat Casaubonus animad. lib. IV. cap. 23. Nec obstat dicere, Heronem seniorem de hydraulicis machinis nonnulla libro spiritalium inseruisse, quae nonnisi ad Ctesibium mechanicum referri possunt, cum alexandrinus multo illo inferior sit. Namque Athenaeus aliique non omnes hydraulicorum ratiocinationes alexandrino dant sed non-

nullas, quia in arte hydraulica notissima mechanicis Ctesibius alexandrinus quaedam adiecit, vel multa ab aliis inventa perfecit; ideo nil mirum Heronem seniorem multa suo libro inseruisse. Mechanicus fuit patria ascraeus, Hesiodo concivis. Athenaeus mechanicus libro μηχανημάτων ad Marcellum. Κτησίβιος δὲ ὁ ἀσκρηνὸς, ὁ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ μηχανικὸς ἐν τοῖς ὑπομνήμασι καταχώρησεν, ὥστε ἐπὶ τεῖχος ἄνευ κλίμακος ἀναβαίνειν· διὰ μηχανήματος τοιούτου, φησὶ, δεῖ κατασκευάσαι ἅμαξαν etc. Et Hero iunior. Δυνατὸν δὲ ἔστι καὶ ἄνευ κλιμάκων ἐπὶ τεῖχος ἀνέρχεσθαι, ὡς ὁ ἀσκρηνὸς Κτησίβιος ὁ τοῦ ἀλεξανδρέως Ἥρωνος καθηγητὴς ἐν τοῖς ἑαυτοῦ ἐδήλωσεν ὑπομνήμασιν. Etsi Alexandriae arti mechanicae operam dedisse, ibique magnam gloriam consequutum, certum sit, ex iam dicto loco Athenaei, et Philonis: τοῦ δὲ χαλκοῦόνου παρειλήφαμεν εὑρετὴν μὲν, ὡς καὶ ἀνώτερόν σοι δεδηλώκαμεν, Κτησίβιον τὸν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ γενόμενον. Vixit circa Ptolemaei Philadelphi tempora, aut Alexandri, ut colligere possumus ex Hedyli epigrammate, quod Athenaeus lib. XI. (p. 497.) dipnosoph. laudat, dum de rhyto poculi genere inter bibendum fluxu vini vel aquae strepitum edentis, quod fuerat inventum Ctesibii mechanici: Ἥδυλος δ' ἐν ἐπιγράμμασι περὶ τοῦ κατασκευασθέντος ὑπὸ Κτησιβίου τοῦ μηχανοποιοῦ ῥυτοῦ μνημονεύων φησί· – ζωροπόται καὶ τοῦτο φίλον ζεφύρου κατὰ νηὸν – etc. concludit:

Ἀλλὰ Κτησιβίου σοφὸν εὕρεμα τίετε τοῦτο.
Δεῦτε νέοι νηῷ τῷδε παρ' Ἀρσινόης.

Nota, lector, rhytum fuisse inventum Ctesibii. Illius meminit Theophrastus; Ctesibius ergo Theophrasto antiquior; et si placet, esto aequalis. Athenaei verba ibidem. Θεόφραστος δ' ἐν τῷ περὶ μέθης τὸ ῥυτὸν φησὶν ὀνομαζόμενον τοῖς ἥρωσι μόνοις ἀποδίδοσθαι. Errat igitur Baldus, qui Ctesibium ascraeum cum alexandrino confundit, tonsorem facit, et vult temporibus Evergetae secundi miro anachronismo vixisse. Aliique simul complures, quia non viderint duos hosce Ctesibios, pluribus ἀνισορησίας involucris involvuntur. Sane ego Heroni seniori, Ctesibii ascraei discipulo, aequalem existimo circa Philadelphi tempora; illumque fuisse, qui cum Demetrius phalereus rerum potiretur, ante templum, cellam Cereris et Proserpinae, in fronte columnis constitutis, prostylon fecit, ut narrat Vitruvius lib. VII. in prooemio (1).

Acri vir ingenio, ac industria fervens cum domi non posse proficere, nec illustris esse iudicaret, doctrinae rerumque mechanicarum non obscurarum et sordidarum sed celebrium siti, iter ingreditur, mare transmittit, et proximorum tamquam vilium incuriosus, longinqua sectatur; et licet occasio non admodum facilis esset, Rhodum accedit, Alexandriaeque limites penetrat, ut quae ibi in pretio essent rimaretur atque addisceret; in florentissimis Graeciae urbibus, studio et sollertia eos profectus in mechanicis habuit, ut eum vel de itinere suscepto, vel de laboribus exantlatis nusquam poenituerit. Quin et posteris suam peregrinationem libro IV. testatam reliquit. Ἱστορήσομεν οὖν σοι καθότι καὶ αὐτοὶ παρειλήφαμεν ἐν τε Ἀλεξανδρείᾳ συσταθέντες ἐπὶ πλεῖον τοῖς περὶ τὰ τοιαῦτα καταγινομένοις τεχνίταις, καὶ ἐν Ῥόδῳ γνωσθέντες οὐκ ὀλίγοις ἀρχιτέκτοσιν, καὶ παρὰ τούτοις κατανοήσαντες τὰ μάλιστα τῶν ὀργάνων εὐδοκιμοῦντα σύνεγγυς πίπτοντα τῇ μελλούσῃ μεθόδῳ λέγεσθαι οὕτως.

Scripsit multa in scientiis mathematicis magna cum laude. Ex iis nonnulla ex-

(1) Scilicet Vitruvius loco cit. dicit Philonem auctorem illius prostyli. A. M.

cerpsit Proclus libro III. in primum Euclidis elementum pag. 72; Theon alexandrinus ad Ptolemaei magnam constructionem lib. I. pag. 11; et Eutocius ascalonita comment. in Archimedis de sphaera et cylindro, notatque demonstrationem Philonis eandem esse cum heroniana. Ex Eutocio postea hauserunt Maurolycus in indice suorum librorum epistola ad Petrum Bembum ante dialogos, et Georgius Valla lib. XIII. cap. 2. De machinis item plura edidit, et ex eo Vitruvius multa collegit libro VII. in prooemio. *Non minus de machinationibus, uti Cliades, Architas, Archimedes, Ctesibios, Nymphodorus, Philo byzantius, Diphilos, Charidas, Polyidos, Phyros, Agesistratos, quorum ex commentariis, quae utilia esse in his rebus animadverti, collecta in unum coëgi corpus.* Hinc μηχανογράφος dictus fuit apud Iohannem Tzetzem chiliad. II. histor. 35.

Καὶ σὺν αὐτοῖς δὲ μέμνηνται πολλοὶ τοῦ Ἀρχιμήδους,
Ἀνθέμιος μὲν πρώτιστος ὁ παραδοξογράφος
Ἥρων, καὶ Φίλων, Πάππος τε, καὶ πᾶς μηχανογράφος.

Sic enim omnino legendus est hic locus. Videlicet Anthemium, Heronem, Philonem, Pappum, ceterosque machinarum scriptores meminisse Archimedis, non ut ridicule vertit Paulus Lacisius (1), Heron et Philon, avusque et filius machinarum scriptor. Avus sane sit Philonis Heron, et Philon Heronis filius: sed qui avus est, esse non potest filius, et mihi incompertum est in historia. Intelligendus hic omnino est rerum mathematicarum scriptor satis celeber Pappus, cuius ad hunc diem plura, eaque non contemnenda leguntur opuscula in mathematicis scientiis. Sic non ϖάϊς, nec παῖς, sed πᾶς, hoc est *quicumque*, scribit debet. Philonis librorum generalis titulus ille fuit περὶ μηχανικῆς συνΤάξεως, ut ex eiusdem Philonis libris colligo, quos dedit ad Aristonem, qui adhuc supersunt, etsi non integri. Scribit namque: εἰρηκότες οὖν σοι καὶ τὴν περὶ τῶν ἀεροπόρων ὀργάνων ὑπαρχοῦσαν διάθεσιν, καὶ τοῦτο πεποιηκότες, ἵνα μηδὲν ἀνισΤόρητον ὑπάρχειν δόξῃ, καλῶς ἔχειν ὑπελάβομεν, τὰ μὲν περὶ τῶν βελοποιϊκῶν λόγων καταπαῦσαι, μεταβῆναι δὲ ἐῶ ἄλλο μέρος τῆς μαχανικῆς. Operis vero singulae partes inscriptiones sibi proprias habuerunt videlicet, ut vidimus: περὶ τῶν ἀεροπόρων ὀργάνων, περὶ τῶν βελοποιϊκῶν, περὶ πολιορκηΤικῶν, περὶ πυργοποιΐας· τὸ μὲν ἀνώτερον ἀποσταλὲν πρὸς σὲ βιβλίον ϖεριεῖχεν ἡμῖν τὰ λιμενοποιϊκά· νῦν δὲ καθήκει λέγειν καθότι τὴν ἐξ ἀρχῆς διάταξιν ἐποιησάμεθα πρὸς σὲ περὶ τῶν βελοποιϊκῶν, ὑπὸ δέ τινων ὀρΓανοποιϊκῶν καλουμένων παρασκευαστικά· τινὰ δὲ ταῦτα ἐστὶν, ἐν τοῖς παρασκευαστικοῖς ἡμῖν δεδήλωται. Περὶ ἐπισΤολῶν τῶν κρυφίως ἐπισΤελλομένων· πολλοὶ δὲ καὶ ἄλλοι τρόποι εἰσὶν τῶν κρυφαίως ἐπισΤελλομένων γραμμάτων, ὡς δηλώσομεν ἐν τῷ εἴδει τῶν περὶ ἐπισΤολῶν τῶν κρυφαίως ἐπισΤελλομένων. Primum totius operis librum vocavit εἰσαΓωγήν· τῇ δ' αὐτῇ μεθόδῳ, καὶ ἐπ' ἄλλων πλειόνων, ἧ χρησόμεθα, καθότι δεδηλώκαμεν ἐν τῷ περὶ τῆς εἰσαΓωγῆς βίβλῳ πρώτῳ δ' ὑπάρχοντι τῆς μηχανικῆς συντάξεως: aliaeque his similes, ut rerum usus, et materia tractanda se obtulit. Non dissimili ratione Aeneas dum strategica componeret, librorum omnium ille fuerat titulus στρατηγικῶν ὑϖομνήματα; proprium postea unicuique adscripsit, hunc vocando πολιορκηΤικὸν, illum παρασκευασΤικὸν, alterum στρατοπεδικὸν, et sic de aliis. Et Pausanias luculentissimo operi, quo Graeciam describit, τῆς Ἑλλαδος περιήΓησις, nomen dedit. Ceterum singulos libros ex materia

(1) Nimirum in editione poëtarum gr. vet. Coloniae Allobrogum T. IV. p. 292. A. M.

potissimum tractata vario titulo ornavit: Ἀττικὰ, Κορινθιακὰ, Λακωνικὰ, Μεσσηνικὰ, Ἡλιακὰ, Ἀχαϊκὰ, Ἀρκαδικὰ, Βοιωτικὰ, Φωκικά. Et in ipso opere dum illa laudat, saepius nomen immutat. In quodam indice ms. graecorum librorum memini me legisse: Φίλωνος βελοποιϊκῶν λόγοι δ'· καὶ ὁ ἐκ ἀτελής, hoc tamen ἐκ scriptoris puto incuria irrepsisse, scribique debuisse Φίλωνος βελοποιϊκῶν λόγος δ'· καὶ ὁ ε' ἀτελής. Sub quo titulo, et in bibliotheca vaticana hodie asservantur charactere antiquissimo, itemque elegantissimo. Byzantii vero esse, certa atque indubitata Vitruvii et Heronis auctoritate confirmatur. Principium libri IV. est. Φίλων Ἀρίστωνι χαίρειν. Τὸ μὲν ἀνώτερον ἀποσταλὲν πρὸς σὲ βιβλίον περιεῖχεν ἡμῖν τὰ λιμενομοιϊκα. Finit: τὰ μὲν περὶ τῶν βελοποιϊκῶν λόγων καταπαῦσαι, μεταβῆναι δὲ ἐπ' ἄλλο μέρος τῆς μηχανικῆς. Lib. V. Φίλων Ἀρίστωνι χαίρειν· πρῶτον μὲν δεῖ τοὺς οἰκοδομοῦντας πύργους ὀρύξαντας μέχρι πέτρας, ἢ ὕδατος. Finit: τοῦτον ἄν τις τὸν τρόπον πολιορκῶν τὰς πόλεις ἂν λαμβάνοι, μάλιστα μηδὲν αὐτὸς ἀνήκεστον παθῶν.

Scripsit praeterea libellum cultissimum et elegantissimum de septem orbis spectaculis, quem nos latine loquentem primi omnium, notisque nostris illustratum publicamus. Nec ad alium referendus est liber de sacrarum aedium symmetriis, et de armamentario, quod fuerat in Piraei portu, quem laudat Vitruvius dicto loco. Fuit enim ut superius diximus, non minus architecti artificio disertus, quam oratoris. Et de opere a se constructo non minore ingenii acumine ad populum atheniensem disseruit, rationemque consilii sui exposuit. Ad byzantium item pertinet, quod ex templi fabrica refert Pollux lib. X. cap. 51. Ἐν δὲ τῇ τοῦ νεὼ ποιήσει, ἣν ὁ Φίλων, ἢ Ἀπολλόδωρος συνέθηκε, γέγραπται· κυνδάλους γὰρ ἐχέτω ζυγὸν ἕκαστον. Quod non intellexit Rodulfus Gualterus, cum *sed in templi poësi* (1), *quam aut Philon, aut Apollodorus composuit*, convertit. Philo item byzantius fuit auctor, ni fallor, libri *Vastor* dicti de ingeniis in ductu aquarum, quem sedulo se legisse non sine lectionis fructu mihi retulit vir ob multiplicem eruditionem mihi summopere carus Lucas Holstenius hamburgensis, qui et principium tale communicavit. *Incipit liber Vastor de ingeniis Philonis in ductu aquarum. In nomine Domini misericordis et pii. Incipit liber Philonis de ingeniis spiritualibus. Dixit: quia tuum, amice mi Archaleni, iam novi desiderium ad sciendum ingenia subtilia; voluntati tuae obnoxius, interrogationi tuae respondeo, petitioni de hoc libro componendo libens acquiesco* etc. (2).

XLVI. Philo gadarensis, Pori nicaeni celebris mathematici, praeceptor, cuius meminit Eutocius ascalonita comment. in lib. Archimedis de circuli mensuratione. (ed. Basil. p. 55.) ὥστε οὐδὲ Πόρος, inquit, ὁ νικαεὺς εὔκαιρον εὑρεθήσεσθαι μέμψιν ἐπάγων Ἀρχιμήδει, ὡς μὴ ἀκριβῶς εὑρόντι ποία εὐθεία ἴση ἐστὶν ἡ τοῦ κύκλου περιφέρεια, ἐξ ὧν αὐτὸς ἐν τοῖς κηρίοις φησὶν, τὸν ἑαυτοῦ διδάσκαλον Φίλωνα λέγων, τὸν ἀπὸ Γαδάρων, εἰς ἀκριβεστέρους ἀριθμοὺς ἀγάγειν τῶν ὑπ' Ἀρχιμήδους εἰρημένων, τοῦ τε ζ' φημὶ καὶ τῶν ιθ'.

(1) Miror hunc errorem, *poësi* pro *fabrica*, manere adhuc in splendida hemsterhusiana Pollucis editione; ibique Iungermannum de poëta comico carminis auctore, et non potius de aedificii architecto, cogitare. Sed tamen melius in adnot. ipse Hemsterhusius. A. M.

(2) De Philone mechanico et Heronibus atque Ctesibio, de quibus multa dixit hactenus Allatius, consulendus est etiam Fabricius, cum Harlesio, B. G. lib. III. cap. 24, qui multa pariter super his agglomerant. A. M.

XLVII. Philonem tyanaeum de lineis genitis ex implicatione πληκτοειδῶν, et aliarum varii generis superficierum scripsisse, Pappum referre nonnulli asserunt. Ego Pappi locum nondum vidi (1).

XLVIII. Philo academicus Clitomacho operam multos annos dedit. Sylla et Pompeio coss. academiae princeps mithridatico bello domo profugit, Romamque venit, ubi in perpetua peregrinatione aetatem suam philosophus nobilissimus consumpsit. Semel quippe egressus, numquam domi reversus est, quemadmodum Xenocrates, Crantor, Arcesilas, Lacydes, Aristoteles, Theophrastus, Zeno, Cleanthes, Chrysippus, Antipater, Carneades, Panaetius, Clitomachus, Antiochus, Possidonius, innumerabilesque alii. Romae eum Tullius frequenter audiit, totum illi se tradens, admirabili quodam ad philosophiam studio concitatus, a quo non minus, quam a Diodoro, Antiocho, Possidonioque institutus fuit. Maxime in academia floruit, cui Philone vivo minime defuit patrocinium, insectatusque est magnopere Epicureos. Ferre enim non poterat Epicureos, molles ac delicatas voluptates aspernari. Quippe qui summa memoria pronunciabat plurimas Epicuri sententias his ipsis verbis, quibus erant scriptae: et Metrodori Epicuri sapientiae collegae multa impudentiora recitabat. Eius institutum erat, alio tempore rhetorum praecepta tradere, alio philosophorum: ad quam consuetudinem etiam Cicero a familiaribus adductus, in Tusculano quod dabatur temporis consumebat. Multos versus admiscebat orationi, proprium numerum, et lecta poëmata, et loco adiungens, aliter ac Dionysius stoicus, qui nullo delectu, nullaque elegantia dictabat. Contra eum Antiochus discipulus, aliter de academia sentiens, multa scribere libris editis non veritus est. Cicero in Bruto 89, de oratore lib. III. 28, academ. quaest. lib. II. 6. et IV. 4, de natura deorum lib. I. 3, Tuscul. quaest. lib. II. 10. et V. 37. De eius doctrina vide Sextum empiricum pyrrhon. hypotyp. lib. I. cap. 33, lib. II. cap. 11, adversus logicos lib. II. 113. seq. Hunc Philonem Romani supra ceteros Clitomachi alumnos, et ob dicendi facultatem admirati sunt, et dilexerunt ob morum suavitatem. Plutarchus in Cicerone cap. 3: ἀπαλλαγεὶς δὲ τῶν ἐν παισὶ διατριβῶν Φίλωνος ἤκουσε τοῦ ἐξ ἀκαδημίας, ὃν μάλιστα Ῥωμαῖοι τῶν Κλειτομάχου συνήθων, καὶ διὰ τὸν λόγον ἐθαύμασαν, καὶ διὰ τὸν τρόπον ἠγάπησαν. Vide paulo inferius Antiochi cum Philone contentionem. Augustinus lib. III. 41. contra academicos. *Igitur Antiochus, ut institueram dicere, auditis Philone academico, et Mnesarcho stoico, in academiam veterem quasi vacuam defensoribus, et quasi nullo hoste securam, veluti adiutor civis irrepserat, nescio quid inferens mali de Stoicorum cineribus, quod Platonis adyta violaret. Sed huic arreptis iterum illis armis et Philon restitit donec moreretur, et omnes eius reliquias Tullius noster oppressit, se vivo impatiens labefactari vel contaminari quidquid amavisset.* Iulius Castellanus disput. adversus Ciceronis academicas quaestiones cap. 1. de academiis. *Quintae auctores animadverto; si tamen a Carneade Clitomachum eius collegam, et a Philone Charmidam separare volueris. Quas quidem scholas miror a Cicerone fuisse praetermissas, cum harum saepe nominaverit*

(1) Ante quam ab his mechanicis mathematicisque ab Allatio nominatis discedam, philologos orabo, ut duorum palimpsestorum meminerint, mediolanensis graeci ubi anonymus mechanicus, et veronensis latini ubi anonymus mathematicus; quorum prioris specimen ego vulgavi cum Ulphilae partibus Mediolani an. 1819; posterioris autem notitiam cum levi gustu in praefatione ad Cic. de rep. Utinam, inquam, philologi his palimpsestis oculos intendant, et maiores illinc partes extundant, atque auctorum denique, si fieri potest, nomina patefaciant! A. M.

conditores. Hadrianus Turnebus in I. quaest. academ. adnotavit, Philonem duos libros scripsisse, quibus unam tantum academiam esse contendebat, et Antiochum in magistrum librum edidisse nomine Sosum. Fuisse patria larissaeum et Clitomachi discipulum, inter alios narrat Iohannes Stobaeus in eclogis ethicis lib. II. cap. 2. de morum scientia; et illius moralis philosophiae divisionem fuse prosequitur. Φίλων ἐγένετο λαρισσαῖος φιλόσοφος ἀκαδημικὸς, ἀκουστὴς Κλειτομάχου, τοῦ ἱκανὴν εἰσενεγκαμένου προκοπὴν ἐν τοῖς λοιποῖς· οὗτος ὁ Φίλων τά τε ἄλλα πεπραγμάτευται δεξιῶς, καὶ διαίρεσιν τοῦ κατὰ φιλοσοφίαν λόγου, ἣν ἐγὼ προχειροῦμαι, περὶ ἧς ὁ λόγος.

XLIX. Philo byblius grammaticus floruit sub Vespasiano, Tito, Domitiano, Nerva, Traiano, et Hadriano, teste Suida. Cognoscebatur consulatum gerente Severo Herennio. Collectanea histor. Φίλων βύβλιος γραμματικὸς ἐτῶν οη' ἐγνωρίζετο ἐπὶ ὑπάτου Σευήρου τοῦ Ἑρεννίου χρηματίσαντος. Suidas voc. Ἑρέννιος. Φίλων ὁ βύβλιος, ὃ Ἑρέννιος χρηματίσας, ὡς αὐτὸς φησίν. Et: Φίλων βύβλιος γραμματικός· οὗτος γέγονεν ἐπὶ τῶν χρόνων τῶν ἐγγὺς Νέρωνος, καὶ παρέτεινεν εἰς μακρόν· ὕπατον γοῦν τὸν Σευῆρον χρηματίσαντα αὐτὸς εἶναι φησὶν, ὅταν ἦγεν ὄγδοον καὶ ἑβδομηκοστὸν ἔτος, ὀλυμπιάδι δὲ κ' καὶ διακοσιοστῇ. Et: περὶ τῆς βασιλείας Ἀδριανοῦ ἐφ' οὗ καὶ ἦν Φίλων· καὶ ἄλλα· ὕπατος γέγονεν ὁ Φίλων Ἑρέννιος χρηματίσας, ὡς αὐτὸς φησίν. Sub Hadriano imperatore, Herennio Severo commendavit Hermippum berytium suum discipulum, eodem referente in Ἑρμιππος. Ἑρμιππος βηρύτιος ἀπὸ κώμης μεσογαίου μαθητὴς Φίλωνος τοῦ βυβλίου, ὑφ' οὗ ᾠκειώθη Ἑρεννίῳ Σευήρῳ ἐπὶ Ἀδριανοῦ τοῦ βασιλέως, ἔκδουλος ὢν γένος, λόγιος σφόδρα, καὶ ἔγραψε πολλά. Scripsit de vita Hadriani, de comparandis et eligendis libris lib. XII, de urbibus et quos quaeque claros genuerit viros libros XXX. Suidas. Γέγραπται δὲ αὐτῷ περὶ κτήσεως καὶ ἐκλογῆς βιβλία ιβ'· περὶ πόλεων, καὶ οὓς ἑκάστη αὐτῶν ἐνδόξους ἤνεγκεν βιβλία λ'· περὶ τῆς βασιλείας Ἀδριανοῦ, ἐφ' οὗ καὶ ἦν ὁ Φίλων. Librorum περὶ πόλεων saepissime meminit Stephanus byzantius, in Ἀμισὸς, et Ἀνδανία, et alibi sine titulo libri in Ἀζανία, Βοῦρα, Ἰόπη, Λαοδίκεια, Μάρσυα, Μεγαλήπολις, Μελίτεια. Eorum epitomem confecit Aelius Serenus atheniensis. Suidas: Σερῆνος ἀθηναῖος, ὁ καὶ Αἴλιος, χρηματίσας γραμματικὸς ἐπιτομὴν τῆς Φίλωνος πραγματείας περὶ πόλεων, καὶ τίνες ἐφ' ἑκάστης ἔνδοξοι, βιβλία γ' (λ'.) Et Etymologici auctor in Ἀρσινόη. Οὕτω Σερῖνος ἐν τῇ ἐπιτομῇ τῶν Φίλωνος. Et in βουκέρας. Οὕττω καὶ Σερῖνος ἐν τῇ ἐπιτομῇ τῶν Φίλωνος περιπόλων, scribo περὶ πόλεων. Hinc corrigendus est Vossius de histor. graecis lib. II. cap. 10. qui nobis pro Serino, vel Sereno, Severum obtrudit. Scripsit praeterea ῥηματικὰ, sive etiam ῥηματικόν. Etymologus in ἀβολήτωρ, ἀέντες, ἄϊστος, ἄτμητος. Item ῥητορικόν. Etymologus in δέμα. Item περὶ Ῥωμαίων διάλεξιν, nonnullis placet περὶ Ῥωμαίων διαλέκτου, sive περὶ τῆς Ῥωμαίων διαλέκτου, Etymologus in ἀλτήρ. Qualis fuit et Philoxeni liber, in κορώνη, στυγνός. Ad haec referri possunt, quae sub Philonis nomine tantum laudat idem auctor in ἀγροτέρη, ἄκρον, ἁλιεὺς, Ἀμφίρυών, ἀνὰ ῥῶγας, βάτος, βάτης, δεξιτερὸς, ἐδητύς. Et Suidas in ἀγαλματοφορούμενος, et alia quae Varinus in cornucopia recitat; sunt quippe grammatica. Herennii Philonis et ipsius ἰατρικῶν meminit Stephanus de urbibus in Δυρράχιον et Κύρτος. Scripsit item librum περὶ χρηστομαθείας. Etymologus voc. γέρανος. Ἑρέννιος Φίλων ἐν τῷ περὶ χρηστομαθείας. Nam, ut superius adnotavimus, Philo byblius, Herennius quoque dictus

est. Quidam Herennio Philoni libellum Ammonii *de similibus, et differentibus vocibus*, optimum illum quidem et eruditum, attribuunt. Iohannes Nunnesius in notis ad Phrynichum: *Ammonius aut Philo Herennius, ut alii volunt.* Paulus Leopardus emendat. lib. XI. cap. 10. *Bonus in primis est auctor Herennius Philo, quem vulgus Ammonium vocat; sed dolendum est in multis esse illum prodigiose mendosum, quemadmodum in verbis hic adscriptis.* In quodam indice librorum graeco manuscripto Ἑρεννίου Φίλωνος περὶ διαφορᾶς σημασίας κατὰ ἀλφάβητον. Sed de Herennio, cuius meminit Porphyrius in vita Plotini, et ad hunc usque diem liber περὶ τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ legitur, alibi dicemus (1).

Labor byblii praecipuus, atque ceteris aliis notior et illustrior fuit Sanchoniathonis antiquissimi historici ex lingua phoenicia in graecam versio. Porphyrius lib. IV. adversus Christianos apud Eusebium de praeparat. evang. lib. I. 9. Ἱστορεῖ δὲ ταῦτα Σαγχουνιάθων, ἀνὴρ παλαίτατος, καὶ τῶν τρωικῶν χρόνων, ὡς φασὶ πρεσβύτερος, ὃν καὶ ἐπ' ἀκριβείᾳ καὶ ἀληθείᾳ τῆς φοινικικῆς ἱστορίας ἀποδεχθῆναι μαρτυροῦσι. Φίλων δὲ τούτου πᾶσαν τὴν συγγραφὴν, ὁ βύβλιος, οὐχ ὁ ἑβραῖος, μεταβαλὼν ἀπὸ τῆς Φοινίκων γλώσσης ἐπὶ τὴν ἑλλάδα φωνὴν ἐξέδωκεν· μέμνηται τούτων ὁ καθ' ἡμᾶς τὴν καθ' ἡμῶν πεποιημένος συσκευὴν ἐν τεττάρτῳ τῆς πρὸς ἡμᾶς ὑποθέσεως, ὧδε τῷ ἀνδρὶ μαρτυρῶν πρὸς λέξιν· ἱστορεῖ δὲ τὰ περὶ Ἰουδαίων ἀληθέστατα, ὅτι καὶ τοῖς τόποις, καὶ τοῖς ὀνόμασιν αὐτῶν τὰ συμφωνότατα Σαγχουνιάθων, ὁ βηρύτιος, εἰληφὼς τὰ ὑπομνήματα παρὰ Ἱερομβάλου τοῦ ἱερέως θεοῦ Ἰευώ· ὃς Ἀβιβάλῳ τῷ βασιλεῖ Βηρυτίων τὴν ἱστορίαν ἀναθεὶς, ὑπ' ἐκείνου καὶ τῶν κατ' αὐτὸν ἐξεταστῶν τῆς ἀληθείας παρεδέχθη· οἱ δὲ τούτων χρόνοι πρὸ τῶν τρωϊκῶν πίπτουσι χρόνων, καὶ σχεδὸν τοῖς Μωϋσέως πλησιάζουσιν, ὡς αἱ τῶν Φοινίκης βασιλέων μνηύουσι διαδοχαί· Σαγχουνιάθων δὲ κατὰ τὴν Φοινίκων διάλεκτον φιλαλήθως τὴν παλαιὰν ἱστορίαν ἐκ τῶν κατὰ πόλιν ὑπομνημάτων, καὶ τῶν ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀναγραφῶν συναγαγὼν καὶ συγγράψας, ἐπὶ Σεμιράμεως γέγονε τῆς Ἀσσυρίων βασιλίδος, ἢ πρὸ τῶν ἰλιακῶν, ἢ κατ' αὐτούς γε τοὺς χρόνους γενέσθαι ἀναγέγραπται· τὰ δὲ τοῦ Σαγχουνιάθωνος εἰς ἑλλάδα γλῶσσαν ἡρμήνευσεν Φίλων ὁ βύβλιος. Et idem Porphyrius lib. II. 56. περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων. Φοινίκες δὲ ἐν ταῖς μεγάλαις συμφοραῖς, ἢ πολέμων, ἢ αὐχμῶν, ἢ λοιμῶν ἐθύοντο τῶν φιλτάτων τινὰ, ἐπιψηφίζοντες Κρόνῳ· καὶ πλήρης δὲ ἡ φοινικὴ ἱστορία τῶν θυσάντων, ἣν Σαγχουνιάθων μὲν τῇ Φοινίκων γλώττῃ συνέγραψεν, Φίλων δὲ ὁ βύβλιος εἰς τὴν ἑλλάδα γλῶσσαν, δι' ὀκτὼ βιβλίων ἡρμήνευσεν. Eusebius in novem libros divisisse tradit lib. I. 9. de praep. Ὁ δὲ Φίλων εἰς ἐννέα βίβλους τὴν πᾶσαν τοῦ Σαγχουνιάθωνος πραγματείαν διελὼν etc. Et Theodoretus lib. II. graec. affect. serm. II. Σαγχουνιάθων μὲν οὖν ὁ βηρύτιος τὴν Φοινίκων θεολογίαν συνέγραψεν· μετήνεγκε δὲ ταύτην εἰς τὴν ἑλλάδα φωνὴν Φίλων οὐχ ὁ ἑβραῖος, ἀλλ' ὁ βύβλιος· τὸν δὲ Σαγχουνιάθωνα λίαν τεθαύμακεν ὁ Πορφύριος. Haec Phoenicum historia ita Graecis philonaeo nomine innotuit, ut Sanchoniathonis oblitterato, sub Philonis solo nomine laudaretur. Stephanus de urbibus in Νίσιβις. Φίλων ἐν φοι-

(1) Hunc Herennii librum εἰς τὰ μετὰ φυσικὰ nos ipsi edidimus ex codice vat. inter classicos nostros Auctores T. IX, deque eo locuti sumus in praef., praecipue vero quod non *Herennius Philo* sed *philosophus* dicendus videatur, ex auctoritate epigraphes codicis vat. Ceteroqui *Philo* appellatur non solum a Fabricio et aliis, sed etiam ab Holstenio, qui de eo loquitur in epist. 38. p. 228. et 236, aitque sumptum opusculum fere ad verbum ex opere ms. Damascii περὶ ἀρχῶν. A. M.

νικικοῖς. Gerardus Vossius de histor. graecis lib. II. cap. 10. dupliciter labitur. Primo namque cum Philone byblio Philonem Aethiopicorum scriptorem confundit, cum longe alter ab altero diversus sit. Philo namque hic byblius temporibus Nervae et Hadriani vixit, ut ex historia compertum est. At Aethiopicorum scriptor longe ante Strabonis, et Hipparchi tempora floruit. Secundo, ex lib. X. cap. 51. Pollucis ad hunc Philonem refert, ad byzantinum referenda, qui Vossium omnino fugit. Adde Philonis φοινικικὰ a Sanchoniathonis historia phoenicia veluti diversa distinguere; et locum Pollucis ex gualteriana versione, incompta illa quidem et falsa, exponere. Scripsit praeterea libros III. περὶ παραδόξου ἱστορίας. Meminit ipse in prooemio historiae Sanchoniathonis apud Eusebium de praep. lib. I. 9. Οὕτως τε ἔχειν πεπεῖσθαι ἡμῖν παρέστη, ὡς ἐκεῖνος γέγραφε, τὴν διαφωνίαν ὁρῶσι τὴν παρ' Ἕλλησιν, περὶ ἧς μοι τρία πεφιλοτίμηται βιβλία τὴν ἐπιγραφὴν ἔχοντα παραδόξου ἱστορίας.

Ad byblium puto referendum, quod de pincerna Nicomedis Bithyniae regis a gallinaceo adamato ex Philone tradit Aelianus de histor. animal. lib. XII. cap. 37. Οἰνοχόου βασιλικοῦ, καὶ ἦν ὁ βασιλεὺς Νικομήδης ὁ Βιθυνῶν, ἀλεκτρύων ἠράσθη, Κένταυρος ὄνομα· καὶ λέγει Φίλων τοῦτο. Et illud de Moyse, quod vocaretur alpha, quia corpus haberet ἀλφοῖς, idest vitiligine maculatum, ut refert Helladius Besantinous. Photius in bibliotheca (cod. 279. p. 1577.) ὅτι φλυαρεῖ καὶ οὗτος τὸν Μωϋσῆν ἄλφα καλεῖσθαι, διότι ἀλφοῖς τὸ σῶμα κατάστικτος ἦν, καὶ καλεῖ τοῦ ψεύδους τὸν Φίλωνα μάρτυρα. Hoc, inquam, ad byblium Philonem, non ad alexandrinum referendum est, secus ac temere existimavit David Hoëschelius in notis ad Photium. Verum quippe est apud hunc, neque in tribus *de vita Moysis* libris, neque alibi, horum quicquam legi. An hic idem est, quem Plutarchus in convivio Sostrati tamquam interlocutorem interserit? Non obstat nec rei argumentum, nec ratio temporis.

L. Philo medicus, qui Plutarchum Hyampolim venientem, quam operoso apparatu convivio excepit, et quaestionem illam, *multiplex ne cibus, an vero simplex, concoctu sit facilior*, enucleate disputavit. Vide Plutarchum symposiac. lib. IV. quaest. 1. Idem inter convivas Soclari ponit Philonem, qui Cratoni respondet, quidnam causae sit, cur oleosae stirpes permixtionem non admittant? quia scilicet oleum est plantis inimicum. (Sympos. II. quaest. 6.)

LI. Philo iudaeus alexandrinus, de quo eiusque libris iudicium ferre peculiari tractatu reservamus (1).

(1) Merito Allatius de Philone iudaeo eiusque scriptis notitiam, propter rei praestantiam atque amplitudinem, peculiari tractatui reservabat; quem cum postea non scripserit, vel certe non ediderit, necessario philologi respicient ad Ioh. A. Fabricii graecam bibliothecam ed. nov. T. IV. p. 721-754, qui de hoc sapiente et elegantissimo iudaeo eiusque operibus tum editis tum ineditis seu deperditis, cum codicum etiam mss. indicio, et variorum Philonum nominibus, copiose scribit. Verumtamen post Fabricium eiusque ampliatorem Harlesium, nova nec sane contemnenda Philonis scripta reperta sunt ac divulgata. Etenim a nobis quidem Mediolani anno 1818. editi fuerunt Philonis iudaei breves tractatus gr. lat. 1. *de cophini festo*. 2. *de honorandis parentibus*, quos ambos sumpsimus ex prisco codice florentino, quem Philelphus olim ex Graecia deportavit. 3. theoria brevis *de Iona propheta* ex armeniaco codice Venetiis conservato. Romae autem edidimus gr. lat. 1. Philonis quaestiones septem in exodum *de cherubinis* ex cod. vat. gr. 379. (T. IV. AA. cl.) 2. Fragmenta multa minora gr. ex quaestionibus in pentateuchum etc., libello inserta, quem nos edidimus, Leontii et Iohannis sacrarum rerum (Script. vet. T. VII. part. 1.) Et quidem quaestiones 102. in Genesim latina tantam lingua nec elegante in Germania olim vulgatae et Venetiis repetitae, occurrunt etiam in codice lat. vat. 488; quem his diebus quum obiter conferrem, non parum huius ope emendari posse editionem videbam. Memini etiam me observare scripta Philonis varia graece

Ab ethnicis ad sacros, christianosque Philones convertamus orationem; non minus namque eo nomine gentilitas, quam christiana pietas gloriatur. Quare ratione ordinis, et rerum disputatarum conservata, erit

LII. Philo tarsensis cilix diaconus una cum Gaio et Agathopode comes sancti Ignatii martyris in itinere ut ipse scribit in fine epist. ad Tarsenses: *ἀσπάζεταί ὑμᾶς Φίλων ὁ διάκονος ὑμῶν, ᾧ καὶ ἐγὼ εὐχαριστῶ, σπουδαίως ὑπηρετοῦντι μοι ἐν πᾶσιν· ἀσπάζεται ὑμᾶς Ἀγαθόπους ὁ διάκονος ὁ ἐκ Συρίας, ὃς ἀκολουθεῖ μοι ἐν Χριστῷ.* Et epist. ad Philadelphienses n. 11. *Περὶ δὲ Φίλωνος τοῦ διακόνου ἀνδρὸς ἀπὸ Κιλικίας μεμαρτυρημένου, ὃς καὶ νῦν ἐν λόγῳ (θεοῦ) ὑπηρετεῖ μοι ἅμα Γαΐῳ, καὶ Ἀγαθόποδι ἀνδρὶ ἐκλεκτῷ, ὃς ἀπὸ Συρίας μοι ἀκολουθεῖ, ἀποταξάμενος τῷ βίῳ, οἳ καὶ μαρτυροῦσιν ὑμῖν· κἀγὼ τῷ θεῷ εὐχαριστῶ ὑπὲρ ὑμῶν, περὶ ὧν ἐδέξασθε αὐτούς· προσδέξεται καὶ ὑμᾶς ὁ κύριος· οἱ δὲ ἀτιμάσαντες αὐτοὺς λυτρωθείησαν ἐν τῇ χάριτι Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ μὴ βουλομένου τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ἀλλὰ τὴν μετάνοιαν* etc. Et epist. ad Antiochenos n. 13: *ἀσπάζονται ὑμᾶς Φίλων καὶ Ἀγαθόπους, οἱ διάκονοι, οἱ συνακόλουθοί μοι.* Hi namque Ignatium e Syria Romam comitati sunt, eiusque reliquias Antiochiam retulerunt, ut adnotat Caesar Baronius ex actis ipsius martyris in martyrologio (1. febr. et 17. dec.) Meminit martyrologium romanum VII. kal. maii: *Antiochiae sanctorum Philonis, et Agathopodis diaconorum* (1).

LIII. Philo episcopus libycus ab Arianis propter fidei confessionem in fugam exiliumque compulsus Babylonem, ut scribit Athanasius apolog. de fuga sua n. 7. *Καὶ γὰρ εὐθὺς ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου, καὶ Λιβύων ἐξώρισαν μὲν ἐπισκόπους Ἀμμώνιον, Μούϊον, Γάϊον, Φίλωνα, Ἑρμῆν, Πλήνιον, Ψενόσιριν* etc. *καὶ οὕτω πικρῶς ἤλασαν αὐτοὺς, ὥς τινας μὲν αὐτῶν ἐν ταῖς ὁδοῖς, τινὰς δὲ ἐν αὐτῷ τῷ ἐξορισμῷ ἀποθανεῖν· ἐφυλάδευσαν δὲ ἐπισκόπους πλείους ἢ τριάκοντα· σπουδὴ γὰρ ἦν αὐτοῖς κατὰ τὸν Ἀχαὰβ ἐξᾶραι τὴν ἀλήθειαν.* Et in epistola ad solitariam vitam agentes n. 72. *Διὰ τοῦτο καὶ Δρακόντιον μὲν ἐπίσκοπον εἰς τὰ ἔρημα μέρη τὸ Κλύσμα ἐξώρισαν, Φίλωνα δὲ εἰς Βαβυλῶνα, Ἀδέλφιον εἰς Ψίναβλα τῆς Θηβαΐδος, Ἱέρακά τε καὶ Διόσκορον* etc. Similia ex Athanasio habent Socrates histor. eccles. lib. II. cap. 28, Theodoretus histor. eccles. lib. II. cap. 14. Incertus, et Simeon metaphrastes in vita Athanasii. Narrat Hieronymus, Hi-

in vetere bonae litterae palimpsesto, quorum tamen tituli, quantum oculo festinante vidi, cum editis congruebant; puta *Φίλωνος περὶ τοῦ βίου Μωσέως*. Et: *περὶ τῶν δέκα λόγων οἳ κεφάλαια νόμων εἰσίν*: qui titulus repetitur more prisco in alia pagina ubi opusculum desinit. Et: *περὶ τῶν ἐν μέρει διαταγμάτων*. Et: *τῶν ἐν εἴδει νόμων τὸ ε'*. Denique opus *περὶ τῶν θυόντων* brevius in palimpsesto deprehendebam; desinit enim in verbis *παρέχων ἐκ τῶν ἀοράτων πηγῶν ὁρατὰ φέγγη τῷ βλεπομένῳ*: quae legas in editione mangeiana T. II. p. 254. v. 28. Atqui ibi prosequitur opusculum apud Mangeium, quem satis constat audaciore libertate editoris utentem, scripta Philonis marte proprio interdum consarcinasse. Certe ibi, in eadem palimpsesti pagina sequitur opusculum aliud cum titulo: *περὶ τοῦ μίσθωμα πόρνης εἰς τὸ ἱερεῖον μὴ κομίζειν*. Hactenus de modicis nostris circa Philonem studiis. Ecce enim perampla demum novorum Philonis scriptorum prodiit his annis copia ex armeniacis codicibus arm. et lat. edente, interpretante atque illustrante perdocto monacho mechitarista I. B. Auchero, Venetiis 1822. et 26. (Nam Philo in haicanam linguam olim translatus, apud Graecos partim deinde periit, apud Armenios sospes mansit.) Sunt itaque libri duo *de providentia*. Liber unus *de animalibus, ut videbatur cuidam, ratione utentibus*. (Conferatur Plutarchus de animalium sollertia.) Libri quatuor *quaestionum in Genesim*. Libri duo *quaestionum in Exodum*. Libellus *de Sampsone*. Libellus *de Iona*. Libellus *de visione angelorum ad Abrahamum*. Atque aliquam horum notitiam nosmet ipsi anticipavimus, ex eodem tamen Venetiarum fonte acceptam, in dissertatione de scriptis Philonis ineditis, Mediolani 1815. A. M.

(1) Baronius loc. cit. 25. apr. *Fuit Philo tarsensis ecclesiae, Agathopus antiochenae diaconus*. Acta quoque martyrii S. Ignatii ab his duobus fuere conscripta. Usser. praef. ad martyr. S. Ignatii. A. M.

larionem Babylonem usque progressum, ut hunc Philonem inviseret consolareturque, in vita S. Hilarionis. *Quinto igitur die Hilarion venit Pelusium, visitatisque fratribus qui in vicina eremo erant, et in loco qui dicitur Lychnos morabantur, perrexit post triduum ad castrum Theaubatum, ut videret Dracontium episcopum et confessorem, qui ibi exulabat; quo incredibiliter consolato tanti viri praesentia, post triduum multo Babylonem labore pervenit, ut videret Philonem episcopum, et ipsum confessorem. Constantius enim rex, Arianorum favens haeresi, utrumque in ea loca deportaverat.* Philo hic semper detestatus fuit haereticos arianos, nec umquam se immiscuit eorum pravitati, cum Gregorio hispano episcopo. Hieronymus in chronico (ad an. Ch. 374.) *Lucifer episcopus calaritanus moritur, qui cum Gregorio episcopo Hispaniarum, et Philone Libyae numquam arianae se immiscuit pravitati.* Interfuit sardicensi synodo, subscripsitque. Athanasius apol. II. contra Arianos: Ἀπολλώνιος, Μοῦϊς, Σαραπάμπων, Φίλων, Φίλιππος.

LIV. Philo alter episcopus aegyptius, superiori aequalis, inter episcopos qui in synodo sardicensi subscripserunt numeratur ab Athanasio apolog. II. contra Arianos. Κόϊντος, Λεωνίδης, Συμφρωνιανὸς, Φίλων, Ἡρακλείδης (edit. ven. S. Athan. T. I. p. 133.)

LV. Philo carpathius, ab Epiphanio episcopus factus, ut narrat Polybius in vita Epiphanii cap. 49. Ἦν δέ τις κληρικὸς ἀπὸ ῥηΐνων, τοὔνομα Φίλων, ἀνὴρ ὅσιος· χρεία δὲ ἦν ἐπὶ τῆς πόλεως τοῦ Καρπασίου καθίσαι ἐπίσκοπον ἐπὶ τοῦ θρόνου. Ἦν δὲ οὗτος διάκονος· τοῦτον οὖν ἀπὸ ἀποκαλύψεως θεοῦ χειροτονεῖ ἐπίσκοπον ὁ Ἐπιφάνιος ἐωὶ τοῦ θρόνου τῆς πόλεως καὶ τῆς ἐκκλησίας τοῦ Καρπασίου· ὅτε οὖν εἶχεν Ἐπιφάνιος ἐπιδημῆσαι ἐπὶ τῆς Ῥώμης, μεταπέμπεται τὸν προειρημένον Φίλωνα τὸν ἐπίσκοπον, καὶ αὐτῷ ἀποδίδωσι τὴν αὐθεντίαν τῆς ἐκκλησίας τῆς Κωνσταντίας, ὅπως ἂν χρεία γένηται κληρικῶν, αὐτὸς χειροτονήσει. Et cap. 57. dum Epiphanius rursus ut regiam peteret, urgeretur a legatis imperatoris, qui paralysi vexabatur, advocato Philoni curam suae ecclesiae committit. Ὁ γοῦν Ἐπιφάνιος μεταστειλάμενος τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον Φίλωνα ἐπέτρεψεν αὐτῷ τὴν φροντίδα ποιεῖσθαι τῆς ἐκκλησιαστικῆς χρείας. Meminit huius Epiphanius idem in epistola ad Iohannem episcopum hierosolymitanum, inter epistolas Hieronymi 51. *Nam multi*, ait, *episcopi communionis nostrae et presbyteros in nostra ordinarunt provincia, quos nos comprehendere non potueramus, et miserunt ad nos diaconos et hypodiaconos, quos suscepimus cum gratia. Et ipse cohortatus sum beatae memoriae Philonem episcopum, et sanctum Theophobum, ut in ecclesiis Cypri, quae iuxta se erant, ad meae autem parochiae videbantur ecclesiam pertinere, eo quod grandis esset, et late patens provincia, ordinarent presbyteros, et Christi ecclesiae providerent.* Adverte, lector, Philonem hunc fuisse episcopum regionis, quae proxima erat parochiae Epiphanii, scilicet in eadem insula Cypro in civitate Carpasii. Nec obstat cognomen Carpathii. Licet enim *Carpathius* a Carpatho prope Chium insulam a Cypro longissime distante, si geographis credimus (a qua et natum adagium ὁ καπάθιος τὸν λαγοὼν, et mare ipsum Carpathium cognominatum) videatur deductum, et a Carpasio Cypri, vel Καρπασία, vel Καρπάσεια, vel Καρβασία *Carpaseotes*, sive etiam cum Theopompo *Carpasseus* dicatur, tamen scias hoc Carpasium a nonnullis, et praecipue Xenagora *Carpathum* appellatum, a quo sine dubio *Carpathius* fit. Stephanus Καρπασία πόλις Κύπρου, ἣν Πυγμαλίων ἔκτισεν, ὡς Ἑλλάνικος ἐν κυπριακοῖς. Διονύσιος δὲ διὰ διφθόγγου Καρπάσειαν

αὐτὴν φησὶν ἐν τρίτῳ βασσαρικῶν – ἠδ' ὁπόσοι Κινύρειον, ἠδ' αἰπεινὴν Κραπάσειαν. – Ἔστι καὶ νῆσος Καρπασία κατὰ τὴν ἄκραν τὴν Σαρπηδονίαν. Ξεναγόρας δὲ Κάρπαθον αὐτὴν καλεῖ. Δημήτριος δὲ ὁ σαλαμίνιος Καρβασίαν φησὶν, ὅτι πρὸς τὸν καλούμενον καρβὰν ἄνεμον κεῖσθαι δοκεῖ.

Scripsit succincta sed acutissima laudatissimaque commentaria in Cantica canticorum ad Eustathium presbyterum et Eusebium diaconum. Suidas: Φίλων καρπάθιος ἔγραψεν ὑπόμνημα εἰς τὸ ᾆσμα τῶν ᾀσμάτων. Commentarius qui hodie circumfertur brevis admodum est; atque nonnulli suspicati sunt, non omnia quae hic habentur unius esse Philonis, sed plurium auctorum. Stephanus Salutatus in epistola nuncupatoria ad Nicolaum Bargilesium presbyterum bononiensem. *Non unus mihi Philo, sed plures fuisse videntur, qui hosce commentarios in Cantica Canticorum confecerint. Nam quod Philonis nomine circumfertur apud Graecos, breve admodum opusculum est: sed sunt, qui velint ab Eustathio quoque et Eusebio, quorum rogatu Philo ipse commentarium hunc confecerat, interpolatum * esse, unumque ex tribus esse coniunctum; quod an ita sit, haud temere ausim affirmare.* Martinus Delrius isag. in Cant. Cantic. cap. 5. *Philone carpathio, in quo plurima inveniri, quae totidem fere verbis occurrunt in beati Gregorii pontificis commentariis. Suspicor graeculum aliquem recentiorem ea ex divo Gregorio philonianis immiscuisse potius, quam vetustum illum Carpathium ea scripsisse; nam cum reliquo commentario minus * cohaerent.* Potest id esse, ego certi nihil statuo, nondum enim commentarium illum legere contigit; etsi in bibliotheca vallicelliana mutilum illum quidem et principio et fine conservari, certum sit (1). Quare suspendo iudicium. Eiusdem Philonis plura in catenis veteris ac novi testamenti eximiae illius doctrinae non levia iudicia comperies.

* cod. *interpretatum.*

* cod. *non minus.*

LVI. Philo qui in persecutione a Moechianis haereticis adversus ecclesiam mota una cum Philippo obiit. Illum summis laudibus ornavit Theodorus Studita in epistola ad Naucratium, quae est ordine 49. inter eius epistolas, cuius principium: φθέγξη καὶ διήγησαί μοι ἑκάστοτε. Scribit enim: κεκοίμηται δὲ, ἔφης, ὁ ἀδελφὸς Φίλιππος, καὶ Φίλων· καὶ εὖγε, εὖγε, ὅτι ἀμφότεροι τέλει ἀγαθῷ· οὐχ ὅτι τὰ προτέλεια ψεκτὰ (πῶς γὰρ οἱ ἀπειπάμενοι κόσμῳ, σάρκα καὶ αἷμα, εὐαφῆ τὴν τῆς ὑποταγῆς ζεύγλην ἑαυτοῖς ὑποθέμενοι;) ἀλλ' ὅτι τοῦ ἀκροτάτου μακαρισμοῦ τετυχήκασι, διὰ κύριον δεδιωγμένοι, θλιβόμενοι καὶ στενοχωρούμενοι· καὶ πρὸς ταῦτα οὐδεὶς ὁ ἀντιλέγων, ἢ οἱ τὸ εὐαγγέλιον ἠθετηκότες, δυσώνυμοι Μοιχειανοί· καὶ τῷ μὲν Φίλωνι φίλον μέχρι τοῦδε στήσει τὸν ἔπαινον· τὰ δὲ τοῦ καλοῦ Φιλίππου πολλὰ κατορθώματα, ἃ αὐτὸς προκατέλεξας· ἐγὼ δὲ πρὸς τοῖς εἰρημένοις, καὶ τὸ ἄπλαστον αὐτοῦ, καὶ ἀκέραιον θαυμάζω.

LVII. Fuit et alter Philo philosophus, cuius historiam ecclesiasticam in annalibus suis laudat Glycas (ed. paris. p. 282.) et in excerptis manuscriptis ex patribus

(1) Ex codice vallicelliano aliisque edidit cum novis curis graece hunc commentarium Philonis episcopi Carpasii Angelus Iacomellius Romae 1772, deque opere et auctore docte disseruit in praefatione, citata etiam non semel Allatii nostri diatriba manuscripta de Philonibus. Eundem commentarium latine ex antiquitatis mirae codice vaticano, sed cum nomine S. Epiphanii, ediderat Romae an. 1750. P. Fr. Fogginius, qui item in praefatione disputavit utrum Epiphanio an Philoni sit tribuendus. Qui igitur horum duumvirorum perdoctas diatribas legerit, nihil iam circa hanc controversiam desiderabit. Utiliter autem conferentur illa quoque numerosa eiusdem auctoris fragmenta quae nos edidimus cum Procopii catena AA. cl. T. IX. Nam certe ad Cantic. cap. V. 2. in catena nostra p. 364. prolixior Philo est editione Philonis per Iacomellium. Rursus ad cap. VII. p. 407. diffusior apud nos Philo est. A. M.

inter alia etiam ista leguntur. Ἐν δὲ τῇ ἐκκλησιαστικῇ ἱστορίᾳ Φίλωνος τοῦ σοφωτάτου ἔγκειταί τι τοιοῦτον, ὅτι ὡσπερ ἐν τῷ καιρῷ τοῦ διωγμοῦ ἐπίσκοπός τις ἠφόρισε πρεσβύτερον ἐκ τῆς λειτουργίας· εἰς ἑτέραν χώραν διά τινας χρείας κατὰ συγκυρίαν ἐκρατήθη εἰς μαρτύριον ὑπὸ τῶν ἑλλήνων, καὶ πολλὰ βασανισθεὶς ὑπέμεινε, καὶ ἀπεκεφαλίσθη, καὶ γέγονε μάρτυς τοῦ Χριστοῦ· ὁ οὖν ἄρχων τῆς πόλεως χριστιανὸς ὢν, ἠδυνήθη διὰ χρημάτων περιποιήσασθαι τὸ σῶμα τοῦ μάρτυρος· παρελθόντος οὖν τοῦ διωγμοῦ ἔκτισεν ὁ ἄρχων ἐκκλησίαν τῷ ἁγίῳ μάρτυρι καταθέμενος ἐντὸς ἐν τῷ ἱερατίῳ τὸ σῶμα τοῦ μάρτυρος ἐν λάρνακι· συνήθροισεν οὖν τὴν χώραν ὡσαν, καὶ τὸν ἐπίσκοπον, βουλόμενος ποιῆσαι τὰ ἐγκαίνια τοῦ ναοῦ· καὶ ὡς μόνον ἤρξατο τὸ λυχνικὸν, εἰπὼν τὸ, εἰρήνη πᾶσιν, ἤρξατο ἡ λάρναξ περιπατεῖν ἀφ' ἑαυτῆς, καὶ ἐξελθεῖν ἐκ τοῦ ναοῦ· τρόμος οὖν καὶ φόβος ἔλαβεν ἅπαντας, καὶ ἐνέγκαντες σχοινία ἧλωσαν πάλιν τὴν λάρνακα ἔσω ἐν τῷ τόπῳ αὐτῆς· καὶ δώσαντος ἐκ δευτέρου τὴν εἰρήνην τοῦ ἐπισκόπου, πάλιν ἡ λάρναξ ὑπεξῆλθεν τοῦ ναοῦ· ἤρξατο οὖν ὁ ἄρχων, καὶ ὅλος ὁ οἶκος αὐτοῦ θρηνεῖν ἐσχάτως, καὶ ἐξομολογεῖσθαι τῷ θεῷ, νομίσαντες ὅτι διὰ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν οὐ καταδέχεται οἰκῆσαι ἐν τῷ ναῷ αὐτῶν ὁ ἅγιος· καταλαβούσης δὲ τῆς νυκτὸς ἐπέστη ὁ μάρτυς τῷ ἐπισκόπῳ λέγων· ποίησον ἀγάπην, καὶ κοπίασον εἰς τήνδε τὴν πόλιν πρὸς τὸν ἐπίσκοπον μου, καὶ ποίησον αὐτὸν λῦσαι με ἐκ τοῦ ἐπιτιμίου, ὅτι ἠφόρισέν με τῆς λειτουργείας μου, καὶ οὐ δύναμαι συλλειτουργῆσαι ὑμῖν· καὶ γὰρ τὸν μὲν στέφανον τοῦ μαρτυρίου ἔλαβον, τὸ δὲ πρόσωπον τοῦ Χριστοῦ οὐκ ἐθεασάμην διὰ τὸ εἶναι με ὑπὸ ἀφορισμόν· καὶ μὴ δόξῃ σοι λῦσαί με, εἰ μὴ ὁ δήσας με λύσῃ με, οὔτε συλλειτουργῆσαι ὑμῖν δύναμαι, οὔτε τὸ πρόσωπον τοῦ Χριστοῦ θεάσασθαι· ὅτι αὐτὸς εἶπε τοῖς ἱερεῦσιν· ὅτι ὅσα ἂν δήσητε ἐπὶ γῆς, ἔσται δεδεμένα ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Λαβὼν οὖν ὁ ἐπίσκοπος μεθ' ἑαυτοῦ τὸν ἄρχοντα, καὶ κληρικούς τινας ἐπορεύθη πρὸς τὸν ἐπίσκοπον τὸν δεδωκότα τὸ ἐπιτίμιον, καὶ διηγήσατο αὐτῷ τὰ κατὰ τὸν ἅγιον τοῦ θεοῦ μάρτυρα, καὶ τὰ τῆς ὀπτασίας· ἀναστὰς οὖν δρομαῖος ὁ ἐπίσκοπος, ἠκολούθησεν αὐτοῖς, καὶ ἐλθὼν προσεκύνησε τῷ ἁγίῳ μάρτυρι, καὶ εἶπεν· ὁ Χριστὸς ὁ δεσμήσας σε διὰ τῆς ἐμῆς ταπεινώσεως, λύσει σε διὰ τῆς τοῦ αἵματός σου ὑπὲρ αὐτοῦ ἐκχύσεως· εἴσελθε οὖν, καὶ λειτούργησον σὺν ἡμῖν· καὶ εἰσενεγκάντων τὴν λάρνακα ἐν τῷ ἱερατίῳ ἐτέλεσεν τὴν λειτουργίαν, καὶ οὐκέτι ἡ λάρναξ ἐκινήθη ἐκ τοῦ τόπου αὐτῆς. Eadem recitat sub eodem nomine, et titulo Anastasius patriarcha antiochenus ἐν τῷ, ἀποδείξις ὅτι μέγα καὶ ἀγγελικὸν τὸ ἀρχιερατικὸν ἀξίωμα· καὶ ὅτι ἀδύνατον ἀνακρίνεσθαι ἱερέα ὑπὸ λαϊκοῦ, ἀλλ' ὑπὸ μείζονος ἀρχιερέως (1). Hic diversus est a Philone alio historico, cuius meminit chronicon alexandrinum olymp. CCIV. Ἐπὶ τούτου τοῦ Γαΐου Φίλων ἐγνωρίζετο ὁ ἱστοριογράφος· οὗτος ἱστορεῖ τὰ κατὰ Γάϊον συμβάντα τοῖς Ἰουδαίοις. Ille enim est Philo alexandrinus, de quo idem inferius Olymp. CCXV. in Vespasiano: ἕως τούτου τοῦ χρόνου διήρκεσαν Φίλων καὶ Ἰώσηππος ἱστορήσαντες τὴν ἅλωσιν. Et de Philonibus haec satis (2).

(1) Hoc Anastasii opusculum pro ecclesiastica immunitate vidimus nos in codice vaticano, eiusque titulum pleniorem, atque initium, exposuimus in Spicil. rom. T. VII. praef. p. XXIV. A. M.

(2) Apud Bellarminum de script. eccl. in Philone, dissert. hist. haec memorabilia dicuntur. *Certiora de his aliisque Philonibus expectanda iampridem monui ex singulari Leonis Allatii V. C. Dissertatione, vel ex gemina eiusdem graecorum Auctorum Bibliotheca, si quando ex tenebris adversariorum eius* (schedarum scilicet) *emergant in publicam lucem.* Hanc sane graecam Allatii bibliothecam, saltem imperfectam, in schedis vallicellianis memini me videre. A. M.

LEONIS ALLATII

DIATRIBA III.

DE THEODORIS ET EORUM SCRIPTIS.

Insitam et quasi consignatam in animis unius notionem, plurium id idem notantium vocabulorum non quacumque, sed illustri et perpolita explicatione interpretari, et veram rei faciem, non vicem, atque imaginem repraesentare, sola sibi prae nationibus aliis Graecia vendicat. Non aliunde conquiram exempla, quae mihi praesens materia abunde suppeditat. Attendatur illud Iacobi I. 17. Πᾶσα δόσις ἀγαθὴ, καὶ πᾶν δώρημα τέλειον ἄνωθεν ἐστὶ καταβαῖνον ἀπὸ τοῦ πατρὸς τῶν φώτων. *Omne datum bonum, et omne donum perfectum, desursum est, descendens a patre luminum.* Patrem luminum hic Deum esse, et viri docti sua expositione confirmarunt, et frustra ipse tempus contererem, si plura congererem. Datum hoc a Deo, vel donum, hominibus exhibitum Graecia nostra non satis sibi fecisse existimavit, quod alii nec uno tantummodo exprimere vocabulo potuissent, pluribus iisque aptissimis ac decore concinneque compositis efformavit; fecitque Δωρόθεον *Dorotheum*, et Δοσίθεον *Dositheum*, et mutata complicatione syllabarum Θεόδωρον et Θεοδόσιον et Θεόδοτον, *Theodorum, Theodosium, Theodotum*, quae unum idemque datum donumque ex Deo tinniunt. Nostrae nihilominus Diatribae argumentum unus ex his, Theodorus scilicet, fuerit. Reliquos opportuniori tempore reservamus. Et ut aliquo ordine nos ex innumeris prope difficultatibus extricemus, agemus primum de Theodoris a Laërtio Diogene in fine vitae Aristippi enumeratis, quos dicit viginti fuisse.

I. Primus est Theodorus samius, de quo ille: πρῶτος σάμιος υἱὸς Ῥοίκου· οὗτος ἐστὶν ὁ συμβουλεύσας ἄνθρακας ὑποτεθῆναι τοῖς θεμελίοις τοῦ ἐν Ἐφέσῳ νεώ· καθύγρου γὰρ ὄντος τοῦ τόπου, τοὺς ἄνθρακας ἔφη τὸ ξυλῶδες ἀποβαλόντας, αὐτὸ τὸ στερεὸν ἀπαθὲς ἔχειν ὕδατι. *Primus samius, Rhoeci filius, qui consuluit carbones fundamentis ephesini templi subiici: nam cum humidus esset locus, carbones ait, reiecta ligni natura, soliditatem accipere humori inviolabilem.* Eadem ad verbum exscripsit Hesychius milesius de viris doctrina illustribus in Theodoro samio. Eum Plato in Ione (ed. Serr. T. I. p. 533.) inter summos statuarum fabros recenset. Ἐν ἀνδριαντοποιΐᾳ ἤδη τιν' εἶδες, ὅστις περὶ μὲν Δαιδάλου τοῦ Μητίωνος, ἢ Ἐπειοῦ τοῦ Πανοπέως, ἢ Θεοδώρου τοῦ σαμίου, ἢ ἄλλου τινὸς ἀνδριαντοποιοῦ, ἑνὸς πέρι, δεινός ἐστιν ἐξηγεῖσθαι ἃ εὖ πεποίηκεν. *Vidisti ne quemquam, qui de Daedali Metionis, aut Epei Panopei filii, aut Theodori samii, aut alterius cuiuspiam statuarii, operibus iudicare posset, quaenam bene ab illis facta fuerint?* Plinius lib. XXXVI. cap. 21. addit vellera lanae: *ne in lubrico atque instabili fundamenta tantae molis locarentur, calcatis ea substravere carbonibus, dein velleribus lanae.* In libris de limitibus passim fit mentio carbonum sub terminis positorum. Vide quae de carbonibus nullo humore corrumpi solitis scribit Augustinus de civit. Dei lib. XXI. cap. 4, et nos retulimus in nostris ad Philonem byzantium notis de septem orbis spectaculis, in Dianae ephesiae templo. Pausanias in

Phocicis, circa finem, Teleclis, non Rhoeci, filium facit Theodorum samium statuarium, et cum Rhoeco associat. Hinc nonnemo opinari poterit duos Theodoros samios fuisse; alterum hunc statuarium, de quo supra diximus, Rhoeci filium; alterum Teleclis filium, qui primus cum Rhoeco aeris fundendi rationem monstravit, et aes conflavit. Verba Pausaniae loc. cit. sunt: ἐδήλωσα δὲ ἐν τοῖς προτέροις τοῦ λόγου σαμίους Ῥοῖκον Φιλαίου, καὶ Θεόδωρον Τηλέκλους εἶναι τοὺς εὑρόντας χαλκὸν ἐς τὸ ἀκριβέστατον τῆξαι, καὶ ἐχώνευσαν οὗτοι πρῶτοι· Θεοδώρου μὲν δὴ οὐδὲν ἔτι οἶδα ἐξευρὼν, ὅσα γε χαλκοῦ πεποιημένα. *Docuimus in alia huius historiae parte, samios homines Rhoecum Philaei, et Theodorum Teleclis filium, primos omnium aeris fundendi rationem quam exactissimam monstrasse: iidem sane primi aes conflarunt. Nullum tamen Theodori opus, quod fuerit ex aere, reperire hactenus potui.* Plinius lib. XXXV. cap. 12. *Sunt qui in Samo primos omnium plasticen invenisse Rhoecum et Theodorum tradunt, multo ante Bacchiadas* (alii legunt *Battiadas*) *Corintho pulsos.* Diodorus siculus (lib. I. 98.) inter celebres artifices numerat: παραπλησίως δὲ καὶ τὸν Εὔδοξον ἀστρολογήσαντα παρ' αὐτοῖς, καὶ πολλὰ τῶν χρησίμων εἰς τοὺς Ἕλληνας ἐκδόντα, τυχεῖν ἀξιολόγου δόξης· τῶν τε ἀγαλματοποιῶν παλαιῶν τοὺς μάλιστα διωνομασμένους διατετριφέναι παρ' αὐτοῖς Τηλεκλέα καὶ Θεόδωρον τοὺς Ῥοίκου μὲν υἱούς. *Similiter autem et Eudoxum, postquam astrologiam apud eos didicisset, et multas res utiles Graecis tradidisset, peperisse sibi iustam laudem. Ad haec inter veteres statuarios maxime celebres apud eos versatos esse Teleclem et Theodorum, Rhoeci filios.* Huius opus inter alia fuit labyrinthus Sami, et sui ipsius statua. Plinius lib. XXXIV. cap. 8. *Theodorus qui labyrinthum fecit Sami, ipse se ex aere fudit, praeter similitudinem incredibilem, fama magnae subtilitatis celebratus. Dextera limam tenet, laeva tribus digitis quadrigulam tenuit translatam Praeneste, tantae parvitatis ut totam eam currumque et aurigam integeret alis simul facta musca.* Huius etiam Sciadem fuisse idem Pausanias in Laconicis (p. 183.) refert: ἑτέρα δὲ ἐκ τῆς ἀγορᾶς ἐστιν ἔξοδος, καθ' ἣν πεποίηται σφίσιν ἡ καλουμένη Σκιὰς, ἔνθα καὶ νῦν ἔτι ἐκκλησιάζουσιν· ταύτην τὴν Σκιάδα Θεοδώρου τοῦ σαμίου φασὶν εἶναι ποίημα, ὃς πρῶτος διαχέαι σίδηρον εὗρε καὶ ἀγάλματα ἀπ' αὐτοῦ πλάσαι. *Alter est e foro exitus, circa quem locum aedificata est quae Scias vocatur, in qua hac etiam ipsa aetate conventus celebrant. Hanc Sciadem opus esse memorant Theodori samii, qui et ferrum fundere primus docuit, et ex eo signa fingere.* Et in Arcadicis (p. 479.) διέχεαν δὲ χαλκὸν πρῶτοι, καὶ ἀγάλματα ἐχωνεύσαντο Ῥοῖκος τε Φιαίου (supra habes Φιλαίου,) καὶ Θεόδωρος Τηλεκλέους, σάμιοι· Θεοδώρου δὲ ἔργον ἦν, καὶ ἐπὶ τοῦ λίθου τῆς σμαράγδου σφραγὶς, ἣν Πολυκράτης ὁ Σάμου τυραννήσας ἐφόρει τε τὰ μάλιστα, καὶ ἐπ' αὐτῇ περισσῶς δή τι ἠγάλλετο. *Primi aes fuderunt, et statuas inde conflarunt Rhoecus Philaei, et Teleclis filius Theodorus, ambo samii. Theodorus certe et smaragdum illum coelavit, quem frequentissime gestabat, quoque maxime delectabatur Polycrates Samiorum tyrannus.* Huius quoque aureus crater tanti aestimatus fuit, ut in cubiculo regis Persarum inter alia pretiosissima collocaretur, ut ex Charete mitylenaeo Athenaeus dipnosophist. lib. XI. (p. 514.) tradit: οὐ μακράν τε ταύτης ἀνακεῖσθαι κρατῆρα χρυσοῦν, Θεοδώρου τοῦ σαμίου ποίημα. *Nec procul ab ea positum craterem aureum, opus Theodori samii.* Meminerunt praeterea eiusdem Theodori ex recentioribus Hermolaus, et Delecampius in Plinium, et Paulus Leopardus emendat. lib. X. cap. 25.

II. Secundus Laërtio est κυρηναῖος γεωμέτρης, οὗ διήκουσε Πλάτων: *cyrenaeus geometra, cuius et Plato auditor fuit;* quod et in vita Platonis innuerat ex Hermodoro: ἔπειτα εἰς Κυρήνην ἀπῆλθε πρὸς Θεόδωρον τὸν μαθηματικόν. *Deinde Cyrenem profectus est ad Theodorum mathematicum.* Apuleius (de hab. doctr. plat. lib. I. sub initio.) *Ad Theodorum Cyrenas, ut geometriam disceret est profectus; et ad Italiam iterum venit, et pythagoreos Eurytum tarentinum, et seniorem Architam sectatus.* Plura de eo colliges ex Theaeteto Platonis, ex quo etiam coniicies, pleraque de rebus mathematicis scripto tradidisse, inter cetera: περὶ δυνάμεων τι ἡμῖν Θεόδωρος ὅδε ἔγραψε, τῆς τε τρίποδος πέρι καὶ πενταπόδος, ἀποφαίνων ὅτι μήκει οὐ ξυμμετροι τῇ ποδιαίᾳ, καὶ οὕτω κατὰ μίαν ἑκάστην προαιρούμενος, μέχρι τῆς ἑπτακαιδεκάποδος, ἐν δὲ ταύτῃ πως ἐνέσχετο. *Theodorus hic aliquid nobis descripserat de potentiis sive facultatibus magnitudinis et tripedalis et quinquepedalis: illud nimirum colligens, illas non esse pedali commensurabiles; et ita singularum magnitudinum seriem assumens, usque ad eam magnitudinem, quae est decem et septem pedum; in illa vero haesit* (ed. Serrani T. I. p. 147.)

III. Tertius est alius cyrenaeus Theodorus ἄθεος dictus. Audivit Annicesidem, et Dionysium dialecticos, ut tradit Laërtius in Aristippo ex Antisthene in philosophorum successionibus. Finem opinabatur gaudium et maerorem, quorum alterum constare prudentia, alterum imprudentia asserebat; bonaque esse, prudentiam et iustitiam; mala, his contrarios habitus: media, voluptatem et dolorem. Sustulit et amicitiam: namque in insipientibus, sublato usu, illam quoque evanescere; sapientes, cum sibi ipsis sufficiant, illa non indigere. Dicebat praeterea non videri rationi consonum, prudentem virum se ipsum pro patria periculis exponere: neque enim pro insipientium commodis prudentiam amittendam esse. Furta, adulteria, et sacrilegia, cum tempestive fiunt, sapienti licere. Rogatiunculas, quibus id videbatur probare, lege si lubet apud Laërtium, et quomodo delusus sit a Stilpone, cum ille se Deum esse fassus fuisset. Quae supra de huius Theodori opinationibus diximus, referuntur quoque ex Laërtio ab Hesychio milesio. Dictus fuit primum ἄθεος, quod opiniones de diis omnes evertisset. Cicero lib. I. 1. de natura deorum: *plerique deos esse dixerunt; dubitare se Protagoras; nullos esse omnino Diagoras melius, et Theodorus cyrenaicus putaverunt.* Et infra: *Diagoras ἄθεος qui dictus est, posteaque Theodorus nonne aperte deorum naturam sustulerunt? Nam abderites quidem Protagoras, cuius a te modo mentio facta est, sophistes temporibus illis vel maximus, cum in principio libri sui sic posuisset: de diis neque ut sint, neque ut non sint, habeo dicere, Atheniensium iussu urbe atque agro est exterminatus, librique eius in concione combusti.* Et cap. 42. *nam superstitione, quod gloriari soletis, facile est liberari, cum sustuleris omnem iram deorum: nisi forte Diagoram, aut Theodorum, qui omnino deos esse negabant, censes superstitiosos esse potuisse. Ego ne Protagoram quidem, cui neutrum liquerit, nec esse deos, nec non esse.* Theodoretus de curatione graecarum affectionum serm. II. (sub finem.) Οὕτω γάρ τις καὶ τῆς παλαιᾶς, καὶ τῆς νέας θεολογίας τὴν ξυμφωνίαν ὁρῶν, θαυμάσεται τὴν ἀλήθειαν, καὶ φεύξεται μὲν Διαγόρου τοῦ μηλίου *, καὶ τοῦ κυρηναίου Θεοδώρου, καὶ Εὐημέρου τοῦ τεγεάτου τὸ ἄθεον· τούτους γὰρ ὁ Πλούταρχος ἔφησε μηδένα νενομικέναι θεόν. *Ita enim qui et veteris et novae theologiae concordiam viderit, admirabitur veritatem, fugietque Diagorae melii, cyrenaeique Theodori, ac Evemeri tegeatae impietatem. Hos enim Plutarchus ait opinatos nullum omnino Deum esse.*

* ed. μιλησίου.

Et serm. III. initio. Οὐδὲ μόνοι γε ἄθεοι Διάγορας ὁ μήλιος *, καὶ ὁ κυρηναῖος Θεόδωρος, καὶ Εὐήμερος ὁ τεγεάτης, καὶ οἱ τούτοις ἠκολουθηκότες, παντάπασι φάντες μὴ εἶναι θεοὺς, ὡς ὁ Πλούταρχος ἔφη. *Haud itaque soli athei habendi sunt Diagoras melius, cyrenaeus Theodorus, Evemerusque tegeates, et quicumque hos consectati sunt, Plutarcho teste, Deum esse penitus abnegantes.* Plutarchus adversus Stoicos de communibus notitiis (ed. Reiskii T. X. p. 431.) *Certe qui athei appellantur, quod negarent esse deos, Theodorus, Diagoras, Hippo, non ausi sunt dicere Deum esse interitui obnoxium, sed non crediderunt aliquid esse ab interitu immune, ac talem naturam aliquam esse posse negantes, notitiam de Deo reliquerunt in medio.* Et de placitis philosophorum lib. I. cap. 7. *Philosophorum quidam, ut Diagoras melius, et Theodorus cyrenaeus, et Evemerus tegeates omnino negarunt esse deos.* Sextus Empiricus adversus physicos lib. IX. (ed. Fabr. p. 560.) Καὶ εἶναι μὲν, οἱ πλείους τῶν δογματικῶν, καὶ ἡ κοινὴ τοῦ βίου προλῆψις· μὴ εἶναι δὲ, οἱ ἐπικληθέντες ἄθεοι, καθάπερ Εὐήμερος – γέρων ἀλαζὼν, ἄδικα βιβλία ψύχων, – καὶ Διαγόρας ὁ μήλιος, καὶ Πρόδικος ὁ κεῖος, καὶ Θεόδωρος, καὶ ἄλλοι παμπληθεῖς. *Et deos quidem esse, plures ex dogmaticis, et communis vitae anticipata ratio: non esse autem, qui appellati sunt athei, veluti Evemerus, senex superbus, iniustos libros vomens, et Diagoras melius, et Prodicus cius, et Theodorus, et permulti alii.* Et lib. III. pyrrhon. hypotyp. (cap. 24. ed. Fabr. p. 182.) Θεοὺς δὲ γὰρ οἱ μὲν πολλοὶ φασὶν εἶναι, τινὲς δὲ οὐκ εἶναι, ὥσπερ οἱ περὶ Διαγόραν τὸν μήλιον, καὶ Θεόδωρον, καὶ Κριτίαν τὸν ἀθηναῖον. *Nam bona pars quidem deos esse ait: nec tamen desunt qui esse negent, ex quorum numero sunt Diagoras melius, et Theodorus, et Critias atheniensis.* Ille tamen cum interrogaretur, an deos esse crederet? Quomodo, inquit, non credo, qui te diis inimicum puto? Quod alii Diogeni cynico tribuunt. Laërtius in Diogene (VI. 43.) Λυσίου τοῦ φαρμακοπώλου πυθομένου, εἰ θεοὺς νομίζει; πῶς δὲ εἶπεν, οὐ νομίζω, ὅπου καὶ σὲ θεοῖς ἐχθρὸν ὑπολαμβάνω; οἱ δὲ Θεόδωρον εἰπεῖν τοῦτο. *Lysia pharmacopola rogante, an esse deos existimaret? Quando, inquit, non existimo, qui te quoque diis inimicum puto? Alii Theodorum hoc dixisse aiunt.* Quod in Aristippo (II. 102.) de alio dixerat. Μύθρου δὲ τοῦ διοικητοῦ τοῦ Λυσιμάχου παρεσταῶτος, καὶ εἰπόντος· ἔοικας σὺ μὴ μόνον θεοὺς ἀγνοεῖν, ἀλλὰ βασιλέας· πῶς, εἶπεν, ἀγνοῶ; ὅπου γε καί σε θεοῖς ἐχθρὸν ὄντα νομίζω. *Aderat Mythras dispensator Lysimachi. Hic cum diceret: videris non solum deos, verum et reges ignorare. Quo pacto, inquit (Mythras) illos ignoro; quandoquidem te quoque diis inimicum puto?*

* ed. μιλήσιος.

Et sic primum Theodorus ἄθεος dictus est: postmodum vero θεὸς audivit, quasi Deus, ob stultam suam consensionem in Stilponis verba. Nam cum Stilpo de negata Minervae divinitate, causa dicta, ex Areopago exiret, et satis se excusasse videretur, cum asseruisset illam non esse Deum, sed Deam, Deos siquidem mares esse; iurgio a Theodoro exceptus est: πόθεν δὲ ᾔδει τοῦτο Στίλπων; ἢ ἀνασύρας αὐτῆς τὸν κῆπον ἐθεάσατο; *Unde hoc noverat Stilpo? Num sublata veste, eius hortum, id est pudendum muliebre, contemplatus fuerat?* (Laërt. II. 116.) Hinc ab Euryclide ἀθεότητος postulatus apud areopagitas, iudicio ereptus a Demetrio Phalereo, ad Ptolemaeum Lagidem confugit, quemadmodum et ipse quoque Demetrius non multo post; Laërtius in Aristippo (II. 101.), licet ex Amphicratis auctoritate scribat cicutam bibisse, iudicio condemnatum: neque discors est Hesychius milesius.

Agnoscebatur, ut Eusebius tradit in chronico, anno (Abrahami) CIↃ IↃ CCVIII. Fuit praeterea auditor Zenonis citiensis, Brysonis, et Pyrrhonis. Suidas: Θεόδωρος ὁ ἐπίκλην ἄθεος, ὃς ἠκροάσατο Ζήνωνος τοῦ κιτίεως· διήκουσε δὲ καὶ Βρύσωνος, καὶ Πύῤῥωνος τοῦ ἐφεκτικοῦ, ἀδιαφορίαν δοξάζων καὶ παραδιδοὺς, αἵρεσιν ἰδίαν εὗρεν, ἥτις Θεοδώρειος ἐκλήθη. *Theodorus cognomento atheus audivit Zenonem citiensem, nec non Brysonem, ac Pyrrhonem ambigentem; et indifferentiam tenens tradensque, propriam sectam excogitavit, quae theodoria nuncupata est.* Laërtius Aristippum quoque addit, eum nempe qui a matre edoctus fuit, ideoque *matrodidactus* dictus.

Inter alia eiusdem libere prudenterque dicta, illud a plerisque commemoratur, quod nomine Ptolemaei, legati munere fungens apud Lysimachum regem, propter nimiam eiusdem libertatem loquendi offensum, respondit. Praeter Laërtium, narrat Cicero lib. I. 43. tuscul. quaest. *Quid? cyrenaeum Theodorum philosophum non ignobilem nonne miramur? cui cum Lysimachus rex crucem minaretur, istis quaeso, inquit, ista horribilia minitare purpuratis tuis: Theodori quidem nihil interest, humi ne an sublime putrescat.* Et libro V. 40. earundem: *Theodorus Lysimacho mortem minitanti, magnum vero, inquit, effecisti, si cantharidis vim assecutus es.* Seneca de tranquillitate animi cap. 14. *Minabatur Theodoro philosopho tyrannus mortem, et quidem insepultam. Habes, inquit, cur tibi placeas: hemina sanguinis in tua potestate est. Nam quod ad sepulturam pertinet, o te ineptum, si putas interesse, supra terram, an infra putrescam.* Valerius Maximus lib. VI. cap. 2. *Inter has et Theodorum cyrenaeum quasi animosi spiritus coniugium esse potuit, virtute par, felicitate dissimile. Is enim Lysimacho regi mortem sibi minitanti, enimvero, inquit, magnifice res tibi contigit, quia cantharidis vim assecutus es. Cumque hoc dicto accensus, cruci eum suffigi iussisset, terribilis haec, ait, purpuratis sit tuis: mea quidem nihil interest, humi ne an sublime putrescam.* Vide praeterea Plutarchum de exilio cap. 21. (ed. Reiskii T. VIII. p. 391.)

Multa pro propaganda propria haeresi scripsisse verosimile est, traditque Suidas: οὗτος ἔγραψε πολλὰ συντείνοντα εἰς τὴν οἰκείαν αἵρεσιν, καὶ ἄλλα τινά. *Hic multa scripsit, quae maxime ad propriam haeresim conducunt, et nonnulla alia.* Sed illius libri de diis inscripti meminit Laërtius (II. 97.) Καὶ αὐτοῦ περιεῖχόμεν βιβλίῳ ἐπιγραφομένῳ, περὶ θεῶν, οὐκ εὐκαταφρονήτῳ· ἐξ οὗ φασὶν Ἐπίκουρον τὰ πλεῖστα λαβόντα εἰπεῖν. *In eius librum, qui de diis inscriptus est, incidimus haud contemnendum, ex quo aiunt Epicurum, quae dixit pleraque accepisse.* Iudicium hoc de isto libro Laërtii, adnotat Casaubonus, mirum non debet videri. Nam quid aliud pronunciaturum putes hominem epicureum de eo libro, qui fuit velut fons, unde scaturiit quidquid Epicurus de diis blateravit? Quod et Diogenes ipse hic fatetur, et Cicero, et Eusebius, aliique nos docent. Quid porro in eo contineretur indicat Sextus Empiricus adversus mathematicos lib. IX. (ed. Fabr. p. 564.) Συμφέρεῖται δὲ τούτοις τοῖς ἀνδράσι καὶ Θεόδωρος ὁ ἄθεος, καὶ καῖά τινας Πρωταγόρας ὁ ἀβδηρίτης, ὁ μὲν διὰ τοῦ περὶ θεῶν συντάγμαῖος τὰ παρὰ τοῖς Ἕλλησι θεολογούμενα ποικίλως ἀνασκευάσας· ὁ δὲ Πρωταγόρας ῥητῶς που γράψας, περὶ θεῶν, οὔτε εἰ εἰσὶν, οὔθ' ὁποῖοί τινές εἰσιν, δύναμαι λέγειν· πολλὰ γάρ ἐστι τὰ κωλύοντά με. *Cum his autem hominibus congruit Theodorus atheus, et ut nonnulli sentiunt etiam Protagoras abderita; cum ille quidem in opere, quod inscripsit de diis, quae apud Graecos in deos sunt relata, varie confutaverit. Pro-*

tagoras autem disertis verbis scripserit: de diis autem, neque an sint, neque quales sint, possum dicere; multa enim sunt, quae me prohibent. Opus hoc Theodori citat Arnobius lib. IV. (ed. Lugd. Batav. p. 147.) *Possumus quidem hoc in loco omnes istos, nobis quos inducitis, atque appellatis deos, homines fuisse monstrare, vel agrigentino Evemero replicato, cuius libellos Ennius, clarum ut fieret cunctis, sermonem in italum transtulit: vel Nicagora cyprio, vel pellaeo Leonte, vel cyrenensi Theodoro, vel Hippone ac Diagora meliis, vel auctoribus aliis mille.*

Sectarii eius, *Theodorii* dicti sunt, et eius sectam Θεοδώρειαν vocavit Strabo, quam etiam sectatum fuisse Bionem borysthenitem, narrat Laërtius in Bione (IV. 52.) Ἐπὶ τὰ Θεοδώρεια μετῆλθε, διακούσας Θεοδώρου τοῦ ἀθέου, καὶ ἀπ' ἂν εἶδος λόγου σοφιστεύοντος. *Demum vero se ad theodoria transtulit, Theodori athei auditorium frequentans, qui omni orationis genere uti solebat in dicendo.* Sophisma adversus eundem Hipparchiae apud Lysimachum, et eiusdem et eorundem mutua dicta, videsis apud Laërtium in Hipparchia, Suidam in vocabulis Ἥρα, et Ἱππαρχία, et laërtiani loci examen atque emendationem apud Theodorum Canterum var. lect. lib. I. cap. 6.

Quo leto perierit, neque nobis alius, neque Laërtius ipse certum aliquid pronunciavit (1), qui narrat (lib. II. 103.) eum demum Cyrenem profectum, et apud Marium vitam agentem, in summo pretio atque honore habitum fuisse; ex qua urbe cum primum eiiceretur, non illepide illud dixisse fertur: κακῶς ποιεῖτε, ἄνδρες κυρηναῖοι, ἐκ τῆς Λιβύης ἐς τὴν Ἑλλάδα με ἐξορίζοντες. *Non recte facitis viri Cyrenaei, qui me ex Libya in Graeciam, exulem agitis.* Quod dictum Henricus Stephanus in epistola, quam praefixit suae editioni ad Laërtii studiosos, persuasum habet esse depravatum, et gratiam amittere, et frigidum esse: ideoque κακῶς in contrarium καλῶς mutandum esse arbitratur, et in eius interpretatione substituit, *recte facitis*: neque enim alioqui posset dici habere illud χαρίεν, ut vocat Laërtius. Amphicrates tamen in libro de viris illustribus narrat, illum damnatum cicutam bibisse, a quo non videtur dissentire Athenaeus dipnosophist. XIII. cap. 9. ex Chamaeleonte. Εἰκότως οὖν πολλαὶ τῶν πόλεων, καὶ μάλιστα ἡ Λακεδαιμονίων, ὡς Χαμαιλέων φησὶν ἐν τῷ περὶ Σιμωνίδου, οὐ προσίενται οὔτε ῥητορικὴν, οὔτε φιλοσοφίαν, διὰ τὰς ἐν τοῖς λόγοις ὑμῶν φιλοτιμίας καὶ ἔριδας, καὶ τοὺς ἀκαίρους ἐλέγχους, δι' οὓς Σωκράτης μὲν ἀπέθανεν, ὁ πρὸς τοὺς εἰς τὰ δικαστήρια διακληρουμένους διαλεγόμενος περὶ τοῦ δικαίου, κλεπτισταίτους ὄντας· ἀπέθανε δὲ διὰ ταῦτα καὶ Θεόδωρος ὁ ἄθεος, καὶ Διαγόρας ἐφυγαδεύθη, ὅτε καὶ πλέων ναυαγίῳ ἐχρήσατο. *Non ergo abs re est, quod civitates multae, Lacedaemoniorum praesertim, ut in opere de Simonide ait Chamaeleon, nec rhetoricen nec philosophiam admittant, ob vestras in disceptando ambitiones et rixas, atque importunas reprehensiones, ob quas Socrates periit, cum apud iudices sorte datos furacissimos homines de iusto disseruisset. Ob eandem causam e medio sublatus est Theodorus atheus, exilioque damnatus ac proscriptus Diagoras, qui in fuga tentato mari naufragium passus est* (2).

IV. Quartus est, qui φωνασκικὸν composuit, τέταρτος οὗ τὸ φωνασκικὸν φέρεται βιβλίον πώμαλον. *Quartus est, cuius fertur libellus de vocis exercitatione.*

(1) Atttamen Athenaeus lib. XIV. ed. Cas. p. 618. violenta morte obiisse hunc impium Theodorum ait: ἀπέθανε δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Θεόδωρος ὕστερον βιαίῳ θανάτῳ. A. M.

(2) In Schweighaeuseri editione T. V. p. 212. variare aliquantum video lat. interpretem. A. M.

Πώμαλον quod habetur in editione Henrici Stephani tamquam nullius sensus verbum interpres reliquit: nec de eo quippiam animadvertit oculatissimus Casaubonus. Thomas Aldobrandinus legit πάγκαλον, ideoque vertit *praeclarum*. Phonascus est, qui vocem exercet et regit, vocis pronunciationisque moderator. Quintilianus lib. II. cap. 8. de curanda voce, quae phonascis convenit, nonnulla edisserit. Svetonius de Augusto cap. 84. *Pronunciabat dulci et proprio quodam oris sono, dabatque assidue phonasco operam.* Is enim vocem intorquere, remittere, lenire, exasperare docebat. Sic φωνασκεῖν est vocem exercere. Demosthenes pro Ctesiphonte (ed. Dobsonii T. VI. p. 180.) πεφωνασκηκὼς καὶ ξυνειλοχὼς ῥήματα καὶ λόγους. Quantum vero valeat in oratione, et quas vires habeat in dicendo, fuse et Cicero in oratore, et Quintilianus dicto loco prosequuntur. Idque etiam comprobavit ipse Demosthenes, qui ut apte verba pronunciaret, phonascis inanimatis quoque usus est. De quo audiatur Zosimus gazaeus non inelegans auctor, nondum quod sciam editus (1), ex laudatione in Demosthenem. Πολλὰ δὲ ἐκ φύσεως ἔχων ἐλάττωματά τε καὶ νοσήματα, ἐπιμελείᾳ τὴν φύσιν ἐνίκησεν· καὶ γὰρ τὸ στόμα τραυλὸς ἦν, καὶ τὴν ἀκοὴν ἀσθενὴς, ὡς μὴ δύνασθαι φέρειν κραυγάς τινας ἢ κτύπους, καὶ τὸ πνεῦμα ἄτονος, ὡς μηδὲ ἓν ἔπος ἀπνευστὶ εἰπεῖν δύνασθαι, καὶ τὴν κίνησιν τοῦ σώματος ἀπρεπὴς καὶ μαλακώτερος, ὁπότε δέοι λέγειν· κινῶν γὰρ ἀεὶ τοὺς ὤμους, περιέῤῥιπτε τὸν τρίβωνα καττὰ τῆς γῆς· ἐπηνωρθώσατο δὲ ταῦτα πάντα διὰ τούτων τῶν τρόπων· τὸν μὲν γὰρ τραυλισμὸν ἐμβάλλων τινὰς ψήφους ἐν τῷ στόματι, καὶ τῶν Ὁμήρου συνεχῶς ἔπος τι λέγων, τὸ – ῥόχθει γὰρ μέγα κῦμα ποτὶ ξερὸν ἠπείροιο – οὕτως δὲ τοῦτο ἐπηνωρθώσατο, ὥστε εἰσελθόντα εἰπεῖν τοῖς Ἀθηναίοις ἐκεῖνο τὸ περιφερόμενον, ἥκω φέρων ὑμῖν τὸ ῥ' καταρερηγορευομένον· διὰ τοῦτο δὲ εἶπε τὸ ῥ', ἐπειδὴ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον οἱ τραυλοὶ περὶ τὸ γράμμα τοῦτο σφάλλονται, τὸ λ' ἀντὶ τοῦ ῥ' προφέροντες· καὶ τοὺς θορύβους δὲ φέρειν ἐμελέτησεν, ἐπὶ τὴν θάλατταν καταιὼν, καὶ πρὸς τὸν ἦχον τῶν κυμάτων λογοποιούμενος· καὶ τὸ πνεῦμα διαρκὲς κατεσκεύασεν οὕτως· πρὸς ὑψηλά τινα χωρία τρέχων, καὶ ῥήσεις λέγων τινὰς, καὶ τὰ ἑξῆς. *Cum vero multis naturalibus vitiis ac defectibus implicaretur, studio et diligentia naturam superavit: namque et lingua balbutiebat; auribusque laborabat, ut clamores quosdam et strepitus tolerare non posset; spirituque flaccescebat, adeo ut ne unum quidem versum continuato spiritu recitaret: motu corporis indecorus; et cum opus esset dicere, imbecillior: semper enim humeros agitans, pallium in terram abiiciebat. Hisce omnibus quo dicetur modo medicinam fecit: balbutiei, lapillos in os iniiciens, et homericum carmen saepe saepius repetens nempe: ῥόχθει γὰρ μέγα κῦμα ποτὶ ξηρὸν ἠπείροιο, Adeoque incommodo huic opem tulit, ut in urbem ingressus, quod apud omnes circumfertur, apud Athenienses libere recitaverit, ἥκω φέρων ὑμῖν τὸ ῥ' καταρερηγορευομένον. Proptereaque R pronunciavit, quia balbi circa eam litteram plerumque errant, loco R, L pronunciantes. Tumultus quoque ferre condidicit in mare descendens, et ad undarum strepitus orationem habens; et spiritum integre reparavit ad eminentiora loca gressu properans, et inter eundum sententias dictaque recitans* etc. Scripsit itaque hic Theodorus φωνασκικὸν, in quo artem tradebat, quomodo quis in dicendo vocem exercere atque dirigere possit, ut gratus auribus audientium accidat, dicendoque placeat.

(1) Edidit postea hanc laudationem seu vitam Demosthenis Reiskius, comparato etiam codice vaticano, in sua graecorum oratorum editione, repetiitque Dobsonius T. V. p. 352. A. M.

V. Quintus de legumlatoribus scripsit, πέμπτος δὲ ὁ περὶ τῶν νομοθετῶν πεπραγματευμένος, ἀρξάμενος ἀπὸ Τερπάνδρου. *Quintus, qui de legumlatoribus egit, initium sumens a Terpandro.*

VI. Sextus stoicus philosophus, ἕκτος στωϊκός.

VII. Septimus, qui de rebus gestis Romanorum scripsit, ἕβδομος ὁ τὰ περὶ Ῥωμαίων πεπραγματευμένος.

VIII. Octavus syracusanus, qui de dirigendis aciebus praecepta reliquit, ὄγδοος συρακούσιος περὶ τακτικῶν γεγραφώς. Hic si coniectura me non fallit, ille Theodorus syracusanus est, qui unus ex coniuratis adversus Hieronymum Syracusanorum tyrannum, traditusque Andronodoro torquendus, nihil omnino vulgavit, sed ab consciis ad insontes indicium convertit. Audiamus Livium lib. XXIV. cap. 5. *Tres exiis, quibus solis aditus in domum familiarior erat, Andronodorus et Zoilus *, generi Hieronis, et Thraso quidam, de aliis quidem rebus haud magnopere audiebantur: tendendo autem duo ad Carthaginenses, Thraso ad societatem romanam, certamine ac studiis interdum in se convertebant animum adolescentis. Cum coniuratio in tyranni caput facta indicatur per Calonem * quendam, aequalem Hieronymi, et iam inde a puero in omnia familiaria iura assuetum *. Index unum ex coniuratis Theodorum, a quo ipse appellatus erat, nominare potuit, qui comprehensus extemplo, traditusque Andronodoro torquendus, de se ipse haud cunctanter fassus, conscios celabat. Postremo cum omnibus intolerandis patientiae humanae cruciatibus laceraretur, victum malis se simulans, avertit ab consciis in insontes indicium, Thrasonem esse auctorem consilii mentitus, nec nisi tam potenti duce confisos, rem tantam ausuros: ab latere inde eos nominat tyranni, quorum capita vilissima fingenti inter dolores gemitusque occurrere. Maxime animo tyranni credibile indicium Thraso nominatus fecit: itaque extemplo traditur ad supplicium, adiectique poenae ceteri iuxta insontes. Consciorum nemo, cum diu socius consilii torqueretur, aut latuit, aut fugit: tantum illis in virtute ac fide Theodori fiduciae fuit; tantumque ipsi Theodoro virium ad arcana occultanda.* Et Valerius Maximus lib. III. cap. 3. *In Theodoro quoque viro gravissimo Hieronymus tyrannus frustra tortorum manus fatigavit. Rupit enim verbera, fidiculas laxavit, solvit eculeum, laminas extinxit prius, quam efficere potuit, ut tyrannicidii conscios indicaret. Quin etiam satellitem, in quo totius dominationis summa, quasi quodam cardine versabatur, falsa criminatione inquinando, fidum lateri eius custodem eripuit; beneficioque patientiae, non solum quae occulta fuerunt texit, sed etiam tormenta sua ultus est, quibus Hieronymus, dum inimicum cupide lacerat, amicum temere perdidit.*

* ed. Zoippus.

* ms. 2. manu *Talonem.*

* *assumptum?*

IX. Nonus byzantius *a civilibus orationibus.* Ἔνατος βυζάντιος ἀπὸ λόγων πολιτικῶν. *Nonus byzantius in causis civilibus clarus.* Huius frequens mentio est apud scriptores veteres. Cicero in Bruto cap. 12. *Nam Lysiam primum profiteri solitum artem esse dicendi: deinde, quod Theodorus esset in arte subtilior, in orationibus autem ieiunior, orationes eum scribere aliis coepisse, artem removisse.* Et in oratore cap. 12. *Post Thrasymachum chalcedonium et leontinum Gorgiam, artem dicendi tractasse Theodorum byzantium, multosque alios quos λογοδαιδάλους appellat in Phaedro Socrates, quorum satis arguta multa, sed ut modo primumque nascentia minuta, et versiculorum similia quaedam nimiumque depicta. Quo magis sunt Herodotus, Thucididesque mirabiles, quorum aetas cum in eorum tempora, quos nominavi, incidisset, longissime tamen ipsi a talibus deliciis et ine-*

ptiis abfuerunt: alter enim sine ullis salebris quasi sedatus amnis fluit; alter incitatior fertur, et de bellicis rebus canit etiam quodammodo bellicum; primisque ab his, ut ait Theophrastus, historia commota est, ut auderet uberius, quam superiores, et ornatius dicere. Plato in Phaedro (ed. Serr. T. III. p. 266.) in quem respexit Cicero. Σωκρ. Καὶ πίστωσίν γε καὶ ἐπιπίστωσιν τόν γε βέλτιστον λογοδαίδαλον βυζάντιον ἄνδρα. Φαι. Τὸν χρηστὸν λέγεις Θεόδωρον; Σωκρ. Τί μήν; καὶ ἔλεγχόν γε, καὶ ἐπεξέλεγχον, ὡς ποιητέον ἐν κατηγορίᾳ τε καὶ ἀπολογίᾳ. *Socr. Probatio quoque, et probationis confirmatio, quam πίστωσιν et ἐπιπίστωσιν opinor appellat, praestantissimus ille orationum artifex byzantius. Phaedr. Bonum intelligis Theodorum? Socr. Illum ipsum. Hic etiam invenit, quid in accusatione et defensione fieri debeat, et quî amplificari utrumque possit; quam orationis partem* ἔλεγχον, καὶ ἐπεξέλεγχον *vocavit.* Eum quoque aliquid de suo contulisse in rhetoricis tradit Dionysius halicarnassensis epist. I. 2. ad Ammaeum. Τοῦτο δὴ πεποίηκα, ἵνα μὴ τοῦθ' ὑπολάβωσιν, ὅτι πάντα περιείληφεν ἡ περιπατητικὴ φιλοσοφία τὰ ῥητορικὰ παραγγέλματα, καὶ οὔτε οἱ περὶ Θεόδωρον, καὶ Θρασύμαχον, καὶ Ἀντιφῶντα σπουδῆς ἄξιον οὐδὲν εὗρον, οὔτε Ἰσοκράτης, καὶ Ἀναξιμένης, καὶ Ἀλκιδάμας, οὔτε οἱ τούτοις συμβιώσαντες τοῖς ἀνδράσι παραγγελμάτων τεχνικῶν συγγραφεῖς, καὶ ἀγωνισταὶ λόγων ῥητορικῶν, οἱ περὶ Θεοδέκτην, καὶ Φίλιστον (1), καὶ Ἰσαῖον, καὶ Κηφισίδωρον, Ὑπερίδην τε, καὶ Λυκοῦργον, καὶ Αἰσχίνην. Themistius in oratione (XXVI. ed. Petav. p. 328.) Καὶ ταῦτα λέγουσα, Κόρακος μὲν καὶ Τισίου καταγελᾷς, καὶ Θεόδωρον σκώπτεις τὸν βυζάντιον, ὡς μικρὰ ἄττα καὶ ὀλίγου ἄξια εἰς τὴν τέχνην πορισαμένους. *Atque haec cum dicis, una et Coracem ac Tisiam et Theodorum byzantium derides, quod exigua quaedam ac levia ad hanc artem a se excogitata contulerint.* Et verba Aristotelis elench. cap. ultimo, magis ac magis confirmant. Namque cum illud pertractasset, omnia in prima sui inventione exilia esse, postmodum a subsequentibus augmentum accipere, subdit: ὅπερ καὶ περὶ τοὺς πολιτικοὺς λόγους συμβέβηκε, σχεδὸν δὲ καὶ περὶ τὰς ἄλλας ἁπάσας τέχνας· οἱ μὲν γὰρ τὰς ἀρχὰς εὑρόντες παντελῶς ἐπὶ μικρόν τι προήγαγον· οἱ δὲ νῦν εὐδοκιμοῦντες, παραλαβόντες παρὰ πολλῶν, οἷον ἐκ διαδοχῆς, τῶν κατὰ μέρος προαγαγόντων, οὕτωςηὐξήκασι, Τισίας μὲν μετὰ τοὺς πρώτους, Θρασύμαχος δὲ μετὰ Τισίαν, Θεόδωρος μὲν μετὰ τοῦτον· καὶ πολλοὶ πολλὰ συνεννενόχασι μέρη. *Quod quidem et in politicis orationibus accidit, et fere in omnibus aliis artibus. Etenim qui principia invenerunt, parum admodum sunt progressi. Qui vero nunc sunt celebres, accepta quasi per successionem a multis per partes promoventibus sic auxere; Tisias quidem post primos, Thrasymachus vero post Tisiam, Theodorus autem post hunc, et multi alii multas partes contulerunt.* Et fortasse idem est, de quo Aristoteles lib. II. 23. rhetor. scripsit: ἔστι δὲ ὁ τόπος οὗτος καὶ τοῦ ἐνθυμήματος τὸ εἶδος, ὅλη ἡ πρότερα Θεοδώρου τέχνη. *Est vero locus hic, et enthymematis species, tota prior Theodori ars.*

Scripsit itaque et de arte dicendi, nec non orationes. Accedit quoque Suidas: Θεόδωρος βυζάντιος σοφιστής, ὃς ὑπὸ Πλάτωνος λογοδαίδαλος ἐκλήθη, ἔγραψε κατὰ Θρασυβούλου, κατὰ Ἀνδοκίδου, καὶ ἄλλα τινά. *Theodorus byzantius sophista, quem Plato* λογοδαίδαλον *appellavit, scripsit adversus Thrasybulum,*

(1) Mavult Φίλιστον Reiskius T. VI. p. 722, quia Philiscus orator fuit, Philistus autem historicus. A. M.

adversus Andocidem, et quaedam alia. Quale vero sectatus fuerit genus dicendi Theodorus, habemus ex Halicarnassensi (in iud. de Isaeo cap. 19.) Γοργίαν μὲν τὸν λεοντῖνον ἐκπίπτοντα τοῦ μετρίου, καὶ παντάχοῦ παιδαριώδη γινόμενον ὁρῶν, Ἀλκιδάμαντα δὲ τὸν ἀκουστὴν αὐτοῦ παχύτερον ὄντα τὴν λέξιν καὶ κοινότερον, Θεόδωρον δὲ τὸν βυζάντιον ἀρχαῖόν τινα, καὶ οὔτε ἐν ταῖς τέχναις ἀκριβῆ, οὔτε ἐξέτασιν ἱκανὴν ἐν τοῖς ἐναγωνίοις δεδωκότα λόγοις, καὶ τὰ ἑξῆς. Qui etiam iudicium Platonis de hoc Theodoro byzantio non usquequaque probat, tamquam ab aemulatione, et nimia alios proscindendi libidine profectum, epist. ad Cn. Pompeium (ed. Reiskii T. VI. p. 756.) in qua inter alia haec de Platone: ἐῶ γὰρ τὰς ἄλλας αὐτοῦ γραφὰς παραφέρειν, ἐν αἷς κωμῳδεῖ τοὺς πρὸ αὐτοῦ Παρμενίδην τε, καὶ Ἱππίαν, καὶ Πρωταγόραν, καὶ Πρόδικον, καὶ Γοργίαν, καὶ Πῶλον, καὶ Θεόδωρον, καὶ Θρασύμαχον, καὶ ἄλλους συχνοὺς, οὐκ ἀπὸ βελτίστου πάντα περὶ αὐτῶν γράφων, ἀλλ' εἰ βούλει, καὶ ἀπὸ φιλοτιμίας· ἦν γὰρ ἦν τῇ Πλάτωνος φύσει πολλὰς ἀρετὰς ἐχούσῃ τὸ φιλότιμον.

Nec levis est coniectura alium hunc esse a decimo Theodoro, itidem oratore, cuius ait Laërtius mentionem factam ab Aristotele eodem cum Thrasymacho loco poni, cum quo etiam coniungit halicarnassensis. Quod si tua secus est sententia, lector, ego nihilominus nisi aliud validioribus rationibus demonstres, ab hac mea non dimovebor. Hinc supinus error deprehenditur Thomae Aldobrandini in notis ad Laërtium lib. II. n. 182. qui hunc oratorem Theodorum byzantium cum Theodoro cyrenaeo atheo philosopho confundit: cum, quae Cicero de oratore enunciat, de philosopho ipse proferat.

X. Decimus, cuius meminit Aristoteles, δέκατος ὁμοίως, οὗ Ἀριστοτέλης μνημονεύει διὰ τῆς ἐπιτομῆς τῶν ῥητόρων. *Decimus similiter, de quo Aristoteles in epitome rhetorum mentionem facit.* De aliis Theodoris ab Aristotele in aliis operibus commemoratis infra dicemus. Hic tamen decimus, a nono diversus plane erit: neque enim Laërtius hos duos tamquam alium atque alium retulisset.

XI. Undecimus thebanus statuarius, ἑνδέκατος Θηβαῖος ἀνδριαντοποιός.

XII. Duodecimus pictor, de quo agit Polemon, δωδέκατος ζωγράφος, οὗ μέμνηται Πολέμων.

XIII. Decimus tertius pictor atheniensis, de quo scribit Menodotus, τρισκαιδέκατος ζωγράφος ἀθηναῖος, ὑπὲρ οὗ γράφει Μηνόδοτος.

XIV. Quartus decimus ephesius pictor, de quo est apud Theophanem mentio in libro de pictura, τεσσαρεσκαιδέκατος ἐφέσιος ζωγράφος, οὗ μέμνηται Θεοφάνης ἐν τῷ περὶ γραφικῆς.

XV. Quintus decimus poëta, qui epigrammata composuit, πενταιδέκατος ποιητὴς ἐπιγραμμάτων. Theodori epigrammata, eiusdem ne an alterius? edita sunt in sylloge epigrammatum graecorum lib. II. cap. 13. (ed. Steph. p. 140.) alterum in deformes.

Ἑρμοκράτης τῆς ῥινὸς, ἐπεὶ τὴν ῥῖνα λέγοντες
Ἑρμοκράτους, μικροῖς μακρὰ χαριζόμεθα.
Hermocrates nasi: nam nasum dicentes
Hermocratis, parvis magna largimur.

Alterum lib. III. cap. 7. (p. 220.)

Νηλεὴς ἀΐδης· ἐπὶ σοὶ δ' ἐγέλασσε θανόντι,
Τίτυρε, καὶ νεκύων θῆκέ σε μιμολόγον.

Crudelis est Orcus; sed tamen te moriente risit,
Teque mortuorum mimum esse statuit.

Tertium adhuc ineditum est.

Σοὶ τὸν πειληθέντα δι' εὐξάνθου τριχὸς ἀμνοῦ,
Ἑρμᾶ, Καλλιτέλης ἐκρέμασε πέταλον.
Καὶ δίβολον περόναν, καὶ στεγγίδα, καὶ τὸ τανυσθὲν
Τόξον, καὶ τριβάκην γλοιοπότιν χλαμύδα,
Καὶ σχίζας, καὶ σφαῖραν ἀείβολον· ἀλλὰ σὺ δέξαι
Δῶρα φιλευτάκτου δῶρον ἐφημοσύνας.

Nec praetereundum videtur secundo epigrammati edito praefigi Θεοδώρου τοῦ Ἄνθου. *Anthi*, an Theodori cognomen fuerit, an nomen patris, vel loci? An ideo positum ut hic ab alio Theodoro scriptore epigrammatum distinguatur? Res plane incerta.

XVI. Sextus decimus, qui de poëtis scripsit, ἐκκαιδέκατος γεγραφὼς περὶ ποιητῶν. In hunc leguntur adhuc in sylloge epigrammatum graecorum lib. III. cap. 25. (p. 281.) epigrammata incerti.

Κάτθανε μὲν Θεόδωρος, ἀοιδοπόλων δὲ παλαιῶν
Πληθὺς οἰχομένη νῦν θάνεν ἀτρεκέως,
Πᾶσα γὰρ ἐμπνείοντι συνέπνεε, πᾶσα δ' ἀπέσβη
Σβεννυμένου· κρύφθη δ' εἰν ἑνὶ πάντα τάφῳ.

Obiit equidem Theodorus, poëtarum vero antiquorum multitudo decedens, nunc vere demortua est: universa siquidem cum te spirante spirabat, universaque extincta est te extincto. Omniaque in uno sepulchro condita sunt. Et Iuliani (p. 282.)

Μνῆμα σὸν, ὦ Θεόδωρε, πανατρακὲς, οὐδ' ἑνὶ τύμβῳ,
Ἀλλ' ἐν βιβλιακῶν μυριάσι σελίδων,
Αἷσιν ἀνεζώγρησας ἀπολλυμένων ἀπὸ λήθης
Ἁρπάξας νοερῶν μόχθον ἀοιδοπόλων.

Monumentum tuum, o Theodore omnino verum est, non in tumulo, sed in pereuntium chartacearum paginarum millibus, quas ab interitu vindicasti, ab oblivione eripiens ingeniosorum laborem poëtarum. De poëtis scilicet antiquis scribens, et eorum facta scripto commendans, eaque innumeris libris complectens, et memoriae posterorum ingerens, eorum labores ab oblivione vindicavit: ideoque illius monumentum non in tumulo, sed in libris ipsis cerni poterit: nec male eo demortuo, extinctoque omnes hi poëtae, qui eo vivente vivebant, demortui extinctique sunt, unaque cum eo uno omnes sepulchro conditi. Hinc non immerito eorum sententia reiicitur, qui haec de poëtis ad Theodorum gadarensem Tiberii Caesaris praeceptorem referunt: nec non eorum qui ad Theodorum poëtam cuius Suidas meminit, quique complura versibus scripsit, et quidem etiam in Cleopatram; cum hunc nostrum, qui de poëtis scripsit, neque poëtam fuisse, et multo fuisse diversum a gadarensi, certo evinci possit. De quibus nos etiam infra suo loco scribemus.

XVII. Decimus septimus, medicus, Athenaei discipulus, ἑπτακαιδέκατος ἰατρὸς, Ἀθηναίου μαθητής. Notat Aldobrandinus ad Laërtium, Athenaeum hoc loco non eum dici, cuius libros habemus δειπνοσοφιστῶν, sed Athenaeum Attalum medicum insignem, de quo est apud Galenum lib. II. de causis symptom. et libro de elementis, eo neminem inter recentiores medicos adeo medicinae rationem memoriae prodidisse melius. Theodori meminit Plinius lib. XX. cap. 9. *Theodorus et liche-*

nas ex aceto bulbis curat; et erumpentia in capite, cum vino austero aut ovo. Et lib. XXIV. sub finem. *Theodorus foeno graeco miscuit quartam partem purgati nasturtii acerrimo aceto ad lepras.* Laudat etiam Theodorum medicum Aëtius lib. XIII. cap. 46. An hunc Athenaei discipulum?

XVIII. Decimus octavus, chius, philosophus stoicus, ὀκτωκαιδέκατος χῖος φιλόσοφος στωϊκός.

XIX. Decimus nonus, milesius et ipse stoicus philosophus, ἐννεακαιδέκατος μιλήσιος καὶ αὐτὸς στωϊκὸς φιλόσοφος.

XX. Vigesimus, tragoediae scriptor, εἰκοστὸς ποιητὴς τραγῳδίας. Gyraldus de poëtarum historia, dialogo VII. *Post hos erat et Theodorus, qui tragoedias plerasque composuit, ut auctor est Laërtius.* Tragoedias eum composuisse, auctor est Laërtius, at *multas*, unde id expiscatus est Gyraldus? Occasione huius Theodori tragici corrigendus est thesaurus linguae latinae voce *prosa*, ubi perperam legitur ex Auli Gellii libro X. cap. 18: *extat nunc quoque Théodori tragoedia, quae inscribitur Mausolus, in qua eum magis quam in prosa placuisse Hyginus in exemplis refert.* Substituendumque: *extat nunc quoque Theodectis tragoedia.*

Et hi quidem a Laërtio Theodori numerati sunt, quibus multo plures addere possemus, si ut ille quoscumque alicuius nominis reperit, recensere in animo esset. Ne tamen in tanta Theodororum copia res nostrae pauperculae reputentur, nonnullos quos ex ipsa antiquitate excerpimus in medium afferemus.

XXI. Et inter eos primum locum occupet Theodorus pastor, sibyllae Herophiles pater. Pausanias in Phocicis (p. 631.) Ἐρυθραῖοι δὲ, ἀμφισβητοῦσι γὰρ τῆς Ἡροφίλης προθυμότατα Ἑλλήνων, Κώρυκόν τε καλούμενον ὄρος, καὶ ἐν τῷ ὄρει σπήλαιον ἀποφαίνουσι, τεχθῆναι τὴν Ἡροφίλην ἐν αὐτῷ λέγοντες, Θεοδώρου δὲ ἐπιχωρίου ποιμένος καὶ νύμφης παῖδα εἶναι, Ἰδαίαν δὲ ἐπίκλησιν γενέσθαι τῇ νύμφῃ. *Erythraei, de Herophile enim hi acerrime Graecorum omnium certant, Corycum montem, et in eo antrum ostendunt, in quo natam Herophilem dicunt. Parentes eius fuisse Theodorum pastorem indigenam, et nympham cui fuerat nomen Idaeae.* Idem astruit Suidas voc. Ἡροφίλη, et voc. Σίβυλλα ex Hermippo.

XXII. Theodorus quoque fuit Isocratis pater, tibiarum faber, erchiensis, et alius eiusdem Isocratis frater. Plutarchus in vita Isocratis. Ἰσοκράτης Θεοδώρου μὲν ἦν παῖς τοῦ ἐρχιέως (1) τῶν μετρίων πολιτῶν, θεράποντας αὐλοποιοὺς κεκτημένου, καὶ εὐπορήσαντος ἀπὸ τούτων, ὡς καὶ χορηγῆσαι καὶ παιδεῦσαι τοὺς υἱούς· ἦσαν δὲ αὐτῷ καὶ ἄλλοι Τελέσιππος, Θεόδωρος (2), καὶ Διόμνηστος· ἦν δὲ καὶ θυγάτριον· ὅθεν εἰς τοὺς αὐλοὺς κεκωμῴδηται ὑπὸ Ἀριστοφάνους καὶ Στράτιδος. *Isocratis pater fuit Theodorus erchiensis, unus de mediocribus civibus, qui cum servos tibiarum fabros haberet, tantas inde opes consecutus est, ut et choro sumptus suppeditaret, et filios liberaliter institueret. Nam alios quoque habuit, Telesippum, Theodorum, Diomnestum, atque etiam filiolam. Quapropter comici poëtae Aristophanes et Stratis eum tibiarum gratia traduxere.* Similia habent Halicarnassensis in Isocratis vita, et Suidas voc. Ἰσοκράτης. Quod ad notam Isocrati a comicis datam pertinet, optime eum refellit Philostratus de vitis Sophistarum lib. I. in Isocrate. Οἱ δὲ ἡγούμενοι τὴν κωμῳδίαν καθάπτεσθαι τοῦ Ἰσοκράτους, ὡς αὐλοποιοῦ, ἁμαρτάνουσι· πατὴρ μὲν γὰρ αὐτῷ Θεόδωρος ἦν, ὃν ἐκάλουν αὐλο-

(1) Lectiones variae ἐρχιέως, ἐρεχθέως, ἀρχιέρεως, extant in editione Reiskii. A. M.

(2) Deest hic Theodorus Isocratis frater apud Reiskium ed. cit. A. M.

ποιὸν Ἀθήνησιν· αὐτὸς δὲ οὔτε αὐλοὺς ἐγίνωσκεν, οὔτε ἄλλό τι τῶν ἐν βαναύσοις· οὐ γὰρ ἂν οὐδὲ τῆς ἐν Ὀλυμπίᾳ εἰκόνος ἔτυχεν, εἴ τι τῶν εὐτελῶν εἰργάζετο. *Qui vero putant Isocratem perstringi in comoediis, ut tibiarum fabrum, falluntur. Nam pater ei Theodorus fuit, quem fabrum tibiarum Athenis appellabant. Ipse vero neque tibias norat, neque aliud quicquam opificii sordidi. Nec enim Olympiae statuam consecutus esset, si ullas viles operas fecisset.*

XXIII. Herodotus item halicarnassensis fratrem habuit Theodorum. Suidas voc. Ἡρόδοτος. Sed haec minutiora.

XXIV. Theodorus samius inter non ignobiles pictores recensetur a Plinio lib. XXXV. cap. 11. et illius picturas quoque refert. *Simus pinxit iuvenem requiescentem in officina fullonis, quinquatrus celebrantem: idemque Nemesim egregiam. Theodorus vero emungentem* (1): *idem ab Oreste matrem et Aegistum interfici: bellumque iliacum pluribus tabulis, quod est Romae in Philippi porticibus: et Cassandram, quae est in Concordiae delubro: Leontium Epicuri cogitantem: Demetrium regem.* Notat Delecampius ibidem, alium fuisse Theodorum samium inventorem fundendi aeris memoratum a Pausania lib. III. VIII. et IX. De Leontio scorto Epicuri, et eius omnibus sectatoribus prostituto, videri potest Athenaeus lib. XIII. Diogenes Laërtius in Epicuro, et Cleomedes in meteoris. An idem est cum duodecimo supra memorato a Laërtio ex Polemone? Quis divinet? (De eodem Leontio Plinius loco nuper citato.)

XXV. Alius item est Theodorus samius Alexandriae praefectus, vir urbanus et magnificus et philosophiae amans, Leonae sophistae amicus. Marinus in vita Procli. Ἔτι δὲ φοιτῶντα αὐτὸν Λεωνᾶς ὁ σοφιστὴς συνεκδημεῖν ἑαυτῷ παρασκευάζει τὴν ἐπὶ τὸ Βυζάντιον ἀποδημίαν, ἣν καὶ αὐτὸς ἐποιεῖτο φίλῳ χαριζόμενος Θεοδώρῳ, τῷ τῆς Ἀλεξανδρείας τότε ἄρχοντι ἀνδρὶ ἀστείῳ, καὶ μεγαλοπρεπεῖ καὶ φιλοσοφίας ἐραστῇ. *Dumque adhuc scholam frequentaret, sophista Leonas eum sibi itineris comitem adiunxit, profecturus Byzantium; quam ille profectionem suscipiebat, ut gratificaretur amico Theodoro, qui tum Alexandriae praefectus erat, viro urbano, et magnifico, et philosophiae amanti.*

XXVI. Theodorus lemnius architectus. De eo Plinius lib. XXXVI. cap. 13. *Lemnius labyrinthus similis illis, columnis tantum centum quadraginta mirabilior fuit, quorum in officina turbines ita librati propenderunt, ut puero circumagente tornarentur. Architecti illum fecere Zmilus, et Scholus* *, *et Theodorus indigena: extantque adhuc reliquiae eius; cum cretici, italicique nulla vestigia extent.*

* ed. *Rholus.*

XXVII. Theodori cantoris optimi, quocum catellus suus humari voluit, meminit Aelianus de nat. animal. lib. VII. cap. 40. Θεόδωρον δὲ ἄνδρα ψάλτην ἀγαθὸν, τὸν μὲν ἐς τὴν σορὸν ἐνέθεσαν οἱ προσήκοντες, κυνίδιον δὲ μελιταῖον ἑαυτὸ ἐνέβαλεν εἰς τὴν θήκην τοῦ νεκροῦ, καὶ συνετάφη. *Ut vero Theodorum, psaltem probum, sui propinqui in sepulchrum imposuissent, eius melitensis catellus ultro se ipsum in cadaveris thecam iniiciens, pariter cum domino humatione et sepultura affici voluit.*

XXVIII. Theodorum auletam pluris se facere, quam Demetrium regem, fatetur idem Aelianus var. histor. lib. XII. cap. 17. quod hic frequentaret Lamiae aedes, ille vocatus etiam accedere renuebat. Ὅτι Δημήτριος τοσούτων ἐθνῶν ἡγεμονεύων, ἐφοίτα εἰς Λαμίας τῆς ἑταίρας σὺν τοῖς ὅπλοις, καὶ φορῶν τὸ διάδημα· αἴσχι-

(1) Hardüinus corrigit: *Theodorus et inungentem.* A. M.

στον μὲν οὖν ἦν αὐτῷ καὶ οἴκαδε μεταπέμψασθαι τὴν ἄνθρωπον, ὁ δὲ παρ' ἐκείνην ἐφοίτα φιλοφρόνως· ἀλλ' ἔγωγε Θεόδωρον τὸν αὐλητὴν προτιμήσαιμι τοῦ Δημητρίου· ἐπεὶ τὸν Θεόδωρον μετεπέμπετο ἡ Λαμία, ὁ δὲ ὑπερεῖδε τὴν κλῆσιν. *Demetrius tot gentium dominus Lamiae meretricis aedes cum armis et diademate frequentabat. Non exiguam sane turpitudinem sibi attulisset, si tantum eam in suam domum accersivisset: at ille ipse studiose ad illam itabat. Ego sane pluris fecerim Theodorum tibicinem, quam Demetrium regem: siquidem ille vocatus a Lamia, venire recusavit.*

XXIX. Idem ne an alius fuerit Theodorus auleta boeotius a Lucio Anicio romani exercitus imperatore post debellatos Illyricos et Gentium earum regem, Romam cum aliis clarissimis artificibus accersitus, et in scenam productus, gratissimo ac laetissimo omnium spectaculo? Athenaeus lib. XIV. (p. 615.) ex libro XXX. Polybii. Μεταπεμψάμενος γὰρ τοὺς ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἐνδοξοτάτους τεχνίτας, καὶ σκηνὴν κατασκευάσας μεγίστην ἐν τῷ κίρκῳ, πρώτους εἰσῆγεν αὐλητὰς ἅμα πάντας· οὗτοι δ' ἦσαν Θεόδωρος ὁ βοιώτιος, Θεόπομπος, Ἕρμιππος, καὶ ὁ Λυσίμαχος, οἵ τινες ἐπιφανέστατοι ἦσαν. *Nam accersitis e Graecia clarissimis artificibus, extructaque in circo maxima scena, primos induxit tibicines simul omnes, Theodorum boeotium, Theopompum, Hermippum, Lysimachum, qui erant celeberrimi.*

XXX. Theodori histrionis meminit Aristoteles lib. III. rhetoric. cap. 2. Καὶ οἷον ἡ Θεοδώρου φωνὴ πέπονθε πρὸς τὴν τῶν ἄλλων ὑποκριτῶν· ἡ μὲν γὰρ τοῦ λέγοντος ἔοικεν εἶναι, αἱ δ' ἀλλότριαι. *Et ut Theodori vox affecta fuit ad vocem aliorum histrionum: haec enim dicentis videbatur, illae vero alienae.* Ideo praeclare ait Aristoteles, ut interpretatur Franciscus Robortellus in Aristotelis poëtica, magnopere esse laudandum Theodorum histrionem, qui ita apte singulos hominum loquentium affectus voce vultuque omnino exprimebat, ut eos ipsos loquentes audire sibi aliquis videretur; quod in aliis histrionibus non aeque succedebat, quorum voces et actio non eorum, qui representabantur, sed aliorum et extraneae videbantur. Eundem suspicor esse, cuius dictum refert et laudat idem Aristoteles polit. lib. VII. cap. ultimo. Ἴσως γὰρ οὐ κακῶς ἔλεγε τὸ τοιοῦτο Θεόδωρος, ὁ τῆς τραγῳδίας ὑποκριτής· οὐθενὶ γὰρ πώποτε παρῆκεν ἑαυτοῦ προεισάγειν, οὐδὲ τῶν εὐτελῶν ὑποκριτῶν, ὡς οἰκειουμένων τῶν θεατῶν ταῖς πρώταις ἀκοαῖς. *Fortasse enim Theodorus tragoedus histrio non male tale quiddam dicebat: nullum enim unquam, ne contemptum quidem histrionem passus est ante se in scenam prodire: quod existimaret spectatorum aures iis, quae prima audiunt, captas occupari.* Huius Theodori, ut existimo, monumentum erat prope Cephissum amnem. Pausanias in Atticis (p. 69.) Πρὶν δὲ ἢ διαβῆναι τὸν Κηφισσὸν, Θεοδώρου μνῆμά ἐστι, τραγῳδίαν ὑποκριναμένου τῶν καθ' αὑτὸν ἄριστα. *Priusquam Cephissum amnem transeas, Theodori monumentum est, qui in agendis tragoediis suo tempore praestantissimus habitus est.*

XXXI. Theodorum praestigiatorem, sive gladiatorem, commemorat Plinius lib. XXXV. cap. 11. *Calypso mulier pinxit senem, et praestigiatorem Theodorum.* Alii legunt: *senem, et praeterea gladiatorem Theodorum.* Nec alium fuisse Theodorum ψηφοκλέπτην, cui Histiaeenses et Oritae statuam in theatro dedicarunt, existimaverit non absque ratione quispiam. Athenaeus lib. I. (ed. Cas. p. 19.) Ἱστιαιεῖς οὖν καὶ Ὠρεῖται, Θεοδώρου τοῦ ψηφοκλέπτου ἐν θεάτρῳ χαλκῆν εἰκόνα ἀνέθηκαν, ψῆφον κρατοῦσαν. *Histiaeenses quidem atque Oritae, Theodori psephocle-*

ptae in theatro statuam aeneam dicarunt, quae manu calculum tenebat. Delecampius contra manuscriptorum omnium consensum, et Eustathii auctoritatem, qui ad octavam odyss. rhapsodiam absque dubio illam agnovit, supposuit ψηφογλύφτου *calculorum sculptoris,* non aeque recte. Et ψηφοκλέπτην esse praestigiatorem, fuse explicat Casaubonus animadvers. in Athenaeum lib. I. cap. 16.

XXXII. Theodori tarentini philosophi pythagorici non obscuri meminit Iamblichus de vita Pythagorae libro I. in fine, quemadmodum et Theodori cyrenaei itidem philosophi pythagorici.

XXXIII. Theodorum larissaeum abstemium, alieno semper animo fuisse ab Antigono, ex Phylarcho scribit Athenaeus lib. II. (p. 44.) dipnosophist. Ὅτι Φύλαρχος φησὶ Θεόδωρον τὸν λαρισσαῖον ὑδροπότην γενέσθαι, τὸν ἀλλοτρίως ἀεί πως πρὸς Ἀντίγονον ἐσχηκότα τὸν βασιλέα. *Phylarchus narrat, Theodorum larissaeum abstemium, alieno semper animo fuisse ab Antigono rege.*

XXXIV. Theodori Cynulci philosophi cynici sophistae τρεχεδείπνου, *coenarum diligentis adsectatoris* voracitas et λιχνεία multis in opere dipnosophistarum locis perstringitur ab Athenaeo.

XXXV. Inter hos sit Theodorus rhetor chius, qui cum Photino, et Achilla aegyptio, ne iratum haberent Caesarem, mortem Pompeio decreverunt. Appianus Theodotum vocat, non Theodorum, et samium non chium, praeceptorem regis. Is caput postea Caesari obtulit cum anulo. Percussores tandem Pompeii omnes interfecti sunt. Theodorum M. Brutus in crucem sustulit.

XXXVI. Theodorus, qui male se prostituebat, unde et εὐρυπρώκτους Theodoros vocabant. Hesychius voc. Θεόδωρος. Θεοδώρους ἔλεγον οἱ κωμικοὶ τοὺς εὐρυπρώκτους ἀπὸ Θεοδώρου τινὸς, οὐκ εὖ τῆς αὐτοῦ ὥρας προστησαμένου. *Theodoros vocabant comici cinaedos, qui lato sunt podice, a Theodoro nescio quo, qui non bene suam pulchritudinem prostituit.* Quod et antea insinuarat voc. Ἀριστόδημος. Ἀριστόδημον οἱ κωμικοὶ τὸν πρωκτὸν, καὶ Θεόδωρον, καὶ Τιμισιάνακτα ἔλεγον ἀπὸ τῶν ἡταιρηκότων. Φορμισίους δὲ τὰ γυναικεῖα αἰδοῖα, καὶ Βασιλίδας καὶ Λαχάρας. *Aristodemum comici nuncupabant podicem, et Theodorum, et Timisianactam, tamquam ab iis qui suam pudicitiam prostituerant. Phormisios vero muliebria pudenda, et Basilidas et Lacharas.* Fortasse hic Theodorus fuerit diomiensis ille ex Aegide tribu, cuius meminit Aristophanes in Acharnensibus (act. II. 6.) Τοὺς ἐν Χάοσι γέρητοθεοδώρους διομειαλαζόνας. Tum enim ipse Theodorus, tum Geres, ut effoeminati accusabantur. Scholiastes: Χάονες μὲν ἔθνος ἠπειρωτικόν· πέπαικται δὲ παρὰ τὸ ἐν ἱππεῦσιν· ὁ πρωκτός ἐστιν αὐτόχρημ' ἐν Χάοσιν· ἐπεὶ καὶ εἰς μαλακίαν διεβάλλετο Γέρης καὶ Θεόδωρος, καὶ ὅτι ἐκ δούλων ἦσαν. *Chaones gens epirotica. Iocatur vero ad illud quod dixerat in Equitibus: podex est plane apud Chaones. Quia et tamquam effoeminati accusabantur Geres ac Theodorus, et quod ex servis orti.*

XXXVII. In Theodorum etiam, strenui viri fortisque patrem, extat adhuc epigramma Antipatri, nondum, quod sciam editum (1), εἴς τινα υἱὸν Θεοδώρου, οὗ τινος ἐπὶ τῷ τάφῳ ἵστατο λέων.

Εἰπὲ Λέων φθιμένοιο τί πρὸς τάφον ἀμφιβέβηκας
Βουφάγε; τίς τᾶς σᾶς ἄξιος ἦν ἀρετᾶς;

(1) Igitur hoc et aliud p. 82. epigramma, Allatii beneficio, in anthologiam epigrammatum postea conferentur. A. M.

Υἱὸς Θεοδώροιο τελευτιᾷ, ὃς μέγα πάντων
Φέρτερος ἦν, θηρῶν ὅσον ἐγὼ κέκριμαι.
Οὐχὶ μάτην ἔστακα, φέρω δ' ἔτι σύμβολον ἀλκᾶς
Ἀνέρος, ἦν γὰρ δὴ δυσμενέεσσι λέων.

In quendam Theodori filium, in cuius sepulchro leo symbolum extabat. Dic, leo, defuncti quam ob causam sepulchrum occupas edax? Quis tuae virtutis dignus est? Filius Theodori mortem obit, qui multum inter alios omnes praestabat, belluas inter quantum ipse praestare iudicor. Non frustra vero adsto. Namque adhuc roboris illius viri insignia gero: quippe ille erat adversariis leo.

Quod si Theodoros alicuius nominis inter christianos recensere in animo esset, nullus esset eos, ut ita dicam, numerandi finis. Numerosissimum enim eorum agmen inter confessores, et martyres prorumpit, quos ecclesia graeca inter sanctos relatos annua solemnitate celebrat. Vide in illius Menaeis ianuarii diem X. XII. XXX; februarii VIII. XVII. XXV; aprilis XV. XIX. XXII; maii XVI; iunii VIII; augusti I. IX; septembris IV. V. IX. XII; novembris III. XI. XIV; decembris VIII. XXIV. XXVII. Et mirare illius ecclesiae in propaganda pietate christiana in Theodoris uberem segetem. Producant alii reliquos fama celebres et illustres, etsi sanctitatis nomen non occuparunt.

XXXVIII. Ipse concludam orationem, unius aut alterius tantum inducta mentione, cuius pietatem non ineleganti epigrammate laudavit Paulus silentiarius (ed. Steph. p. 193.) Εἰς Θεόδωρον εὐσεβῆ ἄνδρα.

Γρηῢς ἐλευθερίην ἐπιειμένος, ἡδὺς ἰδέσθαι,
Ἐν βιότῳ προλιπὼν υἱέα γηροκόμον,
Τύμβον ἔχει Θεόδωρος, ἐπ' ἐλπίδι κρείσσονι μοίρης,
Ὄλβιος ἐν καμάτοις, ὄλβιος ἐν θανάτῳ.

XXXIX. Accedat alter Theodorus Pepagomenus, cuius adhuc inscriptio sepulchralis conservatur, quae est.

Κύκλων μεγίστων ἡλίου δρομημάτων
Εἰκάδα διπλῆν σὺν μοναπλῇ πεντάδι
Τὸ τοῦ βίου τέτρωρον ἱππεύσας μόνον,
Ἔπαθλον εὗρον τὸν βραχὺν τοῦτον λίθον,
Ὃς τὴν ἐμὴν ἐνταῦθα καλύπτει κόνιν.
Οἷς εἰσιτητόν ἐστι τοίνυν ἐνθάδε,
Εὐχὰς δότε ξύμπαντες ἱκετηρίους
Τῷ τὴν φύσιν μέλλοντι τῶν βροτῶν κρίναι
Ἵν' ἵλεων εὕροιμι καὶ πρὸ τῆς δίκης,
Καὶ βασάνων φύγοιμι τὴν καταδίκην.
Ὑμεῖς δὲ φίλοι σὺν μοναστᾶις ποιμένες
Ὀστῶν με τηρήσατε τῶν ἀλλοτρίων,
Οἰκτρὸν θεοστήρικτον ἐκ Θεοδώρου
Κληθέντα λοῖσθον Πεπαγωμένων γένος.
Ὁ δὲ σπαράξας κἀν βραχύ μου τὸν τάφον
Ἔκπτωτος ἔσται τῆς Ἐδὲμ σκηπτουχίας,
Καὶ τὰς ἀρὰς δέξαιτο τὰς τῶν πατέρων.
Καὶ . . . χεὶρ ποίνιμος αὐτῶν προφθάσοι.

Μηνὶ αὐγούστῳ ξ' ἡμέρᾳ ε' ἰνδ. δ'· ἔτει ,ςχιϐ'· qui erit Christi 1186. (1).

XL. Sed iam ad se me vocant Theodori illi, qui monimentis editis memoriam sui posteritati commendarunt. Sit ergo Theodorus, quisquis ille fuerit, qui scripsit γλώσσας ἀττικὰς, *atticas dictiones*. Laudatur ab Athenaeo lib. XIV. (p. 646.) cum ex eo quid sit *psothia* explicat, et lib. XV. (p. 677.) quid sint *hypoglottides* ex Pamphili libro περὶ ὀνομάτων πλοκῆς *de nominum plexu*; et infra, eum tradere apud Platonem ἐν Διὶ κακουμένῳ, *in Iove male affecto*, hypoglottidem vocari coronarum certum quendam contextum.

XLI. Theodorus poëta comicus, cognomento *Pelethobaps*. Hesychius Πελεθόϐαψ, Θεόδωρος ὁ κωμικὸς ὁ ὑποκριτὴς, οὕτως ἐπεκαλεῖτο· τινὲς δὲ ποιητὴν αὐτόν φασι γεγονέναι. *Pelethobaps, Theodorus comicus, et histrio sic vocabatur. Nonnulli vero eum poëtam fuisse tradunt.*

XLII. In Aristippo (sub initio) meminit Theodori libri, *de sectis* περὶ αἱρέσεων Laërtius, in quo Aristippum conviciis exagitabat. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Θεόδωρος ἐν τῷ περὶ αἱρέσεων ἐκάκισεν αὐτόν. *Sed et Theodorus in libro de sectis eum probris vexavit.*

XLIII. Idem quoque Laërtius in Epicuro X. 5. citat librum quartum Theodori in Epicurum, καθά φησι Θεόδωρος ἐν τῷ τετάρτῳ τῶν πρὸς Ἐπίκουρον. *Ut ait Theodorus quarto in Epicurum libro.* Et aldobrandiniana quidem editio ita legit, licet Stephani, et frobeniana, (nec non wetsteniana) Θεόδοτος *Theodotus* insinuent.

XLIV. Apud Plutarchum in parallelis (ed. Reiiskii T. VII. p. 235.) laudatur Theodorus *in transformationibus*. Ubi ex eo narratur fabella de Cynira et Myrrha, quam ipsam ex Theodoro hoc se hausisse profitetur Stobaeus de vituperio Veneris.

XLV. Theodori muscieni medici compositiones quasdam recitat Alexander Trallianus.

XLVI. Theodori Prisciani archiatri ad Timotheum fratrem *euporiston, sive facilium paratu medicaminum liber I; logicus, lib. II; gynaecia, idest muliebria, lib. III.* Opus editum Basileae apud Frobenium anno 1530. In aldina editione hoc ordine et inscriptione continetur. *Liber logicus I. ad Timotheum. Ad eundem de oxyoris, sive de acutis passionibus liber II. duas in partes divisus. Ad Victoriam gynaecia sive muliebria liber III. Ad Eusebium filium de physica scientia liber IV.* 1547. fol. cum medicis antiquis. In praefatione testatur auctor, se etiam graece quosdam libellos de re medica scripsisse. Otto Brunsfeldius hunc auctorem ab aliis Octavium Horatianum dici testatur. Theodorus Priscianus libellos suos medicos primum graece scripsit, deinde ipsemet latinos fecit, ut testatur in praefatione εὐπορίστων ad Olympium collegam suum.

XLVII. Theodorus samothrax memoratur a Ptolemaeo Hephaestionis F. qui ex eo refert, Iovem natum risisse septem continuos dies, indeque coepisse septenarium haberi pro perfecto, Photius in bibliotheca ed. Schotti p. 490. cod. CXC. Zoroastrem item eodem quo genitus esset die risisse, pro valde insolito adfert Plinius lib. VII, cap. 16. Vossius de historicis graecis lib. III. suspicatur eundem esse Theodorum, ex cuius libro XXI. quaedam de tempore quo luna coepit, narrat Apollonii scholiastes in libro IV. argonauticorum, quem esse Lucillum tarrhaeum, Sophoclem, et Theonem, verba exscribens indicat scholiastes Aristophanis in nubibus. Τοῦτο δὲ

(1) Haec quidem poëtica inscriptio, non tam in anthologia vet. epigr. collocanda foret, quam inter christianas inscriptiones, quas nos edere coepimus Script. vet. T. V. A. M.

τοὔπος οἱ περὶ τὸν Λούκιλλον τὸν ταῤῥαῖον, καὶ Σοφοκλέα, καὶ Θέωνα ἑρμηνεύσαντες τάδε φασίν. *Hoc carmen Lucillus tarrhaeus et Sophocles, et Theon interpretantes, haec inquiunt.* Tum verba eorum exscribit, etsi non recte omnia, quae corrigi possunt ex scholiaste Apollonii. Sed quid in hoc certi statues? Advertendum est tamen, a scholiaste Aristophanis, Theodori librum allegari vigesimum secundum, ab Apollonio vigesimum nonum, a Vossio vigesimum primum.

XLVIII. Theodorus phocensis volumen edidit de tholo, qui est Delphis. Vitruvius de architectura praef. lib. VII. *Item de aede Minervae dorica, quae est Athenis in arce, Ictinus et Carpion. Theodorus phoceus de tholo, qui est Delphis.* Et fortasse non alius est Theodorus, de quo supra dixerat, tacito patriae nomine. *Postea Silenus de symmetriis doricorum edidit volumen. De aede Iunonis, quae est Sami dorica, Theodorus: ionica Ephesi, quae est Dianae, Ctesiphon et Metagenes: de fano Minervae, quod est Priene ionicum, Phileos.* Nisi haec postrema ad aliquem ex Theodoris samiis, de quibus iam diximus, referenda alicui videantur. Namque ita interstingui debent. *Postea Silenus de symmetriis doricorum edidit volumen: deinde Iunonis, quae est Sami dorica, Theodorus.* Ut Silenus tantum de symmetriis volumen ediderit, Theodorus de aede Iunonis quae est Sami: de aede Dianae ionica, quae est Ephesi, Ctesiphon et Metagenes etc.

XLIX. Apud Athenaeum dipnosophist. lib. X. (ed. Cas. p. 412.) mentio fit Theodori hierapolitae περὶ ἀγώνων *de certaminibus*, ex quo refert, ut Milo crotoniata viginti carnis libras, et totidem panis comederit, congios autem vini tres biberit, et apud Olympiam quadrimum taurum, quum humeris impositum per stadium circumgestasset, et mactatum divisisset, uno die solus comederit.

L. Suidas voc. *Palaephatus* ex Theodori iliensis libro II. troicorum, et Philonis admirabili historia, tradit Palaephatum abydenum historicum, qui cypriaca, deliaca, attica, et arabica conscripsit, floruitque aetate Alexandri macedonis, Aristoteli philosopho in deliciis fuisse.

LI. Theodorus panages ἐν τῷ πρώτῳ περὶ Κηρύκων γένους, *in primo libro de genere Cerycum*, citatur ab Etymologo in ἡμεροκαλλές. Quinam sint isti Ceryces, explicat Vossius lib. III. de histor. graecis in Theodoris.

LII. Theodorus colophonius composuit cantica in oscillis cani sueta. Pollux lib. IV. p. 55: Ἦν δὲ καὶ ἀλῆτις ᾆσμα ταῖς ἑώραις προσᾳδόμενον Θεοδώρου ποίημα τοῦ κολοφωνίου. Alii substituunt αἰώραις, quod idem est, ex eodem Polluce infra n. 31. mendum primae editionis corrigentes ὥραις, et recte. *Erat et aletis carmen in oscillorum suspendiis Theodori colophonii poëma.* Athenaeus de eodem Theodoro, et Heora cantico lib. XIV. (ed. Cas. p. 618.) dipnosophist. Ἦν δὲ καὶ ἐπὶ ταῖς ἑώραις τίς ἐπ' Ἠριγόνῃ, ἣν καὶ ἀλῆτιν λέγουσιν ᾠδήν· Ἀριστοτέλης γοῦν ἐν τῇ Κολοφωνίων πολιτείᾳ φησίν· ἀπέθανε δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Θεόδωρος ὕστερον βιαίῳ θανάτῳ· λέγεται δὲ γενέσθαι τρύφων τις, ὡς ἐκ τῆς ποιήσεως δῆλόν ἐστιν· ἔτι γὰρ καὶ νῦν αἱ γυναῖκες ᾄδουσιν αὐτοῦ μέλη περὶ τὰς ἑώρας. *In Heoris de Erigone quaedam cantio canebatur, quam etiam ἀλῆτιν, errabundam et mendicam, appellabant. Aristoteles itaque in Colophoniorum republica sic inquit: extinctus est et ipse Theodorus postea violenta morte. Fuit is, ut aiunt, luxuriae deliciis perditus, quod ex vulgatis carminibus satis liquet. Mulieres enim versus illius etiamnum cantant in Heoris.* Dum scilicet in pensili assere funibus laqueari alligatis sedentes per inane iactantur, canunt carmina de Erigone suspensa conscripta, quae *Heore*, vel

Aeore, vel *Aletis* nuncupantur, a Theodoro colophonio scripta, qui postea violenta morte interiit, fuitque deliciis et luxui deditus, quod cognoscere est ex iisdem carminibus, quae sua quoque aetate concini tradit Aristoteles in Colophoniorum republica. Hinc male illud ἑῶραι vertitur a Gyraldo de poëtis dialog. IV. (op. T. II. p. 227.) *in quatuor anni partibus*. Et ab alio: *erat et aliud carmen Horis dicatum*. Quid vero ἑῶραι istae sint, declarat inter alios Hyginus astron. in Arctophylace. *Interim cum in finibus Atheniensium multae virgines sine causa suspendio sibi mortem consciscerent, quod Erigone moriens erat precata, ut eodem leto filiae Atheniensium afficerentur, quo ipsa foret obitura, nisi Icarii mortem persecuti, et eum forent ulti. Itaque cum id evenisset, petentibus eis Apollo dedit responsum, si vellent eventu liberari, satisfacerent Erigonae. Qui quod ea se suspenderat, instituerunt uti tabula interposita pendente funibus se iactarent, ut qui pendens vento movetur, quod sacrificium sollemne instituerunt. Itaque et privatim et publice faciunt, et id Aletidas appellant, quod eam patrem persequentem cum cane, ut ignotam et solitariam oportebat, mendicam appellabant, quas Graeci ἀλήτιδας nominant* (1). Vide Paulum Leopardum emendat. lib. VI. cap. 14. Erant ergo Aeorae festum in honorem Alei celebratum, vel, ut alii, Erigones ἀλήτιδος. In eo festo tabula funibus pendente se dimovebant. Alii quoque putant fuisse festum Athenis, quod a lautis caenis vocabant καλλίδειπνον, ad quas etiam respexisse Theodorum lurconem, comedonem, popinonemque, carminaque composuisse, mirum non est.

Scribit praeterea Gyraldus: *eiusdem poëtae et Trochilias, poëmatis id nomen, celebrat Plutarchus*. Etsi Plutarchus nominet Theodori Trochilias, eas tamen ad colophonium non refert: quare colophonii poëma illud fuisse, mera Gyraldi suspicio est, nullo certo suffulta fundamento. Fuere enim praeter hunc Theodorum colophonium, et alii Theodori poëtae, qui varia conscripsere, ut ex hac diatriba constare poterit. Illud autem quod ait Trochilias esse poëma sic dictum, ne id quidem ex Plutarchi verbis elicitur. Nam cum Plutarchus dixisset, multa nobis non sine molestia accidere, si vero ea quis commode imitetur, delectationem afferre, probat exemplo grunnitûs suum, et trochlearum stridoris, quae iniucundissima auribus sunt; nihilominus suûm grunnitum, quem imitatus est Parmeno, et trochlearum stridorem, quem Theodorus, quod ea apta et commoda imitatio est, non sine delectamento audimus. Unde ergo habet Gyraldus trochleas Theodori poëma fuisse ita nuncupatum? Verba Plutarchi sunt (de aud. poët. ed. Reiskii T. VI. p. 63.) Ὥσπερ γὰρ υἱὸς βοὴν, καὶ ψόφον τροχιλίας, καὶ πνευμάτων ῥοῖζον, καὶ θαλάττης κτύπον ἀκούοντες ἐνοχλούμεθα, καὶ δυσχεραίνομεν· ἂν δέ τις πιθανῶς ταῦτα μιμῆται, καθάπερ Παρμένων τὴν ὗν, καὶ Θεόδωρος τὰς τροχιλίας, ἡδόμεθα. *Quomodo enim porci grunnitum, et trochleae stridorem, et venti fremitum, et maris strepitum, non sine molestia audimus. Si quis vero ea commode imitetur, ut suem Parmeno, et trochleas Theodorus, delectamur*. Quare potius ad Theodorum histrionem hoc referendum existimo, non qui *Trochleas* poëma confecerit, sed qui sua voce trochleae strepitum scite imitatus sit et repraesentaverit; quemadmodum et Parmeno, qui suûm grunnitum adeo apte retulit, ut etiam proverbio locum dederit: οὐδὲν πρὸς τὴν Παρμένωνος ὗν, de quo Plutarchus symposiac. lib. V. quaest. 1. *Alioquin enim quid passi aut qua extrinsecus adfectione accidente, Parmenonis suem ita admirati sunt homines, ut in proverbium abiret? Et quidem ferunt, Parmenone ob hanc rem celebri, quosdam*

(1) Satis varie rem hanc narrat in *Icaro* Mythographus secundus vaticanus a nobis editus. A. M.

idem aemulando certasse. Cumque homines praeiudicio occupati dicerent, bene hoc, sed nihil ad Parmenonis suem, quendam cum porcello sub axilla gestato prodiisse, et quum vero suis grunnitu, homines tamen dicerent, et quid hoc ad Parmenonis suem? eum emisso in medium porcello arguisse, non veritatem eos in iudicando, sed opinionem sequi. Quo maxime fit manifestum, eandem sensus adfectionem non eodem modo animum adficere, nisi accedat persuasio, id quod fit, studiose ac cum ratione confici.

LIII. Theodori gadarensis meminit Strabo lib. XVI. (ed. Amst. p. 759. in marg.) recensens viros doctos, qui Gadaris nati sunt. Ἐκ δὲ τῶν Γαδάρων Φιλόδημός τε ὁ ἐπικούρειος γεγονὼς, καὶ Μελέαγρος καὶ Μένιππος ὁ σπουδογελοῖος, καὶ Θεόδωρος ὁ καθ' ἡμᾶς ῥήτωρ. *Gadarensis fuit Philodemus epicureus, et Meleager, et Menippus seria iocose solitus exprimere, et Theodorus orator qui aetate nostra floruit.* Et Iuvenalis in satyra VII. 176.

Chrysogonus quanti doceat, vel Pollio quanti
Lautorum pueros, artem scindens Theodori.

Vivebat temporibus Tiberii, quibus et Strabonem vixisse didicimus. Hic licet gadarens diceretur a Gadaris civitate Syriae, de qua fuse disputat Casaubonus in adn. ad Strabonem, rhodius tamen dici maluit. Quintilianus lib. III. (1. 17.) *Theodorus gadareus, qui se dici maluit rhodium; quem studiose audisse, quum in eam insulam secessisset, dicitur Tiberius Caesar.* Item Svetonius in Tiberio (cap. 57.) Docuit nimirum Rhodi praecepta rhetorices per id tempus, quo Tiberius Rhodum secessit, ubi circa scholas et auditoria professorum assiduus fuit, et in primis Theodorum audivit. Suidas: Θεόδωρος γαδαρεὺς σοφιστὴς, ἀπὸ δούλων, διδάσκαλος γενόμενος Τιβερίου καίσαρος· ἐπεὶ δὲ συνεκρίθη περὶ σοφιστικῆς ἀγωνισάμενος Ποτάμωνι καὶ Ἀντιπάτρῳ ἐν αὐτῇ τῇ Ῥώμῃ ἐπὶ Ἀδριανοῦ καίσαρος, ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ἀντώνιος συγκλητικὸς ἐγένετο· βιβλία ἔγραψε, περὶ τῶν ἐν φωναῖς ζητουμένων γ'· περὶ ἱστορίας ἕν· περὶ διαλέκτων ὁμοιότητος, καὶ ἀποδείξεως δύο· περὶ κοίλης Συρίας ἕν· περὶ ῥήτορος δυνάμεως ἕν· καὶ ἄλλα. *Theodorus gadarensis sophista, servili ortus genere, magister Tiberii Cesaris, adiudicatus est sophistis, in ipsa urbe cum Potamone et Antipatro certans. Sub Hadriano Caesare filius eius Antonius factus est senator. Libros scripsit tres de iis, quae inquiruntur. De historia unum. De thesi unum. De dialectorum similitudine et demonstratione duos. De republica duos. De Coelesyria unum. De facultate oratoris unum, et alia.* Ex eius libro de thesi videtur excerpsisse sua Theon sophista in progymnasmatis de thesi (cap. XII.) Θέσις ἐστὶν ἐπίσκεψις λογικὴ, ἀμφισβήτησιν ἐπιδεχομένη, ἄνευ προσώπων ὡρισμένων καὶ πάσης περιστάσεως, οἷον, εἰ γαμητέον, εἰ παιδοποιητέον, εἰ θεοὶ εἰσίν· διαφέρει δὲ τοῦ τόπου, ὅτι ὁ μέν ἐστιν ὁμολογουμένου πράγματος αὔξησις· ἡ δὲ θέσις, ἀμφισβητουμένου· διὸ καὶ ὁ Ἑρμαγόρας μὲν αὐτὴν, κρινόμενον προσηγόρευκεν, Θεόδωρος δὲ ὁ γαδαρεὺς, κεφάλαιον ἐν ὑποθέσει. *Thesis est oratio deliberatoria, admittens controversiam absque definitione personarum, omnique respectu alio, ut: ducenda ne uxor, suscipiendi ne liberi, sint ne dii. Inter hanc et locum hoc interest, quod locus habet amplificationem rei confessae, thesis vero controversae: quare et quod iudicatur, appellavit Hermagoras, Theodorus gadarensis caput in hypothesi.* Hic Theodorus ex typographorum incuria in editione altera Gerardi Iohannis Vossii de historicis graecis non tantum in textu, sed in elencho etiam auctorum in Theodoretum abiit.

Praetereo hic dialecticum Theodorum Cronum dialecticum, memoratum a Strabone lib. XVII. (ed. Amst. p. 838. marg.) quando iam Casaubonus lectionem hanc in germanica editione perperam impressam expunxit, et ex veteribus codicibus veram lectionem restituens, in *Diodorum* immutavit.

LIV. Theodorus solensis mathematica Platonis interpretatus est, Θεόδωρος ὁ σολεὺς ὁ ἐξηγούμενος τὰ μαθηματικὰ τοῦ Πλάτωνος. Plutarchus de defectu oraculorum (Conf. ed. Reiskii T. VII. p. 684.) Eiusdem meminit de animae procreatione (ed. cit. T. X. p. 240.) illiusque in lemma platonicum expositionem affert. (Theodorum platonicum, memorat Nemesius de nat. hom. cap. II. Εἰπόντος γὰρ Πλάτωνος τὰς μὲν θυμικὰς καὶ ὀργίλους καὶ ἁρπακτικὰς ψυχὰς λύκων καὶ λεόντων σώματα μεταμφιέννυσθαι· τὰς δὲ περὶ τὴν ἀκολασίαν ἠσχολημένας ὄνων, καὶ τῶν τοιούτων ἀναλαμβάνειν σώματα, οἱ μὲν κυρίως ἤκουσαν τοὺς λέοντας καὶ τοὺς λύκους καὶ τοὺς ὄνους· οἱ δὲ τροπικῶς αὐτὸν εἰρηκέναι διέγνωσαν, τὰ ἤθη διὰ τῶν ζώων παρεμφαίνοντα. Κρόνιος μὲν γὰρ ἐν τῷ περὶ παλιγγενεσίας, οὕτω δὲ καλεῖ τὴν μετενσωμάτωσιν, λογικὰς πάσας βούλεται· ὁμοίως δὲ καὶ Θεόδωρος ὁ πλατωνικὸς ἐν τῷ, ὅτι ἡ ψυχὴ πάντα τὰ εἴδη ἔστι· καὶ Πορφύριος ὁμοίως· Ἰάμβλιχος δὲ τὴν ἐναντίαν τούτοις δραμὼν, κατ' εἶδος εἶναι λέγει, ἤγουν εἴδη διάφορα· γέγραπται γοῦν αὐτῷ μονόβιβλον ἐπιγραφὴν, ὅτι οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων εἰς ζῶα, οὐδὲ ἀπὸ ἀλόγων εἰς ἀνθρώπους αἱ μετενσωματώσεις γίνονται, ἀλλὰ ἀπὸ ζώων εἰς ζῶα, καὶ ἀπὸ ἀνθρώπων εἰς ἀνθρώπους· καὶμοὶ δοκεῖ μᾶλλον οὗτος ἕνεκα τούτου καλῶς κατεστοχᾶσθαι, μὴ μόνον τῆς Πλάτωνος γνώμης, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀληθείας αὐτῆς· ὡς ἔστι μὲν καὶ ἐκ πολλῶν ἄλλων ἐπιδεῖξαι, μάλιστα δὲ ἐκ τούτων κ. τ. λ. (1). *Cum enim Plato scripserit furiosas et iracundas et rapaces animas, in luporum et leonum corpora transferri; quae vero intemperate vixissent, asinorum et similium corpora assumere; alii proprie intellexerunt leones et lupos et asinos; alii mutatione verborum eum usum esse iudicarunt, ac mores per animalia designasse. Cronius enim in libro, quem de iterato ortu scripsit (ita enim migrationem illam de uno corpore in aliud appellat) omnes animas ratione praeditas esse vult. Similiter Theodorus platonicus in libro qui inscribitur, animam esse omnes species. Itemque Porphyrius. Iamblichus vero contrariam rationem sequitur, et perinde utcumque fuerit species animalium, ita animae speciem esse dicit; quod hanc habet vim, species animarum esse differentes. Nam librum edidit unum cum inscriptione hac: non fieri migrationes animarum ab hominibus ad bestias, neque a bestiis ad homines; sed ab animalibus ad animalia, et ab hominibus ad homines. In quo mihi hic quidem videtur non modo Platonis opinionem, sed etiam veritatem prae ceteris esse assecutus, ut tum multis aliis, tum his praecipue rationibus licet ostendere* etc.)

LV. Theodorum asinaeum Proclus ad theologiam Platonis lib. I. cap. 1. lib. V. cap. 30. lib. IV. cap. 16. et lib. III. ad Timaeum: ἐκ τῆς Ἀσίνης φιλόσοφον, *asinaeum philosophum* vocat: nec alium intelligere quam Theodorum, ex his quae subdit, manifestum est. Illius quoque de nominibus librum laudat ibidem. Ὁ μὲν γὰρ ἐκ τῆς Ἀσίνης φιλόσοφος τῷ Πλωτίνῳ πειθόμενος, τὸ προσεχῶς ἀπὸ τοῦ ἀρ-

(1) Hanc partem, quam uncis inclusi, reperi seorsum in scheda Allatii, quam erat huic ut puto loco diatribae suae additurus. Latinam vero interpretationem sumpsi ex plantiniana Nemesii editione. Obiter lectoribus nunciabo, notatos mihi esse nonnullos veterum de anima mss. tractatus graecos, quos ut spero deinde typis tradam. A. M.

ῥήτου προελθὸν, ἐπουράνιον ἀψῖδα προσείρηκεν, ὡς ἐν τῷ περὶ ὀνομάτων φιλοσοφεῖ περὶ τούτων. *Namque ex Asine philosophus Plotinum secutus, id quod proxime ab ineffabili prodit, subsolertem fornicem appellavit: sicut in libro de nominibus philosophatur de rebus istis.* Et ad Timaeum Platonis nunquam fere sine elogio hominem extulit lib. II. et V. θαυμαστὸν *admirabilem;* lib. III. γενναῖον *generosum,* μέγαν *magnum.* Et corrigendum mendum quod in librum III. irrepsit. Ibi enim legitur: οὕτω γὰρ ὁ ἀθηναῖος λέγει Θεόδωρος, substituendumque est ἀσιναῖος. Sic enim legit in suo codice etiam Laonicus. Vixit post Numenium, ex eodem Proclo ibidem lib. III. Θεόδωρος δὲ ἐκ τῆς Ἀσίνης φιλόσοφος τῶν Νουμενίων λόγων ἐμφορηθείς. *Theodorus vero asinaeus philosophus Numenii sermonibus repletus.* Est quoque illius perhonorifica mentio in Damascio, dum de Severiano sermonem habet, apud Photium (cod. CCXLII. p. 1058.) οὐ γὰρ ἐῤῥιδιδόναι ῥαδίως, οὐδὲ ἦν αὔξεσθαι κατὰ πῆχυν, ὥσπερ Θεόδωρος ὁ ἀσιναῖος ηὐξήθη ὑπὸ τῷ Πορφυρίῳ· ὥστε εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς τὰ ἀναγκαῖα μόνα προσφέρειν τῷ σώματι, ἀφροδισίων δὲ ἄχραντον εἶναι διὰ βίου παντός. *Non enim facile erat proficere et crescere in cubitus, veluti Theodorus asinaeus crevit sub Porphyrio, ita ut statim a principio necessaria tantum corpori conferret, verum etiam totam vitam Veneris expertem traduceret.* Vides hunc Theodorum praeceptorem Porphyrium habuisse.

LVI. Theodorus poëta, quem recenset Suidas: Θεόδωρος ποιητὴς, ὃς ἔγραψε διάφορα δι' ἐπῶν, καὶ εἰς Κλεοπάτραν δι' ἐπῶν. *Theodorus poëta, qui scripsit varia carmine, et carmine etiam in Cleopatram.* Gyraldus de poëtic. histor. dial. IV. (op. T. II. p. 227.) huic tribuit etiam libros metamorphoseon, quas aliqua ex parte aemulatus fuerit Ovidius, ut ex Cinyrae et Myrrhae fabula, ac item Phoci, ex Plutarcho colligit (in parallelis ed. cit. T. VII. p. 237. et 238. Sed ibi Δωρόθεος, non Θεόδωρος, qui fortasse est substituendus.) Huius etiam putat esse epigrammata. Sed quis se ex his ambagibus extricet?

LVII. Theodorus rhetor celebris sub Octaviano Caesare Augusto. Eusebius in chronico anno (Abrahami) CIↃIↃCCCCLXXXVI. *Nicetas, et Hybreas, et Theodorus, et Plutio, nobilissimi artis rhetoricae graeci praeceptores habentur.* Notat Scaliger: *horum dicendi magistrorum omnium, qui hic memorantur, mentio extat apud M. Senecam.*

LVIII. Theodori cynopolitae prosopopaei, inquiunt epitomatores gesneriani, *liber graecus in bibliotheca Augustae Vindelicorum.* Gesnerus ipse: *Theodori cynopolitae, aut Procopii, prosopopoeia, liber graecus in bibliotheca Augustae Vindelicorum.* Illius tamen, ut aliàs in meis excerptis variis animadverti, neque in prima, neque in postrema augustanae bibliothecae indicis editione mentio apparet. Edidi ipse graecam et latinam ipsius ethopoeiam (1): τίνας ἂν εἴποι λόγους Αἰσχίνης, ἥνικα φεύγοντα καταλαβὼν Δημοσθένης, καὶ φιλοφρονησάμενος, παρεγγύα φέρειν τὸ συμβεβηκὼς γενναίως. *Quid fatus sit Aeschines, cum eum exilii causa solum vertentem Demosthenes deprehendisset, exhibitisque muneribus adhortaretur, ut infortunium fortiter ferret.* Nec aliam ab hac prosopopoeia fuisse existimo. Dixi tum, auctorem esse elegantem, et ex ungue leonem coniici, habere nescio quid τοῦ ἀρχαίου χνοῦ.

LIX. Theodori poëtae carmina, qui aetate Martialis vixit, non arridebant Martiali lib. V. 73.

(1) Inter rhetorum excerpta varia, Romae 1641. p. 235. A. M.

Non donem tibi cur meos libellos,
Oranti toties, et exigenti,
Miraris, Theodore? magna causa est;
Dones tu mihi ne tuos libellos.

Et lib. XI. 93. cum exustos esse libellos Theodori dolere simulasset, deinde graviora illi imprecatur.

Pierios vatis Theodori flamma Penates
Abstulit: hoc Musis, hoc tibi, Phoebe, placet?
O scelus, o magnum facinus, crimenque deorum!
Non arsit pariter quod domus et dominus (1).

Non putat Raderus Theodorum, quem Iuvenalis et Priscianus memorant, a poëta tangi, sed poëtam, cuius lib. II. est epigramma (ed. Steph. p. 140.); et verum est. Haereo tamen, an fuerit grammaticus, a quo Theodoreorum secta. Et certe et aetas et dignitas Theodori, a quo secta nomen tibi vindicavit, id renuit, ut ex his quae supra diximus apparet.

LX. Theodorum Magistrianum aliquid de rebus chymicis scripsisse, colligo ex Stephani alexandrini philosophi epistola ad Theodorum. Δεῖ δέ σοι εἰς τρία διελεῖν τὸν ἀγρὸν, τοὺς τέσσαρας ἀδελφοὺς ἓν μέρος, καὶ τὸν μέγαν λίθον ἓν μέρος· οὕτως γὰρ πειρῶνται οἱ παλαιοὶ τοῦ ἀγροῦ ποιεῖν, ὡς εὗρον· οὕτως ποιεῖ ὁ Μαγιστριανὸς Θεόδωρος, καὶ Ἰάκωβος ὁ Καβιδάριος διδασκαλεῖ (2). *Oportet te in tres partes agrum dispescere, quatuor fratres in unam, et magnum lapidem in alteram. Sic enim conantur veteres de agro facere, ut comperi. Sic fecit Magistrianus Theodorus, et Iacobus Cabidarius commonet.*

LXI. Theodorus ex Hellade vir in dicendo clarus, et virtute conspicuus inter eos qui Iamblichum audiebant, commemoratur ab Eunapio (in vit. soph.) ὥσΐε πλῆ-

(1) Rectius Allatius legebat, quam nunc in editione taur. ubi *dominum*. A. M.

(2) Hoc tantummodo fragmentum in diatriba Allatius recitat. Ego vero compertam in codice vaticano, chymicis tractatibus referto, integram epistolam heic non incommode attexam: cuius prior pars in codice est ab ipsius Allatii manu, cum epigraphe: *ex codice Leonis Allatii:* posterior autem, nempe a verbis ἡ σκυθικὴ κώμαρις, antiquiore manu, ut reliquus codex scribitur. Et quidem Allatius alia quoque huic codici lemmata manu sua interdum addidit: etenim ipsum de edenda Chymicorum graecorum sylloge cogitasse, constat ex conspectu Symmictorum eius lib. IX. apud Fabricium B. G. ed. vet. T. XIV. En igitur Stephani epistolam.

Στεφάνου ἀλεξανδρέως οἰκουμενικοῦ φιλοσόφου καὶ διδασκάλου ἐπιστολὴ πρὸς Θεόδωρον.

Περὶ τοῦ ἀγροῦ γνῶθι, ὡς πολλοὺς γεωργοὺς ἀχρήστους ἔχει· καὶ εἰ μὴ τούτους ἐκβάλῃς ἔξω, οὐ δύνασαι πρόσοδον ἀπὸ τοῦ ἀγροῦ λαβεῖν· εἰσὶ δὲ οἱ περὶ Κλαυδιανὸν καὶ τοὺς ἄλλους, ὁμοῦ πάντες ἀδελφοὶ ἓξ· εἰ μὴ δύο χρήσιμοι μόνον οὐκ εἰσίν· καὶ ἡ λευκάργενος πᾶσα ἄχρηστος· τί γὰρ ἡ δράκοντα ἔχει ὁ ἀγρὸς, καὶ διὰ τοῦ φυσήματος ἀναξηραίνει τὸν τόπον, ἔνθα καὶ ἄτονοι ὑπάρχουσιν; ἐγὼ δὲ αὐτὸν εἶδον, καὶ τὰς ποικίλας τοῦ σώματος αὐτοῦ φολίδας· καὶ ἡ μὲν ἀρχὴ τῆς οὐρᾶς αὐτοῦ λευκὴ ὡς γάλα· ἡ δὲ κοιλία καὶ ὁ νῶτος κροκοειδὴς, καὶ ἡ κεφαλὴ μελάγχλωρος. Δεῖ δέ σοι εἰς τρία διελεῖν τὸν ἀγρόν· τοὺς τέσσαρας ἀδελφοὺς ἓν μέρος, καὶ τοὺς μέγαν λίθον ἓν μέρος· οὕτως γὰρ πειρῶνται οἱ παλαιοὶ τοῦ ἀγροῦ ποιεῖν, ὡς εὗρον· οὕτως ποιεῖ ὁ Μαγιστριανὸς Θεόδωρος, καὶ Ἰάκωβος ὁ Καβιδάριος διδασκαλεῖ· ἀληθὴς ἐστὶν αἰθάλη τις ὑγρὰ, καὶ αἰθάλη ξηρά· καὶ ἡ μὲν ὑγρὰ αἰθάλη ἀνασπᾶται διὰ τῶν φανῶν τῶν ἐχόντων τοὺς μασθούς· ἡ δὲ ξηρὰ αἰθάλη, διὰ χύτρας καὶ πώματος λευκοῦ, ὡς ἀπὸ κινναβάρεως αἰθάλη λευκή· ἐὰν οὖν τὴν ξηρὰν αἰθάλην ποτίσῃς διὰ τῆς ὑγρᾶς αἰθάλης, θεῖον ἔργον ἀποτελεῖς. Γίνωσκε δὲ ὅτι πᾶσαι αἱ οὐσίαι, καὶ τὰ μέταλλα, καὶ αἰθάλαι εἰσὶν, μᾶλλον δὲ γίνονται· αὗται γὰρ ποτισθεῖσαι γίνονται αἰθάλαι ὑγραί· ἡ σκυθικὴ κώμαρις, ἥτις συγκραθεῖσα τῇ νέᾳ αἰθάλῃ πάντα ἀποτελεῖ· καὶ ἄλλο ἐστὶν ἡ μυθικὴ χυμία, καὶ ἄλλο ἡ μυστικὴ καὶ κρυπτή· καὶ ἡ μὲν μυθικὴ, πολυπληθὶα λόγων συγχέεται· ἡ δὲ μυστικὴ λόγῳ δημιουργίας κόσμον μεθοδεύεται· ἵνα ὁ θεόφρων καὶ ὁ θεογενὴς ἄνθρωπος διὰ τῆς εὐθείας ἐργασίας καὶ θεολογικῶν καὶ μυστικῶν λόγων μάθῃ. (Postremam huius epistolae pericopen habuit solam inter excerpta Fabricius B. G. ed. vet. T. XII. p. 769. Item apud eundem p. 770, Κομάριος est philosophus chymicus; quod adnoto ob superiorem κώμαρις.) A. M.

θος μὲν ἦσαν οἱ ὁμιλοῦντες, πανταχόθεν δὲ ἐφοίτων οἱ παιδείας ἐπιθυμοῦντες· ἦν δὲ ἐν αὐτοῖς τὸ κάλλιστον δύσκριτον. Σώπατρος γὰρ ἦν ὁ ἐκ Συρίας, ἀνὴρ εἰπεῖν τε καὶ γράψαι δεινότατος· Αἰδέσιός τε καὶ Εὐστάθιος ἐκ Καππαδοκίας· ἐκ δὲ τῆς Ἑλλάδος Θεόδωρός τε καὶ Εὐφράσιος, οἱ κατ' ἀρετὴν ὑπερέχοντες, ἄλλοι τε, πλῆθος οὐ πολλοῦ λειπόμενοι κατὰ τὴν ἐν λόγοις δύναμιν· ὥστε θαυμαστὸν ἦν, ὅτι πᾶσιν ἐπήρκει. *Itaque plurimos nactus est contubernales ac discipulos, qui undecunque gentium ad eum affluebant, ad hauriendum animi cultum, quos inter difficile fuerit iudicium quis praecelluerit. In iis fuere Sopater syrus eloquentiae in dicendo ac scribendo summae, Aedesiusque, et Eustathius ex Cappadocia, ex Hellade Theodorus, et Euphrasius, virtute excellentes viri, aliique multi haud multo dicendi facultate inferiores; ut mirum videri possit, quomodo unus omnibus suffecerit.*

LXII. De Theodoro, qui postea *Gregorius* appellatus, ob signa atque miracula thaumaturgi sibi cognomen vindicavit, Neocaesareae Ponti episcopo, quid ipse post Basilium magnum lib. de Spiritu sancto cap. 29. et epistola 204. quae est ad Neocaesariensem ecclesiam, Eusebium caesariensem historiae ecclesiast. libro VI. cap. 30. et alibi, Ruffinum aquileiensem, Hieronymum in catalogo scriptorum ecclesiasticorum, et in epistola 70. ad Magnum oratorem, Gregorium papam lib. I. dialog. cap. 7, Cedrenum, Suidam, Nicephorum Callistum, menologia, et alios (1)? Quid ipse post nyssenum Gregorium, qui eius vitam, et res gestas accuratissime et facundia singulari descripsit? Plane nihil. Actum enim agerem, et illustria ac nobilissima facta male compta dicendi loquentia obscurarem. De eius nihilominus scriptis pro instituto meo aliquid in medium proferam; quae, ut potuit, variis e latebris eduxit, et latine versa, notisque illustrata, publica fecit primus Gerardus Vossius Moguntiae in 4. anno 1604; postmodum anno 1622. cum Macario aegyptio, et Basilio seleuciensi edita sunt Parisiis in fol.

Inter illius opera habetur *metaphrasis in Ecclesiastem*, quae in Reginae codice, litteris capitalibus scripto, ut scribit Billius, et Gregorii nanzianzeni antiquitatem aequante, inter germana Nazianzeni opera numeratur, quod tanti apud Billium fuit, ut quamquam reclamaret stilus, qui non usquequaque refert elaboratum illud, et ἀπεξεσμένον dicendi genus, quod passim in Nazianzeni scriptis elucet, connexiones sententiarum aliquanto duriores, transitusque abruptiores. Quod si quaedam verba quandoque intertexta fuissent, multo mollior fuisset tota contextus facies, minusque invitae inter se coirent sententiae: inter tamen pseudoepigrapha Nazianzeni hanc lucubrationem numerare non dubitaverit. Dat tamen manus Hieronymo, qui omnem dubitationis ansam eximit, atque hunc foetum vero parenti asserit. Namque explicans illud Ecclesiastae cap. IV. *melior est puer pauper*, ex Gregorii Ponti episcopi, Origenis auditoris, metaphrasi in Ecclesiastem expositionem assumit, verbatim digestam in huius metaphrasi cap. IV. Quare nulli dubium in posterum fuerit, verum illius auctorem neocaesariensem esse Gregorium. Quod autem Nazianzeno quoque adscripta fuerit, commune nomen in causa fuit, quod frequenter in libris ecclesiasticis accidit, et aliorum exemplo probat. In codice item vaticano 479. antiquissimo et optime notae, in quo cum aliis Nazianzeni operibus haec quoque metaphrasis locum habet, in margine scribitur: ἰστέον ὅτι κατά τινας ὁ λόγος οὗτος ἀμφιβάλλεται. *Sciendum*

(1) Praemittuntur editioni parisiacae veterum de Gregorio testimonia, quae vide. A. M.

est apud nonnullos hunc librum in dubium verti. Hoc idem etiam legitur in alio nec minus vetusto, nec minus elegante codice 1446. Alii se satis probasse putant, ac vindicasse Thaumaturgo, testimonio Rufini, Hieronymi, Suidae, qui scribunt Thaumaturgum in Ecclesiastem metaphrasim edidisse. At quam sit parvum vanumque hoc argumentum, satis norunt, qui diversos ac varios scriptores de eadem re eodem titulo lucubrasse videntur. Scripsit in Ecclesiastem metaphrasim Thaumaturgus; nemo id negat: ergo haec metaphrasis in Ecclesiastem, Thaumaturgi est; illud vero probandum est prius, nullum alium metaphrasim in Ecclesiastem scripsisse. Sed quis id probabit unquam? Et tamen aliquid in hac re est, scriptores tradere Thaumaturgum metaphrasim in Ecclesiastem scripsisse, cum nullus de Nazianzeno, cuius scripta omnium fere examini subacta sunt, id asserat. Sunt itaque praeter Billium, et alii recentiores, qui dictam metaphrasim parenti proprio reddunt, Sixtus senensis in bibliotheca, Antonius Possevinus in apparatu in Gregorio nazianzeno, et Gregorio thaumaturgo, et in biblioth. selecta lib. II. cap. 15, Fronto Ducaeus in notis ad eandem metaphrasim, Bellarminus de scriptoribus ecclesiasticis, et omnium postremus Danihel Heinsius in Aristarcho sacro cap. 11. *Venerabile antiquitatis,* inquit, *monumentum Gregorii neocaesariensis in Ecclesiastem extat paraphrasis, quam nunc metaphrasim inscribunt. Multa ibi terse ac polite explicantur, neque aliud tam illi curae fuit, quam quod proprium est paraphrastae, ut in scripto obscurissimo connexionem, seu τὴν ἀλληλουχίαν demonstraret, quod et feliciter plerumque assecutus est. Itaque inoffenso pede per hellenistarum remoras, quod nostro vel in primis deest, et significanter graece aequor hoc decurrit: ita ut lubentius nonnulla praetermittat; ῥήσεις enim, quod non probo, integrae desiderantur, quam ut non connectat. Cum tamen alibi nonnihil, quamvis nusquam extra leges paraphraseos insistat. Veram brevitatem enim, ut iam dixi, in hoc genere amabant veteres* etc. Huius metaphrasis tres vulgatae sunt latinae editiones. Prima Iohannis Oecolampadii, tum monachi brigittani, inter orthodoxographa Basileae anno 1555. Secunda Wolfgangi Musculi cum orationibus Nazianzeni a Bilibaldo Pyrkeymero versis. Tertia Iacobii Billii, sancti Michaëlis in eremo abbatis, quae Lutetiae prodiit anno 1583, et quae, utpote fidelior et elegantior, a Gerardo Vossio antelata reliquis est.

Orationem tertiam in Annunciationem, quae incipit, πάλιν χαρᾶς εὐαγγέλια, sub Gregorii thaumaturgi nomine, ait Vossius, se invenisse post alias duas orationes eiusdem auctoris de eadem Annunciatione beatae Mariae Virginis in antiquissimo graeco volumine ms. Cryptoferratensis bibliothecae; affirmatque, si contenta hic examinentur, eandem cum praecedentibus orationibus doctrinam referre, phrasim atque sententiam, elogia plane similia, et res easdem. Hinc se mirari illam sub nomine Iohannis chrysostomi ab Aloysio Lipomano in vitis sanctorum evulgatam fuisse, ac praesertim cum interiecta illa Chrysostomo indigna assertione, qua Iosephi virginitas impugnatur et tollitur. Quidquid sit de doctrina quae catholica est, et aliis sanctis Patribus plane communis; et de assertione illa, quam Vossius indignam ducit Chrysostomo, et quam nos alias in nostro Eustathio antiocheno impugnavimus, equidem quod de phrasi, elogiis et sententiis iisdem tradit, merae nugae sunt. Rudior est Thaumaturgi in dicendo numerus atque austerior, et compositio circumplexa ac fere soluta, metaphoris reliquisque figuris oratoriis nuda, sententiae severiores, modestiores, meditatiores: at in hac oratione, quemadmodum et in reliquis duabus, auctor veluti pullus subsultans laxatis habenis, adscititio ornatu nobilis, undique per cam-

pos excurrens nugatur et ludit: quasi ex improviso diceret, sua enunciat homoeoptotis, et homoeoteleutis, et omnibus aliis, quibus dicendi genus panegyricum, Graecis admodum familiare in rebus huiusmodi, scatet. Confer, lector, unam paginam gregoriani prosphonematici cum dictis, et plane discrimen agnosces, ni caecus esse volueris. Et sane prosphonetica illa ad Origenem dicta, cum versaretur in laudatorio genere, floribus huiusmodi inspergi quandoque debuerat; ad Origenem potissimum habita, qui in similibus versatus, a talibus, cum se offerret occasio, non abstinuit. Sed respuit haec severum Thaumaturgi ingenium, et voluit magis esse, quam videri, virtutis et simplicitatis amator. Idque adeo verum est, ut Vincentius Riccardus, vir rebus his examinandis assiduus et perspicax, in commentario ad sextam sancti Procli orationem, testimonium ex secunda, quae incipit: ἑορτὰς μὲν ἁπάσας καὶ ὑμνῳδίας adducens, asseruerit: *quamvis summopere ambigo et haereo, an revera Gregorii thaumaturgi sit illa oratio. Dictio enim ipsa videtur potius sancti Procli, et sententiae in ea plurimae insunt, quae conceptis verbis sunt in oratione prima Procli, et innumera alia, quae in aliis Procli orationibus offenduntur; et frequens adeo iteratio vocis* Θεοτόκου, *videtur Nestorium impetere.* Et infra: *imitatus sanctus Proclus sanctum Gregorium thaumaturgum in oratione secunda de Annunciatione, si modo eius est illa oratio.* Nos in epistola ad Nihusium de liturgia sancti Iacobi apostoli, de vocis Θεοτόκου usu etiam ante Nestorium, nonnulla attulimus. Quidquid tamen sit, tertiam unus tantum codex ms. licet antiquissimus Thaumaturgo attribuit, at Chrysostomo centum, nec minus antiqui; ideoque sub Chrysostomi nomine et Augustae ab Hoeschelio graece, et ab aliis edita est. De sermonibus in Annunciationem, et Theophaniam dominicam, ut etiam de libello de anima ad Tatianum, nihil certi se habere scribit Bellarminus: *cum nec veteres horum operum meminerint; neque tamen convinci possit, eos esse suppositiitios:* et hoc pro his tribus, vel quatuor orationibus, coniectando potius quam decernendo. Namque non absone quis dixerit; argumentum ex charactere, et dictionum formulis desumptum, leve admodum esse: affectionibus saepius animi calamum agi regique: aetate etiam immutari. Hinc non esse necesse omnia Thaumaturgi scripta eodem semper atque uno tenore peragi.

Sed Andreae Riveti (1) in critici sacri libro II. cap. 16. de his orationibus dicta consideremus. *Guil. Perkinsius meminit homiliarum de Annunciatione* etc. *huic Gregorio adscriptarum, quas videre mihi non contigerat tum cum primum haec scripsi; neque eae a Possevino in apparatu, aut a Sixto memorantur.* Ante quam causam perspiciat, sententiam fert. Esto non vidit Rivetus, cum scriberet. Quid ergo inde sequitur? Vel Rivetus temerarius est, vel parum diligens. De Gregorii scriptis agens, ut vera enunciaret, sedulo inquirenda erant ipsius Gregorii scripta, consulendi amici, indices evolvendi, auctores ipsi conquirendi; ut diligentia non desit, nec temere de iis, quae non vidimus, pronunciemus. *Neque a Possevino in apparatu, neque a Sixto memorantur.* Demus Riveto, non commemorari. Ergo non sunt. Stolida ista argumentatio est. Quasi vero quae non commemoraverint scripta Possevinus et Sixtus, nusquam alibi, aut nulla sint. *Sed postea editae fuerunt graece et latine Parisiis cum notis Vossii tungrensis, qui merces illas quantum potest commendat.* Bene est. Ergo sunt alia tandem scripta patrum non commemorata a Possevino et Sixto, quando iam parisiensibus editionibus adornantur. Nec exhausti sunt sacrae antiquitatis

(1) Andream Rivetum, contra quem diu pugnaturus est Allatius, doctum hominem, sed rigidum acerbumque Calvini adseclam, fuisse scimus. A. M.

thesauri, si de eis taceant Possevinus et Sixtus. Ignorat plane Rivetus haec Gregorii opera diu ante ab eodem Vossio notis illustrata prodiisse graece et latine, et ut postmodum Parisiis, Moguntiae anno 1604. *Qui merces illas, quantum potest, commendat.* Illaudabile est scilicet Riveto, scripta patrum commendare, et merces adeo pretiosas et pulcherrimas, ut ut eae sunt, ambientibus propinare. Commendat, quantum potest, Thaumaturgi scripta, quae commendavit antiquitas, et posterioris aevi illustriores doctores ecclesiastici omnes; at exterminarunt haeretici, apud quos etiam in ea aestimatione fuere, ut vel eorum solo testimonio sua constabilire crediderint. Hinc tot illis, malis artibus, annexa, et praeter morem atque legem proborum hominum immutata: pleraque etiam orationes atque opuscula ex penu haereticorum illi appicta. Tanta erat in unius huiusce commentariis auctoritas! Commendavit itaque Vossius, quae ante eum tot exscriptorum calami inter alia sanctorum patrum scripta scripto commendaverant. Commendant codices antiquissimi, et optimae notae, qui dictas Gregorii orationes praefixo nomine Gregorii exhibent.

Dubias esse probat Perkinsius ex eo, quod vitae sanctorum, item et hymni eorum festis convenientes, primum a Carolo magno constituti sunt, circa annum 807. *Petrus Aemylius lib. II. de gestis Francorum, Sigebertus item anno* 807, *multis post Thaumaturgum saeculis.* Perkinsium ipse non vidi. Credo tamen Rivetum Perkinsii verba neque invertisse, neque mutilasse, sed ingenue numerasse. Videamus, ut sibi constet Perkinsii ratio; namque si ea ceciderit, cadet etiam sententia Perkinsii, et orationes praedictas dubias esse. Cum istae orationes factae asseruntur, tum neque vitae sanctorum, neque hymni eorum festis convenientes in ecclesia erant: nam primus Carolus multa post saecula constituit: ergo dictae orationes festis diebus et solemnitatibus sanctorum convenientes, non potuerunt scribi a Gregorio thaumaturgo, qui multo Carolum praecesserat. Probat assumptum auctoritate Aemylii, et Sigeberti. Tum ipse infero. At falsum est, primum Carolum id instituisse, quidquid Aemylius et Sigebertus crocitent: ergo falsum quoque erit, has orationes dubias esse. Immo certas atque indubitatas esse evincitur, cum certe atque indubitate demonstretur, ante Carolum orationes et hymnos in sollemnitatibus sanctorum, et ab ipso nascentis ecclesiae exordio in ecclesia frequentes fuisse. Et Iudaeos ipsos ex vetere patrum institutione legitimis praefinitisque diebus ex lege et prophetis lectiones recitare consuevisse, tradit Isidorus lib. I. de ecclesiasticis offic. cap. 10, probatque Rabanus Maurus lib. II. de institut. cleric. cap. 5. Lectionum meminit Origenes contra Celsum lib. III. 50. Ὅρα δὴ καὶ ἐν τούτοις τίνα τρόπων ἡμᾶς συκοφαντεῖ, ἐξομοιῶν τοῖς ἐν ταῖς ἀγοραῖς τὰ ἀπορρητότατα ἐπιδεικνυμένοις καὶ ἀγείρουσι· ποία δὲ ἀπορρητότατα ἐπιδεικνύμεθα, ἢ τί τούτοις παραπλήσιον πράττομεν; οἱ καὶ δι' ἀναγνωσμάτων, καὶ διὰ τῶν εἰς τὰ αὐτὰ διηγήσεων προτρέποντες μὲν ἐπὶ τὴν εἰς τὸν θεὸν τῶν ὅλων εὐσέβειαν, καὶ τὰς συνθρόνους ταύτῃ ἀρετάς. *Vide quomodo in his quoque verbis calumnia nos afficiat, quos cum circulatoribus, turpia et nefanda in foro proponentibus comparat. Quae vero nefanda proponimus? aut quid facimus, quod ad huiusmodi hominum impudentiam accedat? nos, inquam, qui per lectiones, et per earum interpretationes, homines ad pietatem erga omnium rerum Deum, virtutesque quae easdem, atque pietas, sedes habent, hortamur.* Vide eiusdem de engastrimytho commentarium (1) in principio. Sanctus Augustinus (in

(1) Interpretatus est atque edidit hoc opusculum ipse Allatius cum syntagmate doctissimo de engastrimytho. Lugduni 1629. A. M.

prologo ad tractatus suos) in epistolam primam Iohannis ait. *Sed quia interposita est sollemnitas sanctorum dierum, quibus certas ex evangelio lectiones oportet in ecclesia recitari, quae ita sunt annuae, ut aliae esse non possint; ordo ille, quem susceperamus, necessitate paululum intermissus est, non omissus.* Idem in sermone (V. 1.) de luctatione Iacobi. *Istae lectiones, quae vobis leguntur, numquid modo primum vobis leguntur, et non eaedem quotidie repetuntur? Sicut autem lectiones Dei quotidie opus est, ut repetantur, ne saeculi mala et spinae nascantur in cordibus vestris, et effocent semen, quod ibi seminatum est; sic oportet et sermonem Dei vobis semper repeti, ne obliti dicatis vos non audisse, quod dicimus nos dixisse.* Et sermone III. in die pentecostes. *Adventum Spiritus sancti anniversaria festivitate celebramus. Huic sollemnis congregatio, sollemnis lectio, sollemnis sermo debetur.* Gregorius nyssenus orat. II. (initio) de resurrect. Christi. Πάντες μὲν, ἀγαπητοὶ, ὡς εἰπεῖν, ἀποδέχονται τὴν ἐν κυριακῇ νυκτὶ παρ' ἡμῶν εἰσηγηθεῖσαν ἁρμοδίως τῶν ἱερῶν εὐαγγελίων ἀνάγνωσιν περὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ μεγάλου θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. *Omnes quidem propemodum, dilecti, adprobant, lectionem sacrorum evangeliorum, quae a nobis nocte dominica commode fuit introducta de resurrectione magni Dei et salvatoris nostri Iesu Christi.*

Scribit Philostorgius (lib. III. 5.) Theophilum indum legatum a Constantio missum, ad Divaeos, qui Indi erant, profectum, multa quae ante apud eos haud rite fiebant emendasse, et inter alia, quod illi sedentes lectiones evangelicas audiebant. Καὶ γὰρ καθεζόμενοι τῶν εὐαγγελικῶν ἀναγνωσμάτων ἐποιοῦντο τὴν ἀκρόασιν. *Namque sedentes evangelicis lectionibus aures praebebant.* Observat Iacobus Gothofredus (in adn. ad loc. cit.): *et cum evangelia legerentur, quorum statae etiam certaeque lectiones* ἀναγνώσεις, ἀκούσματα *erant (cuius rei luculentum inter alia testimonium extat in Hippolyti paschali, ubi lectiones huiusmodi in cellulis areae laterculi statae designantur, de quo plene alibi) certo quoque corporis habitu Christiani in ecclesia fuere: nempe enim a stantibus evangeliorum lectiones audiri oportuisse, hic Philostorgii locus indicat.* Et ex Sozomeni libro VII. cap. 19. notat in sola alexandrina ecclesia episcopum alexandrinum, dum evangelium recitaretur, non adsurrexisse: ξένον δὲ κἀκεῖνο παρ' Ἀλεξανδρεῦσι τούτοις· ἀναγινωσκομένων γὰρ τῶν εὐαγγελίων, οὐκ ἐπανίσταται ἐπίσκοπος, ὃ παρ' ἄλλοις οὔτ' ἔγνων, οὔτ' ἀκήκοα. *Novum et illud apud eosdem Alexandrinos est, quod episcopus, dum recitatur evangelium non assurgat, quod apud alios unquam fieri equidem neque comperi neque audivi.* Adde tu ex eodem Sozomeno (loc. cit.) Ταύτην δὲ τὴν ἱερὰν βίβλον ἀναγινώσκει ἐνθάδε μόνος ὁ ἀρχιδιάκονος· παρὰ δὲ ἄλλοις, διάκονοι· ἐν πολλαῖς δὲ ἐκκλησίαις, οἱ ἱερεῖς μόνοι· ἐν δὲ ἐπισήμοις ἡμέραις, ἐπίσκοποι, ὡς ἐν Κωνσταντινουπόλει καὶ τὴν πρώτην ἡμέραν τῆς ἀνασταsίμου ἑορτῆς. *Hunc etiam sacrum codicem hîc legit solus archidiaconus, apud alios vero diaconi, in multis etiam ecclesiis soli sacerdotes, diebus autem sollemnibus episcopi, ut Constantinopoli primo die paschalis sollemnitatis.* Leo pontifex in sermone VI. 1. in epiphaniam. *Quamvis ergo narratio evangelicae lectionis illos proprie recenseat dies, in quibus tres viri, quos nec prophetica praedicatio docuerat, nec testificatio legis instruxerat, ad cognoscendum Deum a remotissima orientis parte venerunt; hoc idem tamen et manifestius nunc et copiosius fieri in omnium vocatorum illuminatione perspicimus.* Maximus taurinensis in homilia IX. de epiphania. *Audistis, fratres, lectionem evangelii salutaria praesentis diei sacramenta recitantem.* Petrus

chrysologus in sermone IX. *Agit nobiscum Deus, agit in hoc saeculo, ne quid nobis pereat in futuro, sicut ex ipso lucet principio lectionis.* Et in sermone XVI. *Ibat ad eorum curam, quibus iam humana defecerat cura, sicut hodierna probatum est lectione.* (Item serm. XVIII. *Hodierna lectione didicit attentus auditor.*) Lectionarius vel Comes apud Pamelium tomo I. liturgicôn editus est, quo continentur ex prophetis et apostolo lectiones per totum anni curriculum legendae, per divum Hieronymum collectae, ut vult Micrologus de eccles. observat. cap. 25. et alibi saepius. Benoaugiensis de missa, et Iohannes Belethius ration. divin. cap. 57, et non multo post *Musaeus massiliensis ecclesiae presbyter,* ut tradit Gennadius de scriptoribus ecclesiasticis (cap. 79.) *vir in divinis scripturis doctus, et in earum sensibus subtilissima quadam exercitatione limatus, lingua quoque scholasticus, hortatu sancti Venerii episcopi, excerpsit de sanctis scripturis lectiones totius anni festivis diebus aptas, responsoria etiam, psalmorum capitula temporibus et lectionibus congruentia, quod opus tam necessarium a lectoribus in ecclesia probatur, ut expetitum et solicitudinem tollat et moram, plebique ingerat scientiam, celebritatique decorem.* Eadem repetit Honorius augustodunensis de scriptoribus (II. 78.) in Musaeo massiliensi. De scripturis legi solitis in ecclesia et eorum expositionibus, vide Socratem lib. V. cap. 22, et Nicephorum Callistum lib. XII. cap. 34.

De hymnis quoque dubitabit Rivetus? Nos qui singulis horis in gestis dictisque Christi versamur, scimus Christum post sacram coenam hymnum dixisse: hortarique Paulum, *ut nos invicem doceamus, atque commoneamus psalmis, hymnis, et canticis spiritualibus canere,* ad Coloss. III. 16. Et ad Ephesios V. 19. *implemini spiritu, loquentes vobismetipsis in psalmis et hymnis et canticis spiritualibus, cantantes, et psallentes in cordibus vestris Domino.* Chrysostomus (in Matth. homil. 82.) enarrans illa « et hymno dicto, exivit in montem oliveti » *gratias,* inquit, *agit, postquam dedisset; hymnum cecinit, ut nos quoque id ipsum faciamus.* Et apostolos, et subsecutos christianos hymnos a se compositos, vel ab aliquo vatum veterum desumptos cecinisse, extitisseque ea aetate carmina prisca versu trimetro, et hymnos cum suis accentibus inter sacra ante altaria canenda, probat testimoniis patrum Iohannes Stephanus Durantius de ritibus eccles. cathol. lib. III. cap. 14. Et ne nos in adeo opima lautaque coena ieiuni esse videamur, adiiciemus nonnulla quae erunt, si ratio temporis consideretur, antiquissima. Philo iudaeus lib. de vita in contemplatione posita sermonem habens de Essenis, christianis scilicet in ipso exortu ecclesiae, ut doctissimi quique affirmatissime asseverant, et Suidas, titulum praebuit *de vita christianorum,* cuius verba referuntur ab Eusebio hist. eccl. lib. II. cap. 17, de eorum ecclesiis refert. Ἐν ᾧ μονούμενοι τὰ τοῦ σεμνοῦ βίου μυστήρια τελοῦνται, μηδὲν εἰσκομίζοντες, μὴ πότον, μὴ σιτίον, μή τέ τι τῶν ἄλλων, ὅσα πρὸς τὰς τοῦ σώματος χρείας ἀναγκαῖα, ἀλλὰ νόμους καὶ λόγια θεσπισθέντα διὰ προφητῶν, καὶ ὕμνους. *In quo illi ab aliis separati seiunctique vitae piae mysteria obeunt, nihilque eo vel cibi, vel potionis, vel aliarum rerum, quae ad corporis usum necessariae sunt, omnino secum inferunt: sed leges et oracula a prophetis divinitus edita, hymnosque.* Et infra magis aperte: ὥστ' οὐ θεωροῦσι μόνον, ἀλλὰ καὶ ποιοῦσιν ᾄσματα καὶ ὕμνους εἰς τὸν θεὸν διὰ παντοίων μέτρων καὶ μελῶν, ῥύθμοις σεμνοτέροις ἀναγκαίως χαράσσοντες. *Ita plane non contemplationi solum se dedunt, sed etiam cantiones et hymnos ad Dei laudem componunt omni metrorum ac modulationum genere.* Plinius (neque enim absurdum fuerit ad nostras

res comprobandas, ex inimicis ecclesiae testimonia sumere) in epistola ad Traianum (lib. X. 97.) de Christianis: *adfirmabant autem hanc fuisse summam vel culpae suae vel erroris, quod essent soliti stato die ante lucem convenire, carmenque Christo quasi Deo dicere secum invicem.* Quid iste cantus fuerit, habeat sibi Rivetus ex Conrado Ritterhusio, et Francisco Balduino, quos uti proprios, magis etiam sibi propitios in hoc negotio habebit. Carmina illa Christianorum trifariam distincta sunt ab apostolo, in psalmos, hymnos, et odas spirituales, quae carmina inter se ita differre putant. Nisi dat ut psalmis significentur quaecumque sacrae conciones, variis argumentis scriptae; hymnis, laudes divini nominis vel sanctorum; odis sive canticis, peculiares quaedam et magis artificiosae cantiones, quae et ipsae quidem contineant laudes, sed augustiore quadam et sublimiori forma compositae. Tum probat auctoritate Chrysostomi homil. IX. (ed. Montf. T. XI. p. 392.) in epist. ad Coloss. hymnos psalmis ipsis diviniorem rem esse atque sublimiorem. Verba Chrysostomi sunt: ὅταν τούτοις ἐκ παιδὸς ἐνάξῃς αὐτὸν, καὶ τὰ μικρὸν καὶ ἐπὶ τὰ ὑψηλότερα ἄξεις· οἱ ψαλμοὶ πάντα ἔχουσιν, οἱ δὲ ὕμνοι πάλιν οὐδὲν ἀνθρώπινον· ὅταν ἐν τοῖς ψαλμοῖς μάθῃ, τότε καὶ ὕμνους εἴσεται ἃ τε θειότερον πρᾶγμα· αἱ γὰρ ἄνω δυνάμεις ὑμνοῦσιν, οὐ ψάλλουσιν. *Si a puero istis assuefeceris eum, paulatim et ad sublimiora deduces. Psalmi complectuntur omnia. Rursus et hymni quoque nihil habent humani. Quod si in psalmis instructus fuerit, tum et hymnos intelliget ac sciet utpote rem diviniorem. Etenim potestates superae hymnos concinunt, non psallunt.* Hactenus Balduinus.

Tertullianus in apolog. cap. 39. de convivio Christianorum. *Post aquam manualem et lumina, ut quisquis de scripturis sanctis, vel de proprio ingenio potest, provocatur in medium Deo canere.* Item lib. II. (in fine) ad uxorem, Christianos sese mutuo provocasse, quis melius Deo suo caneret: neque solum in ecclesia aut coetu, sed in privatis Christianorum aedibus, psalmos concinuisse ait. Certe in iis, ut in ecclesia, preces sonuisse scribit Cyprianus ad martyres. Sed et Clemens alexandrinus lib. VII. (cap. 7.) stromatum indicat moris fuisse, ut cum cibum sumerent Christiani, psalmi, hymnique personarent etc. Erit ergo carmen canere, hymnos in laudes divini nominis vel sanctorum conscriptos concinere. Auctor, qui sub Commodo scribebat adversus Artemonis haeresim, ut ex Eusebii historia ecclesiast. lib. V. cap. 27. discimus sub initio, canticorum et hymnorum in ipsum Christum a fidelibus editorum meminit: ψαλμοὶ δὲ ὅσοι καὶ ᾠδαὶ ἀδελφῶν ἀπ' ἀρχῆς ὑπὸ πιστῶν γραφεῖσαι τὸν λόγον τοῦ θεοῦ τὸν Χριστὸν ὑμνοῦσι θεολογοῦντες. *Quotquot item psalmi atque hymni ab initio nascentis nempe post Christum ecclesiae a fratribus conscripti, hi omnes Christum verbum Dei concelebrant, divinitatem ei tribuendo.* Et in concilio antiocheno sub Aureliano apud eundem lib. VII. cap. 30. inter alia crimina Paulo samosateno obiecta, non postremum locum obtinuit, eum psalmos et cantus, qui ad sua tempora in Dominum nostrum recitari solebant, explosisse, et in media ecclesia solemni paschatis die mulieres, quae cantilenas in ipsius laudes funderent, introduxisse: ψαλμοὺς δὲ τοὺς μὲν εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν παύσας, ὡς δὴ νεωτέρους, καὶ νεωτέρων ἀνδρῶν συγγράμματα· εἰς ἑαυτὸν δὲ ἐν μέσῃ τῇ ἐκκλησίᾳ τῇ μεγάλῃ τοῦ πάσχα ἡμέρᾳ, ψαλμῳδεῖν γυναῖκας παρασκευάζων· ὧν καὶ ἀκούσας ἄν τις φρίξειεν. *Psalmos et cantus, qui ad domini nostri Iesu Christi honorem decantari solebant, tamquam recentiores, et a viris recentioris memoriae editos, explosit: et in media ecclesia sollemni paschatis die,*

mulieres, quae cantilenas, quas si quispiam audiret, plane exhorresceret, in ipsius laudem funderent, compararit. S. Augustinus in epistola LV. 34. quae est ad Ianuarium. *Sine dubitatione faciendum est, maxime id quod etiam de scripturis defendi potest; sicut de hymnis et psalmis canendis, cum et ipsius Domini et apostolorum habeamus documenta et exempla et praecepta.* Concilium toletanum IV. (ed. Card. Aguirrii T. III. p. 368.) cap. 13, quod Baronius vocat celeberrimum et generale (1) tradit: *de hymnis etiam canendis et Salvatoris, et apostolorum habemus exemplum.* Operam ipse perderem, si quae ad hanc veritatem confirmandam faciunt, ex patrum scriptis colligerem. Certum est ergo et ante Christum, et eodem adhuc superstite, et statim atque in caelum ascendit, ante etiam ipsum Thaumaturgum, fideles in ecclesia hymnos, qui Dei laudes continerent, decantasse.

Non est tamen praetereunda auctoritas Socratis, licet prolixior, ut et hymnorum in ecclesia usus antiquissimus, et eorum origo ab ipso christianae religionis exordio dignoscatur, lib. VI. cap. 8. Οἱ ἀρειανίζοντες ἔξω τῆς πόλεως τὰς συναγωγὰς ἐποιοῦντο· ἡνίκα οὖν ἑκάστης ἑβδομάδος ἑορτὰς κατελάμβανον, φημὶ δὴ τό τε σάββατον καὶ ἡ κυριακὴ, ἐν αἷς αἱ συνάξεις καθὰ τὰς ἐκκλησίας εἰώθασι γίνεσθαι, αὐτοὶ ἐντὸς τῶν τῆς πόλεως πυλῶν, περὶ τὰς στοὰς ἀθροιζόμενοι, καὶ ᾠδὰς ἀντιφώνους πρὸς τὴν ἀρειανὴν δόξαν συντιθέντες ἧδον· καὶ τοῦτο ἐποίουν κατὰ πλεῖστον μέρος τῆς νυκτός· ὑπὸ δὲ ὄρθρον τὰ τοιαῦτα ἀντίφωνα λέγοντες, διὰ μέσης τῆς πόλεως ἐξήεσαν τῶν πυλῶν, καὶ τοὺς τόπους ἔνθα συνῆγον κατελάμβανον· ἐπειδὴ δὲ ἐρεθισμοὺς κατὰ τῶν τὸ ὁμοούσιον φρονούντων λέγοντες οὐκ ἐπαύοντο· πολλάκις γὰρ καὶ τοιαύτην ᾠδὴν ἔλεγον, ποῦ εἰσὶν οἱ λέγοντες τὰ τρία μίαν δύναμιν; τότε δὴ καὶ Ἰωάννης εὐλαβηθεὶς, μή τις τῶν ἀπλουστέρων ὑπὸ τῶν τοιούτων ᾠδῶν ἀφελκυσθῇ τῆς ἐκκλησίας, ἀντιτίθησιν αὐτοῖς τοὺς τοῦ ἰδίου λαοῦ, ὅπως ἂν καὶ αὐτοὶ ταῖς νυκτεριναῖς ὑμνῳδίαις σχολάζοντες, ἀμαυρῶσι μὲν τὴν ἐκείνων περὶ τούτου σπουδὴν, βεβαίους δὲ τοὺς οἰκείους πρὸς τὴν ἑαυτῶν πίστιν ἐργάσωνται· ἀλλ' ὁ μὲν σκοπὸς Ἰωάννου ἐδόκει εἶναι χρηστὸς, σὺν ταραχῇ δὲ καὶ κινδύνοις τὸ τέλος ἐδέξατο· ὡς γὰρ λαμπρότεροι οἱ τοῦ ὁμοουσίου ὕμνοι ἐν ταῖς νυκτεριναῖς ὑμνολογίαις ἐδείκνυντο· ἐπινενόηντο γὰρ παρ' αὐτοῦ σταυροὶ ἀργυροῖ φέροντες φῶτα ἐκ τῶν κηρίνων λαμπάδων, τῆς βασιλίδος Εὐδοξίας παρεχούσης τὴν εἰς αὐτὰ δαπάνην· πλῆθος ὅπως οἱ ἀρειανίζοντες καὶ ζηλοτυπίᾳ ληφθέντες, ἀμύνεσθαί τε, καὶ συμπληγάδας ἐπεχείρουν ποιεῖν· ἔτι γὰρ ἐκ τῆς προλαβούσης δυνασταείας ἔνθερμοί τε πρὸς μάχην ἦσαν, καὶ κατεφρόνουν αὐτῶν· μὴ μελλήσαντες οὖν ἐν μιᾷ τῶν νυκτῶν συγκρούουσι, καὶ βάλλεται μὲν λίθῳ κατὰ μετώπου Βρίσων ὁ τῆς βασιλίδος εὐνοῦχος, συγκροτῶν τότε τοὺς ὑμνῳδούς· ἀπόλλυνται δὲ καὶ τινες τοῦ λαοῦ ἐξ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν· ὑφ' οἷς κινηθεὶς ὁ βασιλεὺς διεκώλυσε τοὺς Ἀρειανοὺς τὰς ὑμνολογίας ἐν τῷ δημοσίῳ ποιεῖν· καὶ τὰ μὲν λεγόμενα τοιαῦτα ἦν. Λεκτέον δὲ καὶ ὅθεν τὴν ἀρχὴν ἔλαβεν ἡ κατὰ τοὺς ἀντιφώνους ὕμνους ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ συνήθεια· Ἰγνάτιος Ἀντιοχείας τῆς Συρίας, τρίτος ἀπὸ τοῦ ἀποστόλου Πέτρου ἐπίσκοπος, ὃς καὶ τοῖς ἀποστόλοις αὐτοῖς συνδιέτριψεν, ὀπτασίαν εἶδεν ἀγγέλων διὰ τῶν ἀντιφώνων ὕμνων τὴν ἁγίαν τριάδα ὑμνούντων, καὶ τὸν τρόπον τοῦ ὁράματος τῇ ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐκκλησίᾳ παρέδωκεν· ὅθεν καὶ ἐν πάσαις ταῖς

(1) Baronius ad an. 633. non ipse generale hoc concilium vocat, sed a patribus, qui ei interfuerunt, generale appellatum dicit. Neque sane ita appellari stricto sensu poterat synodus ad quam Hispaniae tantum et Galliae narbonensis episcopi concurrerunt. A. M.

ἐκκλησίαις αὕτη ἡ παράδοσις ἐδόθη· οὗτος μὲν οὖν ὁ περὶ τῶν ἀντιφώνων ὕμνων λόγος ἐστίν. *Ariani extra urbem conventus agebant. Itaque cum festa cuiusque hebdomadae occurrebant, videlicet sabbatum et dies dominicus, in quibus conventus in ecclesiis fieri solent, illi intra portas civitatis circa porticus in unum congregati, cantus apte opinioni arianae respondentes, quos ipsi composuerant, alternatim canebant: idque per maiorem noctis partem faciebant. Primo diluculo tales cantilenas alternis per mediam urbem recitantes, e portis egrediebantur, et ad loca ubi agebantur conventus contendebant. Verum quia adversus fidei consubstantialis fautores verba contumeliosa, quibus eorum animos irritarent, dicere non desinebant, nam saepe hanc quasi cantilenam in eos cecinere: ubi sunt hi, quia tria unam dicunt esse potentiam? Iohannes veritus ne aliquis ex simplicioribus eiusmodi cantibus ab ecclesia abduceretur, quosdam e suo populo illis opposendos curavit, qui nocturnis hymnis decantandis similiter operam darent, Arianorumque in ea re studium eo pacto reprimerent, denique suos in ipsorum fide admodum confirmarent. At quamvis hoc Iohannis institutum valde commodum videretur, tamen illius eventus tumultu atque etiam periculo non caruit. Nam ubi hymni in consubstantialis laudem decantati, propter concentum illum nocturnum multo plus dignitatis sunt consecuti, erant enim cruces argenteae excogitatae, quibus cerei imponebantur, Eudoxia augusta sumptum ad id suppeditante, turba Arianorum coacta, et aemulationis ardore incensa, se ulcisci, et cum adversariis confligere instituit. Etenim principatu illo, quem iampridem obtinuerant elati, erant ad pugnam multo ardentiores, defensoresque fidei consubstantialis prorsus contemnebant. Quare nulla interposita mora, nocte quadam tumultum faciunt. Briso imperatricis eunuchus, qui partes canentium hymnos ad commendatiorem fidei consubstantialis tuebatur, lapide in fronte percutitur. Interierunt etiam utriusque partis nonnulli de populo. Quibus rebus imperator admodum commotus, Arianis interdixit, ne hymnos in publico cantarent. Atque haec quidem hoc modo gesta sunt. Iam vero dicamus etiam, unde consuetudo hymnorum, qui in ecclesia alternis decantantur, initium ceperit. Ignatius Antiochiae, quae est in Syria, tertius a Petro apostolo episcopus, qui cum apostolis ipsis multum versatus est, visionem vidit angelorum sanctam Trinitatem hymnis alterna vice decantatis collaudantium, et formam canendi in ea visione expressam ecclesiae antiochenae tradidit. Unde illa traditio in omnibus ecclesiis recepta est. Et de hymnis alternae vice cantatis ista hactenus.* Non alia narrant Sozomenus lib. VIII. cap. 8, ac Nicephorus lib. XIII. cap. 8. Et ne dicas tum primum huiusmodi hymnos, non antea, in ecclesia excogitatos fuisse, animadverte Socratis verba capite superiore (id est lib. VI. 7. fin.) νῦξησε δὲ πρῶτος καὶ τὰς περὶ τοὺς νυκτερινοὺς ὕμνους εὐχὰς, ἐξ αἰτίας τοιάσδε. *Primus etiam* (Ioh. chrys.) *precationes, quae in nocturnis hymnis fieri solent amplificavit, tali causa inductus.* Amplificantur ea quae usu recepta sunt: quae autem primo excogitantur, cum nondum ullam sui subsistentiam habeant, amplificari non possunt. Quid ergo ex argumento Perkinsii probe colligat Rivetus, ipse viderit. Sed quid cum illis agas, qui neque scripta patrum, neque consuetudines ecclesiae, neque instituta maiorum sciunt? Et si unquam etiam inter legendum occurrerit, quod eorum fictas atque vanas opiniones minuat, vel non animadvertunt, vel animadversum negligunt; et quod peius est, alio distrahunt, et pervertunt?

Iam audio Rivetum dicere, neque enim desipit semper, quod utinam esset! le-

ctiones et hymnos constitutos a Carolo ex patrum scriptis, et in laudem sanctorum fecisse: non dubium vero lectiones ex sacris litteris, et in laudem Dei Christique, multo antiquiores fuisse, et ante etiam ipsum Christum natas. Sed neque hoc modo probat, hasce Thaumaturgi orationes dubias esse. Et negabit ne ipse et Annunciationem virginis, et Theophania ad Christum pertinere? Negabit scilicet. Quid tum? Lectiones in sollemnitatibus sanctorum valde Carolo antiquiores sunt: et martyrum acta in ecclesia ante eundem Carolum legebantur. Volens puto hoc ignoravit Rivetus: neque enim adeo infans in rebus ecclesiasticis, et scriptis patrum, quae pro libidine deartuat, existimandus est. Quod si nolens id nesciverit, edoctus modo sciat et obmutescat, et deponat aliquid ex fastu illo, et tanta illa quam sibi vindicat doctrina. Acta martyrum probata ante Carolum in ecclesia legebantur, consequenterque festi sanctorum dies celebrabantur. Hadrianus papa in epistola ad eiusdem Caroli scriptum de imaginibus cap. 17. *Vitae patrum sine probabilibus auctoribus minime in ecclesia leguntur. Nam ab orthodoxis titulatae et suscipiuntur et leguntur. Magis enim passiones sanctorum martyrum sacri canones censuerunt, ut liceat eas etiam in ecclesia legi, cum anniversarii dies eorum celebrantur.* Canon qui id censuit inter concilia africana est num. 50. Ἐξέστω ἔτι μὴν ἀναγινώσκεσθαι τὰ πάθη τῶν μαρτύρων, ἡνίκα αἱ ἐτήσιαι αὐτῶν ἡμέραι ἐπιτελοῦνται. *Liceat etiam legi passiones martyrum, cum anniversarii dies eorum celebrantur.* Dixi vero probata, ut quae de sanctorum historiis ab haereticis vel aliis falso scripta sunt excluderem (ut iubet canon trullanus 63.) Quo vel solo factum est, ut ea legendi in ecclesia vetus consuetudo a Gelasio antiquata sit. Gelasius papa in romano concilio (ed. Labb. T. IV. p. 1263.) *Gesta sanctorum martyrum secundum antiquam consuetudinem, singulari cautela in sancta romana ecclesia non leguntur: quia eorum, qui conscripsere, nomina penitus ignorantur, et ab infidelibus aut idiotis superflua et minus apta, quam rei ordo fuerit, scripta esse putantur, sicut cuiusdam Quirici et Iulittae, sicut Georgii aliorumque eiusmodi passiones, quae ab haereticis perhibentur compositae: propter quod, ut dictum est, ne vel levis subsannandi oriretur occasio, in sancta romana ecclesia non leguntur.* Antiquam consuetudinem legendi gesta martyrum in ecclesia Gelasius multo ante Caroli tempora fatetur, et Hadrianus eidem Carolo denunciat: et Rivetus et Perkinsius primum a Carolo constitutam esse tradunt? Et ut magis teneas, quid essent, adeatur Basilius seleuciensis de vita et miraculis sanctae Theclae lib. II. Is martyris Theclae die sollemni ad habendam orationem in eius laudem se comparans, die antecedente in aegritudinem perquam pravam incidit, et martyre morbum dissolvente, in laudes eius effunditur in ecclesia. Ἦν γὰρ αὐτῆς ἡ ἐτήσιος ἑορτή· παρεσκευασάμην δὲ κἀγὼ πρὸς ἔπαινον μικρὸν τῆς ἑορτῆς· ὤφθην ἐπὶ τοῦ δεικτηρίου· λέγεται δὲ οὕτως ὁ τόπος ἐν ᾧ ἐπιδείκνυνται οἱ λέγοντες, τοῦτο ἐστὶν ὁ ἄμβων ἤτοι τὸ ἀκροατήριον· καὶ εἶπον μὲν ἅττα. *Conventus anniversarius eius agebatur, et ad orationem exiguam de laudibus festi habendam me comparaveram. In dicterio comparui, hoc est in loco, ubi verba facturi se exhibent, sive ambonem, sive suggestum, sive auditorium appelles, et pauca quaedam dixi.* Qui iam adductis testimoniis fidem non adhibet, etiam si sexcenta alia offerantur, pervicacius indurescet. Legebantur itaque in ecclesia tum latina tum graeca non scripturae sacrae solummodo, sed et acta martyrum, et in iisdem sollemnitatibus ab antiquioribus patribus habitae orationes ante Carolum, quamvis id nequiter negent et Rivetus et Perkinsius.

Dicent, facinus hoc non esse natum apud illos novum, sed culpam referendam esse in Sigebertum, et Paulum Aemylium, qui ante se fraudem hanc conceperunt. Dicent equidem, sed callido mendacio. Proponamus verba Sigeberti tum ex chronico, tum ex libro de scriptoribus (cap. 81,) *Carolus imperator per manum Pauli diaconi sui decerpens optima quaeque de scriptis catholicorum patrum, lectiones unicuique festivitati convenientes per circulum anni in ecclesia legendas compilari fecit in duobus voluminibus.* De vitis sanctorum, de hymnis in his, ne verbum quidem. Qua fronte ergo dicitur, ex his Sigeberti verbis, et vitas sanctorum, et hymnos festis convenientes a Carolo primum constitutos fuisse? Et quomodo primus constituit, qui ex catholicorum patrum scriptis, quae ante ipsum erant, decerpere Paulum iussit? Erant ergo ante Carolum eiusmodi scripta in ecclesia, sed cum ab haereticis male habita, et addititiis doctrinis conspurcata multa cerneret, iussit ut triticum ex catholicorum scriptis, reiectis haereticis, eligeretur. Non itaque ipse primus constituit. Tum demum, an unum et idem tibi, Rivete, videtur compilare facere, et constituere? Compilare, est in unum cogere: primum constituere, est primum statuere, proponere, decernere. Compilantur quae antea erant; primum constituuntur, quae tum primum nascuntur. Si ergo erant antea, non potuit primus constituere, potuit tamen ipse compilare, vel facere ut Paulus compilaret. Male ergo legeras verba Sigeberti, peius conceperas, pessime tua pro illius verbis divenditas, et lectorem fallis. Et sic talis error in utroque vestrum fuit. Pauli vero Aemylii de gestis Francorum in Carolo (ed. Basil. p. 65.) verba sunt: *vetustissimis exemplaribus, sanctisque auctoribus, imperiò opeque Caroli undique conquisitis, martyrum vitas mortemque, ac ceterorum divorum, summa brevitate perstrinxit in templis legendas.* Nulli hic hymni memorantur. Lectiones quas summa brevitate perstrinxit Paulus, ex vetustissimis exemplaribus, sanctisque auctoribus decerptae sunt. Laborem Pauli ope sua atque imperio Carolus promovit, exemplaria nempe conquirendo, et sumptus erogando, ut promptius in ecclesia legerentur, quae nimia sua prolixitate lectores segniores reddebant. Quomodo itaque primus Carolus lectiones festis sanctorum convenientes constituit?

Neque illud omittendum est. Verba Perkinsii quae ipse, ut supra dixi non vidi, ex quibus tot errores consequuntur, Rivetus videtur non intellexisse. Argumentabatur siquidem Perkinsius, si sanae mentis compos scribebat, lectiones, hymnos, et vitas sanctorum diebus festis convenientes primum a Carolo constitutas fuisse. Ergo hae orationes tot ante saecula scribentis Thaumaturgi esse non possunt. Et manifestum est, quod in earum secunda, ipso statim initio, talium mentio habeatur. Ἑορτὰς μὲν ἁπάσας καὶ ὑμνῳδίας δέον ἡμᾶς θυσιῶν δίκην προσφέρειν τῷ θεῷ, πρῶτον δὲ πάντων τὸν εὐαγγελισμὸν τῆς ἁγίας θεοτόκου. *Sacras quidem festorum celebritates atque hymnos decet nos sacrificiorum instar offerre Deo, primum autem omnium annunciationem sanctissimae Dei genitricis.* Non ut argutatur Rivetus has esse dubias, quia lectiones et hymni diebus festis convenientes primum a Carolo magno constituti sint. Quamvis vero argumentum Perkinsii nullum sit, ut supra probatum est, attamen illud maximum in Riveto fuerit, critico rerum sacrarum improbissimo, pauca ista Perkinsii intellectà non fuisse. Et plane argumentum Perkinsii ita conceptum stultissimum est. Etenim si quia hymnorum et festorum dierum meminit, ideo tres vel quatuor istae orationes reiiciendae sunt, reiicienda erunt et evangelia, et epistolae Pauli, et tot alia sanctorum, qui ante Carolum vixerunt, monu-

menta pulcherrima, et de quorum auctoribus dubitare nefas esset, vel eo solo nomine quod in illis mentio habeatur, et dierum festorum, et hymnorum, quod ista primum a Carolo constituta sint.

Et ut magis urgeam. Hac Thaumaturgi orationes quatuor sunt, tres in Annunciationem, unica in Theophaniam, et ex his in una tantum, quae est secunda in Annunciationem, et dierum festorum, et hymnorum fit mentio. Quae poterit assignari ratio, ut una simul cum hac reliquae reiiciantur? Etiamsi quae de festis et hymnis loquitur, e scriptis Thaumaturgi esset exterminanda, ista non unà secum traheret alias. Fac enim inter orationes seleucianas, vel chrysostomianas sit una, quae Seleuciensem, vel Chrysostomum non agnoscat, ideo ne et reliquae aliae amandandae sunt? κακοῦ κόρακος κακὸν ὠόν. Inter decem adolescentes unus spurius est, neque indubitate, ergo ceteri omnes spurii? Inter decem pecudes una nigra est, ergo et reliquae novem? Et ut finiam, inter criticos sacros Rivetus amens demensque est, ergo et quotquot critici sacri sunt? Demus ergo dubitationem esse de secunda in Annunciationem, quia et hymni, et dies festi in ea tinniunt; ergo propterea et aliae ibidem annexae in dubium vertantur? Vertantur, fatebitur forsan Rivetus, cui omnia sacra in dubium vertere in animo est. Et haec quidem ad rationes Riveti, gordianis, ut ipsi videtur, nodis circumflexas, satis sint.

Scribunt alii: verba, quae ad Iordanis ripas, et in monte dicit pater de Christo, ita coniungit atque interpretatur, ac si ipsa baptismi hora dicta fuissent, auctor homiliae in Theophaniam: *hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Filius consubstantialis* etc. perspicue significare auctorem illius homiliae scripsisse post Arii, et concilii nicaeni tempora, immo post ipsos Nestorium et Eutychetem damnatos. Idem quoque iudicium faciendum de duodecim capitibus de fide, cum anathematismis quae quum Nestorianorum et Eutychianorum errores et blasphemias damnent, non possunt auctorem habere Gregorium thaumaturgum, qui multis ante harum haereseon ortum annis, diem suum obierat. Haec ratio non plane concludit. Neque enim quia patrum sententiis haereses, quae ipsos subsecutae sunt, iugulantur, ideo bene infertur dictas sententias vel commentaria, in quibus tales sententiae digeruntur, non esse patrum qui haeresibus praeiverunt: cum Spiritus sanctus eorum mentem et calamum dirigens, ante exortas ipsas haereses, eas profligaverit; ut haberent fideles, cum illae nascerentur, ad veritatem ostendendam subsidia. Inde natis haeresibus, qui tum vivebant fideles, ex antiquorum Patrum scriptis eclogas comminiscebantur, ut novum quidem haereticorum esse dogma, illud autem ecclesiae antiquissimum et patrum commentariis insinuatum, ex quibus illud elicerent, commonstrarent. De quo nos alibi plura. Quare potuit et Thaumaturgus ante eutychianam e arianam haeresim, veritatem promere, et quod ecclesia ipsa post aliquot saecula adversus haereticos in sui defensionem proponeret, praenunciare. Et istorum ratio non usquequaque absona fuerit, ut illa Riveti: *Bellarminus nihil se habere certum profitetur tam de homiliis in Annunciationem, et Epiphaniam dominicam, quam de libello de anima ad Tatianum, quorum veteres non meminerunt.* Ergo illa dubia fuerint. Quasi vero quod incertum est Bellarmino, id quoque in ecclesia dubium sit: et quorum operum veteres non meminere, ea incerta sint: et quasi veteres omnium meminerint, et nos omnium veterum, quaecumque illa fuerint, prae manibus habeamus. Sed Riveti, cum solidiora non habeat, hili nugamenta haec sunt.

Non minor difficultas est de expositione fidei, quam ille scripsit et publicavit,

vocavitque κατὰ μέρος; non quod ex parte, quae sunt fidei tradat et exponat, vel quod per partes inibi fides explicetur, vel quod fidem non universam sed partim tradat, vel quod particularis fides fuerit, sed quod singulas et speciales fidei partes enucleat. Eam Vossius invenit, ediditque latine solum, cum graeca non habuerit (1). Subdit Bellarminus, fortasse falli Vossium. Nam expositio fidei, cuius meminit sanctus Basilius in epistola CCX. ad Neocaestarienses, vere a Thaumaturgo scripta adversus Aelianum (2), multum differt a vossiana ista: in illa enim habebatur, Patrem et Filium hypostasi esse unum, et sola animi cogitatione distingui, unde suspicio orta erat a Gregorio foveri haeresim Sabellii: quamobrem eum Basilius a sabellianismi suspicione defendere contendit: sed vossiana Sabellium nominatim refutat, neque unquam dicit Patrem et Filium hypostasi esse unum, et sola rationis cogitatione distingui; sed contra dicit, Patrem et Filium natura divinitatis esse unum, et unamquamque personam per se subsistere, et aliam esse hypostasim Patris, aliam Filii etc. Praeterea vossiana videtur omnino scripta contra Arianos, ac per hoc satis diu post tempora Thaumaturgi; sic enim incipit: *inimicissimi et alieni a confessione apostolica sunt, qui dicunt, esse Filium ex non extantibus* etc. Et infra: *eos vero, qui communicant cum iis, qui reiiciunt homousion, tamquam alienos a scripturis; et qui dicunt aliquid ex Trinitate creatum esse, alienos existimamus.* Constat autem Arianos dixisse, Filium esse ex non extantibus, et reiecisse homousion. Quin etiam ita disputat hic auctor de incarnatione, ut videatur refellere Nestorianos et Eutychianos. Et haec quidem sunt Bellarmini argumenta.

Posset addi auctoritas Leontii de sectis act. VIII. 4. qui ait: ἀλλὰ καὶ ἄλλην ἡμῖν χρῆσιν παραφέρουσιν, ὡς ἀπὸ τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Θαυματουργοῦ ἐκ τῆς κατὰ μέρος πίστεως, οὐ δύο πρόσωπα, οὐ δύο φύσεις· οὐ δεῖ γὰρ τέσσαρα προσκυνεῖν· καὶ τὰ ἑφεξῆς· λέγομεν δὲ καὶ πρὸς τοῦτο, ὅτι πρῶτον μὲν καὶ αὕτη ἀμφεβλήθη παρὰ τοῖς παλαιοτέροις, μὴ εἶναι τοῦ ἁγίου Γρηγορίου· ἔπειτα Γρηγόριος ὁ νυσσαεὺς γράφων ἐπιτάφιον εἰς τὸν Θαυματουργὸν λέγει, μηδὲν σύγγραμμα φέρεσθαι αὐτοῦ, εἰ μὴ μόνην τὴν πίστιν, ἣν κατὰ ὀπτασίαν εἶδεν. *Proferunt nobis et aliam quandam auctoritatem sancti Gregorii thaumaturgi ex illius confessione fidei* τῆς κατὰ μέρος. Non duas personas, *inquit*, non duas naturas: quia non adoranda sunt quatuor. *Et alia quae sequuntur. Ad hoc quoque respondemus, primum de hac itidem dubitatum apud antiquiores, an sit Gregorii. Deinde Gregorius nyssenus orationem de Thaumaturgo funebrem scribens, nullum ait opus ipsius in manibus esse praeter solam fidem, quam in visione conspexerit.* Nec aliud sensisse Eulogium patriarcham alexandrinum colligitur ex oratione illius tertia adversus calumniantes sanctos patres, et concilium chalcedonense (3), cum dicit: εἰ δέ τις ἡμῖν Ἀθανάσιον ἐν τῷ περὶ σαρκώσεως προκομίζει λόγῳ, καὶ τὸν Νεοκαισαρείας Γρηγόριον ἐν τῷ περὶ τῆς κατὰ μέρος πίστεως, δύο λέγειν κωλύοντας ἐπὶ Χριστοῦ τὰς φύσεις. *Si vero quis nobis Athanasium proferat in libro*

(1) Egregium hoc nec breve opusculum Thaumaturgi nos denique graece edidimus ex antiquo codice vaticano in volumine septimo Scriptorum veterum part. 1. p. 170-176. A. M.

(2) Huius quoque opusculi, quod Thaumaturgus scripsit de Trinitate, insigne nos fragmentum edidimus ex codice arabico vat. (in quam linguam olim conversum fuerat) Spicil. rom. T. III. p. 696-699. A. M.

(3) Sumit hoc et subsequens Eulogii testimonium Allatius ἀπὸ στόματος Φωτίου in bibliotheca cod. CCXXX. p. 845. Neque enim illarum XI. Eulogii orationum quicquam superest, praeter Photii excerpta. Nos tamen Script. vet. T. VII. part. 1. p. 177-178, ex alio Eulogii dogmatico opere non spernendum fragmentum protulimus. A. M.

de incarnatione; Gregorium item thaumaturgum in libro de fide secundum partes exposita, prohibentes duas in Christo asserere naturas etc. Et ne de alia eum loqui suspicio oriretur, infra ex eadem fide verba illa profert, quae Apollinaris impietatem redolere videbantur. Ἡ δὲ τὸν θαυμαΐουργὸν Γρηγόριον ὑποβαλλομένη χρῆσις, λέΐεται μὲν γὰρ ἐκείνου, τὸν δὲ Ἀπολλινάριον εἰσκομίζει, καΐάφορον προβάλλεΐαι τὴν ἀτοπίαν· λέΐει γάρ· καὶ ἔσΐι θεὸς ἀληθινὸς ὁ ἄσαρκος ἐν σαρκὶ φανερωθεὶς, τέλειος τῇ ἀληθινῇ καὶ θείᾳ τελειότηΐι, οὐ δύο πρόσωπα, οὐδὲ (1) δύο φύσεις· οὐδὲ Γὰρ τέσσαρας προσκυνεῖν λέγομεν. *Testimonium quod Gregorii thaumaturgi nomine subiicitur, illius quidem esse dicitur, sed Apollinaris esse, absurditas illa manifeste declarat. Habet enim: et est verus Deus, qui cum esset sine carne in carne apparuit, perfectus vera divinaque perfectione, non duae personae, neque duae naturae, neque enim quatuor adorare dicimus.* Haec autem verba leges omnino in editione parisiensi Thaumaturgi pag. 101. (2). Monachi item Palaestinae in epistola ad Alcisonem apud Evagrium lib. III. cap. 31. Καὶ οὐ θαῦμα· καὶ Γὰρ καὶ λόΓους παΐέρων πολλάκις νενοθεύκασι· πολλοὺς δὲ Ἀπολλιναρίου λόγους Ἀθανασίῳ καὶ Γρηγορίῳ τῷ θαυματουργῷ, καὶ Ἰουλίῳ, διὰ τῶν ἐπιγραφῶν ἀνατεθείκασιν, οἷς μάλισΐα τοὺς πολλοὺς πρὸς τὰς ἰδίας ἀσεβείας σφεΐερίζονται. *Nec plane mirum. Etenim sanctorum Patrum libros saepe depravarunt, multosque Apollinaris libros Athanasio, Gregorio cognomento thaumaturgo, et Iulio, inscriptionibus commutatis attribuerunt, quibus quidem libris plurimos in suum impium errorem inducunt.* Et auctor vitae sancti Maximi homologetae (ed. Combefis. T. I. p. 11.) Τί οὖν; οὐ δέχῃ μίαν ἐνέργειαν τῶν ἐκκρίτων διδασκάλων; καὶ ἤΓαγε Θεοδόσιος τὰς ψευδωνύμως παρ' αὐτῶν περιφερομένας ὡς Ἰουλίου τῆς Ῥώμης, καὶ τοῦ θαυμαΐουργοῦ Γρηγορίου, καὶ Ἀθανασίου τῶν ἁγίων χρήσεις· καὶ ἀνέγνω αὐτάς. Καὶ εἶπε Μάξιμος· φοβηθῶμεν δὴ τὸν Θεὸν, καὶ μὴ θελήσωμεν παροργίσαι αὐτὸν ἐπὶ τῇ παραΓωγῇ τῶν αἱρεΐικῶν χρήσεων· οὐδεὶς γὰρ ἀγνοεῖ, ταύτας εἶναι τοῦ δυσσεβοῦς Ἀπολλιναρίου· εἰ μὲν ἄλλας ἔχεις, δείξον. *Quid igitur? Non admittes unam actionem, quam selecti patres professi sunt? Et adduxit Theodosius, quae falso sub sanctorum nomine circumferebantur, testimonia Iulii romani, Gregorii thaumaturgi, et Athanasii, et legit ea. Tum Maximus dixit: timeamus Dominum, et non ad iracundiam illum provocemus inductione haereticorum testimoniorum. Nemo siquidem ignorat ea esse impii Apollinaris. Si vero alia tenes, ostende.* Hinc plane videtur professio ista fidei e Gregorii thaumaturgi operibus, uti haereticorum foetus genuinus eliminanda, atque exterminanda. Sed considerandum est id accuratius.

Bellarmini argumenta alicuius esse momenti iudicarentur, si ille antea probasset, vel unam tantum fidei expositionem a Thaumaturgo conscriptam fuisse: aut eam de qua agit Basilius, non aliam esse quam illam, quam Vossius publicavit. Verum

(1) Vides insignem monophysitae alicuius hominis, qui ut mox dicemus, Thaumaturgi scripta corrupit, fraudem, dum οὐδὲ scripsit pro ἀλλὰ *(neque* pro *sed)*, atque ita ex orthodoxo Gregorium fecit monophysitam (neque hanc brevem interpolationem Eulogius ipse diserte agnovit.) Rem ita se habere, demonstrat sincerum excerptum a Sirmondo prolatum in adn. ad Facundum hermianensem, quod mox p. 112. recitabit Allatius. Iamvero de corruptis orthodoxorum libris fraude haereticorum, diu nos locuti sumus in dissertatione, quam habes in huius novae PP. bibliothecae tomo quarto. A. M.

(2) Graece apud nos Script. vet. T. VII. p. 174. ubi aeque est monophysitica corruptio οὐδέ. Extat id corruptum Thaumaturgi testimonium etiam in codice arabico vat. 101, in quo sunt patrum excerpta ab homine monophysita collecta, ut diximus in Spicil. rom. T. III. p. 665. ubi aliquot illinc protulimus. A. M.

cum oppositum magis pateat, vossiana fidei editio adhuc stat firmius; et nisi validioribus convellatur machinis, stabit. Consideremus verba Basilii ad Neocaesarienses (ep. CCX. 5.) καθῆκαν δέ τινα πεῖραν δι' ἐπιστολῆς, καὶ πρὸς τὸν ὁμόψυχον ἡμῶν Ἄνθιμον τῶν Τυάνων ἐπίσκοπον, ὡς ἄρα Γρηγορίου εἰπόντος ἐν ἐκθέσει πίστεως· πατέρα καὶ υἱὸν ἐπινοίᾳ μὲν εἶναι δύο, ὑποστάσει δὲ ἕν· τοῦτο δὲ ὅτι οὐ δογματικῶς εἴρηται, ἀλλ' ἀγωνιστικῶς ἐν τῇ πρὸς Αἰλιανὸν διαλέξει, οὐκ ἠδυνήθησαν συνιδεῖν οἱ ἐπὶ λεπτότητι τῶν φρενῶν ἑαυτοὺς μακαρίζοντες. *Immiserunt autem tentamentum quoddam per epistolam etiam ad eiusdem nobiscum sententiae Anthimum Tyanorum episcopum, quasi Gregorius in expositione fidei dixerit Patrem et Filium, iuxta mentis quandam considerationem duos esse, hypostasi vero unum. Hoc autem non dogmatice sed decertandi causa in dialogo adversus Aelianum dictum esse, intelligere nequiverunt, qui propter intelligendi subtilitatem beatos sese reputant.* Illud ἐν ἐκθέσει πίστεως indefinite, et ἀορίστως prolatum, et nullo articulo ad singulare quidpiam alligatum, nullam nobis certam ac determinatam fidei expositionem notat; sed sonat, in una expositione a Thaumaturgo edita. Quod si in una ita pronunciavit, absque dubio alias quoque confecisse indubitatum relinquitur. Quae si una tantum fuisset, non ἐν ἐκθέσει πίστεως, sed ἐν τῇ ἐκθέσει τῆς πίστεως Basilius pronunciasset, quemadmodum paulo post dixit, ἐν τῇ πρὸς Αἰλιανὸν διαλέξει, quia una solummodo fuerat ad Aelianum. Praeterea editio illa fidei per modum dialexeos ad Aelianum, nempe disputando et altercando habita est, cuius disputationis ne vestigium quidem apparet in vossiana. Quare concludendum videtur, omnino de alia expositione fidei in ea epistola verba fecisse Basilium, et aliam nobis Vossium tradidisse.

At vossiana videtur esse scripta contra Arianos, multo Thaumaturgo recentiores. Cum Arianos non nominet, parum refert si spiritu fretus divino, ante quam esset, haeresim Arianam iugulat. Ut enim veritas in ecclesia haberi possit ex patribus, et exortae haereses dictis antiquorum profligentur, divina providentia factum est, ut veritatis semina in antiquorum scriptis offenderentur, et errores recens nati auctoritate maiorum refutarentur. Et divinitatem Filii non primum Arium, sed alios etiam ante ipsum ab ipso Christi adventu negasse: et Nestorianam haeresim, eutychianamque ante ipsum Nestorium et Eutychetem ab aliis quoque fuisse promulgatam, memini me alibi satis fuse probasse. Vossianam vero semper a non contemnendis auctoribus, et in discernendis sanctorum scriptis accuratissimis agnitam veluti Thaumaturgi, et Thaumaturgo nostro vindicatam, quilibet dummodo sit in Patrum monumentis exercitus, fatebitur. Nec singulos recenseam.

Collector satis antiquus, quisquis ille fuerit, auctoritatum de duabus in Christo naturis ex sanctis patribus, quam esse veterem collectionem et in pluribus reperiri bibliothecis tradit Vossius, ex hac eidem fidei expositione secundum partes testimonium profert, quod edidit Vossius. Andronicus Camaterus non contemnendus auctor, et in lectione sanctorum patrum versatissimus, inter alia sanctorum testimonia a se collecta de processione Spiritus sancti, ex hac quoque fidei expositione unam et alteram ac tertiam auctoritatem collegit, et uti genuinas Thaumaturgi suis animadversionibus exponere conatur; cui respondens Iohannes Veccus patriarcha constantinopolitanus, non eas tamquam spurias reiicit, sed uti genuinas agnoscens, sua explicatione ab absona Camateri expositione in rectam fideique consonam sententiam traducit, et verum earundem sensum enucleat. Quod si ψευδεπίγραφον reputasset,

extricasset se facilius, asserendo non esse illis attendendum, cum essent suppositiae. Quin imo idem Veccus in oratione de unione ecclesiarum ex ea tamquam genuina ad refellendos Graecos testimonium assumit. Ὁ μέγας καὶ θαυματουργὸς Γρηγόριος Νεοκαισαρείας ἐπίσκοπος ἐν τῷ λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχὴ, ἔχθιστοι καὶ ἀλλότριοι τῆς ἀποστολικῆς ὁμολογίας, οἱ τὸν υἱὸν ἐξ οὐκ ὄντων λέγοντες, φησίν. *Magnus et miraculorum effector Gregorius neocesariensis episcopus in oratione cuius principium est: inimicissimi et alieni ab apostolica confessione sunt, qui filium ex iis quae non extant asserunt, inquit.* Et in suis epigraphis non una vice: ὁ μέγας καὶ θαυμάτουργὸς Γρηγόριος Νεοκαισαρείας ἐπίσκοπος ἐν τῷ λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχὴ, ἔχθιστοι καὶ ἀλλότριοι τῆς ἀποστολικῆς ὁμολογίας. *Magnus et thaumaturgus Gregorius neocaesariensis episcopus in oratione, quae incipit, inimicissimi et alieni ab apostolica confessione* etc. Et ex ea testimonia profert. Georgius Metochita in oratione prima de pace inter duas ecclesias: ὁ τὴν κλῆσιν ἁρμοζόντως τοῖς ἔργοις λαχὼν Γρηγόριος ὁ θαυματουργὸς ἐν τῷ λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχὴ, ἔχθιστοι καὶ ἀλλότριοι, φησίν· ἀγεννήτου μὲν ὄντος τοῦ πατρὸς· καὶ τὰ ἑξῆς. *Qui nomen operibus conveniens nactus est Gregorius thaumaturgus, in oratione, cuius principium, inimicissimi et alieni, dicit: ingenitus Pater cum sit* etc. Constantinus meletiniota orat. I. Δείξομεν δὲ καὶ τὸ παρὸν, εἰ δοκεῖ, παραλαβόντες εἰς μαρτυρίαν Γρηγόριον τὸν ἐν Θαύμασι διαλάμψαντα, παρ' ὧν καὶ τὴν ἐπωνυμίαν ἐπλούτησεν· ὁ μὲν γὰρ κύριος, διὰ δύο μαρτύρων ἢ καὶ τριῶν πᾶν εἶπε ῥῆμα σταθήσεσθαι, τὸ ἀποχρῶν αὐτῶν εἰς βεβαίωσιν τάχα προδηλῶν· ἡμεῖς δὲ τὸν τοιοῦτον ἀριθμὸν καὶ πολλὴν εὐπορίαν διπλασιάσαντες, ἕκτον ἤδη τοῦτον παράγομεν ἔχοντα πολὺ πρὸς τοῖς ἄλλοις τὸ ἀξιόπιστον, ὃς ἐν τῷ κατὰ μέρος πίστεως αὐτοῦ λόγῳ ταῦτα φησίν· ὁμολογοῦμεν ὁμοούσιον τοῦ πατρὸς εἶναι· καὶ τὰ ἑξῆς. *Hoc quoque ostendemus, si placuerit, in testimonium adducentes miraculis praeclarum Gregorium, ex quibus etiam cognomen adeptus est. Namque Dominus, in ore duorum vel trium testium omne verbum stabit, quod id satis esset ad rem confirmandam, asserit. At nos huiusmodi numerum, cum abundantius suppeteret, duplicantes, sextum hunc in medium adducimus, qui prae aliis fide dignissimus est. Hic in oratione sua de fide secundum partes, haec habet.* Confitemur consubstantialem esse Patri etc. Et orat. II. Καὶ δὴ λεκτέον κατὰ ἀρχὰς τὴν ῥῆσιν τοῦ θαυμαστουργοῦ Γρηγορίου, τοῦ τὸ πᾶν διαβοήτου τοῖς πέρασιν, ἧς οὐκ ἂν τῇ προτέρᾳ τῆς νῦν πραγματείᾳ καθ' ἕτερον ἐμνήσθην σκοπόν· ἡ δὲ ῥῆσις, ὡς ἂν καὶ ταύτην γένηταί μοι διαλαβεῖν τάχιον, ἐν τῷ λόγῳ τῆς αὐτοῦ καθὰ μέρος πίστεως κειμένη, φησίν· ὁμολογοῦμεν ὁμοούσιον τῷ πατρὶ εἶναι· καὶ τοῦτο μὲν ὁ τῶν θείων ἀποκαλύψεων οὗτος ὑφηγητής. *Et vero proferendum est hoc principio dictum thaumaturgi Gregorii, cuius fama fines orbis pervasit, cuius non alio scopo in praecedenti quoque tractatu mentionem induxi. Dictum vero, ne moras texendo tempus insumam, iacet in oratione illius de fide secundum partes, et est: confitemur consubstantialem esse Patri. Et hoc quidem ille divinarum revelationum interpres.* Et Demetrius Cydonius de processione Spiritus sancti cap. 10. Καί τοι καὶ τῶν διδασκάλων τινὲς τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐκπόρευσιν ἔκπεμψιν εἶναι διδάσκουσιν ἀΐδιον· τοῦτο μὲν ὁ θαυματουργὸς Γρηγόριος, τοῦτο δὲ Γρηγόριος ὁ θεολόγος· ὁ μὲν ἐν λόγῳ οὗ ἡ ἀρχὴ, ἔχθιστοι καὶ ἀλλότριοι, φάσκων· καὶ τὰ ἑξῆς. *Quamvis nonnulli doctorum processionem sancti Spiritus emissionem esse aeternam doceant, partim quidem Gregorius thaumaturgus, par-*

tim vero Gregorius theologus, ille quidem in oratione, cuius initium, inimicissimi atque alieni, inquiens etc. Vin' plures? Iosephus Bryennius orat. XV. de Trinitate. Αὐτὸ τοῦτο βούλεται κατὰ πάντα, καὶ τὸ τοῦ θαυματουργοῦ Γρηγορίου, καὶ τὸ τοῦ Νύσσης, καὶ τὸ τοῦ Χρισοστόμου, τοῦ μὲν λέγοντος· ἀγεννήτου μὲν ὄντος τοῦ πατρὸς, γεννηθέντος δὲ τοῦ υἱοῦ· καὶ τὰ ἑξῆς. *Hoc idem sibi vult per omnia tum thaumaturgi Gregorii, tum Nysseni, tum sapientis Chrysostomi dictum. Primo quidem dicente, ingenitus cum sit Pater, genitus autem Filius* etc. Et ne antiquoribus destitui videamur, accersendus est Anastasius sinaita, qui ex hac Gregorii fidei expositione, tamquam Thaumaturgi genuina, dictum laudat, et affert. Vide Euthymii Zygabeni dogmaticam panopliam titulo decimo quinto (1).

Interim consideranda sunt dicta Baronii ad annum Christi 233. n. 19. « Constat » fidem susceptam a beata Virgine cum Iohanne evangelista, fuisse ab eodem ipso » Gregorio accuratissime explicatam, apposito commentario, de expositione fidei in- » scripto, qui citatus reperitur inter alios a Basilio magno de Spiritu sancto cap. 29. » (n. 74.) et epistola (CCX.) ad Neocaesarienses, et a Leontio scholastico. » Sed erroris iste arguitur dum ait dubitatum a patribus, an expositio fidei fuerit ab ipso Gregorio scripta. Nam Basilius, qui omnia Gregorii accurate perspecta habuit, ut eius opus citat, et ab eo editum fuisse non dubitat, licet idem ibi de subsistentiis aliquid minus proprie videretur esse locutus: sicut et accidere potuit ex eodem textu ab haereticis, ut ait Evagrius lib. III. cap. 31, depravato, aut perperam exposito. Rem consideremus. Uti verum est fidem revelatam a Virgine et Iohanne evangelista adnotasse, sibique reservasse Gregorium, ita falsum eam commentario apposito accuratissime explicasse. Sic quoque orationem sive expositionem fidei, quae incipit ἔχθιστοι, non esse explicationem illius fidei revelatae, sed tractatum per se divisum, ab eaque distinctum, ut planum fiet singula conferenti. Basilius de Spiritu sancto cap. 29. ne verbum quidem facit de expositione fidei, sed tantummodo glorificationem a Gregorio editam, cum aliis ab aliis antiquioribus patribus factis confert, et examinat. Sic et in epistola (CCX.) de alia ad Aelianum scripta sermonem habet, ut supra contra Bellarminum probavimus. Et immerito Leontius scholasticus vapulat, qui non de tradita a B. Virgine, quam et ipse et alii uti verbum divinum venerati sunt, et scripto consignaverunt, sed de hac quam speciali titulo τοῦ κατὰ μέρος ab aliis Gregorius separavit, et de qua scribit dubitatum fuisse a patribus. Et licet etiam verum sit, omnia dicti patris perspecta habuisse Basilium, nihilominus expositio fidei, quam ipse sugillat, et excusare nititur, non fuit neque illa dictata a Virgine, neque haec ipsa, de qua nobis examen incumbit, sed alia tertia ad Aelianum, sive Gelianum, ceu scribit Facundus hermianensis lib. X. (cap. 6.) scripta, ut supra diximus, in qua de subsistentiis non ita commode locutum fuisse tradit. Cum in hac, de qua nunc dubitatur, nihil sit neque in mysterio Trinitatis, neque in mysterio incarnationis, non aptissime traditum, et catholicae ecclesiae consonum. Et tres huiuscemodi expositiones ante me notaverat doctissimus Iacobus Sirmondus in notis ad Facundum hermianensem.

Dubitarunt ergo patres de hac, quod in ea reperirentur nonnulla, quae scholam Apollinaris, et Eutychetis olerent. Certum est dubitasse. Verumtamen ut ex eo-

(1) Latine quidem in bibliotheca lugdun. PP. T. XIX. p. 187. Graece dabit mox Allatius p. 112. Zygabeni disputationem cum Saraceno habes in hac nostra PP. bibliotheca T. IV. Nova et ampliora alia eiusdem scripta prelo paramus. A. M.

rum dictis una simul collatis constat, non de tota hac oratione, sed solummodo de dicto inserto, in quo videbatur tollere e persona Christi duas naturas, et unam tantum constabilire. Sic Eulogius. Ἡ δὲ τὸν Θαυματουργὸν Γρηγόριον ὑποβαλλομένη χρῆσις λέγεται μὲν γὰρ ἐκείνου, τὸν δὲ Ἀπολλινάριον εἰσκομίζει. *Testimonium quod Gregorii thaumaturgi nomen prae se fert, dicitur quidem illius esse, sed Apollinarem olet.* Sic monachi Palaestinae apud Evagrium, quamvis dicant haereticos. Athanasio, Gregorio, ac Iulio, inscriptis eorum nominibus, multos Apollinaris tractatus supposuisse, antea tamen dixerant, *patrum libros saepe depravasse.* Καὶ λόγους πατέρων πολλάκις νενοθεύκασι. Sic auctor vitae sancti Maximi vocat χρήσεις ἁγίων, καὶ αἱρετικῶν χρήσεις (1)· ῥῆσις, sive χρῆσις, est dictio, effatum, sententia, pars orationis integra; τεμάχιον, frustum, fragmentum ἦ δ' Εὐριπίδης ῥῆσιν τινὰ, *cecinit Euripides sententiam quandam*, pars orationis, non oratio integra. Quare hic contendunt χρῆσιν illam vel ῥῆσιν, quae ex Apollinaris penu exorta est, Thaumaturgi non esse, sed Apollinaris. Non ideo tamen abdicant reliquam orationem continuatam, quae Gregorio indigna non est. Et dum dicit Leontius, apud antiquiores dubitatum, non de fidei expositione id affirmat, sed tantum de dicto illo et sententia, quam uti ipse, ita et alii verbatim expresserunt, dubitationem fuisse, intelligi debet. Quod vero ultimo loco ponit ex sententia Gregorii nysseni, nullum esse opus Thaumaturgi praeter solam fidem, quam in visione conspexerat, hoc non est hac fidei expositione sola, sed reliquis etiam aliis operibus, quae indubitate Gregorii sunt, Gregorium spoliare, quod fuerit plane absonum, et vere inconsideratum. Et licet id Nyssenus assereret, Nyssenum ipse revereor, et illius dicta exosculor. Habeo tamen quos illi opponam Basilium et Hieronymum, qui multa alia eiusdem recensent. Erat ergo ab haereticis dictum illud de duabus in Christo naturis depravatum, quod Anastasius in ecloge sua ex puriore codicum fonte hauriens, ut illud ediderat Thaumaturgus exscripsit, recitatque Sirmondus dicto loco. Ἐκ τῆς κατὰ μέρος πίστεως Γρηγορίου τοῦ μεγάλου καὶ Θαυματουργοῦ· καὶ ἔστι Θεὸς ἀληθινὸς, ὁ ἄσαρκος ἐν σαρκὶ φανερωθεὶς, τέλειος τῇ ἀληθινῇ καὶ θείᾳ τελειότητι, οὐ δύο πρόσωπα, ἀλλὰ (2) δύο φύσεις, οὐδὲ τέσσαρας προσκυνεῖν λέγομεν θεὸν καὶ υἱὸν, Θεὸν καὶ ἄνθρωπον, καὶ πνεῦμα ἅγιον. *Ex fide secundum partes Gregorii magni et thaumaturgi. Est Deus verus, qui absque carne cum esset, in carne apparuit, perfectus vera et divina perfectione, non duae personae, sed naturae duae; neque quatuor adorare dicimus, Deum et filium; Deum et hominem, et Spiritum sanctum.* Et Euthymius Zygabenus in panopliae titulo 15. ea in parte ubi de duabus in Christo naturis testimonia patrum colligit. Τοῦ μεγάλου Γρηγορίου τοῦ Θαυματουργοῦ ἐκ τῆς καθὰ μέρος πίστεως. Καὶ ἔστι θεὸς ἀληθινὸς, ὁ ἄσαρκος ἐν σαρκὶ φανερωθεὶς, οὐ δύο πρόσωπα, ἀλλὰ δύο φύσεις. *Magni Gregorii thaumaturgi ex professione fidei secundum partes. Et est Deus verus: qui sine carne est, in carne apparuit, non duae personae, sed duae naturae.* Iure itaque dictum hoc, ut proferebant haeretici, verterunt in dubium patres, an Gregorii esset. Et de hac expositione fidei κατὰ μέρος, satis.

Dixi supra, fidem Gregorio revelatam a Virgine patres reveritos fuisse, et in sua scripta retulisse. Addo nunc, et ex illius dictis multa fidei mysteria, verbis et senten-

(1) Reapse in nostro volumine septimo Script. vet. part. 1. habes p. 165. titulum χρήσεις τῶν μακαρίων καὶ ὀρθοδόξων πατέρων. Et p. 68. χρήσεις Θεοστυγῶν αἱρετικῶν. Denique p. 202. χρήσεις ἄχρηστοι ἀρειανῶν. A. M.

(2) Viden' genuinum ἀλλὰ, pro spurio οὐδὲ? Recole nostram adnotationem 1. p. 108. A. M.

tiis inde haustis, comprobasse. Ne singulos recenseam, duo tantummodo dicta disertissimi patris, et cui a theologicis rebus optime et accuratissime pertractatis, theologi cognomen universae ecclesiae consensu obvenit, Gregorii inquam nazianzeni, in medium afferam, quibus affirmatio mea aperte constabilietur. Primum erit ex oratione de baptismate (or. XL. 42.) Scribit Gregorius: οὐδὲν τῆς Τριάδος, ὦ οὗτοι, οὔτε δοῦλον, οὔτε κτιστόν. *Nihil in Trinitate, o amici, neque servum neque creatum.* Et plane ita est. Et notavit nescio quis in margine manuscripti codicis vaticani 1592. pag. 59. Γεώργιον (Γρηγόριον vult dicere) τὸν θαυμαΐουργὸν ἐν τῇ ἀποκαλύψει: *Gregorium innuit thaumaturgum in revelatione.* Alter est in oratione de Spiritu sancto (or. XXXI. 28.) Σέβειν θεὸν τὸν πατέρα, θεὸν τὸν υἱὸν, θεὸν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τρεῖς ἰδιότητας, θεότητα μίαν, δόξῃ, καὶ τιμῇ, καὶ οὐσίᾳ, καὶ βασιλείᾳ μὴ μεριζομένην, ὥς τις τῶν μικρῷ πρόσθεν θεοφόρων ἐφιλοσόφησεν. *Colere Deum patrem, Deum filium, Deum spiritum sanctum, tres proprietates, deitatem unam, neque gloria, neque honore, neque essentia, neque regno subdivisam, ut quidam paulo ante nos deifer philosophatus est.* In alterius codicis quoque vaticani 456. pagina 361. adnotatur: Γρηγόριον λέγει τὸν θαυματουργὸν ἐν τῇ ἀποκαλύψει.

Cesset etiam censura a Bellarmino facta de duodecim capitulis, quae tamen uti gregoriana a collectore sententiarum de duabus in Christo naturis agnoscuntur. Et Suidas: Γρηγόριος, καὶ Ἀθηνόδωρος συναίμονες, ἀλλ' ὁ μὲν τεραΐουργὸς, ὁ δὲ σοφιστής· ἔγραψε δὲ περὶ σαρκώσεως καὶ πίστεως λόγον. *Gregorius et Athenodorus germani fratres, sed ille quidem miraculorum patrator, hic sophista. Scripsit vero ille de incarnatione et fide orationem.* Hanc enim orationem non esse aliud, quam ipsa duodecim capitula, agnosco ex collectore sententiarum, qui dum ex ea verba profert, scribit ea se sumere ἐκ τοῦ περὶ σαρκώσεως καὶ πίστεως λόγου ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τοῦ δευτέρου ἀναθεματισμοῦ. *Ex oratione de incarnatione et fide, in interpretatione anathematismi secundi.* Licet enim ex divisione operis in capitula, capitulorum sibi nomen opus praetulerit, attamen illi περὶ σαρκώσεως titulum ab auctore praefixum fuisse, ex eodem operis argumento plane patet. Scribit scilicet auctor: θεοῦ χάριΐι πῶς δεῖ πιστεύειν περὶ τῆς σαρκώσεως καὶ ἐνανθρωπήσεως τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ. *Quomodo cum Dei gratia oporteat credere de incarnatione et inhumanatione filii Dei Iesu Christi.* Et apposite haec duo coniunxit σάρκωσιν, καὶ ἐνανθρώπησιν, *iacarnationem* et *inhumanationem*, tamquam qui et graecos catholicos sequeretur, qui de hoc mysterio libros suos inscribere solebant, περὶ ἐνανθρωπήσεως; et heterodoxorum sententiam refelleret, qui cum totum hominem a Verbo susceptum negarent, ἐνανθρωπήσεως titullum refugiebant, et altero περὶ σαρκώσεως utebantur, ut Eudoxius constantinopolitanus, et Apollinaris ipse fecerant. Athanasius etiam Gregorium secutus utramque vocem una coniunxit contra Apollinarem (lib. I. 21.) Μανιχαῖος ἀπιστήσας τῇ σαρκώσει καὶ ἐνανθρωπήσει τοῦ κυρίου, ἀσεβὴς κατὰ πάντα γέγονε. *Manichaeus non credens incarnationi et inhumanationi Domini, in omnibus impius factus est.* Illud quoque interim observandum est, horum capitulorum cum expositione in editis gregorianis praefigi Gerardum Vossium interpretem, cum tamen Possevinus scribat, quoniam ea nunquam aut graece aut latine prodierint in lucem, ideo versionem illorum factam a Francisco Turriano, in apparatu suo adiecisse. Quae quum iisdem verbis, paucis immutatis, prae manibus omnium sit, quis ab altero acceperit, incertum mihi est.

In epistolam Thaumaturgi canonicam commentarii Iohannis Zonarae, et Theo-

dori Balsamonis editi sunt Lutetiae; Balsamonis quidem simul cum aliis eiusdem expositionibus in sacros canones; Zonarae vero separatim, cum eodem Thaumaturgo, Macario, et Basilio seleuciensi, Lutetiae in fol. graece et latine.

Praeter haec, illius etiam laudat epistolas Hieronymus. Et aliae huius vulgo feruntur epistolae. Suidas: ἔγραψε καὶ ἄλλας τε πολλὰς καὶ ποικίλας ἐπιστολάς. *Scripsit et alias multas varii generis epistolas.*

Alia quoque scripsisse, nulli dubium fuerit: multa enim illius et satis prolixa in catena graeca super Hieremiam, quae nos latina fecimus, et suis in Hieremiam commentariis inseruit Michaël Gislerius, leguntur quae in editis non habentur.

Ad hunc neocaesariensem Gregorium Origenem scripsisse epistolam, *quando, quibusve philosophicae disciplinae utiles sint ad sacrarum scripturarum expositionem, cum scripturae testimonio,* decimo tertio capite Philocaliae insertam, nonnulli nec immerito existimarunt. P. Χαῖρε ἐν θεῷ κύριέ μου σπουδαιόταΤε, καὶ αἰδεσιμώταΤε υἱὲ Γρηγόριε, παρὰ Ὠριγένους. Ἡ εἰς σύνεσιν κ. τ. λ. In margine codicis vaticani 389. notatur: ἀλλὰ τὸ παρὸν κεφάλαιον, οὐδὲν ἕτερον ἔχει, εἰ μὴ μόνην ἐπιστολὴν αὐτοῦ τοῦ Ὠριγένους γραφεῖσαν πρὸς Γρηγόριον, ὅν τινες τὸν θαυμαΤουργὸν λέγουσιν εἶναι. *Praesens hoc capitulum nihil aliud continet, nisi tantum epistolam ipsius Origenis scriptam ad Gregorium, quem quidam Thaumaturgum esse contendunt.* Epitomatores gesneriani. *Eiusdem Thaumaturgi epistola, seu canones* 11. *impressi sunt Basileae apud Iohannem Frobenium anno* 1518. *cum sancti Petri epistola, et Gennadii* etc. *Item metaphrasis in Ecclesiastem, et Aristeas de septuaginta duobus interpretibus legis hebraicae, Iohanne Oecolampadio interprete. In Origenem panegyricus Romae in vaticana bibliotheca ms. servatur. De anima liber ad Tatianum extat apud Didacum Hurtadum Venetiis.*

Antequam finiam, non immerito hic nonnullorum Graecorum in propria sententia defendenda ardor obstinatus exagitandus est, qui tanti patris fidei expositionem, divinitus habitam, ab ecclesia tum orientali tum occidentali agnitam ac receptam, male sana interpretatione in aliam adversamque sententiam trahunt, et sensum a mente sui scriptoris absonum distorquent. Ut reliquos praeteream, neque enim talia examinandi locus hic opportunus esse videtur, unus prae aliis audiatur Iohannes hierosolymitanus orat. de Spiritu sancto adversus Latinos. Οὐ γὰρ ἄλλό τι εἶπον οἱ ἅγιοι οὗτοι, ἀλλ' ὃ Χριστὸς εἴρηκε, τουτέστι τὸ ἐκ μόνου τοῦ ΠαΤρὸς, ὃ ἐκ τοῦ ΠαΤρὸς ἐκπορεύεΤαι, καὶ τὸ ἐκ τοῦ θεοῦ καὶ ΠαΤρὸς τὴν ὕπαρξιν ἔχον, καθὼς Γρηγόριος ὁ θαυματουργὸς ἐν τῇ ἀποκαλύψει αὐτοῦ ἔφη, ἓν πνεῦμα ἅγιον, τὸ ἐκ θεοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχον, καὶ δι' υἱοῦ πεφηνὸς δηλαδὴ τοῖς ἀνθρώποις. *Neque enim aliud sancti dixerunt, quam quod Christus pronunciavit. Hic nimirum est ex solo Patre, qui ex Patre procedit, et qui ex Deo et Patre existentiam habet, uti Gregorius thaumaturgus in sua dixit revelatione. Unus Spiritus sanctus, ex Deo existentiam habens, et qui per Filium apparuit, scilicet hominibus.* Quid hic eloqui potuit inconsultius? An non isto modo loquendi confunduntur omnia, et infima summis paria fient? *Non aliud dixerunt sancti, quam quod Christus pronunciavit.* Verum id est, nemo inficias iverit. *Hic scilicet est ex solo Patre.* Hoc vero falsum est. Nunquam talia Christus pronunciavit; ideoque eum sequentes sancti, ab hisce dictandis scribendisque sese abstinent. *Qui ex Patre proeedit.* Hoc Christi est, nemo nos fallit, dictum exosculamur. Sed in verbis Christi dictio illa *solo* a Iohanne hierosolymitano addita, qua oculorum acie perspicitur? Ego plane

non video. *Uti Gregorius thaumaturgus.* Hoc purum putum mendacium est. Verba Thaumaturgi non aliud quam verba Christi sonant, Spiritum sanctum ex Deo existentiam habere, ex Patre scilicet procedere. Ex his tu colligis Thaumaturgum et Christum ipsum decernere, Spiritum sanctum ex solo Patre procedere. Stulto ego stultior fuero, si his conclusionibus crederem. Audi, mi homo. Ex Patre procedit Spiritus; ergo ex solo Patre; falsum id est. Potest siquidem quod procedit ex Patre, et ex alio quoque procedere. Et ex Filio procedere iam apud catholicos omnes, et scripturae et sanctorum patrum testimoniis constabilitum est. Aeque etiam hoc mecum scias. Licet Christus, reliquique omnes patres dixissent, ex solo Patre Spiritum procedere, adhuc Filium non excludi ab ista processione, quod clarissimis exemplis comprobatur a Basilio magno, et fuse exponitur a Iohanne Vecco patriarcha constantinopolitano de processione Spiritus sancti cap. 12, et a Petro episcopo mediolanensi orat. ad Alexium Comnenum, aliisque quamplurimis. Adde praeterea in divinis apparere *per Filium*, nihil aliud notare, quam existentiam; et fuse patrum testimoniis id probat Nicephorus Blemmyda orat. I. de processione Spiritus sancti: nec tantum processionis nomen, sed et alias dictiones apertissime et sine ullo velamine de ipsa essentiali Spiritus existentia sumi, Iohannes Veccus orat. de unione ecclesiarum. Et ne iniqua lite tempus teramus, adi Basilium magnum epist. (236) ad Amphilochium quae incipit: ἐζητημένον ἤδη παρὰ πολλοῖς. Fucum itaque facit suis Graecis patriarcha hierosolymitanus, cum ex hisce Thaumaturgi verbis, quae illi Iohannes evangelista communicavit, suam astrui de processione Spiritus ex solo Patre sententiam contendit, et sincerissimae ac candidissimae fidei professioni vulnus impingit inhonestum atque intolerabile, quod non indicare lectori per transennam, piaculum duxi.

LXIII. Theodorum byzantium coriarium, multae eruditionis et doctrinae virum, plurium haereseon auctorem et fautorem damnavit, et ab ecclesia proscripsit Victor pontifex romanus. Etsi synodicon ad Telesphorum papam id referat. Theodoretus lib. II. 5. de nugis et fabulis haereticorum Theodotum vocat. Καὶ Θεόδοτος δὲ ὁ βυζάντιος ὁ σκυτεὺς ταυτὰ τῷ Ἀρτέμονι πεφρονηκὼς, ἑτέρας ἡγήσατο φατρίας· τοῦτον δὲ ὁ τρισμακάριος Βίκτωρ ὁ τῆς Ῥωμαίων ἐπίσκοπος ἀπεκήρυξεν, ὡς παραχαράξαι πειραθέντα τῆς ἐκκλησίας τὰ δόγματα κατὰ τῆς τούτων αἱρέσεως ὁ σμικρὸς συνεγράφη Λαβύρινθος, ὅν τινες Ὠριγένους ὑπολαμβάνουσι ποίημα· ἀλλ' ὁ χαρακτὴρ ἐλέγχει τοὺς λέγοντας. *Et Theodotus quoque byzantius coriarius eadem atque Artemo sentiens, alterius sectae dux fuit. Hunc beatissimus Victor romanae urbis episcopus condemnavit, tamquam eum qui dogmata ecclesiastica adulterare conaretur. Contra horum haeresim parvus Labyrinthus conscriptus fuit, quem nonnulli Origenis esse opus existimant. Verumtamen id asserentes character illius seu forma dicendi refellit.* Vide reliqua apud eundem, et apud Epiphanium lib. II. contra haereses, adversus Theodotianos.

LXIV. Theodorus Heracleae, sive Perinthi, in Thracia, namque civitas binominis est, episcopus. Hinc etiam Heracleotes, et Perinthius dictus, in synodo nicaena cum multis aliis adversus apostolica dogmata pugnans, Arii sententiam subdole tuebatur (Gelasius cyzicenus in actis concilii Nicaeni lib. II. cap. 7.) Postmodum in synodo antiochena cum reliquis Arianis adversus nicaenam synodum consensit. Tandem a catholicis in sardicensi, episcopatu motus, tamquam qui cum aliis filium Dei a paterna substantia separaret, reciperetque eos qui propter arianam haeresim reiecti fuerant, et ad ampliorem ministerii divini dignitatem eveheret, condemnatus est. Vir

aliàs, si Nicephoro credimus lib. IX. 5. historiae ecclesiasticae, ἐλλόγιμος. Si Hieronymo, elegantis apertique sermonis, et magis historicae intelligentiae. Edidit sub Constantino principe *commentarios in Matthaeum, et in Iohannem* (1), *et in psalterium* (2). Nicephorus scribit: τὴν τῶν εὐαγγελίων ἑρμηνείαν ὑπαγορεῦσαι, *evangeliorum expositiones edidisse.* Huius in psalmos commentarii manuscripti antiquissimi, et optimae notae habentur in bibliotheca barberina, Urbano VIII. a cardinali Ludovisio dono dati, ut praefixa inscriptio indicat: *codicem antiquitate integritate, orthographia, conspicuum; cuius unicum exemplar habet quidem bibliotheca vaticana, sed mutilum, mancum, lacunarum plenum, nec ita venustum, Urbano VIII. pont. max. virtutum omnium et sacrae eruditionis asylo, Ludovicus Cardinalis Ludovisius S. R. E. vicecancellarius, graecae vetustatis munusculum, deditissimi animi perpetuum argumentum offert.*

LXV. Theodorus mopsuestenus Diodorum Tarsi episcopum audiit, et Flavianum antiochenae ecclesiae antistitem, eorumque dogmatibus enutritus, et clare atque fortiter elaborare edoctus, ut ait Domnus antiochenus ad Theodosium imperatorem, et Iohannes in sua ad concilium orientalium epistola, haereticorum catervis immissus est. Fuit Iohannis constantinopolitani episcopi condiscipulus, erudiitque Nestorium, ut praeter alios habet Evagrius histor. eccles. lib. I. cap. 2, et antiochenae ecclesiae tum ipse Theodorus, tum Nestorius, extitere presbyteri. Sed Theodorum mopsuestenum episcopum concionantem Antiochiae audiebat Nestorius adhuc presbyter, insignis et ipse in docendo ut Gennadius cap. 53. testatur, et ex tempore declamator. Antequam episcopatui praeesset, in eremum secedens solitariam vitam egit, sed mundi illecebris et luxuriae sordibus pellectus, quam amplexatus fuerat vitae vale dicens, in mundum confugit, et desertor factus est: postmodum dictis Chrysostomi resipiscens, delictorum veniam impetrat, et desertum vitae institutum denuo exosculatus, usquequo licuit continuavit. Tandem episcopus factus, in pace catholicae communionis, non solum sine ulla querela, sed etiam cum gloria magna defunctus, ut notat Facundus hermianensis pro trium capitulorum defensione lib. VIII. cap. 1. ex Iohanne antiocheno, agonibus adversus Arianos et Eunomianos, et alios haereticos plurimis per omnem suam vitam ubique decoratur, et a synodo chalcedonensi, a Iohanne constantinopolitano, atque Gregorio nazianzeno, superstes; et post obitum, a Iohanne e Domno antiochenis, et tota synodo orientis, atque Cyrillo alexandrino, et Proclo constantinopolitano contra adversariorum calumnias multiplici ratione defenditur. Et sane cum adhuc in vivis esset, ob dogmata neminis offensionem incurrisse, probat quoque Leontius de sectis act. IV. 3. Περὶ δὲ τοὺς χρόνους ἐκείνους ἐγένοντο δύο ἄνδρες μεγάλοι, Διόδωρος ὁ Ταρσοῦ ἐπίσκοπος, καὶ Θεόδωρος ὁ Μοψουεστίας, οἵ τινες ἀντηγωνίσαντο πρὸς Ἀρειανοὺς, καὶ Μακεδόνιον, καὶ Ἀπολινάριον, καὶ τὴν ὅλην γραφὴν ὑπεμνημάτισαν, καὶ ἐν τιμῇ ὄντες μεγάλῃ ἀπέθανον, καὶ οὐδεὶς ἐν τῇ ζωῇ αὐτῶν ἐπελάβετο τινὸς αὐτῶν, ἀλλ' ἐγκώμια ἔγραψαν εἰς αὐτοὺς πολλοί· καὶ Βασίλειος γὰρ αὐτοὺς ἐγκωμιάζει, καὶ Ἰωάννης ὁ χρυσόστομος· ὕστερον δὲ κινουμένου τοῦ νεστοριανοῦ δόγματος, ἠνεγκάσθη Κύριλ-

(1) Commentarius Heracleotae in Iohannem ad gothicam olim ex graeca lingua translatus fuit, eiusque non contemnenda fragmenta apparuerunt in pretiosissimis gothici sermonis palimpsestis codicibus, quos nos Mediolani et Romae, Deo favente, deteximus. A. M.

(2) Edidit hunc Heracleotae in psalterium commentarium Balthassar Corderius, cuius videsis praefationem tomi I. catenae in psalmos. Nos vero eiusdem Heracleotae scholia copiosa in Esaiam, Allatio incognita, edidimus nunc ex pervetusta vat. ad eum prophetam catena. A. M.

λος ὁ πρώην αὐτοὺς ἐπαινῶν, κατὰ τῶν συγγραμμάτων αὐτῶν γράψαι, ἐπειδὴ ἀπ' αὐτῶν ἰσχυρίζετο τὸ δόγμα αὐτοῦ ὁ Νεστόριος· ὑπομνηματίσαντες γὰρ οὗτοι τὴν ἁγίαν γραφὴν, οὐκ ἔστησαν ἄχρι τοῦ δέοντος· ἀλλὰ βουληθέντες μερίσαι τὰς ἐν τῇ ἁγίᾳ γραφῇ φωνὰς, τὰς μὲν τῇ θεότητι, τὰς δὲ τῇ ἀνθρωπότητι, εὑρέθησαν δύο ὑποστάσεις τοῦ Χριστοῦ καὶ διαίρεσιν εἰσάγοντες· καὶ δι' αὐτὸ ἠνεγκάσθη ὁ Κύριλλος κατ' αὐτῶν γράψαι, ἐπειδὴ ἀπ' αὐτῶν ἰσχυρίζετο τὸ δόγμα αὐτοῦ ὁ Νεστόριος· διὰ τοῦτο δὲ ἐν τῇ ζωῇ αὐτῶν οὐδεὶς αὐτοῖς ἀντεῖπεν· ἐπειδὴ τὸ μάχεσθαι πρὸς τὰς μείζους αἱρέσεις, ἔσκεπε τὰ τοιαῦτα δόγματα· μετὰ δὲ χρόνον ὀλίγον τοῦ ἀποθανεῖν Θεόδωρον, καὶ Διόδωρον ἀνέστη ἡ αἵρεσις Νεστορίου. *Extiterunt iis temporibus magni quidam duo viri Diodorus episcopus Tarsi, et Theodorus Mopsuestiae, qui et adversus Arianos, et Macedonium, et Apollinarem pugnabant: universasque litteras sacras commentariis illustrarunt: et in pretio habiti mortem oppetierunt, nec ipsis vivis quisquam dictum aliquod eorum reprehendebat, immo complures scriptis encomiis eos celebrarunt. Nam et Basilius, et Iohannes chrysostomus eos praedicant. Verum postea moto dogmate nestoriano, coactus est Cyrillus, qui et ipse pridem eos laudasset, adversus eorum opera scribere* (1), *quia dogma suum Nestorius ex iis confirmaret. Namque editis illi in sacras litteras commentariis intra fines non constiterant, sed cum distribuere vellent sacrarum litterarum voces, alias ad divinitatem, alias ad naturam humanam relatas, deprehensum est, eos duas Christi hypostases et divisionem quandam introducere. Quam ob causam Cyrillus adversus ipsos scribere coactus fuit, confirmante dogma suum ex iis Nestorio. Vivis quidem ipsis cur nemo contradixerit, factum ideo, quod pugnandi contra sectas maiores necessitas, eiusmodi dogmata tegeret. At paulo postquam diem Theodorus ac Diodorus obiissent, suscitata Nestorii fuit haeresis.* Post mortem etiam a multis laudatum, et licet id a multis summopere postularetur, ab eius damnatione abstinuisse patres, narrat idem Leontius act. VI. 4. Ὁ δὲ Ἴβας καὶ αὐτὸς νεστοριανὸς, ὡς δηλοῖ ἡ γραφεῖσα παρ' αὐτοῦ ἐπιστολὴ πρὸς Μάριν τὸν πέρσην, ἐν ᾗ ἄνω καὶ κάτω ἐπαινεῖ τὸν Θεόδωρον, ἀφ' οὗ τὰ ἴδια δόγματα ἰσχυρίζετο ὁ Νεστόριος. *Ibas autem et ipse nestorianus fuit, quemadmodum ab eo perscripta ad Marim persam epistola docet, in qua sursum deorsum Theodorum laudat, cuius auctoritate dogmata sua Nestorius confirmabat.* Et infra: ἀλλὰ πάλιν ἐπαποροῦσιν, ὅτι καὶ διὰ τί μὴ ἀπῄτησεν αὐτὸν ἀναθεματίσαι Θεόδωρον, ἀλλ' ἐδέξατο τὴν ἐπιστολὴν αὐτοῦ τὴν πρὸς τὸν Μάριν, ἐν ᾗ πολλὰ ἐστὶν ἐπαινῶν τὸν Θεόδωρον; ὅτι καὶ τοῦτο πρότερον μᾶλλον ἐγκαλέσαι τῷ ἁγίῳ Κυρίλλῳ ὤφειλον, ἅπερ τῇ συνόδῳ· αὐτὸς οὖν ὁ ἐν ἁγίοις Κύριλλος ζητησάντων τινῶν ἤδη ἀναθεματίσαι τὸν Θεόδωρον, φαίνεται γράφων πρὸς Πρόκλον, ὅτι οὐ δεῖ ἀναθεματίζειν· οἱ γὰρ ἀνατολικοὶ πάντες, φησὶ, μέγαν ἔχουσι διδάσκαλον τὸν Θεόδωρον· καὶ ἐὰν αὐτὸν ἀναθεματίσωμεν, μέγα σχίσμα ποιοῦμεν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τῶν ἀνατολικῶν· ὧν εἷς καὶ Ἴβας μὴ ἀνασχόμενος αὐτὸν ἀναθεματίσαι· ὃ γοῦν ὁ ἅγιος Κύριλλος ἐκώλυε, πῶς τοῦτο ποιῆσαι εἶχεν ἡ σύνοδος; *Sed rursus obiiciunt, cur ab eo non requisierit, ut Theodorum anathematizaret, immo scriptam ad Marim epistolam receperit, in qua Theodorum frequenter Ibas praedicat? Nimirum et hoc potius*

(1) Ex Cyrilli libris, nunc deperditis, adversus Theodorum mopsuestenum et Diodorum tarsensem, fragmenta nos edidimus in nova Patrum bibliotheca T. IV. p. 451-455. deque ea re plura ibi diximus in adnotationibus. A. M.

de sancto Cyrillo queri debebant, quam de synodo. Nam sanctae memoriae Cyrillum, cum nonnulli hoc ipsum quaererent, ut Theodorus anathemati subiiceretur, ad Proclum scripsisse constat, minime Theodorum anathematizari debere. Nam orientales, inquit, universi Theodorum pro magno doctore habent, quem si anathemati subiecerimus, in orientalium ecclesia dissidium ingens excitabimus. Quorum unus est Ibas, qui eum anathematizari non patietur. Quod ergo sanctus Cyrillus fieri prohibebat, quo pacto synodus facere poterat? Nec aliud innuisse videtur Eulogius alexandrinus in oratione de unione Theodosianorum et Gainitarum apud Photium cod. 227. Κύριλλος δὲ τοῦ Μοψουεστίας Θεοδώρου κατὰ τὴν ἑῴαν ὡσαύτως ἀνακηρυττομένου τῆς κοινωνίας οὐκ ἀφίστατο· ἑώρα γὰρ ἀκηράτοις σωζόμενα δόγμασι τὰ τῆς εὐσεβείας καιριώτατα. *Cyrillus vero a Theodori Mopsuestiae episcopi per orientem eodem anathemate percussi communione non abstinuit. Videbat enim sinceris dogmatibus servari praecipuos religionis articulos.*

Quidquid tamen hi asserant, certum est, Theodori dicta quae nestorianae haeresi favebant, vel extra catholicae fidei normam, sive suis in scriptis, sive in aliorum commentariis fuerant disseminata, numquam fuisse ab orthodoxis patribus approbata, quin immo a pluribus privatim, tum demum in concilio V. generali una cum Theodoro ipso, ut haeretica et catholicis auribus noxia reiecta, et anathemati subiecta, et Theodori memoriam e diptychis protrusam, ut tradit Iustinianus imperator in edicto *, εἰδότες ὡς οὐδέν. Θεόδωρος δὲ τῇ οἰκείᾳ ἐντελευτήσας ἀσεβείᾳ, ἀπὸ πάσης ἐκκλησίας ἐξεβλήθη· ἀμέλει τοι καὶ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς ἐν Μοψουεστίᾳ ἐκκλησίας, ἐν ᾗ λέγεται ἐπίσκοπος γεγενῆσθαι διὰ τὰς βλασφημίας, δι' ἃς περ Ἕλλησί τε καὶ Ἰουδαίοις, καὶ Σοδομίταις παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων συνηριθμήθη, ἀπήλειψαν ἐξ ἐκείνου τῶν ἱερῶν τῆς ἐκκλησίας διπτύχων τὴν τούτου προσηγορίαν, ὡς τὰ περὶ τούτου συστάντα κατὰ τὴν αὐτὴν πόλιν παρὰ τῇ συνόδῳ τῆς ἐπαρχίας ὑπομνήματα δείκνυσιν. *Theodorus vero in sua impietate mortuus, ab universa ecclesia proscriptus est. Quin et tota ecclesia mopsuestena, cuius episcopus fuisse dicitur, propter eius blasphemias, quarum gratia a sanctis patribus, paganis, et Iudaeis, et Sodomitis adnumeratus est, ab illo tempore nomen eius ex sacerdotum eiusdem ecclesiae catalogo seu diptychis expunxit, quemadmodum acta seu monumenta in illa civitate de hoc in episcoporum concilio illius provinciae testantur.* Et in illius locum Cyrilli alexandrini mentio, qui adversus eum, illiusque dogmata certamen subierat, suffecta fuit, quod plurimorum testimoniis in synodo mopsuestena probatur. Georgius Cedrenus in synopsi de V. generali synodo p. 376. Ἔτι δὲ καὶ κατὰ Θεοδώρου τοῦ Μοψουεστίας, διδασκάλου γεγονότος τοῦ Νεστορίου τοῦ ἰουδαιόφρονος, ἀναθεμάτισαν μετὰ τῆς λεγομένης Ἴβα ἐπιστολῆς. *Theodorum quoque mopsuestenum episcopum praeceptorem Nestorii eius, qui iudaicis erroribus germana sensit, et Ibae epistolam anathematizarunt.* Photius in bibliotheca cod. 18. Ἀνεγνώσθη πρακτικὰ τῆς πέμπτης συνόδου, ἐν οἷς τὰ λεγόμενα τρία κεφάλαια ἐτράκταίσθη τὰ περὶ Ὠριγένους, καὶ ἀνεθεματίσθη αὐτός καὶ τὰ συγγράμματα αὐτοῦ· τὰ περὶ Διοδώρου Ταρσοῦ, καὶ Θεοδώρου τοῦ Μοψουεστίας, καὶ αὐτοὶ ὁμοίως ἀνεθεματίσθησαν. *Lectae sunt actiones quintae synodi, quibus tractatum de tribus ut vocant capitulis. De Origene, qui cum scriptis suis anathemate damnatus. De Theodoro mopsuesteno, et Diodoro tarsensi, qui et ipsi similiter anathemate damnati sunt.* Et Gregorius magnus lib. VII. epist. 34. tradit sedem apostolicam Sozomeni historiam suscipere recusare, vel eo solo nomine, quod nimium

* Conc. Labb. T. V. col. 716.

profusus est in laudibus Theodori mopsuesteni, et eum ecclesiae doctorem fuisse tradit. *Sed ipsam quoque Sozomeni historiam sedes apostolica recipere recusat, quoniam multa mentitur, et Theodorum Mopsuestiae nimium laudat atque usque ad diem obitus sui magnum doctorem ecclesiae fuisse perhibet.* Ubi notat Vossius lib. II. de hist. graecis cap. 20. Quod de Theodoro Mopsuestiae ait, id hodie in Sozomeno non leges, sed in Theodoreto (hist. V. 40.) Quare videri possit μνημονικὸν Gregorii ἁμάρτημα. Sed vero similius est scripsisse hoc Sozomenum in iis quae perierunt. Nam ipse Sozomenus refert in praefatione, se historiam suam produxisse usque ad consulatum Theodosii iunioris septimum decimum, ita ut paene viginti annorum historia desideretur. Plura etiam de hoc alibi leges, et quidem in chronico Victoris tunnensis apud Canisium ed. Basnagii T. I.

Pravas Theodori opiniones recitat Theodorus presbyter rhaitenus in libro de incarnatione Domini. Μετὰ τοῦτον δὲ τὸν Ἀπολινάριον, εὐθέως ἀναφαίνεταί τις Θεόδωρος τῆς Μοψουεστίας πόλεως οὕτω λεγομένης ἐν τῇ γῇ τῶν Κιλίκων τὴν ἡγεμονίαν λαχὼν, ὃς ἐκ διαμέτρου τῷ Ἀπολιναρίῳ φερόμενος, ὕβρεις οὐ τὰς τυχούσας τολμηρᾷ ψυχῇ καὶ ἀφόβῳ καρδίᾳ καταχέει τοῦ δεσπότου Χριστοῦ, ἄνθρωπον ἕνα τῶν καθ' ἡμᾶς κοινὸν ἀποκαλῶν, καὶ ἐκ προκοπῆς λαβόντα τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ, θεὸν ὀνομάζεσθαι, καὶ ἐκ τοῦ ἐν τῷ Ἰορδάνῃ βαπτίσματος ἀξιωθῆναι ἐν πρώτοις τῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος δωρεᾶς, εἰς ὄνομα πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος βαπτισθέντα· τὸν δὲ Θεὸν λόγον διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν αὐτοῦ ἀρετὴν κατ' εὐδοκίαν ἐν αὐτῷ κατοικήσαντα, μεταδοῦναι αὐτοῦ τῆς θεϊκῆς ἀξίας καὶ προσκυνήσεως εἰς ὕστερον κατὰ τὴν τελείωσιν· ταῦτα τε καὶ ἕτερα πολλὰ δυσφημήσας τοιαῦτα, δύο φύσεις ἰδιοπεριορίστους φησὶν εἰδέναι ἐπὶ Χριστοῦ, σχέσει τινὶ καὶ μόνον ἀλλήλαις οἰκειωμένας· δευτέρα καὶ αὕτη πλάνη τοῦ μίαν φύσιν, καὶ δύο φύσεις ἰδιοπεριορίστους μὴ κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον ὁμολογεῖσθαι ἐν τῷ Χριστῷ. *Post hunc Apollinarem, repente extitit Theodorus quidam Mopsuestiae urbis, in regione Cilicum praesulatum nactus, Apollinari plane contrarius, qui contumelias non vulgares audaci animo, et imperterrito corde in Christum dominum effudit; hominum unum, nostri similem, et vulgarem appellando, qui ex progressu gratia Dei accepta, Deus nominetur, et a baptismate in Iordane inter primos donum sancti Spiritus sit consecutus, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti baptizatus. Deum vero Verbum ob excellentem virtutem eius, libenter in eo habitasse, eique divinam dignitatem impertisse, et adorationem deinceps post consummationem. His et aliis impie dictis, duas naturas inquit se novisse in Christo propriis suis finibus terminatas, solaque habitudine inter se conciliatas. Altera et haec blasphemia est, unam naturam, et duas naturas suis finibus circumscriptas in Christo non recte confiteri.* Haec ipsa Suidas in lexicon suum retulit voc. Θεόδωρος ὁ Μοψουεστίας. Georgius Cedrenus in synopsi chronica pag. 381, apud quem Iustinianus imp. in epistola ad synodum. Τούτων δὲ τῶν τεσσάρων συνόδων οὕτω γενομένων, καὶ ἐπιβεβαιωθεισῶν, καὶ κραυσῶν ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ, οἱ τὰ Νεσταρίου κρατοῦντες ἐσπούδασαν αὖθις τὴν αἵρεσιν αὐτῶν κραταιῶσαι διὰ τῆς Θεοδώρου τοῦ Μοψουεστίας ἀφορμῆς, πολλῷ χείρονα τοῦ μαθητοῦ αὐτοῦ Νεσταρίου βλασφημήσαντος· ὅθεν τοίνυν καὶ ἡμεῖς ἀκολουθοῦντες τοῖς ἡμετέροις πατράσι, καὶ βουλόμενοι τὴν ὀρθὴν πίστιν ἀλώβητον διαφυλάττεσθαι, προτρέπομεν καὶ τούτου τὰς βλασφημίας διεξετάσαντας κατ' αὐτοῦ, καὶ τῶν ὁμοφρόνων αὐτοῦ ἀποφήνασθαι· πρὸς γὰρ ταῖς ἄλλαις ἀναριθ-

μήτοις αὐτοῦ δυσφημίαις εἰς Χριστὸν τὸν Θεὸν ἡμῶν γενομέναις, ἄλλον εἶναι τὸν Θεοῦ λόγον, καὶ ἄλλον τὸν Χριστὸν, ὑπὸ τῶν τῆς ψυχῆς παθῶν, καὶ τῶν τῆς σαρκὸς ἐπιθυμιῶν ἐνοχλούμενον, καὶ τῶν χειρόνων κατὰ μικρὸν ἀφιστάμενον πρὸς τὰ κρείττονα τῇ προκοπῇ τῶν ἔργων ἐληλυθέναι, καὶ τῇ ἀρίστῃ πολιτείᾳ γενόμενον ἄμωμον, καὶ ὡς ψιλὸν ἄνθρωπον ἐν ὀνόματι πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος βαπτισθῆναι· καὶ διὰ τοῦ βαπτίσματος τὴν χάριν τοῦ ἁγίου πνεύματος εἰληφέναι, καὶ υἱοθεσίας ἠξιῶσθαι, καὶ καθ' ὁμοίωσιν βασιλικῆς εἰκόνος εἰς πρόσωπον τοῦ Θεοῦ λόγου τὸν Χριστὸν προσκυνεῖσθαι, καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἄτρεπτον ταῖς ἐννοίαις, καὶ ἀναμάρτητον γεγενῆσθαι· καὶ πρὸς τούτοις, εἶπε τοιαύτην γεγενῆσθαι τὴν ἕνωσιν τοῦ Θεοῦ λόγου πρὸς τὸν Χριστὸν, ὁποίαν ὁ ἀπόστολος ἔφη περὶ τοῦ ἀνδρὸς καὶ τῆς γυναικός· ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. *Iis quatuor conciliis sic actis, et confirmatis, et auctoritatem in ecclesia Dei obtinentibus, Nestorii sequaces denuo suam haeresim confirmare conati sunt, operâ Theodori mopsuesteni, qui multo peiora, quam Nestorius eius discipulus blasphemavit. Nos igitur sequentes sanctos patres nostros, et volentes rectam fidem sine ulla macula conservare, hortamur vos, ut huius quoque blasphemias examinantes, de eo et sectatoribus eius sententiam feratis. Nam praeter innumera alia, quae impie in Christum Deum nostrum maledicta evomuit, id quoque protulit, alium esse Deum Verbum, alium Christum qui ab animi perturbationibus, et carnis cupiditatibus, molestiam ipsi exhibentibus, paulatim ut a deterioribus desistens, actuum profectu in melius evaserit, inculpataque optimae vitae ratione usus sit. Qui ut purus homo, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti baptizatus, per baptismum gratiam Spiritus sancti consecutus, adoptione sit dignatus, et ad similitudinem regiae imaginis Christus in persona Dei Verbi adoratus; et post resurrectionem animo constanti, et peccatorum vacuo fuerit. Praeterea pronunciavit, eam fuisse Verbi cum Christo unionem, quae est ab apostolo dicta viri cum muliere, et erunt duo in una carne.* Theodori item prava dogmata prosequitur Hesychius presbyter hierosolymitanus in historia ecclesiastica, cuius verba recitantur in V. synodo collat. 5, et alii.

Scripsit innumera prope volumina, in quibus cum aliorum haereses oppugnat, tum ipse alias et μείζονι τῷ μέτρῳ parturit, et cum Apollinarem refellit, Nestorii impii dogmata expromit. Iohannes antiochenus, et synodus orientis ad Proclum constantinopolitanum, ut est apud Facundum lib. VIII. cap. 1. *Nimis animae nostrae vulneratae sunt, quia non solum nos viventes tales calumnias ab his, qui conturbare volunt, ecclesias, continue sustinemus; sed etiam qui bene de vita profectus est beatus Theodorus, qui quinque et quadraginta annis clare in doctrina praefulsit, et omnem haeresim expugnavit, et nullam alicubi detetractionem ab orthodoxis in vita suscipiens, post longi temporis hinc discessum, et post multa certamina, et post decem milia librorum adversus haereses scripta, et postquam in conspectu sacerdotum et imperatorum et populorum probatus est, periclitatur quae haereticorum sunt sustinere, et illis proximus praedicari.* Nos ex tot libris, illos quos adnotare datum fuit, commemorabimus. Primumque sibi locum habeat ἑρμηνεία τῆς κτίσεως, *interpretatio creationis.* Legit eam Photius in bibliotheca cod. 38. Ἀνεγνώσθη Θεοδώρου ἀντιοχέως οὗ ἡ ἐπιγραφὴ, ἑρμηνεία τῆς κτίσεως· ἐν τόμοις ἑπτὰ ἡ πρώτη βίβλος ἐπεραίνετο· τὴν δὲ φράσιν οὐδὲ λαμπρὸς, οὐδὲ λίαν σαφὴς, φεύγων δὲ τὸν δυνατὸν αὐτῷ τρόπον τὰς ἀλληγορίας, καὶ κατὰ τὴν ἱστορίαν

τὴν ἑρμηνείαν ποιούμενος· ταυτολογεῖ δὲ τὰ πλεῖστα, καὶ ἄχαρίς πως καὶ ἀηδὴς εἶναι δοκεῖ· ἀλλὰ καὶ τὸ Νεστορίου δόγμα, εἰ καὶ πρὸ Νεστορίου ὑπῆρχεν, ὑπερευγόμενος· οὗτος δὲ ἐστὶν ὁ Μοψουεστίας. *Lectus Theodori antiocheni liber est cum hac inscriptione,* interpretatio creationis. *Liber primus septem tomis absolvebatur. Stilus illi neque illustris neque valde perspicuus. Fugiens vero, quantum in ipso est allegorias, et historiarum dumtaxat expositionem tractans, eadem identidem repetit, et ingratus atque molestus legenti accidit. Quin et Nestorii sententiam, quamvis illo prior fuerit, tacite vomit. Hic est Theodorus ille Mopsuestiae.* Multa huiusce videre est in catenis graecis in genesim. Huius expositiones non usquequaque probatae sunt a Philopono in hexaëmeri expositione. Photius ibidem. Οὗτος δέ ἐστιν ὁ Μοψουεστίας, ὃν καὶ πλείστας εὐθύνας Ἰωάννης ὁ φιλόπονος, ὡς αὐτὸς, φησὶ τῆς τοιαύτης ἑρμηνείας ἐν οἰκείῳ τῷ εἰς τὴν κτίσιν πονήματι ἐδείχθη σπουδαίως εἰσπραττόμενος. *Hic est Theodorus ille Mopsuestiae, a quo saepenumero constat Iohannem philoponum, ut ipsemet fatetur, rationem huiusmodi interpretationis bona fide ac serio exegisse in suo de universi creatione opere.* Et apertius cod. 43. Καὶ συμφωνῶν ὁ Φιλόπονος σχεδὸν ἐν τοῖς πλείστοις Βασιλείῳ τῷ μεγάλῳ, ἀντιπίπτων δὲ δι' ὅλου τῷ Μοψουεστίας Θεοδώρῳ, ὃς τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν ἐνστησάμενος, ἑρμηνείαν τῆς κτίσεως τὸ βιβλίον ἐπέγραψεν· οὗ τὰς δόξας διελέγχων ὁ Φιλόπονος τὴν ἐναντίαν ἐτράπετο. *Atque ut Basilio magno Philoponus plurimum fere consentit, sic per omnia Theodoro Mopsuestiae repugnat, qui idem argumentum aggressus,* interpretationem creationis *librum inscripsit, cuius opiniones Philoponus reprehendens contra nisus est.* Et quod magis est, in V. synodo generali collat. 4. ea tamquam haeretica, et piis auribus noxia condemnantur. Unde etiam colligitur opus in plures libros fuisse divisum (1).

Psalmos quoque davidicos commentario et expositionibus adornavit. Ex hisce expositionibus quaedam recitantur, quibus illius haeresis, et cum Nestorio consensus convincitur, ex commentario scilicet in psalmos VIII. XXI. et LXVIII. in V. synodo generali collat. 4, et in psalmum XLVIII. a Facundo hermianensi lib. IX. cap. 1, ut Theodorum ab haeresi defendat. Quod an recte praestiterit, aliorum esto iudicium. Nos aliter sentire cogimur, qui scimus has in psalmos expositiones etiam ab ipso Theodoro non fuisse usquequaque probatas. Multa enim sibi effugisse, ut incipienti, quae maturiore castigatione indigeant, scribit idem ipse ad Cerdonem lib. de allegoria et historia adversus Origenem apud Facundum lib. III. cap. 6. et lib. X. cap. 1. *Ego quidem quod nostra sic laudes, non alii cuipiam imputo, quam amicitiae, quam circa nos habes, quam etiam in multis et magnis rebus semper ostendisti: et maxime quoniam ea quae scripta sunt in psalmos miraris, quae etiam prima ceterorum omnium scripsimus. Non autem quantam oportuerat habuimus circa istam rem diligentiam, passi enim sumus quaecumque incipientes, ut evenit, in imperitia scribendi constituti. Siquidem et multas immutationes, illo tempore quae nostra sunt susceperunt, quas non est praesentis temporis enarrare: ex qua causa magis negligenter a nobis composita sunt plurima, et maxime illa quae prima sunt.* Neque negat id Facundus lib. X. cap. 5. *Theodorus ultro semet ipsum reprehendens in expositione psalmorum confessus est, quod negligenter a se com-*

(1) Non in creationem tantummodo, id est in genesim, scripsit Theodorus, verum etiam in alios libros V. T. mihi occurrebant in vaticanis codicibus sparsim eiusdem auctoris fragmenta, id est in exodum, in numeros, in Iosue, in Iudices, in Esaiae Ezeciaeque preces, in odas. A. M.

posita fuerint plurima, et maxime illa quae prima sunt, et perhibuit aliqua in suos libros ab Apollinaristis immissa. Rem vero nobis, ut sese habuit, ingenue narrat Hesychius presbyter hierosolymitanus in historia ecclesiastica: *et iterum bene conversari, iterum in clericatu esse coepit, et Antiochia relicta in Tarsum transmigravit, ex qua in Mopsuestiam transiit, ordinatus in ea episcopus, nondum Deo volente manifestam impietatis illius praedicationem fieri. Prima autem elementa suae doctrinae ex iudaico vaniloquio incipiens, codicem in prophetiam psalmorum conscripsit, omnes de Domino praedictiones abnegantem. Culpatus vero et periclitatus, contraria sibi dixit non ex voluntate, sed compulsus omnium querimoniis, et codicem ipsum delere pollicitus, latenter conservabat iudaicae impietatis viaticum. Igni enim sua commentaria simulans tradere, malitiose abscondere illecebram conabatur. Tempus quidem plurimum, in exiguo loco prava loquens, qui esset merito latebat.* Extat nunc quoque Theodori antiocheni ἐξήγησις continuata εἰς τὸν ψαλτῆρα, *in psalterium expositio,* in bibliotheca vaticana, in escuriali regia, et alibi. Quam ipsi vidi, incipit in psalmo secundo, ἐν τῇ μνήμῃ τῶν ἀσεβῶν τὸν πρῶτον συμπεράνας ψαλμόν (1).

Nec non ex eiusdem commentario in Cantica canticorum recitantur nonnulla in V. synodo generali collat. 4. Quid vero ipse de eo libro senserit, ex eodem audiamus: *cum me piguisset Cantica canticorum perlegere, quoniam neque secundum propheticam speciem exposita sunt, neque secundum historiarum traditionem, sicut scriptura regnorum, neque demonstrativa admonitione studii utuntur, nescio quomodo tuarum litterarum praeceptum, de Cantico canticorum exigens a nobis irrecusabiliter causam, fecit me circa eam diligentiorem, violenter quidem. Et sic, nec enim cessavi, et initio ipso lectionis, quasi studiosa alacritate oscitans frequenter, et dormiens, sicut convivio codicis nuptialis, et hoc regali, percantatus* etc. Reliqua videri possunt in eodem concilio collat. 4.

Ex eiusdem etiam commentario *in duodecim prophetas* quaedam recitantur in eadem synodo collat. 4. Et extant ad hunc diem *in Oseam.* P. Εἰς ἔλεγχον τῶν ἀβασανίστως ἐπιβάλλειν ταῖς προφητικαῖς ἐπιχειρούντων φωναῖς. *In Iohelem.* P. Πρόκειται ἡμῖν τοῦ μακαρίου Ἰωὴλ τοῦ προφήτου τῆς σαφηνείας ἀπάρξασθαι νῦν. *In Amos.* P. Πρόδηλον οὖν ὅτι καὶ ὁ μακάριος Ἀμὼς ὁ προφήτης, ὃν ἑρμηνεύειν θεοῦ χάριτι. *In Abdiam.* P. Ἀπεχθῶς ἄνωθεν Ἰδουμαῖοι πρὸς τοὺς Ἰσραηλίτας ἔσχον. *In Ionam.* P. Εἷς καὶ αὐτὸς τῆς τε παλαιᾶς καὶ νέας ὑπάρχων θεός. *In Michaeam.* P. Παραπλήσια τοῖς περί τε Ὡσηὲ, καὶ Ἀμὼς, καὶ τοὺς λοιποὺς ὁπόσοι. *In Naum.* P. Νινευὶ πόλις ἦν μεγάλη, πλήθει τε κομῶσα, καθὼς ἡ θεία διδάσκει Γραφή. *In Abbacuc.* P. Ἤδη τοῦ Ἀσσυρίου μὲν τῶν δέκα φυλῶν αἰχμαλώτους εἰς τὴν οἰκείαν ἀπαγαγόντος χώραν. *In Sophoniam.* P. Οὐ πόρρω τοῦ μακαρίου Ἀμβακοὺμ τῷ χρόνῳ τὴν προφητείαν ταύτην. *In Aggaeum.*

(1) Vidit Allatius codicem vaticanum 617, ubi reapse, initio ducto a psalmo secundo, commentarius dicitur Theodori anticheni. Sed tamen errorem non agnovit Allatius; est enim is commentarius Theodoreti, non Theodori, ut ego legens comperi, erroremque in ipso vaticano indice emendandum manu mea curavi. Immo vero codicis mendum diligenter me iam coarguisse memini in praefatione ad priorem editionem tomi I. Script. vet. p. 22. Utique Mopsuesteni plurimae partes genuinae commentarii in psalmos editae postea fuerunt in Corderii catena; sed plurimae adhuc latent in codicibus, tantoque numero, ut id Mopsuesteni opus propemodum in integrum restitui posse videatur; quod me facturum, vita comite, coniunctis etiam partibus corderianis, spondere ausim. A. M.

P. Ὡσηὲ μὲν, καὶ Ἰωὴλ, καὶ Ἀμὼς, καὶ Μιχαίας οἱ μακάριοι προφῆται κοινὸν πρὸς ἅπαντα (1).

In exponendis quoque novi testamenti voluminibus sedulam operam collocavit. Hinc ex eius commentario *in Matthaeum* lib. I. et IV. quaedam recitantur in eadem synodo collat. 4, et apud Facundum lib. III. cap. 2.

Ex commentario item *in Lucam* quaedam ipsius afferuntur in eodem concilio, et complura in catenis graecis in Lucae evangelium.

Quemadmodum et ex commentario in Iohannem lib. I. et lib. VI. pleraque, et a Facundo lib. IX. cap. 3. quaedam.

Expositionis eiusdem in acta apostolorum meminit Iustinianus imperator in edicto de fide orthodoxa, cuius principium est, εἰδότες ὡς οὐδέν. Τὸ δὲ χεῖρον ὅτι ἐν τῇ τῶν πράξεων τῶν ἀποστόλων γενομένῃ παρ' αὐτοῦ δῆθεν ἑρμηνείᾳ συγκρίνων ὁ αὐτὸς Θεόδωρος τὸν Χριστόν. *Quod autem deterius est, etiam in expositione, quam in acta apostolorum composuit, idem Theodorus comparat Christum* etc. Ex huius expositionis libro I. referuntur aliqua in eadem synodo collat. dicta.

Illius etiam expositionem *in epistolam ad Romanos* meminit Facundus lib. III. cap. 6. Et ex iisdem quaedam adducit. Ex eadem interpretatione quaedam recitantur in quinta synodo collat. dicta (2).

Scripsit quoque librum seu commentarium *in symbolum nicaenum*, sententias patrum ad suos errores comprobandos detorquens. Iustinianus imperator in edicto supra laudato. Ἀλλ' οὐδὲ Θεόδωρος ὁ ἕλληνάς τε καὶ ἰουδαίους καὶ πάντας αἱρετικοὺς τῇ ἀσεβείᾳ ὑπερβαλλόμενος· οὗτος γὰρ πρὸς ταῖς ἄλλαις αὐτοῦ βλασφημίαις, οὐκ ἠρκέσθη τῷ πρὸς τὴν ἰδίαν πλάνην παρερμηνεῦσαι σύμβολον τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ἁγίων πατέρων, ἀλλὰ καὶ περιφρονήσας τούτου, καὶ τὰ ἑξῆς. *Neque ipse Theodorus, qui paganos, iudaeos, ac omnes haereticos impietate superavit. Huic enim praeter alias blasphemias non satis fuit apte ad suum errorem perfidiose interpretari symbolum CCC. decem et octo sanctorum patrum. Sed contempto illo* etc. Ex hac symboli nicaeni interpretatione quaedam referuntur in V. synodo collat. saepe iam praedicta.

Eoque tandem contempto, scripsit ipse marte proprio *symbolum* omni impietate plenum, in synodo ephesina et chalcedonensi lectum et condemnatum. Idem Iustinianus ibidem. Ἀλλὰ περιφρονήσας τούτου, ἕτερον σύμβολον ἐξέθετο πάσης ἀσεβείας πεπληρωμένον, ἐν ᾧ ἀναθεματίσαι τοὺς ἑτέρως φρονοῦντας ἐτόλμησεν· ὥστε ὅσον κατὰ τὴν ἐκείνου μανίαν πάντας τοὺς ἁγίους ἀποστόλους καὶ πατέρας κατακεκρίσθαι· τοῦτο δὲ τὸ ἀσεβὲς Θεοδώρου σύμβολον καὶ ἐν τῇ κατ' Ἔφεσον πρώτῃ συνόδῳ, καὶ ἐν Χαλκηδόνι ἀναγνωσθὲν, ὑφ' ἑκατέρας συνόδου μετὰ τοῦ ἐκθεμένου καὶ τῶν δεξαμένων αὐτὸ κατεκρίθη. *Sed contempto illo, aliud procudit symbolum omni impietate refertum, in quo etiam damnare ausus est eos qui aliter ab ipso sentirent, ut quantum in se situm erat, damnaverit omnes sanctos apostolos et patres. Hoc autem impium Theodori symbolum et in*

(1) Nescio cur Allatius reticeat de Zacharia et Malachia. Utique Zacharias deest in codice vat. 618, quem solum vidisse Allatium puto. Ibidem tamen Malachias non deerat. Nos vero tandem adepti columnensem codicem pervetustum cum integerrimo commentario Mopsuesteni ad XII. prophetas (quem codicem pretio emptum in vaticanos pluteos intulimus) praeclarissimum hoc Mopsuesteni opus vulgavimus in Script. vet. tomo VI; et nuper demum latinitate quoque totum donavimus. A. M.

(2) Partem expositionis huius in ep. ad Rom. insignem graece nos edidimus in Spicil. rom. T. IV. p. 499-573. A. M.

synodo prima ephesina et in chalcedonensi lectum, ab utraque una cum auctore eius, et id recipientibus damnatum fuit. Cyrillus tamen alexandrinus, cui in hoc negotio maior fides habenda est, symbolum tantum in ephesina condemnatum dicit, nulla facta de illius auctore mentione, quod iam in vivis esse desiisset. Sic enim in epistola ad Proclum constantinopolitanum patriarcham (ed. Aubert. T. V. part. 2. p. 200.) Ἴστω δὲ ἡ σὴ ὁσιότης ὅτι προσενεχθείσης τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ ἐκθέσεως παρ' αὐτοῦ συνταχθείσης, ὡς οἱ προενεγκόντες ἔφασκον, οὐδὲν ἐχούσης ὑγιὲς, κατεκιβδήλευσε μὲν αὐτὴν ἡ ἁγία σύνοδος, ὡς διεστραμμένων γέμουσαν ἐννοιῶν, καὶ τὴν Νεστορίου δυσσέβειαν οἱονεί πως πηγάζουσαν· κατακρίνασα δὲ τοὺς οὕτω φρονοῦντας, οἰκονομικῶς οὐκ ἐμνημόνευσε τοῦ ἀνδρὸς, οὐδὲ αὐτὸν ὑπέθηκεν ὀνομαστὶ τῷ ἀναθεματισμῷ δι' οἰκονομίαν, ἵνα μή τινες τῇ ὑπολήψει τοῦ ἀνδρὸς προσεσχηκότες ἀποβάλωσιν ἑαυτοὺς τῶν ἐκκλησιῶν· ἡ δὲ ἐν τούτοις οἰκονομία ἄριστον τι χρῆμα καὶ σοφόν· εἰ μὲν γὰρ ἦν ἐν τοῖς ζῶσιν ἔτι, καὶ σύνοπλος ἦν ταῖς Νεστορίου δυσφημίαις, ἢ συναγορεύειν ἤθελεν οἷς ἔγραφεν αὐτὸς, πέπονθεν ἂν καὶ τὸν εἰς ἴδιον πρόσωπον ἀναθεματισμόν· ἐπειδὴ δὲ ἀπεδήμησε πρὸς Θεὸν, ἀρκεῖ καθάπερ ἐγ' ᾠμαι τὰ ἐκτόπως αὐτῷ γεγραμμένα ἐκβάλλεσθαι παρὰ τῶν ὀρθῶς ἐχόντων τὰς δόξας, ὅτε ταῖς αὐτοῦ περιτυγχάνουσι βίβλοις· καὶ τὸ περαιτέρω χωρεῖν, θορύβων ἔσθ' ὅτε τίκτει προφάσεις. *Sciat vero sanctitas tua quod expositione, quae nihil sani habebat, ab eo composita, uti dicebant ii qui eam attulerant, apud sanctam synodum prolata, eam quidem reprobavit sancta synodus, utpote perversis conceptibus refertam, et nestoriana impietate quasi fluentem; eis autem qui ita sapiunt condemnatis, dispensative nullam viri mentionem fecit, nec ipsum nominatim anathemati subiecit propter dispensationem: ne scilicet aliqui magnam viri opinionem spectantes, se ipsos ab ecclesiis separarent. In his vero dispensatione uti, optimum ac prudens est consilium. Si enim viveret nunc, et defensor esset blasphemiarum Nestorii, seu tueri suo patrocinio vellet ea, quae ipse scripserat, utique etiam in propria persona anathemate feriretur: at cum ad Deum migraverit, sat est, prout ego censeo, quae absurda et inepta ab eo conscripta sunt, expungi ab iis, qui recte sentiunt, quando eius libri occurrant; ulterius autem progredi, esset plane turbarum causas excitare.* Falso itaque Iustinianus auctorem symboli damnatum esse asseverat. Facundus lib. III. cap. 2. negat aperte symbolum illud fuisse compositum a Theodoro, et conscriptorem eius fuisse a dictis synodis condemnatum: *adhuc tamen aliud magnum ac duplex eorum mendacium publicemus: quod chalcedonense concilium, non ephesini tantum, verum etiam ipsius chalcedonensis iudicio videri notabile voluerunt dicentes: Theodori symbolum, et in Epheso sub sancto Cyrillo synodus, et in Chalcedone condemnaverunt, atque anathemati subdiderunt cum conscriptore eius: cum in ephesina synodo referatur quidam nomine Charisius presbyter, et oeconomus Philadelphiae, nescio quos Antonium et Iacobum presbyteros accusasse de societate Nestorii, et docuisse quod non ecclesiae symbolum, sed aliud, conversis Tessarescaedecatitis haereticis, qui non cum ecclesia, sed quartadecima luna pascha celebrabant, tradiderunt: nec ibi dicatur, vel ab ipso Charisio, vel a quoquam, illud symbolum Theodori fuisse. Beatus Cyrillus scribens orientalibus dicit: prolata est in sancta synodo ephesina definitio, veluti a Theodoro deposita, sicuti offerentes dicebant. Nec affirmat eam Theodori fuisse: verum neque cum eius conscriptore, ut isti confingunt refert esse damnatam: quia et nec iuste fieret. Lex enim nostra sicut in evangelio scriptum*

est, non iudicat hominem, nisi audierit ab eo prius, et cognoverit quid faciat. Falsum ergo est, et quod dixit apud synodum ephesinam Theodori symbolum cum suo scriptore damnatum. In Chalcedone etiam non alibi mentio Theodori facta est, nisi ubi ex epistola venerabilis Ibae recitatum est nomen eius. Cognoscant itaque se nihil suis subreptionibus profecisse, quibus obtinere conati sunt, ut chalcedonensis synodus sibi contraria videretur, approbans epistolam laudantem Theodorum, quem cum symbolo damnaverit suo. Lege etiam eiusdem libri capitulum 5, ubi probatur adversatum fuisse Sabellio, ac tres in Trinitate personas agnovisse, et symbolum istud, in quo negatam perhibent Trinitatem, priorum testimonio non esse Theodori: nec negare eam potuisse, quem beatus Cyrillus adversus Arianorum et Eunomianorum haereses, viginti forte et adhuc amplius libros, et alia tradit conscripsisse. Quidquid tamen sit, hoc symbolum recitatum est in V. synodo generali, unaque cum illius auctore condemnatum collat. 4. *Et postquam lectae sunt blasphemiae Theodori mopsuesteni, et impium eius symbolum, sancta synodus exclamavit: hoc symbolum Satanas composuit. Anathema ei, qui hoc symbolum composuit. Hoc symbolum ephesina prima synodus una cum auctore eius anathematizavit. Unum tantummodo fidei symbolum scimus, quod nicaeni sancti patres exposuerunt et tradiderunt.*

Scripsit praeterea *contra Apollinarem, illiusque haereses,* plures libros, quos qui Theodori laudibus favent, summopere praedicant. Theodoretus lib. V. histor. cap. ultimo. Κατ' ἐκεῖνον δὲ τὸν χρόνον, καθ' ὃν ὁ θεῖος Θεόδοτος τὴν Ἀντιοχέων ἴθυνεν ἐκκλησίαν, Θεόδωρος ὁ Μοψουεστίας ἐπίσκοπος πάσης μὲν ἐκκλησίας διδάσκαλος, κατὰ πάσης δὲ φάλαγγος αἱρετικῆς ἀριστεύσας, τοῦ βίου τὸ τέλος ἐδέξατο· οὗτος τῆς μὲν Διοδώρου τοῦ σὺν θεῷ διδασκαλίας ἀπήλαυσεν, Ἰωάννου δὲ τοῦ θειοτάτου γεγένηται κοινωνός τε καὶ συνεργός· κοινῇ γὰρ τῶν πνευματικῶν Διοδώρου ναμάτων ἀπήλαυον, ἐξ δὲ καὶ τριάκοντα ἐν τῇ προεδρίᾳ διετέλεσεν ἔτη, καθὰ τῆς Ἀρείου καὶ Εὐνομίου παρατασσόμενος φάλαγγος, καὶ τὸν λῃστρικὸν Ἀπολιναρίου καταγωνιζόμενος λόχον, καὶ τὴν ἀρίστην πόαν τοῖς θείοις προβάτοις προσφέρων. *Per id tempus, quo divinus Theodotus antiochenam regebat ecclesiam, Theodorus episcopus Mopsuestiae, qui totam Christi ecclesiam sua doctrina erudierat, et contra universas haereticorum phalanges victoriam reportaverat, mortem obiit. Iste et Diodori viri excellentissimi, doctrinae particeps factus est, et sanctissimi Iohannis socius et adiutor: etenim ambo coniunctim sapientiae praecepta ex spiritalibus Diodori fluentis hauserunt. Triginta sex annis praesulatum gessit Theodorus: neque unquam cessavit tum contra arianam et eunomianam sectam velut in acie dimicare, tum clandestinum Apollinaris manipulum impugnare, tum optimam herbam sanctis Christi ovibus suppeditare.* Meminit quoque Leontius byzantius contra Nestorium et Eutychetem. Ex tertio et quarto libro eiusdem operis multa recitantur in V. synodo, dicta collat. Profert etiam nonnulla Facundus lib. III. cap. 2. et lib. IX. cap. 4. et lib. X. cap. 1. An diversum ab hoc fuerit aliud opus eiusdem *contra Synusiastas et Apollinaristas*? Synusiastae dicti sunt Apollinaristae, quod Dei et hominis Christi unam docerent esse naturam σύγκρατον, idest commixtam et compositam, humanam et divinam: ideoque progenitores Eutychianorum, quod idem isti affirmarent, dicti sunt. Facundus lib. VIII. cap. 4. *Agebat enim Theodorus frequenter tam libris quam sermonibus in populum contra Synusiastas, sive ut ab auctoris sui nomine sunt vocati, Apollinaristas, progenitores eutychianae dementiae, qui temporibus eius exorti unam Christi dicebant esse natu-*

ram; quibus repugnans, si forte per humanam fragilitatem lapsus invenitur in verbo, quid impium synodus fecit, quod eum tantis attestantibus credidit in sensu mansisse catholico? Sic qui contra Apollinaristas scribebant, *κατὰ συνουσιαστῶν* scribere dicebantur. Sic Diodori tarsensis *κατὰ συνουσιαστῶν* a Leontio lib. III. laudatur, et Cyrilli alexandrini et Theodoti antiocheni eodem titulo ab Anastasio in ecloge *χρήσεων* cap. 5. (1). Quaedam ex hoc opere recitantur in V. synodo, quae dicuntur proposita et refutata fuisse a beato Cyrillo collat. 4.

Adversus Arianorum et Eunomianorum haereses, viginti forte et adhuc amplius libros, et alia praeter haec evangelica et apostolica dicta interpretatus est, de quibus S. Cyrillus refert apud Facundum lib. III. cap. 3. *Et hos quidem labores nullus ausus est increpare, sed dextro decreto honorare studium rectorum dogmatum, quod in eis est;* quae etiam recitantur in V. synodo, atque in his illa quae Facundus commemorat, hoc titulo: *ex secundo libro Cyrilli episcopi Alexandriae de eo quod unus est Christus contra Theodorum.* Sed longe diversa est lectio synodi, qua Theodorus perstringitur, non laudatur. Sic enim habet: *quos quidem libros nollet aliquis increpare, magis autem honoraret, si inesset eis dogmatum rectitudo.* Laudari ait potuisse libros Theodori, si nihil pravi docerent; mox vero quaedam in illis impia inesse demonstratur.

Item *adversus Eunomium pro divo Basilio libros vigintiquinque.* Legit Photius in bibliotheca cod. 4. *Ἀνεγνώσθη Θεοδώρου ἀντιοχέως ὑπὲρ Βασιλείου κατ' Εὐνομίου ἐν λόγοις κε'· ἔστι δὲ τὴν μὲν φράσιν οὐ πάνυ λαμπρὸς, ταῖς δὲ διανοίαις καὶ τοῖς ἐπιχειρήμασι λίαν πυκνὸς, καὶ ταῖς γραφικαῖς ἄρίστα πλουτῶν μαρτυρίαις· κατὰ λέξιν δὲ σχεδὸν τῶν Εὐνομίου λόγων τὴν ἀνασκευὴν ποιεῖται, ἀμαθῆ τε λίαν τῶν τε θύραθεν μαθημάτων, καὶ πολλῷ μᾶλλον τῆς καθ' ἡμᾶς θεοσοφίας διὰ πολλῶν ἐπιδεικνύς· ὁ δὲ Μοψουεστίας γεγονὼς ἐπίσκοπος οὗτός ἐστιν οἶμαι. Lecti sunt Theodori antiocheni pro Basilio adversus Eunomium libri vigintiquinque. Est illi phrasis non usquequaque conspicua: sensibus tamen et argumentis nimium quantum densus, sacrae scripturae testimoniis egregie abundat. Ad verbum fere Eunomii rationes refellit, imperitum eum valde externarum disciplinarum, multoque magis nostrae theologiae, pluribus ostendens. Hic vero Mopsuestiae, ut puto, episcopus fuit.* Libros infra cod. 177. dicit fuisse viginti octo. *Ἔστι μὲν οὗτος ὁ Θεόδωρος ὁ καὶ κατ' Εὐνομίου ἐν εἴκοσι καὶ ὀκτὼ λόγοις οὐκ ἀγεννῶς ἀγωνισάμενος, καὶ τὴν Βασιλείου τοῦ Θεσπεσίου, μᾶλλον δὲ τῆς ἀληθείας, κρατύνων δόξαν. Idem hic Theodorus ille est, qui adversus Eunomium libris octo et viginti non segniter depugnavit, et sancti Basilii vel ipsiusmet veritatis potius sententiam confirmavit.* Et cod. 138. eiusdem operis meminit, de Eunomii adversus Basilium scripto edisserens. *Οὗ περιτυχόντες Θεόδωρος, καὶ Γρηγόριος Νύσσης, καὶ Σωφρόνιος, ὧν ἐμνήσθημεν ἄνωθεν, πολλαῖς αἰκίαις λόγων λωβησάμενοι, οὐδὲν ἧττον τοῦ πρότερου νεκρὸν, καὶ πάσης ἀπόζοντα ἀκαθαρσίας τῷ γεγεννηκότι ἀπέρριψαν. In quod incidentes Theodorus, et Gregorius nyssenus, atque Sophronius, quorum supra est a nobis facta mentio, multis sermonum plagis non secus quam prius aliud conficientes, iam prae impuritate olidum in auctorem suum proiecerunt.* An ex hoc vel superiori opere decerpta sunt, quae recitat Facundus lib. IX. cap. 3, quis, cum neutrum extet, diiudicabit?

(1) Item Cyrillus contra Synusiastas apud nos Script. vet. T. VII. pp. 10. 15. 27. 290. 295. 302. Quod idem est atque contra Synchyticos Bib. nov. PP. T. IV. p. 445. Atque huic scilicet Cyrilli scripto testimonium dabat praedicta quinta synodus coll. 4. A. M.

Adversus Origenem de allegoria et historia ad Cerdonem. Unde et Origenianorum odium incurrit. Facundus lib. III. cap. 6.

Adversus eos qui asserunt, peccare hominem natura non voluntate, libros quinque. Legit Photius in bibliotheca cod. 177. Ἀνεγνώσθη βίβλιον οὗ ἡ ἐπιγραφὴ, Θεοδώρου ἀντιοχέως, ὁ Μοψουεστίας δέ ἐστιν, ὡς ἀπό τινων ἐπιστολῶν ἐμάθομεν, πρὸς τοὺς λέγοντας φύσει, καὶ οὐ γνώμῃ πταίειν τοὺς ἀνθρώπους· διαπεραίνεται μὲν αὐτῷ ὁ πρὸς αὐτοὺς ἀγὼν ἐν λόγοις πέντε· πρὸς δὲ τοὺς ἀπὸ δύσεως τοῦτο τὸ νόσημα νενοσηκότας γράφει τὸ βιβλίον, ὧν καὶ τῆς αἱρέσεως ἀρχηγὸν λέγει γενέσθαι· ἐκεῖθεν μὲν ὁρμώμενον, τοῖς δὲ τῆς ἀνατολῆς ἐπιχωριάζοντα τόποις, καὶ συντάττοντα λόγους ὑπὲρ τῆς καινοποιηθείσης αὐτῷ αἱρέσεως, διαπέμπειν τοῖς τὸ πατρῷον ἔδαφος οἰκοῦσιν· ὑφ' ὧν καὶ πολλοὺς ἐκεῖσε πρὸς τὸ οἰκεῖον φρόνημα ἑλκύσαι, ὡς καὶ ἐκκλησίας ὅλας τοῦ ἀποπήματος πληρωθῆναι. *Lectum est opus Theodori antiocheni, qui mopsuestenus ille episcopus est, ut ex quibusdam epistolis cognovimus, hoc titulo: contra asserentes peccare homines natura, non voluntate. Ea disputatio quinque libris absolvitur, quos adversus occidentales hac labe infectos scripsit. Inde enim oriundum haeresis huius auctorem in orientis modo regionibus versari, librosque de recens abs se excogitata haeresi compositos ad populares suos in patriam transmittere narrant, ut iam ibi multos per hanc artem in suam pertraxerit sententiam, integrasque adeo ecclesias absurdis illis imbuerit opinionibus* (1). Pete reliqua ab eodem. In hoc etiam multa non sana inspersisse idem Photius adnotavit, et qualis nam fuit in eo opere expressit.

Opus mysticum. Ex cuius libro tertio decimo recitat Facundus lib. III. cap. 1. verba contra Paulum samosatenum.

Quod Deus peccatum docuit, et mortem introduxit. Ex eo nonnulla adducuntur in concilio V. generali collatione 4. saepius laudata.

Librum item *ad baptizandos.* Ex quo nonnulla afferuntur in V. synodo collat. dicta, et aliqua recitat Facundus lib. IX. cap. 3. ex libro *ad baptizatos.* Idem ne id fuerit, an diversum opus?

De incarnatione libros XV. Decimo quinto namque libro ipsum totum opus de incarnatione conclusit, ut refert Facundus lib. IX. cap. 3. Eorum argumenta recenset Gennadius de viris ill. cap. 12. *Theodorus antiochenae ecclesiae presbyter, vir scientia cautus, et lingua disertus, scripsit adversus Apollinaristas et Eunomianos de incarnatione Domini libros quindecim, ad quindecim millia versuum continentes. In quibus ratione purissima, et testimoniis scripturarum ostendit dominum Iesum, sicut plenitudinem deitatis, ita plenitudinem humanitatis habuisse. Docet et hominem duabus tantum substantiis constare, idest anima et corpore; sensumque et spiritum non alteram substantiam, sed officia esse animae ingenita, quibus spirat, quibus rationalis est, quibus sensibile facit corpus. Quartum decimum autem huius operis librum proprie de increata et sola incorporea dominaque omnium sancta Trinitatis natura, et de creaturarum ratione disserens, pio sensu cum auctoritate sanctarum scripturarum explicuit. Quinto decimo vero volumine, totum operis sui corpus, citatis etiam patrum traditionibus, confirmavit et communivit.* Meminit Iustinianus in edicto de fide orthodoxa. Ἀλλὰ καὶ τῶν δύο φύσεων μίαν δύναμιν,

(1) Hoc Theodorum libro vulnerasse, si fieri potuisset, S. Hieronymum ob ea quae adversus Pelagianos scribebat, iamdiu philologi agnoverunt. A. M.

ἤτοι δυνασΓείαν λέΓων, ὁ Γράψας τὴν ἐπισΓολὴν φανερός ἐσΓιν, ὡς καὶ ἐν τούτῳ ἀκολουθεῖ τοῖς εἰρημένοις αἱρεΓικοῖς, Θεοδώρῳ μὲν λέΓονΓι ἐν τοῖς περὶ ἐναν-θρωπήσεως αὐτοῦ διαφόροις λόΓοις ἀσεβῶς ἐκΓεθεῖσι, Νεσ Γορίῳ δὲ ἐν πολλοῖς συγγράμμασιν. *Quin et cum duarum naturarum unam virtutem sive potentiam auctor epistolae asserit, plane se prodit haereticarum assertionum sectatorem, Theodori quidem, qui idem diversis de incarnatione libris impie editis affirmat: Nestorii vero in variis scriptis* etc. Et Cyrillus alexandrinus (T. V. part. 2. p. 198.) in in epistola ad clericos et Lamponem presbyterum: ἠτιῶνΓο δὲ τοὺς ἐπισκόπους τῆς ἀναΓολῆς ὡς ἀποσιωπήσανΓας μὲν δῆθεν τὸ Νεσ Γορίου ὄνομα, καὶ προσποιουμέ-νους αὐτὸν ἀωοστρέφεσθαι, μεταπηδήσαντας δὲ ἐωὶ τὰ Θεοδώρου βιβλία τὰ περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως, ἐν οἷς πολλῷ χαλεπώτεραι τῶν Νεσ Γορίου δυσφημιῶν εἰσὶ κείμεναι· παΓὴρ γὰρ γέΓονε τῆς Νεσ Γορίου κακοδοξίας, καὶ τὰ αὐτοῦ λα-λήσας ὁ δυσσεβὴς ἐν τούτοις γέΓονεν, ἐν οἷς νῦν ἐστίν. *Accusabant autem orientales episcopos, quasi tacentes quidem Nestorii nomen, et dissimulantes eum aversari, transilientes autem ad Theodori libros de incarnatione, in quibus multo peiores Nestorii blasphemiis positae sunt. Pater enim fuit Nestorii perfidiae, et illius dogmata elocutus, irreligiosus in his factus est, in quibus modo est.* Multa impia ex lib. I. II. VII. VIII. XII. XIII. et XIV. recitantur in V. synodo. Vide etiam Facundum qui saepissime illius operis testimoniis utitur. Ea tamen inserta esse ab haereticis, et Apollinaristis potissimum, testatur idemmet Theodorus, in principio operis, cui titulum fecerat: *de Apollinari et eius haeresi.* Verba eius referuntur a Facundo lib. X. cap. 1. *Ante triginta enim iam hos annos de incarnatione Domini codicem conscripsimus usque ad quindecim milia versuum pertingentem. In quo Arii et Eunomii de hac re delicta, nec non etiam Apollinarii vanam praesumptionem per totum illud opus examinavimus, ut nihil sicut mea fert opinio, praeterirem ex his, quae ad firmitatem ecclesiasticae orthodoxiae pertinerent, et ad convincendam eorum impietatem. Sed hi qui omnia facillime praesumunt, et praeterea rursum ab Apollinario, qui princeps huius haeresis fuerat, instituti, omnibus quidem similiter sentientibus opus nostrum manifestum fecerunt, si quo modo aliqua invenirent valentia ad convincendum ea, quae in eo sunt scripta. Quoniam vero nullus contra certamen scriptis suscipere praesumebat, imitati sunt infirmos athletas et callidos, qui dum non possunt contra fortiores certare, insidiis eos et machinamentis, quibus possunt conantur evertere. Scripserunt enim ipsi inter se procul dubio quaedam inepta, quae a nobis unquam minime dicerentur. Denique haec ipsa in medio nostrorum scriptorum in quadam parte interposuerunt, et suis familiaribus demonstraverunt; aliquando autem et nostris, qui per facilitatem suam omnia pronis animis audiebant, et hoc quasi documentum sicut putabant, nostrae impietatis, videntibus praebebant. Unum autem ex his scriptis erat, duos filios dicere. Sic enim nos fecerunt in hoc opere dicentes, quod oporteat putare et dicere duos filios, et vehementer nos istum sermonem defendere, dum nos in illa scriptura ubique manifeste diceremus, quod non oporteat duos filios dicere. Necesse erat ergo non solum inepta, sed etiam infirma illa scripta audientibus apparere: quoniam neque firma ratione neque convenienti hoc possibile erat ostendi; et ab illis idcirco infirmis erat conscriptum, quatenus ille qui scripserat, facilius inde convinci potuisset. Unus ergo ex nostris propter multam facilitatem haec nostra esse credidit scripta, et huius rei gratia dignus fide ab illis creditus est qui ista perlegerat, et renunciavit*

nobis ea quae fuerant scripta. Cum ergo audissemus, culpavimus quidem illum, quod contra nos dictis sermonibus credidisset de his rebus, quas saepius et in ecclesia et privatim dicentes nos audivit, cum fideliorem scriptis nostram vocem iudicare debuerit ad documentum nostrae sententiae, quam in dogmatibus nostrum votum est conservare. Hinc concludit Facundus: *accepisti, clementissime imperator, quo livore semper, et qua fallacia institutores Eutychianorum Synusiastae insidiati fuerint dictis Theodori, et quomodo temptaverint levissimorum catholicorum mentes a doctrina eius avertere, ut non solum prave interpretarentur ea, quae ille recto sensu docebat, obvius eorum stultitiae, verum etiam libros eius interposita falsitate corrumperent. At ille hinc vel eorum malitiam, vel facilitatem catholicorum fiducialiter arguebat, quod palam praedicaret in ecclesia Christi, quae sanae doctrinae congruerent, et vox eius fidelior scriptis esset ad documentum suae sententiae. Absentis enim scripta, quae corrumpi ab inimicis ecclesiae possunt, vocis eius testimonio praeferri non debuerant.* Et lib. IX. cap. 3. *Nam cui bene sentienti non sufficeret ad cognoscendam Theodori fidem, ipse solus eiusdem operis titulus? Quis enim eum audiens condidisse libros de incarnatione, aut ut proprie hoc exprimam, minus quidem latino, sed necessario verbo, sicut a Graecis dicitur, de inhumanatione filii Dei, duos eum putet filios praedicasse? Nam qualiter filium Dei, idest Deum Verbum, non hominem quoque diceret, quem diceret inhumanatum?* De titulo hoc σαρκώσεως καὶ ἐνανθρωπήσεως, et de eo inter orthodoxos atque heterodoxos discrimine, repete quae supra diximus. Advertendum interim est, cum Gennadii verba ad Theodorum raithenum presbyterum Possevinus transfert, asseritque hunc librum e graeco in latinum Godefridum Tilmannum vertisse, et Margarinum Bignaeum in sanctorum patrum bibliothecam inseruisse tom. I. editionis 2. parisiensis, eum non uno modo labi. Hic etenim antiochenus, qui de incarnatione Domini libros XV. scripsit, longe diversus est a Theodoro raitheno: et liber Theodori raitheni de divina oeconomia, et modo carnis a Deo assumptae, in quo de Manete, Paulo samosateno, Apollinari, Theodoro mopsuesteno, Nestorio, et Eutychete agitur, et versus a Tilmanno, longe alius est ab hoc Theodori antiocheni in quindecim libros diviso. Et antiochenum hunc Theodorum mopsuestenum esse, et non raithenum, pluribus modis ex Photio aliisque probatur. Et plane Theodori mopsuesteni libri de incarnatione, quod ipse sciam, non extant. (Immo prorsus perierunt.) Vide quae infra dicimus de Theodoro raitheno.

De Persarum magia libros tres. Legit Photius in bibliotheca cod. 81. Ἀνεγνώσθη βιβλιδάριον Θεοδώρου περὶ τῆς ἐν Περσίδι μαγικῆς, καὶ τίς ἡ τῆς εὐσεβείας διαφορὰ, ἐν λόγοις τρισί· προσφωνεῖ δὲ αὐτοὺς πρὸς Μασσούβιον ἐξ Ἀρμενίας ὁρμώμενον, χωρεπίσκοπον δὲ τυγχάνοντα· καὶ ἐν μὲν τῷ πρώτῳ λόγῳ ἐκτίθεται τὸ μιαρὸν τῶν Περσῶν δόγμα ὃ Ζασράδης εἰσηγήσατο, ἤτοι περὶ τοῦ Ζαρουὰμ, ὃν ἀρχηγὸν πάντων εἰσάγει, ὃν καὶ τύχην καλεῖ· καὶ ὅτι σπένδων, ἵνα τέκῃ τὸν Ὡρμίσδαν, ἔτεκεν ἐκεῖνον καὶ τὸν σατανᾶν· καὶ περὶ τῆς αὐτῶν αἱμομιξίας· καὶ ἁπλῶς τὸ δυσσεβὲς καὶ ὑπέραισχρον δόγμα καὶ λέξιν ἐκθεὶς ἀνασκευάζει ἐν τῷ πρώτῳ λόγῳ· ἐν δὲ τοῖς λοιποῖς δυσὶ λόγοις τὰ περὶ τῆς εὐσεβοῦς διέρχεται πίστεως, ἀπὸ τῆς κοσμογονίας ἀρξάμενος, καὶ περὶ αὐτῆς τῆς χάριτος ὁμοίως, καὶ ἐπιπροχάδην διελθών· οὗτος δ' ὁ Θεόδωρος ὁ Μοψουεστίας εἶναι δοκεῖ· τήν τε γὰρ Νεστορίου αἵρεσιν, καὶ μάλιστα ἐν τῷ τρίτῳ λόγῳ ἐπικρατύνων προσαναφωνεῖ· ἀλλὰ καὶ τὴν τῶν ἁμαρτωλῶν ἀποκατάστασιν τερα-

τεύεται. *Lecti sunt Theodori de persica magia, et quid a pio cultu differat, libelli tres, quos Mastubio armeno, chorepiscopum agenti, inscribit. Ac primo quidem libro exponit nefandum Persarum dogma, quod Zasrades induxit; sive de Zaruam, quem principem omnium facit, et fortunam etiam appellat. Hinc libatione oblata, ut Hormisdam gigneret, et illum et Satanam praeterea genuisse. De eorum insuper sanguinis mixtione (incestis nuptiis.) Denique ubi simpliciter impium et perobscenum dogma ad verbum proposuit, priore illud libro refellit. Reliquis duobus de fidei pia doctrina tractat, ductoque a mundi creatione exordio, ad ipsam legem gratiae pari modo cursim dilabitur. Hic Theodorus ille mopsuestenus esse creditur; Nestorii enim haeresim maxime libro tertio confirmans proclamat. Quin et impiorum in pristinum statum restitutionem confingit.*

Adversus Iuliani apostatae calumnias in Christianos, laudatur in catena graeca ad Lucam (1): Θεοδώρου Μοψουεστίας ἐκ τῶν πρὸς τὰς κατὰ χριστιανῶν κατηγορίας Ἰουλιανοῦ τοῦ παραβάτου. *Ex commentariis Theodori mopsuesteni adversus Iuliani desertoris criminationes in Christianos.*

Epistolam ad Domnum laudat Anastasius in ecloge χρήσεων δογματικῶν his verbis: Θεοδώρου Μοψουεστίας ἐκ τῆς πρὸς Δόμνον ἐπιστολῆς. *Theodori mopsuesteni ex epistola ad Domnum* (2).

Epistolam ad Artemium alexandrinum presbyterum. Ex ea recitat aliqua Facundus lib. III. cap. 3.

Epistolam ad Iohannem chrysostomum, qua chrysostomianae respondet post lapsum. Quod cum non intellexissent epitomatores gesneriani verterunt: *antigramma contra Iohannem chrysostomum.* Inveniturque ms. passim in bibliothecis Italiae, sub hoc titulo: Θεοδώρου τοῦ ἐκπεσόντος ἀντίγραμμα πρὸς τὸν ἐν ἁγίοις πατέρα ἡμῶν Ἰωάννην τὸν χρυσόστομον. *Theodori lapsi responsio ad litteras S. P. N. Iohannis chrysostomi.* P. Πάντοτε οἱ ἐν εὐδίοις λιμέσι κομιζόμενοι. Et sane inconsiderate loquuntur qui lapsum hunc a Theodoro mopsuesteno distinguunt, cum unus idemque sit, et lapsus iste, et Theodorus mopsuestenus, necnon Theodorus antiochenus, quod plerique cum non essent subodorati, diversum fecere. Et de his postremis satis abundeque esse videtur coniectura et suspicio inter alios Photii. Epistolam Savilius in appendicem ad opera Chrysostomi retulit, namque ad illam pertinent duo libelli chrysostomiani πρὸς τὸν ἐκπεσόντα τοῦ ἐναρέτου βίου. Non potest esse, inquit rigidus ac tetricus censor, Theodori frigidum hoc ineptum et pene ridiculum σύνταγμα, quem Sozomenus πολυΐστορα fuisse, et liberalibus disciplinis excultum tradit. At plane ridiculum non esse, fletus ipse et lacrymae quibus ubique inundatur, non patitur. Potius ridiculus est Savilius, ut aiebat Nicolaus Alemannus, qui risum quaerit in lacrymis Theodori paenitentis, sibique fortasse permisit in viri docti lugubri lamentatione facundiae frigiditates et leporum ineptias. Verum sicuti Theodorus lacrymans hoc opus profudit, neque frigidum est, neque ineptum: sed ut illud Savilius politulum vellet atque limatulum, sic esset plane ridiculum.

At inquit, Sozomenus Theodorum πολυΐστορα fuisse scribit, adde etiam ῥητορων ἱκανῶς ἐπιστήμονα. Respondet Alemannus doctissime: verum πολυΐστωρ appellatur, non facundus et eloquens, sed is qui litteris multis praeditus, rerumque

(1) Reapse ex catena in Lucam codicis pal. vat. XX. edidit aetate nostra sex quae ibi erant huius operis fragmenta vir perdoctus Fed. Munterus praesul hafniensis. A. M.

(2) Duo nos fragmenta protulimus in Script. vet. tomo VII. p. 69. A. M.

plurium ac varia scientia sit, ut A. Gellius ait de Appione vocato πολυΐστορα (1). Cyrillus autem (contra Iul. lib. X. p. 342.) ut Clementis alexandrini facultatem dicendi, et eruditionem suis nominibus exprimeret, ἑλλόγιμον illum vocavit, et πολυΐσΤορα, quas voces ipse explicat alibi (lib. VII. p. 231.) Κλήμης ἀνὴρ ἑλλόγιμος καὶ πολυμαθὴς, καὶ ἀναγνωσμάτων ἑλληνικῶν ϖολυπραγμονήσας βάθος. Neque vero etiam qui in oratoribus versatus est, et summos rhetores audivit, uti Theodorus Libanium, statim eloquens disertusque evasit. Nec enim ille naturam ad id accommodatam habuit, neque operae pretium duxit eam arte limare, ut in suis illis monumentis, quae vidimus, plane declarat. Legimus vero quaedam diversorum eius operum ἀποσϖαμάτια, aliquot psalmorum enarrationes, et integros in prophetas minores commentarios, quos nisi Savilius in promptu habeat, consulat in citatis locis Photium, qui eiusdem aliquot opera legit, atque ita censuit: τὴν δὲ φράσιν οὐδὲ λαμπρὸς, οὐδὲ λίαν σαφής· ταυΤολογεῖ δὲ τὰ πλεῖστα, καὶ ἀχαρίς πως, καὶ ἀηδὴς εἶναι δοκεῖ. *Stilus illi neque nobilis, neque admodum perspicuus est. Eadem identidem repetit, et ingratus atque molestus legentibus accidit.* Et alibi (cod. 177.) ἀσαφὴς δέ ἐσΤι, καί τοι λέξει οὐ ξενιζούσῃ χρώμενος, ἀλλὰ τῷ σχοινοΤενέσι χρῆσθαι ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον περιόδοις καὶ ϖαρεμβολαῖς ἀλλεπαλλήλοις, δι' ὧν καὶ εἰς μήκισΤον ὁ νοῦς ἀποΤείνεται τῶν προκειμένων, τῷ τε τῶν ὀνομάτων ταῖς πλαγίαις καὶ ταῖς μεΤοχικαῖς λέξεσι πλεονάζειν, τὰ αὐτά τε πολλάκις, καὶ μηδὲ σὺν κόσμῳ ἐπανακυκλεῖν, καὶ τὰς ἐπαναλήψεις πλέον τῶν διηγήσεων, ὅϖερ ἀμέθοδον ϖαντελῶς ταῖς ϖεριστάσεσι μεμεστῶσθαι, καὶ τοῖς τοιούτοις οὐκ ὀλίγον ζόφον τῶν αὐτοῦ συγΓραμμάτων κατασκεδάζει. *Etsi autem dictionibus utatur non inusitatis, obscurus tamen est: tum quia ut plurimum immodice prolixas habet periodos, et interpositiones crebras, per quas etiam sensus quam longissime a re proposita recedit; tum etiam quia nominum obliquis ac participiis redundat, et res easdem frequenter, neque id satis ornate, volvit ac revolvit. Tum denique quia repetitiones illius pluribus, quam narrationes ipsae, quod omnino sine methodo fit, rerum adiunctis refertae sunt, atque ob huiusmodi causas non parum obscuritatis scriptis eius aspergit.* Si hoc igitur est Theodori dicendi genus, haec de qua agimus epistola, ipsissima Theodori est (2).

Pergit Savilius: neque cuiusquam, ut opinor illius aetatis esse potest hoc σύν-

(1) Gell. V. 14. Sequitur autem vulgarem lectionem Allatius, pro *Plistonices*, ut nunc legitur in Gellii contextu. A. M.

(2) Recusa fuit haec Theodori lapsi epistola in maurina Chrysostomi editione T. I. p. 801. seqq. Iam vero Montfauconius, qua libertate solet, incunctanter eam ut insulsi graeculi commentum damnat, atque in Savilii sententiam pedibus it, tum propter stili ut ait genus, tum ob illos et *chrysostomi* et *patris* titulos, qui Savilio scrupulum non immerito iniecerunt. Nolo equidem apologiam huius scripti agere; sed certe Montfauconius si hanc ineditam Allatii diatribam vidisset, mitius fortasse ac temperatius iudicium protulisset. Nam quod attinet ad *chrysostomi* vocabulum, probat Allatius sero id in codicibus epistolae huic fuisse additum. *Patris* vero titulum morali latoque tantum sensu poni a Theodoro, patet ex eius verbis circa finem, ἀδελφὲ καὶ πάτερ, *frater ac pater*. Nam Theodorus patrem simul fratremque dicit Chrysostomum, quod de iuvene quoque benemerente et amante apte dici posse, nemo negabit. Ego vero observo, etiam illud in epistola recitatum Ionae exemplum, ubi dicit Theodorus: οὔτε δὲ ἐκεῖνος διὰ μισανθρωπίαν ἐλυπήθη, ἀλλ' ἐκινδύνευε, μὴ τῆς φιλανθρωπίας μέρος, διαβολὴν κατὰ τοῦ ἀποστείλαντος ὡς ψεύστου ἐργάσηται: *neque vero ille quod odio homines haberet indoluit, sed periclitatus est ne clementiam mittentis se, in crimen mendacii verteret.* Locus, inquam, hic non valde abludit ab illo Theodori in genuino ad Ionam commentario, quem nos edidimus (Ion. IV. 2.) ὅτι τε ἐντεῦθεν αὐτῷ περιέσται τὸ ψεύστου τινὸς καὶ ἀπατεῶνος δόξαν λαβεῖν: *se fallacis hominis ac deceptoris famam adepturum.* Haec breviter exercitii gratia disserere libuit, ita tamen ut litem sub iudice libenter relinquam. A. M.

ταγμα, cum et tunc et aliquot post saeculis Chrysostomi cognomen ignotum fuisse videatur, ut ex Georgio alexandrino qui post ducentos minimum annos vixit, constare potest. Qua aetate auditum sit nomen Chrysostomi, fusius alibi diximus, subdit Alemannus, ut hic repetere opus non sit. Addimus ad illa modo haec. Licet Chrysostomus ante quam in solitudinem veniret, saepe suae eloquentiae specimen ediderit, ut in illa de Valentiniano imperatore eiusque liberis oratione, quam Libanius est admiratus, tamen propius ad veritatem accedit, ut postmodum illa ἐπωνυμία data Chrysostomo sit. Et primo vel ab Antiochenis, ut Metaphrastes ait, vel a Byzantinis eidem concionanti, tam honorifice sit acclamatum. Theodorus vero scripsit ad Chrysostomum dum adhuc in solitudine versaretur. Codex vero vaticanus DLXVI, ex quo Savilius descriptam habuit hanc Theodori epistolam, perantiquus est, sed nomen Chrysostomi admisit ex margine: nam codices DLXIX, et MCCCCLV. eam παρενθήκην non habent. Qui sicuti Iohannis ἐπώνυμία non officiunt, sic ille prior Savilio nihil plane suffragatur ad Theodori epistolam impostura notandam.

Aliam imposturam observat. Circa finem, inquit, compellat Chrysostomum *patrem*, cum tamen, nisi fallor, iuvenis Chrysostomus ad Theodorum sine dubio iuvenem, ut qui nondum attigerat annum aetatis suae vigesimum, scripserit. Sic enim compellat Theodorus: θεοφιλέστατε ἀδελφὲ καὶ πάτερ· καὶ γὰρ ὡς παῖδα ἐπιγράψεσθαι, καὶ ὡς ἀδελφῷ τὰ πρεσβεῖα δοῦναι, οὐδέποτε ἀμφέβαλλον. Et de sodali, et coaetaneo suo Libanius in libro περὶ τῆς ἑαυτοῦ τύχης sic habet: Κρισπίνῳ μάλα ἐχρώμην ἡρακλεώτῃ νεανίσκῳ, ὃς ἡλικιώτης ὢν ἐμὸς, πατέρα με ᾤετο προσορᾶν, τοῖς ἐμοῖς νόμοις ἐν μείζοσι καὶ ἐλάττοσι πειθόμενος. Quid ergo mirum si Theodorus Chrysostomum non absolute *patrem* nominat, sed etiam fratrem appellat? Patrem non longo aetatis progressu, sed maturitate, prudentia, et consilio: neque enim semel partes egit patris apud Theodorum Chrysostomus, et cum ad vitae monasticae institutum suscipiendum allexit, ut narrant Socrates et Sozomenus, et cum ambo adhuc pueri Libanium Athenis audiebant, ἡνίκα σοι πολλὰ παρῄνουν εἰς μουσεῖα φοιτῶντι. *Cum*, inquit, *multa te admonebam in ludum litterarium ventitantem.* Huius vero generis admonitores, qui vel ad meliorem frugem alios revocarent, vel religionis doctrina erudirent, etiamsi laici ordinis essent, patres vocatos nemo eruditus ignorat. Caesarius Gregorii nazianzeni frater, licet instituto medicus, et officio quaestor, ab amicis quos in dialogo alloquitur saepe πατὴρ φιλότεκνος salutatur, quoniam ut Clemens alexandrinus in primo stromatum ait, αὐτίκα παῖδας τοὺς καθηχήσαντας φαμὲν, *statim eos patres appellamus, a quibus doctrina imbuti sumus.* Et υἱὸς πᾶς ὁ παιδευόμενος, ut idem subdit, *filius est quicumque instituitur*, id est merito nuncupatur. Origenes Gregorio neocaesariensi scribere consueverat, ut est in Philocalia cap. 13. χαῖρε ἐν θεῷ κύριέ μου σπουδαιότατε, καὶ αἰδεσιμώτατε υἱὲ Γρηγόριε παρὰ Ὠριγένους. Vocat quidem κύριον ob generis nobilitatem, υἱὸν vero ob institutionem. Paulinus christianus (1) Ausonio gentili ita scribit:

Hanc cum tenere discimus, possumus tibi
Non exhibere, idest patri,
Cui cuncta sancta iure cara nomina
Debere me voluit Deus?

(1) In editione Muratorii poëm. X. 97. Iamvero ad hanc editionem notae mihi sunt Viti Iuvenatii viri cl. mss. adnotationes doctae ac perquam severae, et luce dignae.

Tibi disciplinas, dignitatem, litteras,
Linguae, togae, famae decus,
Provectus, altus, institutus debeo
Patrone, praeceptor, pater.

Quemadmodum παῖδα Timotheum, ad quem Dionysius areopagita, vocat. Sed Chrysostomus in exilium proficiscens, singulari caritatis declaratione, quos etiam per evangelium genuerat Christo filios, patres dicit. Ἓν σῶμα ἐσμὲν, οὐ σῶμα κεφαλῆς, οὐ κεφαλὴ σώματος χωρίζεται· διειργόμεθα τῷ τόπῳ, ἀλλ' ἑνούμεθα τῇ ἀγάπῃ· οὐδὲ θάνατος διακόψαι δυνήσεται· κἂν γὰρ ἀποθάνῃ μου τὸ σῶμα· ζῇ ἡ ψυχὴ, καὶ μέμνηται τοῦ δήμου· ὑμεῖς ἐμοὶ πατέρες· πῶς ὑμῶν δύναμαι ἐπιλαθέσθαι; ὑμεῖς ἐμοὶ πατέρες, ὑμεῖς ἐμοὶ ζωὴ, ὑμεῖς ἐμοὶ εὐδοκίμησις. *Unum corpus sumus, neque caput a corpore, neque corpus a capite separatur. Etiamsi loco dividimur, sed caritate coniungimur; ego a vobis nec morte divellar. Nam etsi corpus meum moriatur, anima mea vivit, et memoriam vestri tenebit. Vos mihi patres. Quomodo vestrum obliviscar? Vos mihi patres, vos mihi vita, vos mihi gloriatio.* Qua nota caritatis Chrysostomi erga suos, etiam homiliam tertiam in acta apostolorum insignitam invenies.

Parum oppido Savilio erat, ut frigidulis hisce rationibus Theodori epistolam Calvinianis Luteranisque adversam exsibilaret, nisi aliud eiusdem putidum munimentum, suis favens sectariis, veluti ab ovo excitasset. Nam ait ex vaticana bibliotheca depromptum Theodori ἀντίγραμμα, si legitimum est, et non spurium, plane diversum esse, ab oratione a Sozomeno memorata, quam videtur Theodorus a Chrysostomo minime provocatus, vel ante reditum, vel in ipso reditu ab eremo in sui excusationem adornasse. Quaenam isthaec Theodori oratio est, quam quaesito auctore Sozomeno sibi fingit Savilius? Acutus sane homo! Ut audivit Theodorum monachum excucullatum nescio quid in sui excusationem attulisse, statim egregiam aliquam lucubratiunculam subodoratus est, ita plane adornatam, ut decebat monachum desertorem, Deo cui se devoverat renunciantem, castitati et continentiae vale dicenti, nuptias et connubia quaeritantem. Si Theodori orationem ea capita complectentem alicubi in bibliothecis Savilius reperisset, multo libentius in gratiam sectariorum edidisset, quam hanc epistolam, quae monasticam asserit disciplinam, castitatis observantiam, vota Deo a monachis nuncupanda, sancteque solvenda, peccatorum exhomologesim, paenitentiae lacrymas, et suffragiorum efficacitatem, quam epistolam ita stomachatur et nauseat, ut ob id frigidam, ineptam et ridiculam eam appellet. Sed quaeso videamus quae fuerit Savilio causa somniandi illam Theodori orationem. Neque enim Sozomenus, quem citat, hoc ait; sunt quippe haec eius verba (lib. VIII. 2.) Ἀλλ' οὗτος μὲν ἡνίκα τὴν ἀρχὴν ἐνέτυχε τοῖς θείοις νόμοις, καὶ ἱεροῖς ἀνδράσιν ὡμίλησεν, ἐφῆνεσε ταύτην τὴν ἀγωγὴν καὶ κατέγνω τῶν ἀστυκῶν· οὐ διήρκεσε δὲ τὴν αὐτὴν προθυμίαν ἔχων· μεταμεληθεὶς δὲ πρὸς τὸν πρότερον βίον εἵλκετο, οἷα δὲ εἰκὸς, ἐναντίοις λόγοις κοσμήσας τὸ σπουδαζόμενον ἐκ παλαιῶν ὑποδειγμάτων, ἦν γὰρ πολυΐστωρ; εἰς τὴν πόλιν ἐπανῆλθεν. *Hic vero Theodorus ab initio quidem cum in sacras leges incidisset, et cum sanctis viris conversaretur, hoc vitae genus approbabat, ac saeculare damnabat. Sed in eodem hoc proposito non perstitit. Sed tamen paenitentia ductus, ad priorem vitae consuetudinem retractus fuit. Et quod est consentaneum, contrariis argumentis propositum suum ornans, ex veterum exemplis, erat enim variae ac multae lectionis,*

in urbem reversus est. Nullam hic orationem Sozomenus memorat a Theodoro compositam, sed tantum innuit rationes aliquas ab eo inter consulendum, deque suo discessu cum monasterii praefecto statuendo forte adductas. Quae num etiam ab eo adductae fuerint, certo se scire Sozomenus aperte negat, sed credibile id esse ait: οἷα εἰκὸς, atque probabile, et verosimile. En tibi Savilium plane pueriliter deceptum. In Sozomeno nos alio ex capite fidem desideramus. Nam Theodoro plus aequo addictus, in eius lapsus narratione fucum veritati fecisse videtur. Id igitur animadvertendum hic est, non solum Iustiniani temporibus fuisse Theodori studiosos, qui eius lapsum et haereses ὑποκορίσαι, et mitiorem in partem interpretari conarentur, ut Facundus hermianensis episcopus in duodecim libris de tribus capitulis, Basilius cilix, Leontius, et alii; sed eius etiam aequales et synchronos hoc idem summo studio curasse. Nam Theodoretus in epistolis (1) affirmat, scripsisse se βίβλον ὑπὲρ Διοδώρου καὶ Θεοδώρου, ἐν ᾗ τὴν κατ' αὐτῶν γεγενημένην γραφὴν διέλυεν, οὐ δείσας τῶν κατηγόρων τὴν δυναστείαν. *Librum pro Diodoro et Theodoro, in quo illatas eis accusationes refellebat, nihil veritus accusatorum potentiam.* Hunc librum innuit Iustinianus in suae fidei professione: Θεοδώρητος ὁ πολλοὺς ὑπὲρ Θεοδώρου λόγους τε καὶ ἐπαίνους ἐκτείνας. *Theodoretus qui multos libros pro Theodoro scripsit, laudesque eius copiose celebravit.* In quibus quam praeclare de Theodoro senserit, colligi potest, cum ex eius epistolis, ubi ἅγιον *sanctum* illum nominat, tum etiam ex ultimo historiae eius ecclesiasticae libro et capite, ubi magnis illum laudibus extollit. Haec eadem nimirum de Theodoro sentiebat Sozomenus: quare vehementer fides historica vacillat, ubi Theodori lapsum ita prosequitur, ut nullum intelligas crimen in eo, quem Chrysostomus centies ἐκπεπτωκέναι repetit. Ἔκπτωσις autem ecclesiasticis scriptoribus est, ut ait Caesarius paulo ante laudatus, ἡ ἐξ ἀρετῆς ἐπὶ τὸ χεῖρον ὑπονόστησις, καὶ ἡ ἐκ παρθενίας ἐπὶ λαγνείαν ὁρμή. *Cum a virtute ad vitia, et a pudicitia ad luxuriam receditur ac diffluitur.* Neque vero Theodorus ante quam ab eremo discederet, ita erat omni voto solutus, ut referre pedem, retroque respicere posset. In mentem ei Chrysostomus revocat τὰς πρὸς Χριστὸν συνθήκας, *cum Christo spirituale coniugium.* Ipse vero Theodorus in hac epistola: εὔξασθε τίμιοι πατέρες μνησθῆναί μου τῆς καλῆς ὁμολογίας, ἣν ὡμολόγησα ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, καὶ ἀγγέλων καὶ ἀνθρώπων. *Orate, venerandi patres, ut illa mihi ante oculos versetur promissio, quam coram Deo, et angelis, et hominibus spopondi.* Quid ergo subdit Sozomenus de honesto licitoque matrimonio, quod Theodorus meditaretur? Curnam etiam γάμον illud nominat? Nam Chrysostomus ad Theodorum ita scribit: τίμιος φησὶν ὁ γάμος, καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος· σοὶ δὲ οὐκέτι δυνατὸν τὰ δίκαια φυλάξαι τοῦ γάμου· τὸν γὰρ ἐπουρανίῳ συναφθέντα νυμφίῳ, τοῦτον μὲν ἐᾶσαι, γυναικὶ δὲ αὐτὸν συνάψαι, μοιχεία τὸ πρᾶγμα ἐστί· κἂν μυριάκις αὐτὸν γάμον καλῇς. *At, inquis, honorabile connubium, et torus immaculatus. Tibi vero matrimonii iura nequaquam convenire possunt. Siquis enim caelesti se sponso coniungat, deinde eo repudiato se mulieri copulet, adulterium committit, licet illud contentiose decies millies matrimonium appelles.* Igitur qui Theodori lapsum ad rationem veritatis revocare velit, unum Chrysostomum audiat, necesse est, ex quo rem sic habeat. Theodorus non diu postquam Christo nomen dederat, φροντίζειν πραγμάτων πατρώων cogitur;

(1) In editione Sirmondi, epist. XVI, quem Theodoreti pro Theodoro ac Diodoro librum non recenset Garnerius dissert. II. cap. IX. inter opera Theodoreti deperdita. A. M.

et dum facta sibi tantisper facultate a monasterii praefecto, in urbe versatur, in transversum agitur, et carnis illecebris irretitus, Hermionem, quam ardentissime adamaverat, etiam matrimonio sibi coniungere parabat. Hic primus Theodori iam monachi lapsus in luxuriae coenum, ut Chrysostomus ipse notat, τῆς σῆς ψυχῆς τὸ πρῶτον πεσούσης πτῶμα. Ante quam vero in eremum secederet, immerito eiusdem coeni et impudicitiae a Savilio insimulatur, qui perperam accepit in malam partem illud εἰς μουσεῖα φοιτῶντι, putatque μουσεῖα fuisse Antiochiae loca voluptatibus et lasciviae dicata, quae Theodorus adolescens frequentaret; cum ibi Chrysostomus usitato Graecis vocabulo ludum litterarium nominet, quemadmodum in epistola prima (edit. T. I. p. 28.) ad eundem Theodorum de Urbani phoenicis filio idem nomen ad rem litterariam significandam sumit. Οὗτος τὸ μὲν πρῶτον ἐῤῥῶσθαι πολλὰ ταῖς ἐν τοῖς μουσείοις διατριβαῖς εἰπών. *Hic primum quidem longum vale dicens scholasticis exercitamentis*, suis deinde visus est inutilis, quoniam ut statim Chrysostomus addit, πρὸ ὥρας τῶν περὶ τοὺς λόγους πόνων ἀποπηδήσας, μηδὲν ἐκεῖθεν καρπώσασθαι ἐδυνήθη. *Praepropere litterariis laboribus se subduxit, ita ut inde nihil utilitatis perceperit.* Et in psalmum quartum: οὐκ εἰς μουσεῖον ἀπιέναι δεῖ, οὐδὲ παιδαγωγοὺς μισθῶσαι, καὶ ῥήτορας καὶ σοφιστάς. *Neque opus est ludum adire litterarium, neque mercede paedagogos conducere, neque rhetoras, neque sophistas.* Sed eo minus errare Savilius eo in loco debuerat, quod voci μουσεῖα coniunxit auctor verbum φοιτᾶν, quod graeci scriptores ita ex usu ad studia transtulerunt, ut inde discipulos φοιτητὰς appellarint.

Denique, ne hoc etiam dissimulemus, epistolae chrysostomianae CXII, male Savilius inscribit, Θεοδότῳ ἐπισκόπῳ. Nempe ignorat, quanta fuerit inter patres de illa epistola controversia sub Iustiniano imperatore, reponendumque omnino esse Θεοδώρῳ ἐπισκόπῳ, isque est Mopsuestenus hic de quo agimus, ut affirmant Liberatus carthaginiensis diaconus, et Facundus hermianensis lib. VII. 7. qui integram eam epistolam latinitate donatam suo scripto inseruit. Facundus vero eius epistolae testimonio urget adversarios Theodori mopsuesteni. Liberati, et Facundi antiquis codicibus, bene respondent vaticani epistolarum Chrysostomi codices DCCXII. et MCXCIV. Iustinianus autem imperator in libello confessionis fidei unicam videtur legisse Chrysostomi ad Theodorum epistolam, eam nimirum quam ad eum lapsum dederat; aliam vero, quae eiusdem laudes contineret, non agnoscere. Patres autem constantinopolitani secundi concilii, licet eam Chrysostomo non abdicent, aliter tamen de illa iudicant, quam fautores Theodori mopsuesteni. Nam, inquiunt: *sin autem aliquis concedat ad ipsum Theodorum scriptam eam fuisse, certum est quod Iohannes, qui per totum suum pontificatum veritatis verbum recte tractavit, ignorans tales blasphemias conscripsisse Theodorum, huiusmodi ad eum litteras dederat.* Alii duos narrant Theodoros, ecclesiae mopsuestenae praepositos, et ad posteriorem fuisse datam eam Chrysostomi epistolam volunt. Theophanes in chronologia: ἡ δὲ τοῦ Χρυσοστόμου ἐπιστολὴ ἡ πρὸς Θεόδωρον Μοψουεστίας, οὐχὶ πρὸς τὸν πρῶτον, ἀλλὰ πρὸς τὸν ἔσχατον γενόμενον ἐστίν. *Chrysostomi epistola ad Theodorum mopsuestenum, non ad seniorem eius ecclesiae episcopum, sed ad iuniorem data fuit.* Verum errat Theophanes. Nam Theodorus iunior, genere galata, supremum diem vitae egit, ut perspicue declarant, et saepe repetunt acta concilii mopsuesteni anno Iustiniani imperatoris vigesimo, scilicet centesimo quadragesimo et amplius ab obitu Iohannis chrysostomi. Neque diptycha illius ecclesiae in eadem synodo recitata alium

habent Theodorum post antiochenum illum lapsum. Sed esto fuerit alius, cuius nomen a tabulis illis ecclesiasticis exciderit, is vero etiam vix erit statim a lapso, ita ut inter eos nullus intercesserit alius ecclesiae mopsuestenae praesul, et de hoc Theophanes intelligat; ne hac quidem ratione stabit illius sententia. Nam Chrysostomus in exilio moritur etiam tum superstite Theodoro antiocheno lapso, qui longe post sub Theodosio iuniore, exacto ecclesiae praesulatus sexto atque trigesimo anno, suum diem obiit, ut quinto histor. libro extremo narrat Theodoretus. Immo vero neque haec epistola, quia Chrysostomi est, et ad Theodorum mopsuestenum data, aliquid suffragari potest fautoribus illius, quod Iustinianus timent ac Theophanes. Nam ut patres, qui ob causam trium capitulorum Constantinopoli convenerant, atque alios, latere potuit impietas Theodori, sic aliquando Chrysostomum honorificentioribus verbis de illo scribentem. Certe latuit summos eius tempestatis in oriente doctores et ecclesiarum antistites, Nectarium constantinopolitanum, Theophilum alexandrinum, Flavianum antiochenum, Gregorium nyssenum, Amphilochium Iconii, Palladium caesariensem, et alios quibuscum Theodorus consedit, ac sententiam dixit in constantinopolitano celebrato imperatoribus Arcadio tertium, et Honorio secundum consulibus, scilicet paulo ante quam Iohannes chrysostomus ecclesiae constantinopolitanae administrationem capesseret.

Subiungamus hoc quoque. Roberto Balforeo in adnotationibus ad Theodorum raithenum videtur alius esse Theodorus mopsuestenus, quem pleno ore Nicephorus lib. XIV. eccles. histor. cap. 30, et Theodoretus lib. V. extremo laudant. Hoc tamen ex iis quae diximus falsum esse deprehenditur, et potissimum cum ad tempora quintae generalis synodi nullus alius fuerit mopsuestenus Theodorus praeter hunc, idque abunde probatum sit in synodo mopsuestena; id quod episcopi secundae Cilicum provinciae, et plures alii ex diptychis mopsuestenae ecclesiae, et probatissimorum hominum testimoniis probant, Theodori veteris, illius scilicet de quo nunc scribimus, nullam esse mentionem; et alium Theodorum, qui in fine diptychorum scriptus erat, ex Galatia oriundum, ante tres annos mortuum fuisse. Ergo de hoc secundo non sunt verba Theodoreti. Qui enim tot ante annos defunctus, huius sub Iustiniano viventis meminisse potuit? Et cum usque ad huius recentioris tempora nullus alius fuerit, certa sunt Theodoreti verba de vetere Theodoro mopsuesteno. Nicephorus verba Theodoreti et sententiam exscribit, neque de alio sermonem habet, quam de quo Theodoretus ipse locutus fuerat. Facessat igitur alius hic Theodorus recentior a Balforeo et aliis excogitatus, et tantopere a Theodoreto laudatus.

Huius praeterea Theodori (nam erit operae pretium hoc adnotare, sive ob nestorianam haeresim, sive ob aliam causam) apud Syros tanta fuit auctoritas, et cultus, ut quam plurima illius in propriam linguam transtulerint. Quaenam vero illa fuerint, Hebediesu episcopus Sobae et Armeniae in catalogo librorum ecclesiasticorum, quem ille scripsit lingua syriaca, in hunc modum expressit. Verba illius ita reddidit linguarum orientalium peritissimus Abrahamus Ecchellensis (1). *Theodorus commentator composuit quadraginta et unum tomum, qui sunt prophetae centum et quinquaginta* (2), *quorum singuli constant triginta capitibus. Item expositionem*

(1) Recudit postea emendatiorem hunc catalogum, notisque plurimis illustravit Ios. Sim. Assemanus in sua bibliotheca orientali T. III, a quo meliora aliquot sumenda iudicavi. A. M.

(2) Id est (ceu explicat Assemanus) quorum moles tanta est, ut centies et quinquagies libros prophetarum omnium superet. A. M.

in quinque libros Moysis, quam tribus complexus est tomis, mirum in modum elucubratam, ad magnum Alphaeum. Psalmos quoque Davidis exposuit tribus libris, ad Cerdonem et fratrem eius. In duodecim prophetas duobus tomis commentatus est, ad mar Tyrium (1). *In Samuelem commentatus est uno tomo, ad Mamarianum. In Iobum quoque duobus tomis, ad Cyrillum alexandrinum. In Ecclesiastem unico libro commentatus est, deprecante Porphyrio. Exposuit etiam Esaiam, Ezechielem, Hieremiam, et Danielem, singulos singulis tomis complectens, quibus finem imposuit suis elucubrationibus in vetus testamentum. Matthaeum uno exposuit tomo, ad Iulium. Lucam vero et Iohannem duobus tomis, ad Eusebium. Acta apostolorum uno complexus est tomo, ad Basilium. Epistolam ad Romanos exposuit, item ad Eusebium. Ambas vero epistolas ad Corinthios duobus tomis exposuit ac dilucidavit, deprecante Theodoro. Eustratius* (2) *postulavit expositionem quatuor epistolarum quas commemoraturus sum, nempe epistolae ad Galatas, et ad Ephesios, et ad Philippenses, et ad Colossenses. Binas autem ad Thessalonicenses, deprecante Iacobo exposuit. Item duas ad Timotheum, supplicante Petro; et deprecante Cyrino commentatus est in epistolas ad Titum, et Philemonem. Direxitque ad eundem commentarios in epistolam ad Hebraeos; adeoque quinque tomis imposuit finem commentariis in epistolas Apostoli. Conscripsit praeterea librum de sacramentis, et de fide alium, unum tomum de sacerdotio, et duos de Spiritu sancto, unum de incarnatione, duos contra Eunomium. Item duos contra asserentes in ipsa natura positum esse peccatum: duos (tres) contra magiam, unum ad monachos, unum de obscura locutione, unum de perfectione operum* (3), *quinque adversus eos qui scripturas figurate interpretantur, unum pro Basilio, et unum de assumente et assumpto. Item librum unum quem inscripsit margaritarum, et illum qui eius complectitur epistolas. Demum tractatum de legislatione, quo finem suis imposuit lucubrationibus* (4).

LXVI. Theodorus tarsensis (qui aliis Diodorus est (5)) Photio cod. 223. cuius

(1) Ecchellensis *Turim*, Assemanus *mar Tyrium*. Ego suspicor legendum, pro syriaco titulo *mar*, *Martyrium*. Etenim *Martyrius*, qui fuit deinde patriarcha antiochenus, coaevus fuit laudatorque Chrysostomi, ideoque etiam Mopsuesteno contemporaneus. Consule nostram novam biblioth. PP. T. IV. ubi est pars panegyrici in Chrysostomum ab hoc *Martyrio* dicti. Sane *Turis* monachus legitur apud praedictum Ecchellensem p. 73, sed omittit hunc Assemanus, qui eum scribere debuisset inter capp. 87. et 88. Omisit autem, quia errorem esse agnovit Ecchellensis, de cuius aliis mendis admonet nos tomo praedicto p. 1. et 4. A. M.

(2) *Estratea* Allatius ex Echellensi p. 29, qui etiam in indice id mendum repetiverat, quo errore ex maecenate *Eustratio*, fecit *Estrateam* auctorem. Menda Ecchellensis non agnovit Allatius, linguarum orientalium, ut videtur, imperitus; cuius hortatu ceteroquin se hunc catalogum edidisse, narrat Ecchellensis in praef. p. 27. A. M.

(3) Ecchellensis: *de perfectione regiminis*. A. M.

(4) De Mopsuesteni scriptis sedulo nos quoque diximus in praef. tomi I. prioris editionis Script. vet., ex quo loco non memorata nonnulla cognosci possunt ab Allatio, et praecipue ex Fabr. cum Harl. B. G. T. X. p. 346. sqq.; id est *liturgia, hymnus, quaestiones biblicae, commentarius in Marcum, de miraculis Christi*. Item nos Script. vet. T. VII. p. 73. fragmentum protulimus Θεοδώρου περὶ νεστοριανῶν, qui tamen raithenus fortasse, non mopsuestenus, intelligendus est. Tum vero in tomo VI. Script. vet. post commentarios in XII. minores prophetas, alia Mopsuesteni copiosa fragmenta attexuimus, quae postea plena manu cumulaturi sumus. Item tom. I. in cit. praef. diximus quam frustra multi dixerint (nunc tamen Allatium excipio) Mopsuestenum scripsisse decem milia librorum. Quis enim iam nescit, *myriadem* dici a Graecis pro plurimo numero, ut a Latinis *sexcenta*? A. M.

(5) Hunc ipsemet vidi appellari modo *Diodorum* modo *Theodorum*, in mss. praesertim syriacis ex graeco conversis; et quidem interdum in illis etiam Iohannis caesariensis, quorum fragmenta protulimus in nov. bibl. PP. T. IV. Itemque alibi. A. M.

verba infra ponentur; Suidae in Auxentio mopsuesteno episcopo sub Constantino magno, cuius frater Theodorus erat. Τούτου δὲ ἀδελφὸς νεώτερος Θεόδωρος ἦν, ἀνὴρ τῶν Ἀθήνησι παιδευθέντων, ὃς καὶ αὐτὸς χρόνον ὕστερον ἐπισκοπὴν τῆς Ταρσοῦ ἐκκλησίας ἔτυχε κληρωσάμενος. *Huius frater erat iunior Theodorus, vir qui inter alios Athenis studiis operam navavit, et post aliquod tempus tarsensis ecclesiae episcopatum adeptus est.* Septima quoque synodus act. VI. appellat Theodorum (ed. Labb. T. VII. col. 421.) ἀναθεμάτισε Θεόδωρον τὸν καθηγητὴν Νεστορίου, Σεβῆρον, καὶ τὰ ἑξῆς. *Anathemate feriit (quinta synodus) Theodorum praeceptorem Nestorii, Severum* etc. licet ibi in margine reponatur Diodorus. Andreas Schottus in Photio Diodorum potius quam Theodorum appellare voluit, tum quod paulo post a Photio sic nominetur, tum quod Suidas tarsensi huic episcopo καλὰ ἀστρονόμων καὶ ἀστρολόγων καὶ εἱμαρμένης opus attribuat. Ego tamen inde colligo eundem utroque hoc nomine vocitatum, sed Diodorum invaluisse. « Hic et » Flavianus (ut narrant Theodoretus histor. lib. IV. cap. 25. et Nicephorus Callistus » lib. XI. cap. 24.) generosi veritatis athletae, Meletio in exilium pulso, tanquam » rupes quaedam, fluctus irruentes fregerunt; et cura gregis suscepta tum lupis sua » fortitudine et sapientia restiterunt, tum ovibus convenientem curationem adhibue- » runt. Atque ubi a radicibus montis, in quos se receperant deturbati fuere, oves » ad ripas vicini fluminis paverunt. Verum cum nec isto quidem in loco Christi ho- » stis conventum illum Deum laudantium cogi pateretur, duo illi pastores admira- » biles, divinis ovibus velut in gymnasium bellicum coactis, spiritale pabulum de- » monstrabant. Atque Diodorus vir sapientissimus ac fortissimus perinde atque flu- » vius praealtus et pellucidus, tum animos fortitudinis rivulis irrigabat, tum adver- » sariorum blasphemias sincerae doctrinae undis penitus obruebat; qui generis splen- » dorem pro nihilo reputans, aerumnas pro fidei defensione lubens perpessus est. » Flavianus vero, etsi patriciis ortus, tamen solam pietatem nobilitatis loco numerans » et tanquam palaestrae magister, magnum Diodorum velut athletam in omni cer- » taminis genere exercitatissimum perunxit. » Tandemque cum populus in sententia concordasset, a Meletio Tarsi episcopus creatur, curamque Cilicum in se suscepit. Plura in eundem sanctorum patrum Athanasii, Petri, atque Timothei alexandrinorum antistitum, Basilii caesariensis, Iohannis constantinopolitani, Epiphanii Cypri, episcoporum Aegyptiorum, qui in exilium relegati a Valente imperatore fuerant, et concilii CL. sacerdotum, qui cum ipso Diodoro Byzantii contra Macedonium convenerant, elogia congessit Facundus hermianensis lib. IV. cap. 2.

Multa *in sacra biblia* scripsit. Sozomenus lib. VIII. cap. 2. de Iohanne chrysostomo loquens: ταύτης δὲ τῆς φιλοσοφίας διδασκάλους ἔσχε τοὺς τότε προεστῶτας τῶν τῇδε περιφανῶν ἀσκητηρίων, Καρτέριόν τε καὶ Διόδωρον τὸν ἡγησάμενον τῆς ἐν Ταρσῷ ἐκκλησίας, ὃν ἐπυθόμην ἰδίων συγγραμμάτων πολλὰς καταλιπεῖν βίβλους· περὶ δὲ τὸ ῥητὸν τῶν ἱερῶν λόγων τὰς ἐξηγήσεις ποιήσασθαι, τὰς θεωρίας ἀποφεύγοντα. *Atque huius quidem philosophiae magistros illos habuit, qui tum temporis ibi celebribus asceteriis praesidebant, Carterium scilicet, et Diodorum istum qui demum tarsensis ecclesiae antistes fuit, quem equidem audivi propriarum commentationum multos reliquisse libros: direxisse autem ad litteram sacrae scripturae interpretationes suas, aversatum speculationes (allegorias) universas.* Socrates lib. VI. cap. 3. Τηνικαῦτα οὖν οὗτοι σπουδαῖοι περὶ τὴν ἀρετὴν γενόμενοι μαθητεύουσιν εἰς τὰ ἀσκητικὰ Διοδώρῳ, καὶ Καρτερίῳ,

οἵ τινες τότε μὲν ἀσκητηρίῳ προϊσταντο. Διόδωρος δὲ αὐτῶν ὕστερον ἐπίσκοπος Ταρσοῦ γενόμενος πολλὰ βιβλία συνέγραψε, ψιλῷ τῷ γράμματι τῶν θείων προσέχων γραφῶν, τὰς θεωρίας αὐτῶν ἐκτρεπόμενος. *Isti igitur per id tempus permagno virtutis studio inflammati, monasticam disciplinam didicerunt a Diodoro et Carterio, qui tum quidem monasterio praeerant: postea alter illorum, nempe Diodorus, episcopus Tarsi constitutus multos libros conscripsit, nudae sacrarum scripturarum litterae dumtaxat attendens, et sensum et intelligentiam earum abstrusiorem (allegoricum) penitus fugiens.* Paria habent Theodoretus, et Nicephorus Callistus. Illius expositiones passim ubique in catenis ob expositionem bibliorum contextis reperies.

Aliorum scriptorum catalogum ex Theodoro angnosta accuratissimum nobis Suidas conservavit: Διόδωρος μονάζων ἐν τοῖς χρόνοις Ἰουλιανοῦ, καὶ Οὐάλεντος ἐπισκοπήσας Ταρσῶν τῆς Κιλικίας· οὗτος ἔγραψεν, ὡς φησὶ Θεόδωρος ἀναγνώστης ἐν τῇ ἐκκλησιαστικῇ ἱστορίᾳ, διάφορα· εἰσὶ δὲ τάδε· ἑρμηνεῖαι εἰς τὴν παλαιὰν πᾶσαν, γένεσιν, ἔξοδον, καὶ ἑφεξῆς· καὶ εἰς ψαλμοὺς, καὶ εἰς τὰς τέσσαρας βασιλείας· εἰς τὰ ζητούμενα τῶν παραλειπομένων· εἰς τὰς παροιμίας· τίς διαφορὰ θεωρίας, καὶ ἀλληγορίας· εἰς τὸν ἐκκλησιαστήν· εἰς τὸ ᾆσμα τῶν ᾀσμάτων, εἰς τοὺς προφήτας. Χρονικὸν διορθούμενον τὸ σφάλμα Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου περὶ τῶν χρόνων. Εἰς τὰ τέσσαρα εὐαγγέλια· εἰς τὰς πράξεις τῶν ἀποστόλων, εἰς τὴν ἐπιστολὴν Ἰωάννου τοῦ εὐαγγελιστοῦ. Περὶ τοῦ, εἷς θεὸς ἐν Τριάδι. Κατὰ Μελχισεδεκιτῶν. Κατὰ Ἰουδαίων. Περὶ νεκρῶν ἀναστάσεως. Περὶ ψυχῆς κατὰ διαφόρων περὶ αὐτῆς αἱρέσεων. Πρὸς Γρατιανὸν κεφάλαια. Κατὰ ἀστρονόμων, καὶ ἀστρολόγων, καὶ εἱμαρμένης. Περὶ σφαίρας καὶ τῶν ἑπτὰ ζωνῶν, καὶ τῆς ἐναντίας τῶν ἀστέρων πορείας. Περὶ τῆς Ἱππάρχου σφαίρας. Περὶ προνοίας κατὰ Πλάτωνος. Περὶ θεοῦ, καὶ θεῶν. Περὶ φύσεως καὶ ὕλης, ἐν ᾧ τί τὸ δίκαιον ἐστί. Περὶ θεοῦ, καὶ ὕλης ἑλληνικῆς πεπλανημένης, ὅτι αἱ ἀόρατοι φύσεις οὐκ ἐκ τῶν στοιχείων, ἀλλ' ἐκ μηδενὸς μετὰ τῶν στοιχείων ἐδημιουργήθησαν. Πρὸς Εὐφρόνιον φιλόσοφον κατὰ πεῦσιν καὶ ἀπόκρισιν. Κατὰ Ἀριστοτέλους περὶ σώματος οὐρανίου. Πῶς θερμὸς ὁ ἥλιος. Κατὰ τῶν λεγόντων ζῶον τὸν οὐρανόν. Περὶ τοῦ, πῶς ἀεὶ μὲν ὁ δημιουργὸς, οὐκ ἀεὶ δὲ τὰ δημιουργήματα. Πῶς τὸ θέλειν, καὶ τὸ μὴ θέλειν ἐπὶ θεοῦ ἀϊδίου ὄντος. Κατὰ Πορφυρίου περὶ ζώων καὶ θυσιῶν. *Diodorus monachus temporibus Iuliani et Valentis, episcopus Tarsi Ciliciae, scripsit varia, ut Theodorus anagnostes in ecclesiastica historia meminit, quae sunt: interpretatio in totum vetus testamentum, genesim, exodum, et reliqua, in psalmos* (1), *in quatuor libros regum, in loca difficiliora paralipomenorum* (2), *in proverbia. Quodnam sit discrimen contemplationis et allegoriae; in Ecclesiasten; in Canticum canticorum; in prophetas. Chronicon quo erratum Eusebii Pamphili de temporibus corrigit* (3); *in quatuor evangelia; in acta apostolorum, in epistolam Iohannis evangelistae, Deum unum esse in Trini-*

(1) Diodori tarsensis commentariorum in psalmos reliquiae extant in Corderii catena, sed nonnisi a psalmo LXXXI. et deinceps. Nos vero in codice reginae svecae XL. copiosas alias invenimus eiusdem operis reliquias, iam inde a psalmo XXXIV, quas typis commisimus. Plures alias coacervare ex aliis codicibus licuisset; sed interim hae sufficiunt. A. M.

(2) Allatius graecum ζητούμενα interpretabatur *in ea quae in paralipomenis desiderantur*, quod pace tanti viri non admitto. Τὰ ζητούμενα, et ζητήσεις, sunt potius *quaestiones* quae fiunt de locis difficilioribus. A. M.

(3) Citatur interdum hoc Diodori opus a Georgio Syncello in chronico.

tate; contra Melchisedecitas; contra Iudaeos de resurrectione mortuorum; de anima contra diversas de ea sectas; ad Gratianum capita; contra astronomos et astrologos et fatum; de sphaera item ac de septem zonis, et de contrario astrorum cursu; de Hipparchi sphaera; de providentia contra Platonem; de Deo et diis; de natura et materia, ubi tractat quid iustum sit; de Deo, et falsa Graecorum materia. Quod quae sub aspectu non cadunt, ea non ex elementis, sed una cum elementis sint facta ex nihilo; ad Euphronium philosophum per interrogationem et responsionem; contra Aristotelem de corpore caelesti; quomodo calidus sit sol; contra eos qui animal dicunt esse caelum; quomodo semper extiterit opifex, opificium autem non semper; quomodo velle et nolle insit aeterno Deo; contra Porphyrium de animalibus et victimis. Et partem eorum Hebediesu episcopus Sobae et Armeniae cap. 18. (1) *Diodorus Tarsensis composuit libros numero sexaginta, quos Ariani combusserunt; remanseruntque, quos iam sum commemoraturus. Liber de dispensatione, liber dissolutionis astrologiae. Item alius contra Eunomianos: alius contra haereticos; nec non alter contra Iudaeos; et adversus Manichaeos; et adversus Apollinarem. Demum expositio in partem Matthaei.*

Legit ipsius adversus fatum libros VIII. tribus et quinquaginta capitibus distinctos Photius cod. 223, et ex iis digniora in suam bibliothecam copiosissime transtulit. Audiamus quae de tanti viri studio atque ingenio in excerptorum principio tradit. Ἀνεγνώσθη βιβλίον Θεοδώρου ἐπισκόπου Ταρσοῦ κατὰ εἱμαρμένης ἐν λόγοις μὲν ὀκτὼ, κεφαλαίοις δὲ τρισὶ καὶ πεντήκοντα· ἔστι μὲν οὖν ἐν τούτοις εὐσεβῶν ὁ ἀνὴρ, καὶ οὐδὲ περὶ τὴν δόξαν τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, ἣν ἡ τοῦ Νεστορίου λύσσα διασπαράττει σφαλλόμενος· τοῖς δὲ ἐπιχειρήμασιν, ἔστι μὲν οἷς ὀρθῶς τε καὶ εὐφυῶς ἐπιβάλλει, διελέγχων τοὺς τὴν εἱμαρμένην δοξάζοντας· ἔστι δέ που πρὸς μόνον τὸ φαινόμενον τὸν ἀγῶνα φέρει, καὶ μηδὲ σαφῶς τὸ τῶν ἐναντίων ἐξακριβῶν δόγμα· ὅθεν πολλάκις οὐκ ἐκείνοις, πρὸς οὓς ὁ πόλεμος, ἀλλ' ἑτέροις μᾶλλον δόξειεν ἂν διαμάχεσθαι· πλὴν ὅ γε εὐγνώμων κριτὴς οὐχ ὑπὲρ ὧν οὐκ εὐστόχως ἐνιαχοῦ φέρεται μωμήσαιτο ἄν, ὑπὲρ ὧν δὲ σωουδάζει τῆς εἱμαρμένης πλάνην κατενεγκεῖν, καὶ ὡς οὐκ ἐν ὀλίγοις κατ' αὐτῆς εὐδοκιμεῖ, τὸν ἄνδρα τιμῆς καὶ χάριτος ἄξιον ἀνομολογεῖν ἐστι δίκαιον. *Lectum est Diodori episcopi tarsensis opus adversus fatum libris VIII. ac tribus supra quinquaginta capitibus distinctum, quibus in libris pius quidem est hic scriptor, neque in eam sectam de Dei filio quem impia Nestorii rabies dissecuit, aberrando deflectit. Verum in argumentis, etsi quaedam recte satis ac dextere adhibet, dum fati laudatores oppugnat; aliâs tamen neque satis clare, neque satis accurate adversariorum dogma persecutus, ea oppugnare aggreditur, quae speciem dumtaxat dogmatis prae se ferunt; ut proinde saepenumero non cum illis, quibuscum certamen suscepit, sed cum aliis potius quibusdam pugnare videatur. Quamquam bene sentiens arbiter, non ob id quod minus feliciter alicubi hanc rem agat, reprehensum eum velit; cum ex eo saltem honor illi, et gratia merito debeatur, quod non sine sua in multis laude, noxium de fato errorem opprimere moliatur.* Et in fine excerptorum. Ἔστι δὲ τὴν φράσιν καθαρός τε καὶ εὐκρινὴς ὁ ἀνὴρ, τοῖς δὲ ἐνθυμήμασι, καὶ τῇ τῶν ἐπιχειρημάτων διαπλάσει, οἷον αὐτὸν καλὰ μέρος ἐν τῇ τῶν λόγων αὐτοῦ ὑπεδείξαμεν ἐκλογῇ. *Est autem in loquendo purus atque distinctus, eiusmodi*

(1) Hunc quoque articulum Hebediesu de Diodoro, secundum Assemani meliorem lectionem recitabimus, qui Ecchellensem correxit. A. M.

enthymematis atque epichirematis efformandis, qualia ex parte iam in his illius operis excerptis indicavimus.

Legit etiam eiusdem idem Photius *de Spiritu sancto varia argumenta*. Cod. 102. Ἐμπεριείχετο δὲ τῇ δέλτῳ καὶ Διοδώρου Ταρσοῦ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος διάφορα ἐπιχειρήματα, ἐν οἷς καὶ τὴν Νεστορίου νόσον αὐτὸς ἐπιδείκνυται προηρρωστηκώς. *Continebantur hoc eodem libello varia argumenta Diodori tarsensis de Spiritu sancto, quibus et Nestorii labe se iam inde contaminatum ostendit.*

Meminit eiusdem *librorum viginti quinque contra Manichaeos, et argumentum explicat* cod. 85. Καὶ τὸν Διόδωρον ἐν εἴκοσι καὶ πέντε βιβλίοις τὸν κατὰ Μανιχαίων ἀγῶνα ἀγωνισάμενον· ὃς διὰ μὲν τῶν πρώτων βιβλίων ἑπτὰ τὸ τοῦ Μανιχαίου ζῶν εὐαγγέλιον ἀνατρέπει· οὐ τυγχάνει δὲ ἐκείνου· ἀλλὰ ἀποτρέπει τὸ ὑπὸ Ἄδδα γεγραμμένον, ὃ καλεῖται Μόδιον· διὰ δὲ τῶν ἐφεξῆς τὴν τῶν γραφικῶν ῥητῶν, ἃ οἱ Μανιχαῖοι ἐξοικειοῦνται πρὸς τὸ σφίσι βεβουλευμένον, ἀνακαθαίρει χρῆσιν καὶ διασαφεῖ· καὶ ὁ μὲν Διόδωρος οὕτω. *Denique et Diodorum illum, qui libris quinque et viginti cum Manichaeis certavit, quorum septem prioribus putat quidem Manichaeorum evangelium vivum se refellere: at non assequitur; dum non illud, sed quod ab Adda scriptum erat, et Modium appellatur, evertit: reliquis deinde libris ea sacrae scripturae loca pure explanat, atque declarat, quae Manichaei ad ea, quae animo concepissent, accommodare solebant. Et Diodori quidem tractatus ita se habet.* Item Nicephorus Callistus histor. lib. VI. cap. 32. Κατὰ δὲ ταύτης τῆς αἱρέσεως γενναίως παρετάξαντο λόγοις Τίτος τε καὶ Διόδωρος, ὁ μὲν τὴν Βοστρηνῶν, Διόδωρος δὲ τὴν Κιλίκων Ἰθύνας μητρόπολιν. *Adversus hanc haeresim strenue libris compositis depugnarunt Titus Bostrae, et Diodorus metropoleos Ciliciae, episcopi.*

Leontius quoque byzantius eiusdem libri κατὰ Συνουσιαστῶν, *adversus Synusiastas*, Apollinaristas scilicet, mentionem facit. Horum trium nulla mentio est apud Suidam in accurato illo huius viri operum catalogo.

Quemadmodum et *commentariorum* eiusdem in apostolum, quae commemorat Hieronymus de scriptoribus. Omnium doctissime atque absolutissime virum hunc nobis Basilius repraesentavit, quare audiendus est in epistola 135. ad eundem nondum episcopum. Διοδώρῳ πρεσβυτέρῳ Ἀντιοχείας. Ἐνέτυχον τοῖς ἀποσταλεῖσι βιβλίοις παρὰ τῆς τιμιότητός σου· καὶ τῷ μὲν δευτέρῳ ὑπερήσθην οὐ διὰ τὴν βραχύτητα μόνον, ὡς εἰκὸς ἦν, τὸν ἀργῶς πρὸς πάντα καὶ ἀσθενῶς λοιπὸν διακείμενον, ἀλλ' ὅτι πυκνόν τε ἅμα ἐστὶ ταῖς ἐννοίαις, καὶ εὐκρινῶς ἐν αὐτῷ ἔχουσιν αἵ τε ἀντιθέσεις τῶν ὑπεναντίων, καὶ αἱ πρὸς αὐτὰς ἀπαντήσεις, καὶ τὸ τῆς λέξεως ἁπλοῦν καὶ ἀκατάσκευον, πρέπον ἔδοξέ μοι προθέσει χριστιανοῦ, οὐ πρὸς ἐπίδειξιν μᾶλλον, ἢ κοινὴν ὠφέλειαν γράφοντος· τὸ δὲ πρότερον τὴν μὲν δύναμιν ἔχον τὴν αὐτὴν ἐν τοῖς πράγμασι, λέξει δὲ πολυτελεστέρᾳ, καὶ σχήμασι ποικίλοις, καὶ διαλογικαῖς χάρισι κεκομψευμένον, πολλοῦ μοι ἐφάνη, καὶ χρόνου πρὸς τὸ ἐξελθεῖν, καὶ πόνου διανοίας πρὸς τὸ καὶ συλλέξαι τὰς ἐννοίας, καὶ παρακατασχεῖν αὐτὰς τῇ μνήμῃ δεόμενον· αἱ γὰρ ἐν τῷ μέσῳ παρεμβαλλόμεναι διαβολαὶ τῶν ὑπεναντίων, καὶ συστάσεις τῶν ἡμετέρων, εἰ καὶ γλυκύτητάς τινας ἐπεισάγειν δοκοῦσι διαλεκτικὰς τῷ συγγράμματι, ἀλλ' οὖν τῷ σχολὴν καὶ διατριβὴν ἐμποιεῖν, διασπῶσι μὲν τὸ συνεχὲς τῆς ἐννοίας, καὶ τοῦ ἐναγωνίου δὲ λόγου τὸν τόνον ὑποχαυνοῦσιν. *Diodoro Antiochiae presbytero. Accepi libros, quos reverentia tua misit; et secundo quidem summopere delectatus sum.*

non solum propter illius brevitatem, ut par erat usuvenire ei, qui iam ad omnia segniter et aegre affectus est, sed et propterea, quod densus est simul et refertus sententiis, ac contrariorum obiectiones, et responsiones illis subiectas haud confuse, sed recto ordine digestas habet. Et praeterea dictionis inaffectata, et incomposita simplicitas decora mihi videbatur, et conveniens professioni christiani hominis, cuius est non ad ostentationem magis scribere quam ad publicam utilitatem. Prius vero volumen eandem quidem in rebus facultatem habens, dictione vero, instructione, et figuris dicendi variis, ac dialogi festivitate ornatius, multum mihi videbatur tum temporis ad perlegendum, tum laboris ad intelligendum poscere, ad hoc ut sensus et colligantur, et memoriae mandentur. Calumniae namque adversariorum, et defensiones nostrorum intersertae, licet dialecticam quandam suavitatem commentario adferre videantur, eo tamen quod tantum generant morarum, mentis intentionem confundunt ac convellunt, et sermonis quoque strenui vigorem remissum reddunt. Nec longe abit Hieronymus de vir. ill. cap. 119. *Diodorus tarsensis episcopus, dum Antiochiae esset presbyter, magis claruit. Extant eius in apostolum commentaria, et multa alia, ad Eusebii magis emeseni* (1) *characterem pertinentia, cuius cum sensum secutus sit, eloquentiam imitari non potuit, propter ignorantiam saecularium litterarum.* De eo plura leges apud Facundum. Adversus hunc Diodorum scripsit plures tractatus Apollinaris laodicenus episcopus. In ecloga siquidem orthodoxorum dogmatum laudantur ipsius testimonia ex libro πρὸς Διόδωρον (2): nec non ex altero ad Heraclium adversus Diodorum πρὸς Ἡράκλειον καὶ Διοδώρου (3). Et alios quoque patres contra hunc scripsisse verosimillimum est.

Hunc tamen condemnatum fuisse in quinta synodo tradit Photius in bibl. cod. 18. Τὰ περὶ Διοδώρου Ταρσοῦ, καὶ Θεοδώρου τοῦ Μοψουεσ΄τίας, καὶ αὐτοὶ ὁμοίως ἀναθεματίσθησαν. *De Diodoro tarsensi, et Theodoro mopsuesteno, qui et ipsi similiter anathemate icti sunt.* Et synodus septima act. VI. de quinta synodo (loc. cit.) πρός Γε ταύταις ἡ ἐν Κωνσ΄ταντινουπόλει συνελθοῦσα τῶν ἑκατὸν ἑξήκονΓα πέν΄τε ἁγίων πατέρων ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ τοῦ τῆς θείας λήξεως, ἥ τις ἀναθεμάτισεν Ὠριγένην τὸν καὶ Ἀδαμάν΄τιον, Εὐάγριον, Δίδυμον μετὰ τῶν ἑλληνικῶν αὐτῶν συγΓραμμάτων, Θεόδωρον τὸν Μοψουεστίας, καὶ Θεόδωρον τὸν καθηγητὴν Νεστορίου, Σεβῆρον, καὶ τὰ ἑξῆς. *Praeterea ea quae Constantinopoli convenit centum sexaginta quinque sanctorum patrum sub Iustiniano divae recordationis, quae anathematizavit Origenem, qui et Adamantius dictus est, Evagrium, Didymum cum paganis scriptis eorum, atque Theodorum mopsuestenum, et Theodorum praeceptorem Nestorii, Severum*, etc.

LXVII. Circa haec eadem tempora scripsisse Theodorum persam nestorianum, colligitur ex ecloga χρήσεων δογματικῶν, in qua eiusdem mentio habetur. Quis fuerit, et quibus conatibus nestorianam haeresim propagaverit mihi non liquet (4).

LXVIII. Palladio galatae historiae Lausiacae scriptori tribuitur a plerisque dialogus de vita Chrysostomi, in quo colloquuntur Palladius helenopolitanus episcopus, et Theodorus diaconus ecclesiae romanae. *Sane* (inquit, Vossius de historicis graecis

(1) Omittebat *emeseni* Allatius, quod tamen vocabulum etiam apud Facundum deesse adnotavit Fabricius. Sed adest in Sophronii graeca translatione. A. M.

(2) In editione nostra harum eclogarum (quas mss. habebat Allatius) Script. vet. T. VII. p. 17. 20. A. M.

(3) Tom. cit. p. 16. A. M.

(4) Fortasse intelligit Allatius Theodorum illum qui scripsit de Nestorianis, de quo nos loquimur p. 137. adn. 4. Sed tamen in editione nostra eclogarum non dicitur *persa*. A. M.

lib. II. cap. 19.) *Palladium episcopum auctorem facit Photius quoque. Sed ea in hoc dialogo legas, quae nunquam de se ipso, salvo pudore, scribere potuisset Palladius. Eoque alii, potius censent esse Theodori diaconi, qui cum Palladio hic loquitur. Baronius autem arbitratur esse illius Palladii qui a beati Augustini temporibus in Scotiam a Caelestino papa missus fuit ad praedicandum evangelium. Dialogum eum seu Palladii, seu Theodori e graeco vertit Ambrosius monachus camaldulensis, graece autem nondum prodiit* (1).

LXIX. Theodori byzantii, de Nili abbatis oratione adhortatoria. Titulus est: Θεοδώρου τοῦ βυζαντέως διήγησις πάνυ ὠφέλιμος. *Theodorii byzantei narratio admodum proficua.* P. Διηγήσατο ἡμῖν ὁ ἀββᾶς Θεόδωρος ὁ βυζαντεύς. In bibliothecis italicis (2).

LXX. Theodorus Manlius sub Arcadio, et Honorio cum Eutropio eunucho anno Domini 399. consul, valde eloquens et eruditus, atque adeo, ut Augustinus de ord. lib. I. n. 31. inquit, mente praestantissimus, quem et ipse noverat, licet idem lib. I. retractat. cap. 2. cum librum de beata vita illi Theodoro scripsisset, *displicet autem*, ait, *quod Manlio Theodoro, ad quem librum ipsum scripsi, quamvis docto et christiano viro, plus tribui quam deberem.* Claudianus etiam qui panegyrim de eius consulatu cecinit, virum omnibus scientiis eruditum, et omnium eloquentissimum asserit qui et Theodori excultissimas fuisse elucubrationes fatetur, et inter alia de genesi et partibus animae. Ita Possevinus in apparatu (3). Meminit etiam illius Suidas voce Εὐτρόπιος· οὕτω μὲν οὖν ὁ Εὐτρόπιος δίκας τῆς ἁμαρτάδος ὑποστὰς, καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ καταλόγου τῶν ὑπάτων ἠλείφθη, μόνου τοῦ συνυπατεύσαντος Θεοδώρου γεγραμμένου. *Hac itaque ratione Eutropius sceleris poenas luit, et ex albo consulum deletus est, cum tantummodo in eo remanserit scriptus Theodorus, qui cum eo consul fuerat.* Haec Suidas exscripsit ex Iohannis antiocheni historia. Vide Henrici Valesii Constantinum porphyrogenitum de virtutibus et vitiis pag. 849.

LXXI. Theodori diaconi alexandrini legitur libellus ad Leonem papam, et synodum chalcedonensem adversus Dioscorum actione III. eiusdem synodi, in qua se etiam probaturum quidquid in eo contineretur, promittit.

LXXII. Iustiniani imperatoris temporibus florebat Theodorus decurio, doctrina et sapientia clarus, et ad promovendos litteratorum conatus promptissimus. Hinc Agathias scholasticus suam novorum epigrammatum syllogem huic Theodoro nuncupavit, in septem sectiones, divisam: nam cum Meleager phoenix, et Philippus thessalonicensis antiquorum poetarum epigrammata sparsim hinc inde collecta, et in unum veluti fascem adunassent, adornassentque *coronae* titulo, Agathias eorum laborem excipiens, novorum syllogem, ne vaga nullaque sui mole conspicua abolirentur confecit, et praepositis heroicis (4) significavit. Namque inter alia habet:

Τοὔνεκεν ὁππότε πάντα φίλης πέπληθε γαλήνης,
Ὁππότε καὶ ξείνοιο, καὶ ἐνδαπίοιο κυδοιμοῦ
Ἐλπίδες ἐθραύσθησαν ὑφ' ἡμετέρῳ βασιλῆϊ,
Δεῦρο, μάκαρ Θεόδωρε, σοφὸν στήσαντες ἀγῶνα

(1) Extat iamdiu in maurina Chrysostomi editione T. XIII. A. M.

(2) Adi sis Allatii diatribam de Nilis cap. V. A. M.

(3) His adde quae dicit Fabricius B. L. antiq. ed. ven. T. I. p. 353. A. M.

(4) Legesis in graec. anth. Lips. T. I. p. 55-56. In statuam ad Theodori illustris bis proconsulis est item Agathiae epigramma tom. cit. p. 11.

Παίγνια κινήσωμεν ἀοιδοπόλοιο χορείης·
Σοὶ γὰρ ἐγὼ τὸν ἄεθλον ἐμόχθεον· εἰς σὲ δὲ μύθων
Ἐργασίην ἤσκησα, μιῇ δ' ὑπὸ σύζυγι βίβλῳ
Ἐμπορίην ἤθροισα πολυξείνοιο μελίσσης·
Καὶ τόσον ἐξ ἐλέγοιο πολυσπερὲς ἄνθος ἀγείρας,
Στέμμα σοι εὐμύθοιο καθήρμοσα Καλλιοπείης,
Ὡς φηγὸν Κρονίωνι, καὶ ὁλκάδας Ἐννοσιγαίῳ,
Ὡς Ἄρεϊ ζωστῆρα, καὶ Ἀπόλλωνι φαρέτρην,
Ὡς χελὴν Ἑρμάωνι, καὶ ἡμερίδας Διονύσῳ.
Οἶδα γὰρ ὡς ἄλληκτον ἐμῆς ἱδρῶτι μερίμνης
Εὖχος ἐπιστάξειεν ἐπωνυμίη Θεοδώρου.

α'. Πρῶτα δέ σοι λέξαιμι παλαιγενέεσσιν ἐρίζων
Ὅσσαπερ ἐγράψαντο νέης γενετῆρες ἀοιδῆς,
Ὡς προτέροις μακάρεσσιν ἀνειμένα· καὶ γὰρ ἐῴκει
Γράμματος ἀρχαίοιο σοφὸν μίμημα φυλάξαι.

β'. Ἀλλὰ πάλιν μετ' ἐκεῖνα παλαίτερον εὖχος ἀγείρει (a),
Ὅσσα περ ἢ γραφίδεσσι χαράσσομεν ἢ τινὶ χώρῳ,
Εἴτε καὶ εὐποίητον ἐπὶ βρέτας, εἴτε καὶ ἄλλης
Τέχνης ἐργοπόνοιο πολυσπερέεσσιν ἀέθλοις.

γ'. Καὶ τριτάτην βαλβῖδα νεήλυδος (b) ἔλλαχε βίβλου
Ὅσσα θέμις τύμβοισι, τά περ θεὸς ἐν μὲν ἀοιδῇ
Ἐκτελέειν νεύσειεν ἐν ἀτρεκίῃ δὲ διώκοι (c).

δ'. Ὅσσα δὲ καὶ βιότοιο πολυσπερέεσσι κελεύθοις
Γράψαμεν, ἅσσα θεός (d) τε τύχης σφαλεροῖσι ταλάντοις
Δέρκεό μοι βίβλοιο παρὰ κρηπῖδα τετάρτην.

ε'. Ναὶ τάχα καὶ πέμπτοιο χάρις θέλξειεν ἀέθλων
Ὁππόθι κερτομέοντες ἐπεσβόλον ἦχον ἀοιδῆς

ς'. Γράψαμεν· ἐκταῖον δὲ μέλος κλέπτουσα Κυθήρη
Εἰς ἀάρους ἐλέγοιο παρατρέψειε πορείην

ζ'. Καὶ γλυκεροὺς ἐς ἔρωτας· ἐν ἑβδομάτῃ δὲ μελίσσῃ
Εὐφροσύνας Βάκχοιο, φιλακρήτους τε χορείας,
Καὶ μέθυ, καὶ κρητῆρα, καὶ ὄλβια δεῖπνα νοήσεις.

Huius suae sylloges meminit idem Agathias histor. lib. I. (in praefatione.) Ἔδοξέ μοι πρότερον κἀκεῖνο ἀξιέπαινόν τι εἶναι καὶ οὐκ ἄχαρι, εἴ γε τῶν ἐπιγραμμάτων τὰ ἀρτιγενῆ καὶ νεώτερα διαλανθάνοντα, ἔτι καὶ χύδην οὑτωσὶ πως ἐνίοις ὑποψυθυριζόμενα ἀγείραιμί τε ὡς οἷόν τε εἰς ταυτὸ καὶ ἀναγράψαιμι ἕκαστα ἐν κόσμῳ ἀποκεκριμένα· καὶ οὖν δὴ καὶ τόδε μοι ἐκτετέλεσται. *Visum vero mihi fuit etiam hoc initio laudabile et non inelegans institutum, si nova quaedam recentiaque epigrammata latitantia adhuc, sparsimque a nonnullis lusa, in unum quoad eius fieri posset recolligerem, singulaque in ordinem digesta conscriberem. Quod quidem etiam perfeci.*

LXXIII. *Theodori episcopi (nomen urbis tempus erosit a codice)* εἰς τὸ μαρτύριον τῶν ἁγίων καὶ καλλινίκων μαρτύρων Κηρύκου καὶ Ἰουλίττης. *In martyrium sanctorum et victoriosorum MM. Ceryci et Iulittae.* P. Τῷ ἀγαπητῷ καὶ ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ καὶ συνεπισκόπῳ Ζωσίμῳ Θεόδωρος ἐλέει θεοῦ ἐπί-

(a) Ed. ἀρήγει. — (b) Ed. νεήνιδος. — (c) Cod. διώπῳ cum dubitante asterisco. — (d) Ed. ἀσταθέος.

σκοπος ἐν κυρίῳ χαίρειν· ἐπείπερ τῷ καλῷ σπέρματι εἴωθεν ἐπισπείρειν ὁ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἐχθρὸς τὰ ζιζάνια. In bibliotheca Altempsiana. In bibliotheca quoque regia Parisiis cod. 274. habetur Theodori episcopi Iconii: ἐπιστολὴ δηλοῦσα τὸ μαρτύριον τοῦ ἁγίου μάρτυρος Κηρύκου καὶ Ἰουλίττης μητρός. *Epistola indicans martyrium sancti martyris Ceryci et Iulittae matris.* P. Παυσαμένης τῆς σῆς λογιότητος διὰ προσκυνουμένων σου συλλαβῶν. De quo adnotat doctus et de patribus benemeritus Franciscus de Combefis: *pulchrum opus, editum ad apocrypha de martyrio horum sanctorum profligandа, male a Baronio habitum pro ipsis apocryphis.*

LXXIV. Ex Theodoro pentapolitano episcopo testimonium quoddam laudat Iohannes damascenus orat. III. de imaginibus (1). A quo tamen nec titulum operis, nec nomen martyris, de quo sermo est, expiscari ad hunc diem potui. Alii me forte fortunatiores invenient.

LXXV. Theodorus Aegaeorum urbis episcopus, luto infidelitatis absorptus, mortuorum resurrectionem sub Theodosio negans, multos cum suis sectariis eodem error involvit; sed miraculo septem dormientium, quod fuit clarum resurrectionis testimonium, in omnem terram divulgato, ipse et reliqui illius asseclae partim rubore perfusi obmutuerunt, partim certam firmamque resurrectionis spem conceperunt. Legitur in martyrio septem puerorum, sive septem dormientium, apud Photium in biblioth. cod. 253.

LXXVI. Theodori monachi alexandrini item haeretici adversus Themistium Calonymum plures libros memorat Photius in biblioth. cod. 108. cuius verba hic prorsus referenda sunt, ut plenior tum de Theodori, tum de Themistii scriptis cognitio habeatur. Ἀνεγνώσθη Θεοδώρου μονάζοντος ἀλεξανδρέως κατὰ Θεμιστίου, οὗ ἡ ἐπιγραφή· ἔλεγχος ὡς ἐν συντόμῳ τῆς ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς Θεμιστίου κατὰ τῶν πατέρων προπετοῦς καὶ ἀλογωτάτης ἐνστάσεως, ἐκ προφάσεως νῦν ἡμῖν πεπονημένος τῶν προβεβλημένων ὑπ' αὐτοῦ καὶ τὰ τῆς ἀληθείας ζητημάτων τε καὶ προτάσεων, καὶ σαφὴς διακρίνησις τῆς προκειμένης ὑποθέσεως· ἡ μὲν οὖν ἐπιγραφὴ τοιαύτη, βιβλίον μᾶλλον ἢ ἐπιγραφὴ βιβλίου τυγχάνουσα· ἄμφω δὲ ὅ τε Θεόδωρος καὶ Θεμίστιος αἱρετικοὶ, καὶ τῆς τῶν θεοπασχιτῶν μερίδος ὑπάρχουσι, Σεβήρῳ δὲ προσανακείμενοι· ὁ μέντοι Θεμίστιος, ἢ Καλώνυμος, ἐξονομάζει γὰρ καὶ οὕτως αὐτὸς ἑαυτὸν, καὶ τῆς τῶν ἀγνοητῶν προστάτης ἐστὶν αἱρέσεως, καὶ λόγον ὑπὲρ τῆς τοιαύτης νόσου συνέγραψεν, ὃν ἐπέγραψεν, Καλωνύμου τοῦ καὶ Θεμιστίου ἀπολογία ὑπὲρ τοῦ ἐν ἁγίοις Θεοφοβίου, ἐν ᾧ καὶ Σεβήρου, ᾧ καὶ προσανάκειται, τοιοῦτον γὰρ τὸ ψεῦδος, καὶ οἱ τερασταὶ τοῦ ψεύδους, καθάπτεται· εὐθύνας δὲ ἐν τῷδε τῷ λόγῳ παρὰ Θεοδώρου εἰσπράττεται· τὰ γάρ τοι τοῦ Θεμιστίου ἐπιχειρήματα τέσσαρα μὲν ὄντα, τὴν ἄγνοιαν δὲ ὡς ᾤετο ἐπὶ Χριστοῦ κατασκευάζοντα, καθ' ἓν ὁ Θεόδωρος ταξάμενος, ἕκαστον μυρίαις ἀτοπίαις ἐχόμενον δείκνυσιν· εἶτα πάλιν ὁ Θεμίστιος ὥσπερ τὴν ἧτταν ἀνακαλούμενος κατὰ Θεοδώρου μονόβιβλον ἔγραψεν· καὶ ὁ Θεόδωρος πάλιν ἐν τρισὶ τόμοις τοὺς κατ' αὐτοῦ ἐλέγχους ἀποσκευασάμενος τὴν οἰκείαν ἐν τούτῳ δόξαν ἀληθῆ παρεστήσατο· ἔστι δὲ τούτων ἑκάτερος τοῦ τε συγγράφειν οὐκ ἀπείρως ἔχων, καὶ τὸ σαφὲς κατὰ τοῦ συνόντος, καὶ τοῦ καθεστηκότος διώκων ἐν λόγοις. *Lectus est Theodori alexandrini monachi adversus Themistium liber, cuius haec inscriptio: confutatio brevis, qua superioris temporis denuo repe-*

(1) In illa Damasceni oratione III. 13. profertur etiam sermo abbatis Theodori aeliotae. A. M.

tita illa Themistii contra patres temeraria maximeque absurda contentio refellitur; a nobis nunc elaborata, occasione obiectarum ab ipso contra veritatem quaestionum, atque enunciationum, cum dilucida explicatione obiecti argumenti. Talis hic igitur libri titulus, ut liber potius, quam titulus libri videatur. Uterque vero Theodorus aeque ac Themistius haeretici, et partium studiosi fuerunt eorum qui divinitatem passam esse asseverant, Severo nimium addicti. Ceterum Themistius, sive Calonymus, hoc enim sibi cognomentum quoque addidit, etiam Agnoëtarum sectae caput fuit, de qua et librum conscripsit, affixo titulo, Themistii sive Calonymi apologia pro sancto Theophobio. Quo in libro ipsum quoque Severum, cui tamen addictus erat, tanta est vis falsitatis! talesque et mendacii amantes! perstringens, dictorum a Theodoro rationes exigit. Themistii enim quatuor argumenta illa, quibus se inscitiam in Christo probasse arbitrabatur, Theodorus singillatim expendens atque aestimans, singula sexcenta continere absurda ostendit. Hinc rursus Themistius acceptam veluti cladem reparans, singularem librum in Theodorum conscripsit. Theodorus autem tribus vicissim libris, et quae ille reprehenderat refutat, et suam de hac re veram opinionem exponit. Uterque scribendi non imperitus perspicuitatem solida cum vehementia in dicendo sectatus est. Scripserat itaque Themistius prius apologiam pro Theophobio, quatuor capitibus comprehensam. Theodorus adversus Themistium libro edito, singula illius argumenta continere absurda ostendit. Hinc rursus Themistius in sui defensionem, adversus Theodorum stilum exacuit. Tum postmodum Theodorus tribus libris idem argumentum aggressus dicta Themistii refutat, suamque de hac re opinionem veram esse ostendit.

Themistius hic alius est, a Themistio philosopho sub Valente; fuitque Cononis atque Eugenii in oppugnando Philopono socius, cuius mentionem facit idem Photius cod. 23, a quo Agnoëtae haeretici primum Themistiani dicti sunt, ut tradit Iohannes damascenus de haeresibus. Nicephorus tamen Callistus hist. eccl. lib. XVIII. cap. 50. unum cum philosopho sub Valente facit: ἀλλ' ὁ μὲν ἀλεξανδρεὺς Ἰωάννης ὁ Φιλόπωνος, οὕτως ἐς ὕστερον τῆς τῶν τριθεϊτῶν προστάτης αἱρέσεως ἐγεγόνει· καθὰ δὴ καὶ ὁ πάλαι Θεμίστιος ὁ φιλόσοφος ἐπὶ Οὐάλεντος, τῆς τῶν ἀγνοητῶν πρῶτος αἱρέσεως καθηγήσατο· ἣ δὴ καὶ τῷ χρόνῳ μὲν ἀπέσβη, τηνικαῦτα δ' ἐπὶ τῶν εἰρημένων σεβηριτῶν ἀναζήσασα, τὰ πλήθη σφοδρότερον ἐπενέμετο. *Iohannes ille Philoponus alexandrinus, sic deinde Tritheitarum haereseos antesignanus fuit, perinde atque olim Themistius philosophus sub Valente* (1) *primum Agnoëtarum sectae praeivit, quae secta tempore quidem ipso extincta fuerat, tum autem sub eis qui dicti sunt Severiani, reviviscens, plebem maxime est depasta.* Nicephori hallucinationem secutus est Franciscus Patritius discuss. peripatet. tom. I. lib. 10, aliique nonnulli, qui idem de Themistio scriptis prodiderunt. Eos refellit Dionysius Petavius in vita Themistii, certum esse dicens: *duos eiusdem nominis extitisse Themistios. Quorum qui Agnoëtarum sectam condidit, alexandrinae ecclesiae diaconus fuit, vixitque imperante Iustino circa annum IↃXIX, centum fere ac quadraginta annis quam Valens decesserat, sub quo Themistius philosophus florebat.*

(1) Petavianus calculus cognoscitur etiam ex Themistii oratione de praefectura constantinopolitana a se suscepta, quam orationem nos edidimus Mediolani (et mox Romae class. AA. T. IV.) Ibi enim observavimus Themistium sub Theodosio seniore tenuisse illam dignitatem anno Christi CCCLXXXIV. Porro ex hoc anno ad annum DXIX, qui fuit Iustini senioris secundus, excurrunt anni CXXXV. At quia reapse non Themistius orator ac philosophus, sed Themistius haereticus sub Heraclio vixit, sequitur ut Allatii quoque diversus calculus verissimus sit. A. M.

Diversissimus igitur ab haeretico illo Themistius noster fuit, planeque gentilis, id quod ex orationibus istis evidenter apparet, in quibus perpetuo gentilium more ac consuetudine loquitur. Ipse vero, si vera sunt ea quae narrat Nicephorus, Themistius hic haereticus si tempore iam dicto a Nicephoro vivebat, annis petavianis centum alios addiderim: quare recentior philosopho fuit annis ducentis fere ac quadraginta. Ait Nicephorus lib. XVIII. cap. 46, Iohannem alexandrinum cognomento Philoponum, sub imperio Heraclii viguisse; et cap. 47. qui adhortante Sergio patriarcha constantinopolitano haeretico, ut haeresim eiusmodi constabiliret, scripsit librum διαίτητὴς inscriptum. Illius dogmata pravasque opiniones oppugnaverunt Leontius monachus, et Georgius Pisides illius aequalis, quamvis aetate iunior. En Nicephori verba cap. 48. ἀλλὰ πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι τούτοις ἀντέθεντο, μάλιστα δὲ πάντων ὁ μοναχὸς Λεόντιος γενναίως ἐν τριάκοντα κεφαλαίοις, βίβλον ὅλην τούτοις ἀντέστησεν, ἄρδην μὲν τὴν τοιαύτην αἵρεσιν ἀνατρέψουσαν, σφόδρα δὲ καὶ τὸ καθ' ἡμᾶς εὐσεβὲς δόγμα κραταιοῦσαν· ἐπὶ δὲ τούτῳ καὶ ὁ θαυμάσιος διάκονος, καὶ ῥαιφερενδάριος Γεώργιος ὁ Πισίδης, ἡλικιώτης ὢν ἐκείνῳ, εἰ καὶ τῷ χρόνῳ λίαν νεώτερος, ἐν ἰάμβων μέτροις ἀρίστοις, ὥσπερ εἴθιστο γράφειν, πρὸς τὴν εἰρημένην αἵρεσιν ἀνιβὰς, καὶ παιδειὰν σπουδῇ κεραννὺς, οὕτω πως διέρχεται σφόδρα διελέγχων τὸ ἄπιστον. *Et cum plerique alii scriptis suis ea oppugnarunt, tum Leontius monachus omnium maxime egregium librum triginta capitum contra illum conscripsit* (1), *quo simul et haeresim eam prorsus evertit, et piam nostram sententiam valde confirmat. Post hunc et admirandus ille diaconus atque referendarius Georgius Pisides, aequalis sive coaetaneus illius, quamvis aetate aliquanto iunior, iambis pulcherrimis* (2), *quos scribere consueverat, cum dicta haeresi congressus, rem seriam ludicro temperando ad hunc modum refert, absurditatem illius refutans.* Vides itaque Nicephoro teste, sub Heraclio cum rebus ecclesiasticis praeesset Sergius, una cum Piside Georgio vitam egisse. Adde ex Photii bibliotheca cod. 23. hunc Themistium, de quo nobis modo sermo est, cum Eugenio, et Conone adversus Iohannis Philoponi de carnis resurrectione deliramenta opus compilasse. Ergo hic Themistius fuit vel aequalis vel saltem Philopono posterior. Et quomodo Themistius qui sub Valente vigebat, poterat esse hic Themistius, qui in Philoponum invectus est? Et haec quidem ex Nicephoro adversus Nicephorum. Quamvis non me fugit, ita referente Leontio de sectis act. V, Philoponum sub Iustiniano vixisse (3). Ἔτι δὲ καθεζομένου τοῦ Θεοδοσίου ἐν τῷ Βυζαντίῳ, ἐκινήθη πάλιν τὸ δόγμα τῶν τριθεϊτῶν, οὗ αἱρεσίαρχος γέγονεν ὁ Φιλόπονος. *Adhuc degente Byzantii Theodosio, denuo commotum fuit dogma Tritheitarum, cuius haereseos princeps Philoponus extitit.* Theodosius vero hic motus ab episcopatu, Byzantium deportatur, ibique eo commorante, hoc Tritheitarum dogma a Philopono originem habuit.

Sirmondus in notis ad Facundum opinatur Theodorum hunc qui contra Themistium Agnoëtarum principem scripsit, esse illum ipsum, de quo idem Facundus lib. II. cap. 3. refert. *Tum enim cum pro firmanda, vel amplius publicanda con-*

(1) Extant graece haec triginta Leontii capitula in tomo nostro septimo Script. vet. p. 40-45. A. M.

(2) Extat hoc poëticum Pisidae opus in editione Fogginii. A. M.

(3) Adeo verum est, Philoponum sub Iustiniano imp. vixisse, ut nos in Spicil. rom. T. III. p. 739. breviarium eius epistolae ex codice syriaco ediderimus, qua se Iustiniano excusat quominus Constantinopolim, ad quam urbem vocabatur, proficisceretur. A. M.

demnatione Theodori alexandrini, aliorumque similium, beatissimo romano episcopo scripsistis, hoc etiam quod asserimus addidistis, ita dicentes: ceterum quod generale dicitis fieri debere concilium, quae huius rei causa sit, ignoramus etc. Haecque deberi Facundo; quia de Theodoro silent alii, et Iustiniani, aut pontificis romani de eo litterae non extant. Attamen si sententiam Callisti sequamur, qui sub Heraclio Philoponum, adversus quem Themistius scripsit, contra quem Theodorus; plane hic Theodorus alexandrinus longe diversissimus erit, cum iustinianea aetas ab heracliana longe sit dissita; nec patietur unum eundemque hominem, qui sub Iustiniano scribebat, ad Heraclii usque tempora vitam produxisse. Quod si Leontius byzantinus aliter de aetate Philoponi narrat, nil impedit eundem esse, qui adversus Themistium scripsit, et de quo loquitur Facundus.

LXXVII. Theodori ascetae et episcopi edesseni *ascetica* extare graece apud Didacum Hurtadum Caesaris oratorem Venetiis, in bibliotheca tradit Gesnerus. Extant excerpta ex capitibus Theodori edesseni ms. in bibliotheca bavarica. Possevinus in apparatu: Θεοδώρου ἐπισκόπου Ἐδέσσης κεφάλαια ξ΄· ἄλλα ρ΄· πρακτικὰ κεφάλαια ρ΄· προοίμιον διατυπώσεως. *Theodori episcopi edesseni capita LX. Alia centum. Practica capita centum. Prooemium hypotyposeos.* Index manuscriptus bibliothecae regiae Scoriaci. Θεοδώρου τοῦ ἀσκητοῦ καὶ ἐπισκόπου Ἐδέσσης κεφάλαια ψυχωφελῆ τὸν ἀριθμὸν ρ΄. *Theodori ascetae et edesseni episcopi capita animae proficua numero centum.* Erant in Lolliana. Eiusdem κεφάλαια πρακτικὰ ρμ΄. *Capita practica centum et quadraginta.* P. Ἐπειδήπερ θεοῦ τοῦ ἀγαθοῦ χάριτι ἀποταξάμενοι τῷ σατανᾷ καὶ τοῖς ἔργοις αὐτοῦ, τῷ Χριστῷ συνεσταξάμεθα. Extant in regia bibliotheca Parisiis. In bavarica: *Theodori edesseni excerpta ex capitibus*, cod. 84. Et in barberina cod. 250. p. 111. (1). Meminit eiusdem Glycas epist. 47. ad Esaiam monachum. Τούτοις οὖν ἀκολούθως διείληφε καὶ ὁ σοφώτατος ἐπίσκοπος Ἐδέσσης Θεόδωρος, τὰς ἑορτὰς λέγων μὴ οἰνοποσίαις ἐκτελεῖν ἐννοοῦ, ἀλλ' ἀνακαινίσει νοὸς καὶ ψυχῆς καθαρότητι· γαστριζόμενος γὰρ παροργίσῃς μᾶλλον τὸν προεξάρχοντα τῆς πανηγύρεως. *His igitur consequentia tradidit et sapientissimus Edessae episcopus Theodorus, sollemnitates, inquiens, ne vini potibus peragere cogites, sed renovatione mentis, et animae puritate. Nam ventri inserviens, sollemnitatis principem potius ad iracundiam provocabis.* Ex eiusdem vita legitur: διήγησις ἐπωφελὴς ἐκ τοῦ βίου τοῦ ἁγίου Θεοδώρου τοῦ σαββαΐτου τοῦ χρηματίσαντος ἐπισκόπου Ἐδέσσης, ἣν διηγήσατο αὐτῷ ὁ ἐν Ἐδέσσῃ στυλίτης ὀνόματι Θεοδόσιος. *Narratio perutilis ex vita sancti Theodori sabaitae, is fuit Edessenus episcopus, quam illi narravit edessenus stylita Theodosius.* P. Ἄκουσον διηγήσεως ψυχωφελοῦς, ἵνα γνῷς τῆς ἀῤῥήτου προνοίας τοῦ θεοῦ. In bibliotheca regia Parisiis cod. 422.

LXXVIII. Theodori Amaseae episcopi *explicatio in ecclesiastem, et canticum Canticorum.* Eiusdem *dogmatica panoplia contra Iudaeos, Armenos, et Sarracenos* (2). Possevinus. Panopliae et reliquorum mentio habetur in catalogo Constantini Varini.

LXXIX. Theodorus ancyranus Galatiae episcopus *scripsit adversus Nestorium adhuc Ephesi positus librum redargutionis et confutationis: dialectica quidem arte*

(1) Item in cod. vat. 1774. f. 89. Nec non in cod. vallicelliano 72.

(2) Haud scio an aliquod hinc lumen emergat ad divinandum auctorem eius graece panopliae quam nos nuper edidimus in secundo novae Patrum bibliothecae volumine. Sane illa nostra alias potius haereses refutat; quia tamen haud integra est, sed maioris corporis pars, nihil certum de auctore dicere licet. A. M.

ordinatum, sed auctoritate sacrarum scripturarum detextum: multis enim assertionibus usus est ante quam scripturarum testimonia poneret. Gennadius in catalogo. Vixit anno 430. Trithemius, nisi mendum sit in nomine, et Theodotus in Theodorum abierit. Theodotus enim Ancyrae in Galatia episcopus inter ephesinos patres eximius multa contra Nestorium erroresque illius composuit. In parte siquidem tertia illius concilii habentur illius homiliae *in diem Christi natalem* in eadem synodo lectae. Nec non alia ibidem *contra Nestorium* in die sancti Iohannis evangelistae recitata.

LXXX. Theodori medici sub Mauritio meminit Theophylactus Simocatta lib. VI. cap. 11. Fuit is τὴν φύσιν δεξιός τε καὶ εὐεπήβολος, καὶ τὴν γλῶτταν ἐλεύθερος, *ingenio dexter ac sagax, et lingua liber,* ideoque orator ad Chaganum a Prisco missus, Chagani arrogantiam ob res prospere gestas temere insultantis, veteri quadam de Sesostri Aegypti rege inducta historia eloquentissime castigavit, mutareque sententiam coëgit. An aliquid scripserit, non liquet.

LXXXI. Theodorus Petreorum episcopus, Theodosii coenobiarchae auditor, et virtutis aemulus scripsit *vitam eiusdem sancti Theodosii.* P. Ἡ τρισυπόστατος καὶ ἀδιαίρετος μία οὐσία. Meminit illius Cyrillus scythopolitanus in vita sancti Theodosii. Ὁ μὲν οὖν θεοφόρος ἀββᾶς Θεοδόσιος προβαίνων τοῖς καλὰ θεὸν πλεονεκτήμασι, καὶ μέγας ἐγένετο, περὶ οὗ τί χρὴ λέγειν πολλά; ἱκανὴ γάρ ἐστι τὰς αὐτοῦ ἀρετὰς ἀνακηρύττειν, ἥ τε κατὰ θεὸν διαγωγὴ, καὶ ἡ πνευματικὴ κατάστασις τῆς ἑαυτοῦ εὐαγεστάτης, καὶ περιφανεστάτης μονῆς· πλὴν ὅτι καὶ ὁ τιμιώτατος Θεόδωρος ὁ ὁσιώτατος τῆς Πετρέων πόλεως ἐπίσκοπος, φοιτητὴς αὐτοῦ γεγονὼς, καὶ τοῖς μοναχικοῖς, καὶ ἀρχιερατικοῖς κατορθώμασι διαπρέπων σαφῶς καὶ ἀκριβῶς τὰ κατὰ τὸν θεάρεστον αὐτοῦ συνεγράψατο βίον κατὰ πλάτος. *Deifer itaque abbas Theodosius gratiis et meritis apud Deum increscens magnus effectus est. De quo multa dicere haud opus fuerit, eius quippe virtutes satis superque depraedicant, tum vitae secundum Deum constitutio, tum spiritualis candidissimi ac praeclarissimi monasterii status. Adde etiam honorandum ac sanctissimum Theodorum Petreorum urbis episcopum, illius auditorem, monasticis atque archieraticis facinoribus clarum, aperte et accurate vitam illius Deo complacitam conscripsisse, singulas illius partes minutissime prosecutum.*

LXXXII. Theodorus syceota episcopus Anastasiopolis in Galatia, vir sanctissimus, cuius vitam scripsit Georgius presbyter, qui et Eleusius dictus est, eiusdem monasterii praefectus. Possevinus. Quid vero scripserit, ipse non commemorat. Theodori syceotae troparia leguntur in menaeis Graecorum.

LXXXIII. Theodori hagiopolitani disputationes tres; primam, *de nomine Dei;* secundam, *de Deo et deitate;* tertiam, *cum Nestorio et Nestoriano,* ex graeco in latinum vertit Franciscus Turrianus, et Henricus Canisius in IV. tomo (ed. Basnagii T. II. part. 2. p. 463.) antiquarum lectionum insertas publicavit Ingolstadii anno 1603. Monuit tamen idem Canisius in earum calce: *difficile intellectu est, cum asserit auctor ille quisquis fuerit, animam Petri non esse eiusdem substantiae cum animabus aliorum hominum, et corpus Petri non esse homousion sive consubstantiale corporibus reliquorum hominum: cum omnes animae humanae et corpora humana sint eiusdem speciei. Nec video qua ratione assertio ista aut explicari aut excusari queat.*

LXXXIV. Theodorus in coenobio Raitha presbyter scripsit *commentationem praeparatoriam sive exercitationem ad eum qui doceri cupit, quis fuerit modus*

carnis a Deo assumptae, atque dispensationis, quove pacto peracta sit. Quae item ab alumnis ecclesiae adstruantur adversus minus recte de ea sentientes. Hoc autem scripto opinionem Manetis, Pauli samosateni, Apollinaris, Theodori mopsuesteni, Nestorii, Eutychetis, et aliorum evertit. Titulus graece est: Θεοδώρου πρεσβυτέρου τῆς Ῥαϊθοῦ προπαρασκευή τις καὶ γυμνασία τῷ βουλομένῳ μαθεῖν, τίς ὁ τρόπος τῆς θείας ἐνανθρωπήσεως καὶ οἰκονομίας, καθ' ὃν πέπρακται· καὶ τίνα τὰ πρὸς τοὺς ταύτην μὴ ὀρθῶς νοοῦντας λεγόμενα παρὰ τῶν τῆς ἐκκλησίας τροφίμων. Libellum hunc (scribit nescio quis ex sectariis) Constantinopoli allatum in vetustissimo manuscripto exemplari ante annum 1586. ediderat cum sua versione latina Theodorus Beza, continereque opposita iis qui nostro tempore haereses Nestorii et Eutychetis renovarunt, quas auctor ille vetus, quamvis exiguo scripto solide refellit. Anno Christi 1599. Robertus Balforeus scotus, aquinatici collegii Burdigalae gymnasiarcha, eundem tractatum emisit typis Morelli, una cum Gelasii cyziceni historia concilii nicaeni, adiuncta etiam sua versione latina, addiditque notas, et correctiones ex manuscripto exemplari Petri Stellae: nec non eundem libellum antea in linguam latinam transtulerat Godefridus Tilmannus Carthusiae parisensis monachus, cuius versionem tom. VIII. bibliothecae sanctae Margarinus Bignaeus tanquam praefationem libris Anastasii sinaitae patriarchae antiocheni praefixit. Ex hoc libro nonnulla mutuatur Suidas in Manete, multoque plura de Paulo samosateno, Apollinari, Theodoro mopsuesteno, et aliis, Georgius Cedrenus in Aureliano.

Eidem etiam attribuitur opusculum τίς φύσις καὶ οὐσία, *quae sit natura et essentia.* P. Τὸ μὲν τῆς οὐσίας ὄνομα, αὐτὴν τὴν κλῆσιν φημὶ καὶ τὴν προσηγορίαν. Nec non et aliud cui titulus: σύντομος ἐξήγησις καὶ διήγησις περὶ τοῦ τριμεροῦς τῆς ψυχῆς. *Compendiosa expositio, vel enarratio de triplici facultate animae.* P. Ὅτι τρία μέρη τῆς ψυχῆς λογισμὸς, θυμὸς, ἐπιθυμία. Hoc vero postremum in aliquibus codicibus munuscriptis vindicatur Stephano nicomediensi, in aliis Iohanni damasceno. Possevinus existimat ad hunc Theodorum referenda esse, quae Gennadius in catalogo de Theodoro antiocheno scribit. Sed plane mopsuestenum cum raitheno confundit; ut enim supra vidimus, quae de antiocheno tradit Gennadius, ad mopsuestenum referuntur. Neque meliore lance gesneriani epitomatores hunc Theodorum a Theodoro presbytero raitheno dividunt. Theodori presbyteri raitheni libellus adversus haereses, qui unionem hypostaticam duarum in Christo naturarum oppugnarunt, primum graece editus, et latinus factus a Theodoro Beza 4. Genevae 1576.

Scripsit praeterea pleraque alia, quibus catholicum dogma confirmavit. Laudatur illius δογματικὸς λόγος *dogmatica oratio,* et ex ea aliqua afferuntur a Iohanne Vecco patriarcha constantinopolitano in epigraphis. Θεόδωρος ὁ τῆς Ῥαϊθοῦ πρεσβύτερος ἐν τῷ δογματικῷ λόγῳ αὐτοῦ, οὗ ἡ ἀρχὴ, ἄτοπον οἶμαι καὶ καλῶς γε τοῦτο νενόμικα. *Theodorus raithenus presbyter in dogmatica sua oratione, cuius principium* etc. Ex eadem referuntur aliqua cap. 2. 4. 5. 6. et 7. Adnotatur tamen in margine nescio a quo: ὅτι τὸ στόμα τοῦ πατρὸς ὁ υἱός· ζήτει ἐν τῷ δογματικῷ λόγῳ Θεοδώρου πρεσβυτέρου τῆς Ῥαϊθοῦ, οὗ ἡ ἀρχὴ, ἄτοπον οἶμαι· ἴσθι δὲ ὅτι καὶ ὁ τὴν παροῦσαν χρῆσιν περιέχων λόγος, ἔν τισι βιβλίοις τοῦ ἁγίου Ἀναστασίου ἐπιγέγραπται. *Os patris esse filium, quaerito in oratione dogmatica Theodori presbyteri raitheni, cuius est principium:* ἄτοπον οἶμαι. *Verumtamen scito, praesens hoc dictum continentem orationem, in aliquibus codicibus sancto Anastasio adscribi.*

Eidem quoque asseritur opus περὶ τῶν καθ' ἡμᾶς ὀρθῶν τῆς ἀληθείας δογμάτων. *De rectis veritatis secundum nos dogmatibus.* Iohannes Veccus in epigraphis cap. 1. Θεόδωρος ὁ τῆς Ῥαϊθοῦ πρεσβύτερος περὶ τῶν καθ' ἡμᾶς ὀρθῶν τῆς ἀληθείας δογμάτων θεολογῶν, φησί· τοῦ δὲ σώματος, καὶ τὰ ἑξῆς. *Theodorus raithenus presbyter de rectis veritatis dogmatibus edisserens secundum nos, ait: corporis vero etc.* Hoc quoque in dubium vertitur an Theodori sit: namque adnotatur in margine ἔν τισι βιβλίοις ἡ ἐπιγραφὴ τὸν Ἀναστάσιον ἔχει. *In quibusdam libris inscriptio Anastasio tribuit.* Adverte tamen, lector, tum hoc de dogmatibus, tum superius, orationem nempe dogmaticam, unum idemque opus fuisse, neque diversum ab eo, quod a Balforeo graece et latine editum est, quod ex principio operis colligo. Et Veccus ipse in epigraphis cap. 7. ex tractatu de incarnatione sententiam affert. Θεόδωρος ὁ τῆς Ῥαϊθοῦ πρεσβύτερος ἐν οἷς γράφει προπαρασκευήν τε καὶ γυμνασίαν τῷ βουλομένῳ μαθεῖν τίς ὁ τρόπος τῆς θείας ἐνανθρωπήσεως, οὗ ἡ ἀρχὴ, ἄτοπον οἶμαι καὶ καλῶς γε τοῦτο νενόμικα. *Theodorus raithenus presbyter scribens praeparationem et exercitationem, cupienti addiscere modum incarnationis, cuius principium:* ἄτοπον οἶμαι. Et verba ex hoc opere adducta eadem sunt quae supra adduxerat ex oratione illius dogmatica. Hinc primum infero, edita a Balforeo, a nonnullis Anastasio quoque tribui: secundum, tractatum illum de dogmatibus et orationem ipsam dogmaticam unum opus fuisse: tertium tractatum illum multas partes in se habuisse, et ex iis unam tantum promulgasse Balforeum.

Laudatur item eiusdem oratio secunda *de indescripto* περὶ ἀγράπτου. Veccus in epigraphis cap. 7. Θεόδωρος ὁ τῆς Ῥαϊθοῦ πρεσβύτερος ἐν τῷ περὶ ἀγράπτου δευτέρῳ λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχὴ, πάντα τολμᾷ γλῶσσα δολία. *Theodorus raithenus presbyter in secunda oratione de indescripto* (1) *cuius principium, nihil non audet dolosa lingua.* Et lib. I. ad Sugdaeae Theodorum episcopum: ὁ τῆς Ῥαϊθοῦ πρεσβύτερος Θεόδωρος, ὁ δογματικώτατος, ἐν τῷ περὶ ἀγράπτου λόγῳ αὐτοῦ δευτέρῳ οὕτω φησίν· οἴδαμεν οἷα λέγειν, καὶ τὰ ἑξῆς. *Raithenus presbyter Theodorus in secunda sua oratione de indescripto dicit: scimus qualia dicere* etc. Neque alterius esse puto, quae περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος *de sancta Trinitate* leguntur in cod. vat. 620. P. Μίαν εἶναι τῶν ὅλων ἀρχὴν, καὶ παλαιὰ καὶ ἡ καινὴ διδάσκει γραφὴ (2).

LXXXV. Theodorus pharanitanus episcopus inter haereticos eutychianos numeratur. *Eius sermo ad Sergium episcopum arsenoitanum* laudatur in sexta synodo generali act. XIII; quemadmodum et ex alio, quem ille scripsit *in interpretationes testimoniorum patrum;* et ex his nonnulla recitantur.

LXXXVI. Theodorus Caesareae Cappadociae episcopus, secretus Acephalorum Origenisque defensor, Augustis familiaris et carus, ingenti dolore damnati Origenis incensus, et ut Pelagio apocrisiario vicem rependeret, damnationem in Theodorum mopsuestenum molitur, eo quod ille multa contra Origenem scripsisset: ideoque opera Thodorae imperatricis Acephalis faventis, Iustiniano imperatori fraudulenter suggessit, omnes Acephalos synodum chalcedonensem facile suscepturos, dummodo

(1) *Inscripto* heic et mox scribit Allatius; sed tamen dicendum esse potius *indescripto* cognoscitur, ut puto, ex edito a nobis antirrhetico I. 25. patriarchae Nicephori adversus Copronymum; quo loco etiam nominantur haeretici Agraptodocetae.

(2) Non in codice vat. tantummodo 620. f. 185, sed etiam in ottob. 414. f. 152. occurrit hic tractus sub Theodori nomine. Sed verius in vat. 2026. f. 185. gerit Theodoreti nomen, ex cuius reapse libro V. haeret. fab. excerptum esse, adeoque nihil novi continere, ego legens comperi. A. M.

imperator damnationem Theodori mopsuesteni promulgasset. Iustinianus, cum Pelagius apocrisiarius Romam remeasset, quod illo resistente minime peragere potuisset, confestim impulsu Theodori archiepiscopi Caesareae edictum adversus tria capitula promulgat. Scriptum illud composuerat Theodorus, dicit Baronius, idque tradere Liberatum in breviario cap. 24, et Vigilium papam in epistola damnationis Theodori caesariensis postea prolata. Nec dubitat Facundus lib. II. cap. 1. *Egerunt enim callide per suos complices, sicut solent adversarii veritatis, ut ea ipsa quae scribi fecerunt, etiam titulo nominis tui praenotarentur; existimantes, quod proposito terrore tuae personae, condemnationem, vel etiam convictionem suae temeritatis et falsitatis effugerent. Verum nos illa scripta nolumus tua dici, quae scimus cognitae nobis tuae fidei contraria.* Notat Sirmondus. *Non dubitat ergo Facundus, quin huius libri auctor esset Iustinianus, sed artificiose dissimulat: nam totus deinceps in eius reprehensione versabitur. Itaque falluntur qui a Facundo impugnari putant edictum, seu epistolam Iustiniani. Ut enim omittam epistolam multo post editam fuisse: in ea certe illa non sunt, quae Facundus passim adfert ex libro quem refellit.* Scriptum est valde prolixum, omni doctrinae genere refertum, omnique ex parte constans esse Theodorus voluit, additis etiam adversus dissidentes quatuordecim anathematismis. Notat insuper Baronius ad annum 546. illud sub mendaci apposita a librario ad Iohannem papam inscriptione hactenus lectum fuisse, cum ex iis quae ipse narrat liquido constet, non ante dictum tempus potuisse esse conscriptum, praecedentibus primum, quas vidimus Theodori cum Pelagio diacono controversiis, quae sub papa Vigilio et non alio contigerunt.

LXXXVII. Theodori anagnostae, id est lectoris, duo libri graeci collectaneorum ex historiae ecclesiasticae antiquis auctoribus, Parisiis a Roberto Stephano, et Basileae in officina frobeniana latine Wolfgango Musculo interprete editi sunt. Addit Possevinus extare in tomo VII. bibliothecae veterum Patrum Bignaei edit. 2. Tum monet: *at quos Wolfgangus Musculus, in prima classe in romano indice prohibitus, transtulit, hi circumspecte legendi sunt, ob ea quae diximus de illo in verbo Socrates, et in verbo Sozomenus.* Editique praeterae sunt Coloniae Allobrogum anno 1612, non sine eadem Musculi interpretatione, in folio cum aliis ecclesiasticis historiis. Vossius de historicis graecis lib. II. cap. 22. *Reliquit duos libros collectaneorum historiae ecclesiasticae. Incipit autem a morte Theodosii iunioris, ac desinit in temporibus Iustini qui imperare coepit anno* 518. Attamen collectanea haec historica non concinnata sunt a Theodoro, sed a Nicephoro Callisto ex historia ecclesiastica Theodori, dictataque aliis, ut praefixus titulus indicat: ἐκλογὴ ἀπὸ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας Θεοδώρου ἀναγνώστου, ἀπὸ φωνῆς Νικηφόρου Καλλίστου τοῦ Ξανθοπούλου. *Selecta, scilicet, ex historia ecclesiastica Theodori lectoris, ex ore dictantis Nicephori Callisti Xanthopuli.* Quae postrema verba cum omisisset interpres, factum est ut collectanea ista historica Theodoro attribuerentur, quae tamen sunt per Nicephorum Callistum ab eius historia excerpta. Quod ante nos monuit quoque Baronius ad annum 485. Nam tradit Suidas, Theodorum ecclesiae constantinopolitanae lectorem scripsisse historiam ecclesiasticam a Constantini temporibus usque ad Iustiniani imperium: opus plane diversum a perbrevibus duobus illis collectaneorum libris, quae fragmenta potius esse videntur, quam ordinata rerum tractatio. Scripsit itaque suam hic Theodorus historiam ecclesiasticam. Suidas: Θεόδωρος ὁ ἀπὸ ἀναγωστῶν τῆς μεγάλης ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως, ἔγραψεν

ἱστορίαν ἐκκλησιαστικὴν ἀπὸ τῶν χρόνων Κωνσταντίνου ἕως τῆς βασιλείας Ἰουστινιανοῦ. *Theodorus lector magnae ecclesiae constantinopolitanae scripsit historiam ecclesiasticam a temporibus Constantini, usque ad imperium Iustiniani.* Ex historia ecclesiastica Theodori lectoris recitantur nonnulla in synodo septima generali act. V; et ex quinto libro act. I; abs Iohanne damasceno orat. III. pro imaginibus; et a Suida voc. Διόδωρος μονάζων, et alibi. Inquirendum vero est, an hic idem sit ille Theodorus anagnosta seu lector, de quo agit Suidas voce κυνήγων.

Et fortasse hic non alius fuerit, quam Theodorus lector constantinopolitanus, natione paphlago, qui in sua ecclesiastica historia ex Theodoreto, Sozomeno, et Socrate, unam, integram, absolutamque narrationem continuat, eo scilicet modo, ut quae tres isti narrant, ex eo sibi mutuetur, qui dilucidius et accuratius rem pertractavit; exaggeret vero reliqua, quae ex iis unus tantum, silentibus aliis, in sua historia digessit; ita tamen ut tempus, quo gesta sunt, servet aptetque omnia commodissime. Quare qui illum legerit, tres iam laudatos historicos uno eodemque tempore sibi habebit. Ex hac historia duos nobis libros priores tempus reliquos fecit, qui exordiuntur ab imperio Constantini magni, et finiunt in auguratione Iuliani imperatoris sub consulatu Tauri et Florentii. Quibus innumera prope loca in Theodoreto, Socrate, et Sozomeno amanuensium incuria depravata restituuntur, et emendantur. Servantur penes me ita parati, ut cum per typographos licuerit, lucem aspicere possint (1). Et ut ex eodem tu quoque habeas, lector, quid ille in historia egerit, habeto tibi operis prooemium.

Ἐκ τινος ψήφου ἐπιξενοῦσθαί μοι λαχόντι καὶ τὸ ἡμέτερον Παφλαγόνων ἔθνος, ἐν μητροπόλει τοὔνομα Γάγγρα, ἐν αὐτῇ τε ἀπολαύσαντι τῆς σῆς ἱερᾶς ὁμοῦ καὶ τιμίας μου κεφαλῆς, ἠναγκαζόμην παρ' αὐτῆς, ἐξ αὐτῆς τὰς ὑποθέσεις ληψόμενος, συναγαγεῖν τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἱστοριῶν τοὺς ἐκθέντας, καὶ μίαν τινὰ ἐξ αὐτῶν ἁρμόσασθαι σύνταξιν· ἐπειδὴ δὲ πατρικῇ κελεύσει ἀντιλέγειν οὐχ ὅσιον, εἰ καὶ φράσεως τῆς πρεπούσης ἐλειπόμην, ἀλλ' ἐπὶ τὸ τοιοῦτον ἔργον ἀμελητὶ ἦλθον ὑμεῖέραις εὐχαῖς τεθαρρηκώς. Εὐσεβίου τοῦ θαυμασιωτάτου τὴν ἐπίκλην Παμφίλου κεκμηκότος περὶ τὴν συλλογὴν τῶν ἀνέκαθεν τὰς τοιαύτας ἐκκλησιαστικὰς ὑποθέσεις λογίων ἀνδρῶν συγγεγραφότων, οὐ μόνον λέγω τῶν παρὰ χριστιανοῖς φιλοσοφησάντων ἀλλὰ καὶ παρ' ἑβραίοις, καὶ τήνδε τὴν ἱστορικὴν σύνταξιν ποιησαμένου ἄχρι τοῦ εἰκοστοῦ ἔτους τῆς φιλοχρίστου, καὶ ὡς ἀληθῶς ὑπὸ θεοῦ χειροτονηθείσης βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ πανευφήμου καὶ μακαριωτάτου· ὧδε καταλύσαντος, ἐπὶ τὸ τοιοῦτον τῆς ὑποθέσεως σχῆμα μετὰ πολλῆς τῆς ἀκριβείας, ὥς γε τῶν ἐκτεθέντων ἡ γραφὴ μαρτυρήσει, τὴν σπουδὴν πεποιήκεσαν θεοφιλεῖς ὁμοῦ καὶ λογιώτατοι ἄνδρες, λέγω δὴ Θεοδώρητος ὁ τῆς ὁσίας μνήμης γενόμενος ἐπίσκοπος Κύρου, Σωζομενὸς, καὶ Σωκράτης, τῶν ἐπιλοίπων χρόνων ποιουμενοί τε πραγματείαν, οὐκ ἄμφω τὸν

(1) Numquam edidit hos duos Theodori lectoris libros Allatius, sed partem tantummodo aliquam variarum lectionum misit Parisios ad H. Valesium, qui de codice allatiano plura dicit in praefationibus ad Socratem et ad Theodoretum. Codicem hunc Theodori me vidisse (ut omnino putabam) in vallicelliana bibliotheca, cum reliqua litteraria Allatii supellectile, dixi iam in tomo X. Scriptorum veterum p. 37. Codicem certe eiusdem Theodori venetum in divi Marci bibliotheca egomet manu tractavi, bonum hercle et priscum, qui fuit Card. Bessarionis. De hoc pariter verba feci in nova Patrum bibliotheca T. III. part. gr. p. 448. Noverunt hunc venetum etiam Possevinus et Emericus Bigotius, deque eo item loquitur Valesius in praef. ad Theodoretum; sed prae ceteris accurate Iacobus Morellius in catalogo codicum gr. biblioth. S. Marci. Utinam aliquando Theodori hoc opus in lucem prodeat! Interim ab Allatio prooemium saltem, magni muneris instar, accipiamus. A. M.

τοιοῦτον ὅμιλον θέμενοι, ἀλλ' ἰδίᾳ ἕκαστος φιλοσοφήσας, καὶ τοὺς λόγους ἀναγράψας. Ἐπεὶ οὖν τινὰ μὲν τῶν κατὰ καιροὺς πραχθέντων ὑπὸ τῆς ἀκολουθίας ὠθούμενοι ἑκάτεροι ἀπεδείχθησαν φράσαντες, τινὰ δὲ ἰδιαζόντως, εὔλογον ᾠήθην τὰ κοινῶς αὐτοῖς συμφωνούμενα διὰ τοῦ σαφέστερον καὶ ἀφραδέστερον διηγουμένου τῇ παρούσῃ βίβλῳ κατατάξαι, ἐν τῇ παρόψει παρασημαινόμενος, ὡς ἄμφω συμπεφωνήκασι· τὰ δὲ ἑκάστῳ πάλιν ἰδίως ἐκτεθέντα παραδηλώσω· ἄρξομαι δὲ τῆς ὑποθέσεως ἐκ τῆς ἱστορίας τοῦ μακαριωτάτου Σωζομενοῦ. Προσφωνητικὸν εἰς Θεοδόσιον τὸν βασιλέα Σωζομενοῦ. De Theodori huiusce historia ecclesiastica notanda equidem sunt, quae Vossius de historicis graecis libri secundi capitulo 22. tradit. *Unde et Iodocus Coccius in indice auctorum, quem thesauro suo catholico praemisit, eum vixisse anno ait IↃXX. Quod biennio fuerit post mortem Anastasii. Solum igitur tractat de Marciano, Leone, Zenone, Basilisco, et Anastasio. Loquor autem de Theodoro, qualem nunc habemus graece latineque in corpore historiae ecclesiasticae, ac latine solum in bibliotheca Patrum tom. VII. edit. sec. Sed is, quo Suidas usus, coepit a Constantino magno. Num dicemus eo tanto altius orsum dici, quia extremo libro pauca subdat de annis Constantini magni, Constantii, Theodosii magni, Arcadii, et Theodosii iunioris? Sed enim tam ista sunt exilia, ut non mereantur in considerationem venire; praesertim cum extremo addatur loco, ut ab alio potius videantur assuta. Imo tam exigui sunt duo libelli collectaneorum, ut vix digni sint appellatione ἱστορίας ἐκκλησιαστικῆς, quomodo vocat Suidas. Equidem metuo, ne solum sint excerpta quaedam. Estque hoc eo verosimilius, quod libri secundi inscriptio sit, ἀπὸ τοῦ δευτέρου βιβλίου, e libro secundo. Ac libro primo haec praemittantur: ἐκλογαὶ ἀπὸ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας ἀπὸ φωνῆς Νικήφορου Καλλίστου τοῦ Ξανθοπούλου. Excerpta historiae ecclesiasticae ab ore excepta Nicephori Callisti Xanthopuli. Credo, Nicephorus Callisti (qui anno vixit CIↃCCCXX) non integram Theodori historiam sed solum ea, quae exceptu digniora putavit, suo dictavit amanuensi. Et sane appendix Possevini ad apparatum sacrum testatur in veneta bibliotheca Bessarionis extare epitomem historiarum ecclesiasticarum Theodori lectoris, et Philostorgii. Item Theodori lectoris compositionem ecclesiasticam e variis auctoribus. Ut historiam Theodori iustam, et eiusdem epitomem alienam distinguere conveniat. Atque ita mihi quidem videtur. Nec tamen pugnabo si quis cum longe doctissimo Labbaeo censeat, sic hunc nodum exsolvi, quod vel plures historias scripserit Theodorus lector, vel plures fuerint Theodori lectores.* Quod si quid post duos hos viros praeclarissimos coniectare licet, dixero unum Theodorum historiam a Constantino magno ad tempora Iustiniani continuasse, ita tamen ut duos libros priores, cum ipse non haberet de suo meliora, ex Theodoreto, Socrate, et Sozomeno, qui existimantur ea tempora inter alios accuratius pertractasse, concinnaverit; reliquam historiam ad Iustiniani imperium ex sese conscripserit, cum praeter eosdem haberet et alios diligentiores; et ex his posterioribus libris duos eclogarum libros Nicephorum Callixtum decerpsisse, non vero ex duobus prioribus, quod quidquid ibi contineretur, ex fontibus ipsis sincerius hauriri poterat. Nuncupaturque hic paphlago byzantinus, non quod esset patria byzantinus, sed quod Byzantii lectoris munus obiret. Id nobis Suidas significavit: Θεόδωρος ὁ ἀπὸ ἀναγνωστῶν τῆς μεγάλης ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως. *Theodorus lector magnae ecclesiae constantinopolitanae.* Nec aliud voluit Nicephorus Callixtus, quando in praefatione ait: καὶ ὁ βυ-

ζάντιος ἀναγνώστης Θεόδωρος, *et byzantinus lector Theodorus.* Neque enim id est Byzantii natum esse, sed lectorem Byzantii egisse. Iohannes damascenus orat. III. de imaginibus utitur testimonio Theodori historiographi constantinopolitani ex ecclesiastica historia de Gennadio patriarcha constantinopolitano. An ex hoc, vel alio Theodoro historico byzantino desumpserit, divinent alii.

LXXXVIII. Theodorus presbyter scripsit: *germanum esse divi Dionysii opus.* Legit Photius, illiusque praecipua capita recenset cod. 1. Ἀνεγνώσθη Θεοδώρου πρεσβυτέρου, ὅτι γνησία ἡ τοῦ ἁγίου Διονυσίου βίβλος· διελύοντο δὲ ἐν τῷ λόγῳ ἐνστάσεις τέσσαρες. Μία μὲν ὅτι, εἰ ἦν γνησία, πῶς οὐκ ἐμνήσθησαν τῶν ἐν αὐτῇ ῥητῶν τε καὶ χρήσεων τινὲς τῶν μεταγενεστέρων πατέρων; Δευτέρα δὲ ὅτι Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου, ἀναγραφὴν ποιησάμενος τῶν συγγεγραμμένων τοῖς μακαρίοις πατράσιν ἡμῶν βιβλίων, οὐδεμίαν ταύτης μνείαν ἐποιήσατο; Τρίτη δὲ ὅτι πῶς τῶν κατὰ προκοπὴν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ διὰ μακροῦ τοῦ χρόνου αὐξηθέντων παραδόσεων, ἡ βίβλος αὕτη λεπτομερῆ τὴν ἐξήγησιν ποιεῖται; ὁ μὲν γὰρ μέγας Διονύσιος σύγχρονος ἦν, ὡς δῆλον ἐκ τῶν πράξεων, τοῖς ἀποστόλοις· ἃ δὲ ἡ βίβλος περιέχει, τὰ πλεῖστα τῶν κατὰ προκοπὴν, καὶ εἰς ὕστερον ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ αὐξηθέντων παραδόσεων ἐστὶν ἀναγραφή· ἀπίθανον οὖν φησὶ, μᾶλλον δὲ κακόηλαστον, τὰ μετὰ πολὺν χρόνον τῆς τελευτῆς τοῦ μεγάλου Διονυσίου ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ αὐξηθέντα, Διονύσιον ὑπολαμβάνειν ἀναγράψαι. Τετάρτη δὲ πῶς μέμνηται τῆς τοῦ θεοφόρου Ἰγνατίου ἐπιστολῆς ἡ βίβλος; ὁ μὲν γὰρ Διονύσιος τοῖς τῶν ἀποστόλων ἐνήκμασε χρόνοις, Ἰγνάτιος δὲ ἐπὶ Τραϊανοῦ τὸν διὰ μαρτυρίου ἤθλησεν ἀγῶνα, ὃς καὶ πρὸ βραχὺ τῆς τελευτῆς ταύτην ἐπιστολὴν, ἧς ἡ βίβλος μνημονεύει, γράφει· ταύτας οὖν τὰς τέσσαρας ἀπορίας διαλύσαι ἐπαγωνισάμενος, ἐπιβεβαῖοι, τό γε ἐπ' αὐτῷ, γνησίαν εἶναι τοῦ μεγάλου Διονυσίου τὴν βίβλον. *Lectus est Theodori presbyteri liber, quo docet germanum esse sancti Dionysii opus. Solvuntur autem quatuor potissimum obiecta argumenta. Primum quidem: si genuinus est liber, cur sanctorum patrum nemo, qui post secuti sunt, ex eo sententias aut testimonia citaverit? Alterum vero, quomodo Eusebius Pamphili sanctorum patrum scripta enumerans, huius nullam fecerit mentionem? Tertium quomodo traditionum earum, quae in ecclesia per incrementa, et diuturni temporis spatio creverunt, liber hic singillatim texat narrationem? Magnus enim Dionysius, ut ex actis patet, apostolorum aequalis fuit; hic vero liber earum maxime traditionum descriptionem continet, quae postea sensim in ecclesia invaluerunt. Non igitur verisimile videri ait, immo inepte confictum, quae longo post tempore a morte magni Dionysii in ecclesia orta sint, atque excreverint, ea Dionysium describenda suscepisse. Quartum, cur epistolam beati Ignatii hic liber citat? Dionysius enim, ut diximus, apostolorum temporibus floruit; Ignatius vero Traiano augusto imperante, martyrii certamen certavit, et paulo ante mortem eam epistolam, quam hic liber citat, conscripsit. Quatuor haec igitur argumenta dissolvere studet Theodorus, confirmatque pro virili legitimum illum esse magni Dionysii partum.* Poterat Photius, si sanus animus fuisset, quae pro veritate responderat Theodorus breviter exponere. Id cum ipse non egerit, contra recentiores haereticos eadem iterantes, et veluti ab inferis revocantes, multi ex catholicis perfecerunt (1).

(1) Legesis auctorum catholicorum enneadem pro vindicandis S. Dionysii operibus decertantium in editione Corderii T. II. p. 329. seqq. A. M.

LXXXIX. Theodorus alter presbyter, successor gratiae et praepositurae abbatis Pachumii, scripsit ad alia monasteria *epistolas* sacrarum scripturarum sermone digestas, in quibus tamen frequenter meminit magistri et institutoris sui Pachumii, ac doctrinae eius, et vitae proponit exempla, quae ille ut doceret, angelo administrante didicerat: simul et hortatur permanendum in proposito cordis, et ut redeant ad concordiam et unitatem ii, qui post abbatis obitum, discessione facta a coetu semetipsos absciderant unitatis. Sunt autem huius exhortationis *epistolae tres*. Gennadius in catalogo. Vivebat anno 420. Trithemius.

XC. Theodorus alter presbyter in Coelesyria composuit librum adversus haereticos *de consonantia veteris et novi testamenti*. Claruit sub Zenone. Gennadius in catalogo. Eisingranus eum vixisse ait anno 485.

XCI. Theodorus abbas et philosophus pleraque in haereticos dictavit, ex cuius ore excepit Leontius byzantinus scholasticus *scholia in Monothelitas* decem sectionibus distincta: Λεοντίου σχολαστικοῦ βυζαντίου σχόλια ἀπὸ φωνῆς Θεοδώρου τοῦ θεοφιλεστάτου ἀββᾶ, καὶ σοφωτάτου φιλοσόφου, τήν τε θείαν καὶ ἐξωτικὴν φιλοσοφήσαντος γραφήν. *Leontii byzantini scholastici scholia ex ore Theodori religiosissimi abbatis, doctissimique philosophi, divinis pariter externisque litteris eruditi, excepta*. Edita sunt Basileae ex officina Petri Pernae anno 1578. in 8, de graecis latina faciente Iohanne Leunclavio. Discutiendum porro est, an hic Theodorus sit qui sequitur

XCII. Theodorus scythopolita, qui scripsit δόξας αἱρεσιαρχῶν, *de haeresiarcharum opinionibus*. P. Ὁ Ἄρειος οὐχ ὁμοούσιον. Extat in bibliotheca regia Parisiis cod. 912. Et cod. 943. scribitur: σχόλια ἀπὸ φωνῆς Θεοδώρου τοῦ θεοφιλεστάτου ἀββᾶ, καὶ σοφωτάτου καὶ φιλοσόφου, τήν τε θείαν καὶ ἐξωτικὴν ὡς χρὴ φιλοσοφήσαντος γραφήν. P. Ὁ Ἄρειος τρεῖς ὑποστάσεις ἔλεγε, καὶ τρεῖς φύσεις ἐκφύλους. Index ms. regiae S. Laurentii: *Theodorus abbas contra diversas haereses*.

XCIII. In magistrum Theodorum decapolitam sermo quidam graecus extat. Eiusdem *in diversos sanctos, et* ἀναδενδράδες; epitomatores gesneriani. Vivebat tempore Constantini porphyrogennetae, cuius novellam constitutionem de militaribus fundis dictavit. Ἦν ὑπηγόρευσε Θεόδωρος πατρίκιος καὶ κοιαίστωρ ὁ δεκαπολίτης. *Quam dictavit Theodorus patricius et quaestor decapolita*. Edita est a Carolo Labbaeo, et Iohanne Meursio. Et fortasse etiam in alia eiusdem Constantini, *de sportulis*, loco Theodosii, Theodorus legendum est. Ἦν ὑπηγόρευσε Θεοδόσιος πατρίκιος καὶ κοιαίστωρ. *Quam dictavit Theodosius patricius et quaestor*. In bibliotheca regia Parisiis cod. 396. legitur: νεαρὰ νομοθεσία Ῥωμανοῦ βασιλέως τοῦ νέου, ἤτοι λύσις ἀναφορᾶς θεματικοῦ κριτοῦ, ἣν ὑπηγόρευσε Θεόδωρος μάγιστρος δεκαπολίτης. *Novella constitutio Romani imperatoris iunioris, sive decisio relationis de thematico iudice, quam dictavit Theodorus magister decapolita*.

XCIV. Theodorus monachus tarsensis, postmodum cantuariensis archiepiscopus, quamvis latine scripserit, quia tamen graecus, suum etiam in hac nostra dissertatione de Theodoris locum habeat. De quo satis dixero, si quae doctissimus Iohannes Morinus de administratione sacramenti paenitentiae lib. VII. cap. 1. tradit, hic referam. *Theodorus graecus erat monachus Tarsi Ciliciae natus, quem episcopum ordinavit Vitalianus papa anno Christi* 668, *et in Britanniam misit, ad quam pervenit anno ordinationis suae secundo. Cantuariae sedit annos* 21. *menses tres, dies* 26, *ut scri-*

bit Beda in historiae Anglorum libro IV. cap. 1. *et* 2. *Obiit autem anno* 690. *Itaque intra illud tempus Theodorus paenitentiale suum composuit, in quo singillatim unicuique peccato paenitentias imposuit, confessionisque et absolutionis ritus descripsit. Omnium librorum paenitentialium apud Latinos primus ille laudatur, cuius postea imitatione multi compositi sunt, quos inter laudatissimi fuerunt, romanus* (1), *et qui Bedae nomen tulit. Theodorus autem graecus Graecorum morem magna ex parte retulit, qui diu ante ipsius aetatem, ut libro praecedente demonstratum est, mori de peccatis occultis publice paenitendi renunciaverant, quotidianas manuum impositiones sustulerant, multaque alia immutaverant. Theodorus igitur graecus, Graecos imitatus, eadem in paenitentiali suo praeteriit, et poenas tantum, seu epitimia singulis peccatis convenientia attendit et definivit, publice et sollemniter imponenda, si crimen erat publicum, privatim si privatum. Pontificale Damasi in Vitaliano.* Theodorus archiepiscopus peccantium iudicia, quot scilicet annis pro uno peccato quis paenitere debeat, mirabili et discreta consideratione descripsit. *Iisdem verbis eum laudat Regino in chronicis, atque Beda in libro de temporibus, referente Ivone decreti parte* 4. *cap.* 146. *Hinc ut ex variis capitulis, quae canonum et regularum ecclesiasticarum posteriores collectores ex eo citant, manifestum est, quid potissimum in paenitentiali sibi Theodorus proposuerit. Itaque innovationis quae in ecclesia latina facta est, quamque describere hoc libro nobis propositum est, origo et occasio prima fuit Theodori paenitentialis ille liber, Graecorum imitatione compositus, et annis vigintiquinque aut paulo minus ante septingentesimum in Anglia editus, et paulo post per universam ecclesiam latinam divulgatus et celebratus.* Et in antiquos paenitentiales libros praefatione idem Morinus. *Paenitentialis ille Theodori tantopere celebratus nondum est editus. Plurima ex eo referuntur a Bucchardo, Ivone, Gratiano, et Reginonis collectione manuscripta. Neminem mihi legere contigit hactenus, qui Theodori paenitentialem se vidisse profiteretur, praeter Henricum Spelmannum, conciliorum anglicanorum collectorem, qui testatur manuscriptum conservari in celebri bibliotheca sancti Benedicti cantabrigiensis, e quo tantum exscripsit titulos capitulorum. Plurimi sane sunt tituli, qui praeseferunt materiam proposito nostro convenientissimam et utilissimam, et dignissimi tam propter materiam, quam propter antiquitatem, qui ab aliquo publici iuris fiant* (2). *Opere pretium tamen esset scripturae characterem considerare, an antiquus, an recentior: deinde quae ex eo ab antiquis referuntur comparare. Nam, ut saepe monuimus, addi plerumque solent eiusmodi libris nonnulla usui temporis, quo describuntur, accommodata.*

XCV. Theodori episcopi pars *homiliae* dictae Chalcedone, cum episcopi essent abituri. Eiusdem *epistola ad Alexandrum hierapolitanum* scripta Chalcedone. Robertus Winter excudit Basileae anno Domini 1542. cum aliis quibusdam synodicis constitutionibus. Gesnerus in bibliotheca.

XCVI. Theodori Rhodiorum ducis *commentariorum* meminit Suidas voce πανικῷ δείματι. Τοῦτο γίνεσθαι παρὰ τοὺς πολεμίους, Θεοδώρου τοῦ Ῥοδίων στρατηγοῦ ἐν ὑπομνήμασι λέγοντος, ὅτι κράτιστόν ἐστιν ἐν τοῖς τοιούτοις καιροῖς μένειν ἐπὶ τῶν ὅπλων, καὶ τὴν ἡσυχίαν ἔχειν· αὐτός τε περιθέων ἐβόα, καὶ διὰ τῶν

(1) De paenitentiali romano copiosum eruditi hominis dissertationem habes in nostro Scriptorum veterum tomo sexto. A. M.

(2) Nunc plures extant paenitentialis Theodori editiones. A. M.

ὑπηρετῶν παρήγγειλε μένειν ἐν ταῖς σκηναῖς καθωπλισμένους ἅπαντας. *Hoc accidit in bello, Theodoro Rhodiorum duce in commentariis referente, eo tempore tutissimum esse armatos consistere, et quieti deditos. Ipseque circumiens clamabat, admonebatque per suos administros, armis amictos omnes in tabernaculis immorari.*

XCVII. Theodori Andidorum episcopi adhuc extat passim in plerisque bibliothecis, προθεωρία κεφαλαιώδης περὶ τῶν ἐν τῇ θείᾳ ἱερουργίᾳ γινομένων συμβόλων, καὶ μυστηρίων ποιηθεῖσα ἐξ ἀξιώσεως τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου Φυτείας Βασιλείου. *Compendiosa praemeditatio eorum quae in sacro missae ministerio symbola ac mysteria peraguntur, ita postulante religiosissimo episcopo Phytiae Basilio.* P. Εἰδέναι πᾶς ὀφείλει πιστὸς, ὡς ἡ τῆς θείας ἱερουργίας ἅπασα τελετή. In codice vero vaticano 640. non Theodoro, sed Nicolao Andidorum episcopo tractatus iste tribuitur, qui nihilominus dicitur factus hortatu Phytiae episcopi Basilii, ut supra, et incipit. Πολλοὶ τῶν ἱερᾶσθαι ἠξιωμένων ἴσασι, καὶ ὁμολογοῦσι τὰ ἐν τῇ θείᾳ ἱερουργίᾳ τελούμενα (1).

XCVIII. Theodorus a Studio monasterio, cui ipse praefuit, Studita dictus, auctor magni nominis. Multa ipse tulit pro defensione sacrarum imaginum, et institutorum ecclesiasticorum, adeo ut universa eius vita diis, ut vulgo aiunt, iratis genioque sinistro transacta fuerit. Illius nimias miserias, carceres, exilia, atque oppressiones, fuse docteque prosecuti sunt Michaël monachus, et alius incertus, qui eius vitam conscripserunt. Michaëlis monachi incipit: πολλοὶ μὲν τῶν ἁγίων καὶ διαφόρους χώρας. Incerti, qui penes me manuscriptus asservatur: καὶ πᾶσι μὲν ἡδὺς καὶ τοῦ παντὸς ἄξιος ὁ μέγας πατὴρ ἡμῶν καὶ ὁμολογητὴς Θεόδωρος (2). Eam Iohannis esse, coniectura non levi diceret nescio quis, cum in fine vitae legatur, θεοῦ τὸ δῶρον, καὶ πόνος Ἰωάννου, *Dei donum, et labor Iohannis* (3). Nisi labor ille non de compositione, sed de scriptione etiam intelligi posset. Verum cum in dicto codice alia quoque eodem charactere, et similis scriptionis nota descripta sint, nec uspiam dictum laborem memoraverit, nisi post Theodori vitam, fortasse non inconsiderate de compositione intelligendus est. Sed id alii iudicent. Habeturque praeterea de illius obitu epistola prolixa Naucratii monachi, tanti patris discipuli, ad fratres spirituales et patres. P. Τοῖς διὰ τὸν κύριον δεδιωγμένοις, καὶ πανταχοῦ διεσπαρμένοις πνευματικοῖς ἀδελφοῖς καὶ πατράσι, Ναυκράτιος ἁμαρτωλός. Ἕως μὲν τοῦ παρόντος, ἀδελφοί μου τιμιώτατοι καὶ πατέρες, ἀνεβαλλόμην τὸ ταπεινὸν γράμμα, ἡμέραν ἐξ ἡμέρας διεξερχόμενος (4). Neque enim illius tantum discipuli, sed alii quoque plerique in eo laudando, et in eius rebus gestis enarrandis ingenium calamumque exercuerunt, ut indicavit Michaël monachus in eius vita. Ἀλλ' ὅπως μὲν ὁ ἀοίδιμος ἐκεῖνος καθηγητὴς καὶ πατὴρ τῆς καθ' ἡμᾶς ἐβίω ζωῆς, κατὰ πόδας τῆς αὐτοῦ κοιμήσεως ἔνιοι τῶν αὐτοῦ φοιτητῶν ὠδικῶς ὑπηνίξαντο κεφαλαιώσαντες τὰ πολυμερῆ τῆς κατὰ πλάτος αὐτοῦ πολιτείας ἀνδραγαθήματα ἐν ὀλί-

(1) Hoc nos opusculum, paulo tamen varians in codicibus, cum interpretatione nostra latina typis paratum habemus; non sine novem grandiorum comitatu iconum, quibus tota Graecorum missa speciose vereque repraesentatur. A. M.

(2) Hoc initio extat in editione Sirmondi vita Studitae, gerens nomen auctoris Michaëlis monachi, quod secus erat in codicibus allatianis. At illa incipiens πολλοί, tribuitur eidem Michaëli in duobus codicibus vat. De hac re diligentius nos dicemus, cum alteram hanc Studitae vitam typis trademus. A. M.

(3) Ergone edita vita a Sirmondo, dicenda est habere auctorem Iohannem? Inedita autem Michaëlem monachum, cui reapse inscribitur in codd. vaticanis? A. M.

(4) Edidit hoc Naucratii scriptum Combefisius T. II. Auctarii bibl. PP. p. 855. A. M.

γαις ἐπέων λέξεσι· μεθ' οὓς καὶ ἕτεροι τῶν τῆς ἐκκλησίας ἱερομυσταῶν ἐν συγγραφῆς εἴδει καὶ ἐγκωμίων σχηματισμῷ γλαφυρῶς ἅπαν κατ' ἐπεκτάδην συνέταξαν ὑπομνήματα, εἰς γῆρας θησαυρίσαντες λήθης φάρμακον. *Sed quomodo perceleber ille magister et pater vitam humanam transegerit, statim atque e vita excessit nonnulli ex illius discipulis, brevibus carminum compositionibus canticisque ostenderunt, varia atque multiplicia illius vitae facinora summatim, et veluti in capita digerentes. Postmodum et alii ecclesiae sacri mystae oratione prosa et panegyricis eleganter sciteque, nec non et sermone prolixo commentarios absolverunt, senectuti suae obliviosae medicinam reponentes.* Nullus finis esset, si quae in illius laudes alii dictarunt, hoc in loco colligere conaremur. Apponam tantummodo troparia quaedam ex meo manuscripto, quibus quantus fuerit hic vir in ecclesia Dei aperte dignosces. Primum est. Ὁ ἀσκητικὸς βίος σου, ταῖς τῶν ἀρετῶν πράξεσι σοφὲ, ὡς ἥλιος ἀναλάμψας φρυκτωρεῖ, καὶ συγκαλεῖ πάντας εὐσεβῶς πρὸς σωτηρίας τὴν τρίβον, Θεόδωρε μακάριε· τοὺς ἐν ἀγνοίᾳ γὰρ ἀγνωσίας καὶ παθῶν, καὶ πολλῶν ἐγκλημάτων καθοδηγεῖ πρὸς θείαν γνῶσιν ταῖς διδαχαῖς τῶν ἔργων σου καλῶς· ἀλλὰ καὶ νῦν μὴ παύσῃ ὑπὲρ τῆς ποίμνης σου τῷ Χριστῷ πρεσβεύων. II. Ὁ πρὸς τὸν θεὸν ζῆλος σου τὴν τοῦ Βαπτιστοῦ χάριν σοι σαφῶς προσμαρτυρεῖ, θεοφόρε· τοὺς γὰρ πράξει μοιχικῇ φθείροντας σαφῶς τῆς ἐκκλησίας τὸ κάλλος, Θεόδωρε διήλεγξας· ἐν παῤῥησίᾳ γὰρ ἐμφανῶς καὶ δυνατῶς θάρσει θεϊκῷ, καὶ ὡς βέλεσι τοῖς λόγοις ἀπέφραξας τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ κυρίου γράφειν. III. Σὺ ὡς γεωργὸς ἄριστος νέαν τῷ θεῷ ἄμπελον, σοφὲ, φυτεύσας ἐν εὐσεβείᾳ, καὶ ποτίσας δαψιλῶς λόγῳ διδαχῆς τῶν μοναζόντων τὰ πλήθη, Θεόδωρε πανόλβιε· τὴν βασιλίδα γὰρ ὥσπερ πόλιν τοῦ θεοῦ ἀνέδειξας ἐν ταύτῃ, ἐν ᾗ αὐξήσασα εἰς κάλλος ἐξέτεινε τὰ κλήματα αὐτῆς, ὀρθοδοξίας πίστιν καρποφορήσασα καὶ ὁμολογίας. IV. Ὡς διφυᾶ σε πηγὴν ἀέναα βρύουσαν νάματα ἐν κόσμῳ ποιστῶς καὶ ὁσίως προστρέχομεν· ἐκεῖθεν δὲ λόγον διδαγμάτων σου ὃν ἐκ χειλέων μελισταγῶν πλουσίως ἐκχέεις ἡμῖν· ἀλλ' ὦ ἱερόμυστε πάτερ μὴ ἐπιλάθῃ τῆς ποίμνης σου ἡμῶν ἐκ πάσης ἀνάγκης, καὶ φθορᾶς, καὶ παθῶν λυτρωθῆναι, ἡγιασμένε πάτερ Θεόδωρε. V. Ἡ τῆς πίστεως ἐπανθοῦσα ἀρετὴ, καὶ τὸ καρτερικὸν ἐν τῇ ἀσκήσει σου, πάντας ἕλκει πρὸς ὑμνῳδίαν τῶν κατορθωμάτων σου, Θεόδωρε πανόλβιε· ὅθεν τοῖς θείοις σου μέλισμασι, τὴν τῶν ἀνθῶν ποικιλίαν τρανῶς ἐπαφῆκας ἡμῖν· διὸ συγκροτοῦσι χοροὶ τῶν ἀσωμάτων, καὶ πανηγυρίζει ἡ ἐκκλησία τὴν μνήμην σου μυστικῶς ἐγκαυχομένη· Χριστὸν τὸν θεὸν μὴ ἐλλίποις πρεσβεύειν τοῦ σωθῆναι τὰς ψυχὰς ἡμῶν.

Non patiar interim tam insigniter iniuriam fieri antiquitati, si in eundem epigramma concinnatum apud me solum delitescat (1). Ἐπίγραμμα εἰς τὸν ὅσιον πατέρα ἡμῶν, καὶ ὁμολογητὴν Θεόδωρον ἡγούμενον τοῦ Στουδίου. Ἐτελείωθη ἐν κυρίῳ ὁ ὅσιος καὶ μέγας πατὴρ ἡμῶν, ὁ Χριστοῦ θεράπων καὶ ὁμολογητὴς Θεόδωρος, ὁ πολυθρύλλητος ἡγούμενος τῶν Στουδίου, ὁ καὶ τὴν ἱερὰν ταύτην καὶ ψυχωφελῆ συγγραψάμενος βίβλον ἐν τῷ δωδεκάτῳ ἔτει τῆς ὑπὲρ ἀληθείας Χριστοῦ τρίτης αὐτοῦ ἐξορίας χρόνῳ ἐν τῇ νήσῳ τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Τρύφωνος, πλησίον τοῦ ἐμπορίου τοῦ ἐπονομαζομένου Ἀκρίτα τῆς Βιθυνῶν ἐπαρχίας, μηνὶ νοεμβρίῳ, ἐνδεκάτῃ, ἡμέρᾳ α', ὥρᾳ ς', καὶ ἰνδικτ. ε', ἔτει ἀπὸ

(1) Elogium hoc, ex codice parisiaco in calce operum Theodori sumptum, extat nunc graece et latine in Sirmondi editione, inter testimonia veterum de eodem Theodoro. Attamen nos quoque conservandum heic in Allatii scripto putavimus, ceu notitiam optimam ac breviatam tanti viri. A. M.

κτίσεως κόσμου ,στλέ'. Οὕτως δὲ ὡς ἐν ἐπιτομῇ τὰ κατὰ αὐτὸν τὸν Θεσπέσιον πατέρα διεπράχθη· ἐκ νεαρᾶς ἡλικίας τέλειος τῷ φρονήματι ἀναδειχθείς, καὶ θείας χάριτος καταξιωθείς, τῷ εἰκοστῷ δευτέρῳ τῆς αὐτοῦ ἡλικίας χρόνῳ τὸν τοῦ κυρίου ἀράμενος σταυρὸν, ὑπὸ τὸν αὐτοῦ ζυγὸν τὸν ἑαυτοῦ ὑπέταξεν αὐχένα, εὐαγγελικῶς ἀποταξάμενος· ὁσίως καὶ πνευματικῶς πολιτευσάμενος, τρισκαίδεκα ἔτη ὑποταγεὶς ἄριστα, καὶ τὸν τῆς ἀθλητικῆς ὑποταγῆς διηνυκὼς γενναίως δρόμον, ἐκλογῇ θεοκρίτῳ τὴν ἡγουμενικὴν προστασίαν διαδεξάμενος, κἀν ταύτῃ τριάκοντα καὶ δύο διαπρέψας χρόνους, ἀσκητικοῖς τε πόνοις καὶ ἐπιμόνῳ ἐγκρατείᾳ νεκρώσας ἀποστολικῶς τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, πᾶσαν τε ἀρετὴν κατορθωκὼς, ὡς ἕτερος μίαν, θλίψεσί τε πλείοσι, καὶ πειρασμοῖς ποικίλοις ἐκ τῆς ἀκριβοῦς φυλακῆς τῶν τοῦ κυρίου ἐντολῶν καὶ τῆς τῶν θείων γραφῶν ἐρεύνης περιελθὼν, πλεῖστα τε μοναστήρια συστησάμενος, καὶ πολλοὺς ὁδηγήσας πρὸς τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας, πολλῶν τε πατὴρ καὶ διδάσκαλος χρηματίσας, καὶ θεῷ τούτους προσάξας, καὶ εἰς ἄκρον πολιτείας ἐλθλακώς· οὕτως ὑπὸ τῆς χάριτος προκληθεὶς, ὁ πρὸ γενέσεως καὶ προγνωθεὶς, καὶ προορισθεὶς ἐπὶ τὸν τῆς ὁμολογίας ἄνεισι βαθμόν· κἂν τούτῳ ἔρωτι θείῳ πυρπολούμενος, καὶ ζήλῳ θεσβιτικῷ συναμιλλώμενος, τοὺς πολλοὺς ὑπερακοντίσας, διὰ τὸ ὑπὲρ πάντας καὶ παῤῥησιάσασθαι τὴν ἀλήθειαν, καὶ κηρύξαι, καὶ ἐγγράφως, καὶ ἀγράφως, καθὼς καὶ αὐτὰ μαρτυρεῖ τὰ παῤ αὐτοῦ συγγράμματα· ὡς κἀντεῦθεν σφοδρότερον κατ' αὐτοῦ μανῆναι τοὺς διώκτας, καὶ πολλαῖς αὐτὸν πληγαῖς, ἐξορίαις τέ καὶ φυλακαῖς καταδικάσαι· ἐν τούτοις διατελῶν, καὶ διεξερχόμενος ἀνολιγώρως, καὶ ὡς ἂν εἴποι τις, ἀκμάζων τὴν ἡλικίαν ὁ πολύαθλος καὶ πολυκαρτερώτατος πατὴρ ἐν τῷ ἑξηκοστῷ ἑβδόμῳ τῆς παρούσης αὐτῷ ζωῆς χρόνῳ ἐκδημήσας ἐκ τοῦ σώματος, καὶ ἐνδημήσας πρὸς κύριον, προστεθεὶς τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ καὶ μακαρίοις πατράσι, καὶ σὺν αὐτοῖς τῶν αἰωνίων ἀπολαύων ἀγαθῶν, καὶ πρεσβύτης καὶ πλήρης ἡμερῶν, οὕτως ὡς ἐν ἀμυδρᾷ φέρε εἰπεῖν εἰκόνι, ἐκ πελάγους ῥανίδα, ὡς καὶ ἐκ μυριάδος μονάδα τῶν πολυχρονίων ἀγώνων τοῦ τρισολβίου πατρὸς τὰ ἐξαίρετα, καὶ ταῦτα τοῦ προαιρετικοῦ μάρτυρος τὰ ἀριστεύματα, καὶ τοῦ τῶν ἀρετῶν ἡλίου τὰ ἀπαυγάσματα· οὗ ταῖς πρεσβείαις ἐλλαμφθέντες τὸ φῶς τῆς ἐπιγνώσεως, καὶ εὐαρέστως λατρευκότες τῷ κυρίῳ, ἄφεσίν τε ἁμαρτιῶν εὑρηκότες, τύχοιμεν οἱ ταπεινοὶ βασιλείας οὐρανῶν· ἀμήν. *Epigramma in sanctum patrem nostrum et confessorem Theodorum Studio praefectum. Mortem obiit in Domino sanctus et magnus pater noster, Christi servus et confessor Theodorus, celebratissimus Studio praefectus, qui sacrum hunc et valde proficuum animabus librum composuit, anno duodecimo tertii sui propter Christi veritatem exilii in insula sancti magni martyris Tryphonis prope forum Acritam nuncupatum, provinciae Bithyniae, mensis novembris undecimo die, id est dominico, hora sexta, indictione quinta, anno ab orbe condito* 6335. *(Ch.* 827.*)* *Res vero ab eodem divino patre gestae ita se habuere. Statim ab ipsa pueritia mente perfecta compertus, et divina gratia ditatus, vigesimo secundo suae aetatis anno cruce Domini sublata, illius iugo suum collum supposuit, ut evangelium praecipit, mundo renuntians, sanctum et spirituale vitae institutum sequens, annis tredecim obedientiae optime et fortiter cursum absolvens, divina electione alios gubernandi praefecturam assumens, in eaque per duos et triginta annos egregie relucens, laboribus asceticis, et perseverante continentia mortificans, apostoli more, membra quae sunt super terram, et virtutum omni genere praecellens, veluti alius*

quispiam uno, et pluribus aerumnis, ac variis tentationibus, ob mandatorum Domini exquisitam observantiam, nec non ob sacrarum scripturarum studium toleratis, multis monasteriis exstructis, pluribus ad veritatis agnitionem adductis, nec non multorum pater atque magister effectus, et Deo eosdem concilians, in perfectissima vitae ratione constitutus, sic a gratia praeveniente vocatus, quī ante quam generaretur erat praecognitus et praedestinatus, ad summum confessionis gradum ascendit: in eoque amore divino succensus, zeloque thesbitico decertans, multis antecelluit, quia prae cunctis veritatem libere enunciabat et praedicabat, et ore et scripto, ut eiusdem commentaria fidem faciunt: ut hinc etiam persequentium vesania magis ac magis accreverit, et multis eum verberibus, exiliis, et carceribus multaverit: in quibus dum perseveranter inoffenso pede versatur, et ut ita dicam repubescit, multis certaminibus praenobilis, et dolorum perquam tolerantissimus pater, anno aetatis suae sexagesimo septimo ex hac vita egressus, progressusque ad Dominum, appositus suis sanctis atque beatis patribus, unaque cum illis sempiternorum bonorum particeps, et senex et plenus dierum. Sic debili ut ita dicam effigie, stillam ex pelago, et ex myriade unitatem, certaminum quae per multos annos perdurarunt, ter beati patris praecipua attigimus, et quidem sponte a martyre peracta facinora, et virtutum solis instar fulgores. Cuius precibus lumine scientiae irradiati, et gratum Deo servitium exhibentes, nec non remissionem peccatorum consecuti, nos humiles regni caelorum compotes fiamus.

Sed de eius scriptis agamus. Possevinus refert duo fragmenta eum reliquisse, alterum epistolae ad Naucratium filium, in qua agit de haeresibus et schismate; alterum autem fragmentum in quo agit de honore sanctis imaginibus deferendo, extareque in tomo tertio bibliothecae sanctorum patrum Bignaei, editionis secundae. Opusculum vero antea prodiisse Antuerpiae apud Iohannem Stelsium anno 1556, adiunctum tribus libris Iohannis damasceni adversus traducentes et criminantes sanctorum imagines. Epistolam item catecheticam scripsisse ad eos, qui causa sacrarum imaginum cultûs in carcere essent, quos perstare in fide catholica hortatur, quam legimus in nono tomo annalium cardinalis Baronii sub anno 814; quemadmodum alteram eiusdem Studitae catecheticam ad fratres sub anno 818; et aliam eiusdem argumenti, aliam quoque de Eustratio lapsum occultante, quae est 16. in codice columnensi, ex quo Baronius ipsam desumpsit. Disputationem quoque ipsius Studitae adversus Constantinum Copronymum imperatorem anno 795. Sed haec minutiora sunt, et longe illustrium scriptionum τεμάχια. Quare maiora illius scripta numeranda sunt; a quo nos labore facile liberasset Sirmondus, si hunc patrem, quem a tanto tempore parturit, emisisset in lucem aliquando: sed quando id huc usque non egit (1), eorumdem operum catalogum, ut colligere potuimus, contexamus.

Scripsit alias atque alias orationes de laudibus variorum sanctorum, et de ecclesiae sollemnitatibus. Et librum hunc, in quo huiusmodi orationes continebantur, vocavit πανηγυρικόν. Auctor illius vitae (cap. 36.): καὶ πανηγυρικὴν δὲ βίβλον συνέταξεν ὁ Θεόληπτος, ἔνθα τὰς περιφανεῖς τοῦ δεσπότου διέξεισιν ἑορτὰς, καὶ λόγοις εὐγενέσι κοσμεῖ· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τῆς Θεομήτορος, καὶ τοῦ Προδρόμου ὡσαύτως καὶ βαπτιστοῦ, οὗ καὶ τὸ τῆς πολιτείας ἀνωκισμένον ἐπιχαριέντως ἐξύμνησεν. *Composuit quoque librum panegyricum vir divinus, in quo*

(1) Posthumus denique exiit Theodori Studitae operum tomus sirmondianus, in quo supra nominata ab Allatio scripta videre licet. A. M.

celebres Domini sollemnitates laudibus prosequitur, praeclarisque orationibus exornat. Neque eas tantum, sed et Deiparae, et Praecursoris baptistae, cuius et vitae institutum a rebus hisce humanis longe dissitum venuste collaudat. Ex his unam *in adorationem pretiosae et vivificae crucis*, quae incipit, ἀγαλλιάσεως καὶ εὐφροσύνης ἡμέρα, edidit graece et latine Gretserus tomo II. (p. 231.) de cruce. Alia eiusdem in sanctum Platonem, cui ipse in eodem monasterio successit, et incipit, ῥήτορσι μὲν καὶ σοφισταῖς ἡ πᾶσα σπουδὴ, latine edita est apud Surium tomo VI, extatque graece in bibliothecis vaticana, barberina, et aliis (1). Meminit quoque illius Michaël monachus in eius vita: καὶ ὁ τῆς προκαταλογομασθείσης ἀοιδίμου Θεοκτίστης ὁμαίμων Πλάτων ὁ σεβασμιώτατος· περὶ οὗ καὶ λαμπρῶς ἐσπουδάσθη τῷ μεγάλῳ Θεοδώρῳ ἔπαινος τὴν αὐτοῦ ἐκτιθεμένῳ ἀξιοπρεπῶς πολιτείαν. *Et antea laudatae celebris Theoctistes frater Plato quam maxime reverendus, de quo praeclara laudatio concinnata est a magno Theodoro, illius vitae institutum pro dignitate exponente.* (Scilicet in vita inedita vero Michaëli inscripta cod. p. 137.)

Ineditae sunt, quod ipse sciam, ἐγκώμιον εἰς τὴν κοίμησιν τῆς ἁγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου. *Laudatio in dormitionem sanctae dominae nostrae Deiparae.* P. Φωνὴν σάλπιγγος κερατίνης βοῆς ἀλαλάζουσα γεγονώτερον (2).

Ἐγκώμιον εἰς τὸ γενέσιον Ἰωάννου τοῦ προδρόμου. *Laudatio in diem natalem Iohannis praecursoris.* P. Ἀηδόνι τινὶ πολυφώνῳ (3).

Ἐγκώμιον εἰς τὴν ἀποτομὴν τῆς κεφαλῆς τοῦ προδρόμου. *Encomium in decollationem sancti Iohannis praecursoris.* P. Φαεινὴ καὶ θεοχαρὴς ἡ συναγείρουσα ἡμᾶς πρὸς ἑορτασμόν (4). Epitomatores gesneriani: *Theodori Studitae sermo de inventione capitis sancti Iohannis baptistae; encomium in sanctum patrem Epiphanium. Ni mendum sit in primo, et pro inventione capitis, abscissione capitis legendum* (5). Alteram *in sanctum Epiphanium* nondum videre contigit (6).

Gerardus Vossius in notis ad Thaumaturgum (ed. p. 109.) tradit in manuscripto cardinalis Sirleti sub num. ια'. haberi Theodori Studitae sermonem *in annunciationem beatae Mariae virginis* (7).

Penes me est oratio ipsius catechetica in dominicam resurrectionis. P. Τί τοῦτο ἀδελφοὶ ἀγαπητοὶ καὶ φιλέορτοι (8).

Relatum est mihi doctissimum Sirmondum edendi huiusce patris laborem intermisisse, quod plerasque illius orationes in varios sanctos, quae nunciabantur ipsi Scoriaci delitescere, nondum impetrare potuerat. Vereor ne fucus illi factus sit a sciolo quopiam (9), qui cum eius catecheses percurrens vidisset, varias ibi praeponi sollemnitates, et sanctorum nomina, veluti εἰς τὸ Πάσχα. Εἰς τὴν μεταμόρφωσιν.

(1) Edita postea gr. et lat. apud Bollandianos T. I. april. append. p. 46. A. M.

(2) Edidimus nos in tomo V. bibliothecae novae Patrum part. II. p. 54. A. M.

(3) Apud nos tom. cit. p. 33. A. M.

(4) Item apud nos tom. cit. p. 43. A. M.

(5) Et *de decollatione*, et *de inventione* capitis S. Praecursoris extant orationes Studitae, ut diximus in adn. tom. cit. p. 77. A. M.

(6) Ne nobis quidem haec *in Epiphanium* oratio occurrit. Fortasse epitomatores gesneriani scripserunt mendose *in Epiphanium* pro *Epitaphium*. Etenim tres epitaphicas Studitae orationes nos memoravimus tom. cit. p. 77. A. M.

(7) Quaerenda est haec quoque oratio. A. M.

(8) Apud nos tom. cit. p. 24. A. M.

(9) Fucus Sirmondo non est factus; constat enim ex Baunii praefatione ad tomum sirmondianum, nonnullas orationes ab Arcudio illi in Galliam missas, idque confirmat Holstenii epistola 77, ut diximus tom. cit. p. 1. A. M.

Εἰς τὴν μνήμην Μιχαὴλ τοῦ ἁγιωτάτου μητροπολίτου Συναδῶν. Εἰς τὴν μνήμην Ἰωάννου μητροπολίτου Χαλκηδόνος. Εἰς τὴν παραμονὴν τῆς κοιμήσεως τῆς θεοτόκου. Εἰς τὴν ἀρχὴν τῆς ἰνδίκτου. Εἰς τὴν μνήμην τοῦ μάρτυρος Θαδδαίου. Εἰς τὸν ἅγιον Παῦλον τὸν ὁμολογητήν. Εἰς τὴν μνήμην τοῦ ἁγίου Βασιλείου, καὶ τοῦ Χρυσοστόμου, καὶ τοῦ ἁγίου Ἐφραίμ. Εἰς τὸν εὐαγγελισμόν. *In Pascha. In transfigurationem. In memoriam Michaëlis sanctissimi metropolitae Synadorum. In memoriam Iohannis metropolitae chalcedonensis. In vigiliam Deiparae dormitionis. In principium indictionis. In memoriam martyris Thaddaei. In sanctum Paulum homologetam. In memoriam sancti Basilii, Chrysostomi, et sancti Ephraem. In annunciationem,* et similia, opinatus est, eas diversas esse orationes de variis sanctis, ac sollemnitatibus ab eodem dictas, et distinctas a catechesibus ibidem conservari; quod accidit quoque Possevino, qui post memoratas centum trigintaquinque catecheses e graeco conversas, editasque Antuerpiae operâ Andreae Scotti, mentionem inducit sermonum centum triginta quatuor in anni totius festa a Iohanne Bellero ibidem emissorum anno 1603, interprete Iohanne Livineio, quas tamen Theodori esse catecheses, testatur Gesnerus: *prodierunt ante aliquot annos catecheses eiusdem Theodori, interprete ex graeco Iohanne Livineio.*

Catecheses ipsius latine edidere, ut diximus, Antuerpienses operâ Andreae Scotti, et graece passim in Italia reperiuntur in vaticana, altempsiana, barberina, apud Germanos in bavarica. Sciendum porro est, Theodorum duos catecheseon libros composuisse, quorum alterum *parvam catechesim* nuncupavit, centum triginta et quatuor sermones continentem, quos proprio ore discipulis suis dictavit: alterum *magnam catechesim,* in qua prolixiore sermone instituta monachorum explicat et doctrinam, qua absolutam illius vitae rationem consequerentur. Fusius tradit auctor illius vitae (cap. 35.) Μνημονεύων δὲ ἀεὶ τοῦ μακαρίου Παύλου εἰρηκότος, ὅτι δωρεὰν ἄρτον οὐκ ἔφαγον, ἀλλ' αἱ χεῖρες αὗται ἐμοὶ, καὶ τοῖς σὺν ἐμοὶ διηκόνησαν, ἐργάζεσθαι καὶ αὐτὸς ἤθελε πάντοτε τὰς χεῖρας τοῖς δέλτοις κινῶν, καὶ τὸν ἴδιον κόπον τοῖς ἐργοχείροις συνεισφέρων τῶν μαθητῶν· ἐξ ὧν καί τινα τῶν βιβλίων ἔτι μένουσι παρ' ἡμῖν τῆς αὐτοχείρου γραφῆς κάλλιστα ὄντα πονήματα· συνέταξε δὲ καὶ βίβλους ἑτέρας, ἃς οἰκείᾳ γλώσσῃ ὑπηγόρευσε· καὶ τὸν ἐν αὐταῖς νοῦν θείας εἶναι τὸ πλέον ἔδειξε χάριτος. Καὶ πρώτη μὲν βίβλος αὐτῷ ἡ μικρὰ λεγομένη κατήχησις τεσσάρων οὖσα καὶ τριάκοντα λόγων πρὸς τοῖς ἑκατὸν, ἣ καὶ τοῖς ἀδελφοῖς ἐπὶ στόματος ὡμιλήθη, καὶ τὰ πρόσφορα ἑκάστῃ ἡμέρᾳ ἐννοίαις ὑπερφυέσι καὶ ῥήμασι θειοτέροις, εὐσκόπως ἐν αὐτῇ ἐνεσημάνθη· τοῦτο μὲν, ἀνδρεία ψυχῆς, καὶ τῶν δεινῶν ὑπερφρόνησις· τοῦτο δὲ, καρτερία περὶ τὴν ἄσκησιν, καὶ τῶν μελῶν νέκρωσις· τοῦτο δὲ, ἐν τοῖς καθ' ἡμέραν ἀγωνίσμασιν στερρότης νοῦ, καὶ τῶν ἐπιόντων ἀντίστασις· ταύτης τῆς βίβλου τρεῖς λόγων περικοπαὶ κατὰ μίαν τῶν ἑβδομάδων, καὶ παρ' ἡμῖν ἐπ' ἐκκλησίας ἀναγινώσκονται. Δευτέρα δ' ἐπονήθη βίβλος αὐτῷ ἡ μεγάλη κατηχητικὴ, ἐν τρισὶ τμήμασι διαπλουμένη, ἣ καὶ ἀνὰ μέρος τὰ καλὰ τοῦ κοινοβίου διεμφαίνει παραγγέλματα, τὴν διδασκαλίαν, ὡς οὐκ ἄν τις εἴποι, διεξιοῦσα εἰς τὸ ὠφελιμώτατον· ὅσης δὲ ἀμφότεραι χάριτος, καὶ φιλοσοφίας τῆς ἀνωτάτω, παντὶ γνώριμον τῷ μικρὸν ἐπισταμένῳ· καὶ γὰρ πολλοῖς μὲν ἄλλοις βίβλοι πολλαί τε καὶ ὠφέλιμοι ἐξειργάσθησαν, κάλλει τε καὶ φράσει ὑπερφερεῖς, ἀλλὰ πείθομαι, μὴ τοσοῦτον ἀπ' ἄλλης φωτισμοῦ οὕτω πληροῦσθαι καὶ κατανύξεως τὴν ψυχὴν, ὅσον ἀπὸ τῶν τοῦ πατρὸς κατηχήσεων, πολὺ τὸ ἐπαγωγὸν μετὰ τοῦ ἡδέως ἐμφαινουσῶν,

καὶ μεταξὺ τοῦ ὠφελίμου τὸ χαριέστατον. Quae vero modo catecheses prae manibus sunt, cum numerum parvae catecheseos exaequent, et brevioribus colloquiis constent, *parvam catechesim* esse manifeste apparet. De magna an alicubi lateat indagandum curiosius est (1).

Scripsit item librum dogmaticum, in quo oppugnatores imaginum validissimis rationibus refellit, et principum mala facta animose sugillat. Auctor vitae (cap. 41.) Πρὸς πάσαις δὲ, καὶ βίβλος δογματικὴ τῷ φιλολόγῳ ἐξείργασται, ἐν ᾗ σπερροὶ λόγοι καὶ ἀντιρρητικοὶ θαυμασίως τούτων ἐξησκημένοι, καὶ τὰ τῶν εἰκονομάχων σοφίσματα διαλύοντες· ἄγχοντες αὐτοὺς, καὶ οὐδὲ ἀναπνεῖν συνόλως ἐῶντες, ἀλλὰ ταῖς ἀληθιναῖς τῶν δογμάτων προτάσεσι τὸ ψεῦδος αὐτῶν καταβάλλοντες· ἔνθα καὶ κατὰ τῶν δυσσεβῶς βεβασιλευκότων πολὺς ὠνεῖ, στίζων κἀκείνους λόγοις τοῖς πρέπουσι, καὶ οἷς ἂν διὰ παντὸς ὁ βίος αὐτῶν στηλιτεύοιτο. Inter has orationes accenseri debent quae adhuc supersunt in barberina, et regia Parisiis cod. 7091. (2). Ἀντιρρητικὸς πρῶτος κατὰ εἰκονομάχων. *Antirrheticus primus contra Iconomachos.* P. Καιρὸς τοῦ λαλεῖν, ἀλλ' οὐ τοῦ σιγᾶν ἐστὶ τῷ ὁποσοῦν δυναμένῳ. Ἀντιρρητικὸς δεύτερος κατὰ τῶν αὐτῶν. *Antirrheticus secundus contra eosdem.* P. Ὁ μὲν τῆς ἀληθείας λόγος μονοειδής τις ὤν. Ἀντιρρητικὸς τρίτος κατὰ τῶν αὐτῶν. *Antirrheticus tertius contra eosdem.* P. Δαυὶδ μὲν ὁ ἀσματογράφος μία βολίδι λίθου. Et hic quidem in quatuor capita dividitur.

Eiusdem. Ἔλεγχος καὶ ἀνατροπὴ τῶν ἀσεβῶν ποιημάτων Ἰωάννου, Ἰγνατίου, Σεργίου, καὶ Στεφάνου τῶν νέων χριστομάχων. *Criminatio et refutatio impiorum poëmatum Iohannis, Ignatii, Sergii, et Stephani novorum Christi oppugnatorum.* P. Προβλήματά τινα πρὸς εἰκονομάχους λέγοντας τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστοῦν μὴ ἐγγράφεσθαι κατὰ τὸν σωματικὸν χαρατῆρα. *Problemata quaedam ad Iconomachos, asserentes dominum nostrum Iesum Christum non effigiari secundum corpoream formam, capitibus quindecim.* P. Εἰ ἐκ δύο φύσεων, καὶ ἐν δυσὶ φύσεσι. Eiusdem. Κατὰ εἰκονομάχων κεφάλαια ζ'. *Adversus oppugnatores imaginum capita septem.* P. Θεοποιεῖν ἐστιν, ἵνα ἐξ αὐτῆς τῆς τοῦ ῥήματος συνθέσεως. Eiusdem. Ἐπιστολὴ πρὸς Πλάτωνα τὸν ἑαυτοῦ πατέρα περὶ προσκυνήσεως τῶν σεπτῶν εἰκόνων. *Epistola ad patrem suum Platonem de adoratione venerandarum imaginum.* P. Ἑαυτοὺς παραμυθούμεθα προσλαλοῦντες τῇ ἱερᾷ κεφαλῇ ἡμῶν (3).

Epistolarum libros V. in quibus fortem ac constantem animum, neque miseriis, neque cruciatibus, neque minis principum obnoxium cernere est. Plures numero extant in primo, et secundo, et tertio exilio scriptae in bibliothecis vaticana, barberina, vallicelliana Romae, ex quibus quae historiam continebant a Sirmondo iam olim in latinum versae sunt, puto modo et reliquae quae iustum volumen efficerent. De illis auctor vitae (cap. 40.) Αἱ δὲ τῶν ἐπιστολῶν αὐτοῦ βίβλοι πέντε, αἱ παρ' ἡμῖν οὖσαι τέως, ἐν αἷς καὶ τὸ πεπαρρησιασμένον τοῦ πατρὸς δείκνυται, καὶ τὸ τῆς

(1) Magna catechesis non extat in codicibus vaticanis, sed non deest in parisiensibus aliisque, ut diligenter adnotat Harlesius in Fabricii bibliotheca gr. ed. nov. T. X. p. 449. seq., qui et unam ex his homiliis graece edidit (tres autem ex minore coll. Mingarellius.) Immo ibidem singillatim recensentur catecheses CCXVII, quae illam maiorem collectionem constituunt. A. M.

(2) Qui sequuntur tres antirrhetici, immo et alia contra Iconomachos minora Theodori scripta, videntur mihi constituere illum ipsum librum dogmaticum, de quo supra. Ceterum et hi tres antirrhetici, et alia minora, quae mox appellantur, scripta contra Iconomachos, leguntur in sirmondiana editione. A. M.

(3) Leguntur haec omnia in editione Sirmondi. A. M.

ψυχῆς μεμερισμένον καὶ σπουδαιότατον· καὶ ὅπως κἂν τοῖς πάθεσιν ἀνάλωτος ἔμεινε καὶ ἀήττητος μηδὲν τῶν δεινῶν τρέσας, μὴ δὲ καθυφεὶς τοῦ φρονήματος ἐν τοσαύταις ἐπαγωγαῖς τῶν καιρῶν, καὶ ἐπαναστάσεσιν. De his omnibus Theodori scriptis clare admodum pertractat Michaël quoque monachus in eius vita.

Capita ascetica κεφάλαια ἀσκητικά. P. Οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἡ ἀσκητικὴ ζωή. In bibliotheca barberina num. 250.

Varios *Canones et Troparia* (1), quae ad hunc diem in ecclesiis Graecorum concinnuntur. Canonum potissimam partem ipse cum Iosepho fratre composuit, in templo sancti Romani, cum Leonis iconomachi minas subterfugiens, ibi lateret. Origenes constantinopolitanae nondum editae (conf. imper. orient. T. I. ed. paris. p. 55. cum diversitate.) Τὸν ἅγιον Ῥωμανὸν ἡ ἁγία Ἑλένη ἔκτισεν, καὶ πλησίον αὐτοῦ τὴν ἁγίαν σορὸν, καὶ τὸ λείψανον κατέθετο Δανιὴλ, καὶ τοῦ μεγαλομάρτυρος Νικήτα (ed. Ῥωμανοῦ) καὶ ἑτέρων πολλῶν προφητῶν λείψανα, ἅπερ ἠγάγετο ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ ἀπελθοῦσα εἰς ψηλάφησιν τοῦ τιμίου σταυροῦ· λέγεται δὲ ὅτι οἱ ποιηταὶ τῶν κανόνων Θεόδωρος καὶ Ἰωσὴφ οἱ στουδῖται ἐκεῖσε διὰ τὸν φόβον φυγόντες τοῦ συρογενοῦς Λέοντος τοῦ εἰκονολάστου ἐκάθηντο, καὶ ἐποίουν τοὺς κανόνας· πεντακόσια δὲ ἔτη διῆλθον, ἀφ' οὗ ἐκτίσθη ὁ ναὸς μέχρι τῆς τῶν ῥηθέντων ποιητῶν καταοικίας. *Sancti Romani templum aedificavit sancta Helena, et prope ipsum sanctam thecam, et corpus deposuit Danielis, et magni martyris Nicetae, et aliorum multorum prophetarum, quae Hierosolymis advexit, cum illuc ad venerandam pretiosam crucem accessit. Fama est, canonum compositores Theodorum et Iosephum studitas, ob metum Leonis iconoclastae in Syria nati, illuc confugisse, ibique morantes, canones composuisse. Quingenti vero anni praeterierant, ex quo templum aedificatum fuerat, ad dictorum poëtarum habitationem.* Sed de iis agemus in opere de melodis Graecorum. Non est tamen praetereunda levis et plane sobria vindicta sumpta in Sardinia insula de hominibus, qui illius haec cantica flocci pendebant. Auctor illius vitae (cap. 113.) Ἦν τις ἐν τῇ νήσῳ Σαρδοῖ, ἀνὴρ στέργων διὰ παντὸς καὶ τιμῶν τὰ τοῦ μεγάλου συγγράμματα, ἔχων πρὸς τοῖς ἄλλοις διὰ πολλοῦ, καὶ τὰ τῇ ἁγίᾳ τούτῳ πεποιημένα τεσσαρακοστῇ, ἃ τριώδια καλεῖν σύνηθες· τούτῳ οὖν κατὰ πάροδον ἐπιξενωθέντες ποτὲ μοναχοὶ, ἐφ' ᾧ τὰς τῶν νηστειῶν ἡμέρας τελέσαι, οἳ καὶ Γρηγορίου ἐκείνου τοῦ Συρακούσης φοιτηταὶ ἦσαν· ἄφρονι οὗτοι χρησάμενοι λογισμῷ, καὶ τύφου τὰς καρδίας ὑπερπλησθέντες ἐπικερτομεῖν τὰ τοῦ ἁγίου ποιήματα ἐπεχείρουν, σόλοικά τινα, καὶ οὐ κατὰ λόγον συντεθειμένα ἀποκαλοῦντες· οἷς δὴ καὶ ὁ ἐπιξενωσάμενος οὐκ οἶδ' ὅπως συναπαχθεὶς μεταβάλλεται θᾶττον, καὶ τῆς ἐκείνων γίνεται γνώμης, μήτε τιμῶν ὡς τὸ πρὶν, μὴ δ' ὡς αὐτῷ εἰθισμένον ἐν ὀρθριναῖς ταῦτα ὑποψάλλων δοξολογίαις· ᾧ καὶ οὕτως ἔχοντι ἐφίσταται νυκτὸς ὁ πατὴρ μακρὸς τὴν ἡλικίαν φανεὶς, οἷός τε ἦν ποτὲ τὴν ὄψιν ὠχρὸς, τὴν κεφαλὴν ἐπὶ τοῦ ἄκρου ἐψιλωμένος· παρείποντο δὲ αὐτῷ καί τινες ἄλλοι ῥάβδους ἐπὶ χειρῶν ἔχοντες· οἳ καὶ μόνον ὁραθῆναι θέαμα φρικτὸν, καὶ οὐδὲ φορητὸν ὅλως· οἷς καὶ παρεκελεύετο πράττειν, ὡς τάχος τὸ ἐκείνῳ δοκοῦν, καὶ παίειν τοῖς ῥάβδοις τὸν εὔκολον οὕτω καὶ τὴν γνώμην εὐόλισθον· ᾧ καὶ ταιομένῳ ἔτι παρεστὼς ἐβόα ὁ πατήρ· ἵνα τι ἄπιστε τὰ ἐμὰ διώσω ποιήματα, καὶ παρ' οὐδὲν ἐλογίσω, καίτοι πρὸ μικροῦ στέργων αὐτὰ, καὶ τιμῶν; οὐδ' εἰ μή τι ἄλλο

(1) De Theodori tropariis diximus nos in praefatione ad eundem. Et sane codicem nobilem prae manibus habemus, ex quo ipso S. Sophronii troparia iam edidimus in Spicilegii rom. tomo IV. A. M.

τοῦτό γε παρ' ἑαυτῷ συνιδεῖν ἔχων, ὅτι οὐκ ἂν αἱ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαι ταῦτα ἐδέξαντο, καὶ ἀλλήλαις διέδοσαν, εἰ μὴ τὴν ἀπ' αὐτῶν συνῆκαν ὠφέλειαν· οὐ γὰρ κόμψος ῥημάτων καὶ λέξεων τορεία καρδίαν οἶδε συντρίβειν, ἀλλὰ ταπεινὸς λόγος, καὶ ἐπ' ὠφελεία συντεθειμένος, καὶ τὸ πᾶν ὑγιές· ὅς γε καὶ ὑπὲρ πᾶσαν ἐμοὶ δόξας παίδευσιν, ἄξιος λελόγισται τοῦ παντὸς, καὶ τοῦ διηρημένου, καὶ μόνην τὴν ἀκοὴν τέρποντος, πολλῷ φαίνεται τιμιώτερος· ἀλλ' ἐκεῖνον μὲν ἱκανῶς οὕτω τυφθέντα, καὶ ταύτην δίκην τῆς ἐπὶ τὰ χείρω μεταβολῆς δόντα, καὶ ἡ ἡμέρα ἤδη κατέλαβεν, ὃς καὶ πονηρῶς ἔτι καὶ ἀλγεινῶς ἔχων τῆς κλίνης ἀνέθορε· φόβῳ τε παλλόμενος τὴν καρδίαν, καὶ τὸ σῶμα ἔχων ἐξωδηκὸς ταῖς πληγαῖς, ἃς καὶ παραυτίκα πᾶσιν ἐδείκνυ, καὶ τὸ συμβὰν ἐπ' αὐτῷ περιπαθῶς διεξίει, ὕβρεσιν οὐ τι μετρίαις τοὺς φθορέας βάλλων ἐκείνους, δι' οὓς ταῦτ' ἐπεπόνθει, καὶ τῆς οἰκείας ἀπελαύνων ὡς τάχιστα· ὅς γε καὶ εὐμενίσειν βουλόμενος τὸν πατέρα, πλεῖον ἢ πρόσθεν τὸ ἀπὸ τοῦδε τὴν περὶ αὐτοῦ πίστιν ἐκράτυνε, στέργων ἐντίμως τὰ τοῦ μεγάλου ποιήματα, καὶ μεθ' ὅσης ἂν ἄλλων ταῦτα τιμῆς, καὶ ψυχῆς ἀτεχνῶς ποιούμενος θεράπειαν. Cum vero huiusmodi cantica in Triodio (liber est Graecorum ecclesiasticus, de quo nos alibi) multa abundarent, vel etiam potiorem illius partem occuparent, quemadmodum et alia Iosephi, factum est ut ille liber Theodori atque Iosephi nuncuparetur. In regia bibliotheca Parisiis cod. 1351. Τριῴδιον σὺν Θεῷ, ἀρχόμενον ἀπὸ τελώνου καὶ φαρισαίου μέχρι Λαζάρου τοῦ δικαίου· ποίημα Ἰωσὴφ, καὶ Θεοδώρου τοῦ στουδίτου. *Triodion cum Deo, incipiens a publicano et pharisaeo, finiens in iustum Lazarum, opus Iosephi et Theodori studitae.* Id vero ut iam dixi asseritur, non quod totus liber Theodori ac Iosephi sit, sunt enim etiam aliorum troparia et canones, sed quod maior illius pars ad hos duos referatur (1).

Scripsit praeterea *hypotyposim monasterii Studii.* Ἡ ὑποτύπωσις σὺν θεῷ τῆς καταστάσεως τῆς μονῆς τῶν Στουδίων. *Hypotyposis Dei gratia vivendi rationis monasterii Studii.* P. Πολλῶν ὄντων καὶ διαφόρων τῶν ἐν τοῖς ἱεροῖς μοναστηρίοις (2).

Item Typicon περιέχων τὴν ἅπασαν ἀκολουθίαν τῆς ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως. In quo ordo recitandi officii ecclesiastici singulis diebus exponitur. Est manuscriptum in bibliotheca barberina (3). De Typicis, quemadmodum de Triodio nos plura diximus in dissertatione de libris ecclesiasticis Graecorum.

Item epitimia, quibus poenae statuuntur illis, qui in suo munere deerraverint, vel deliquerint (4). P. Ὁ μὴ εὑρισκόμενος εἰς τὴν εἴσοδον τοῦ δόξα ἐν ὑψίστοις. Horum etiam meminit auctor vitae (cap. 33.) Καί τισιν ἐπιτιμίοις, ἢ ἀφορισμοῖς, ἢ γονυκλυσίαις τόσαις δε, ὁ τῶν θείων ὕμνων καθυστερῶν ὑπαχθήσεται, ἢ ὁ σκεῦος συντρίβων, ἢ εἰκαίως ῥίπτων, καὶ παραμελῶν· ἢ τὸν ἀδελφὸν ἔν τινι διαπληκτίσας, ἢ ὁ λόγον περιττὸν περιττῶς ὁμιλῶν, καὶ μὴ γλώσσης εἰδείη κρατεῖν· τούτοις πᾶσιν ἀναλόγως τοῖς πραττομένοις καὶ τὰς ἐπιτιμίας προστέθεικεν· ὥστε ἔχειν τοὺς παρὰ τοῦ πατρὸς καταστάντας ἀρχηγοὺς, ἔργον ὅτι μάλιστα τοῦτο καὶ σπούδασμα πάντα διασκοπεῖν τὰ τῶν ἀδελφῶν, πάντα ἀνερευνᾶν, πᾶσι δεόντως προσφέρεσθαι (5).

(1) Triodium ms. vat. quod retro citavimus, septem alii melodi cum Theodoro componunt. A. M.

(2) Extat apud nos tom. cit. p. 111. seqq. A. M.

(3) Item in codice vat. ut diximus tom. cit. p. 102. A. M.

(4) Extant item apud nos tom. cit. p. 78. et 138. A. M.

(5) Multo prolixius et accuratius narrat haec auctor vitae ineditae. Προχειρίζεται μὲν γὰρ διακονιῶν κε-

Testamentum quoque condidit antequam moreretur. P. Ἀκούων τοῦ θεοῦ Δαυὶδ λέγοντος ἡτοιμάσθην (1).

Carmine vero iambico prosecutus est primi parentis ortus et praevaricationem, Caini invidentiam, Enochi, Noë, et aliorum patriarcharum res gestas, nec non Iconomachorum haeresim. Auctor vitae (cap. 39.) Συνεστέθη δὲ αὐτῷ καὶ βίβλος διὰ στίχων ἰάμβων, τήν τε πλάσιν τοῦ γενάρχου διαλαμβάνουσα, καὶ παράβασιν, καὶ φθόνον τοῦ Κάϊν, καὶ χεῖρα φεῦ κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ ἐπανατεινομένην καὶ φόνον ἐργαζομένην τὸν ἀδικώτατον· καὶ μέν τοι πάλαι καὶ τὰ τοῦ Ἐνὼχ εὐαρέστησιν, καὶ τοῦ Νῶε, καὶ τῶν ἐξ αὐτοῦ δὲ φύλων γέννησιν, βίου διαγωγήν. Ἀπηριθμήσατο δὲ ἐν αὐτῇ καὶ πᾶσαν τὴν τῶν εἰκονομάχων αἵρεσιν, οὓς καὶ ὡς κακῶν σπουδάρχας τῷ ἀναθέματι καθυπέβαλεν (2).

Eodem metri genere administris monasterii sua cuique munia exposuit, ab ipso omnium praefecto, usque ad postremum et infimum. Ex quibus reliqui sunt, qui habentur in bibliotheca vaticana, barberina, altempsiana Romae, et sancti Iohannis in Carbonaria Neapoli (3). Tractavit quoque alia varii argumenti. Auctor vitae (cap. 32.) Ἐξέθετο μέν τοι καὶ παραγγελίας ἐγγράφους διὰ στίχων ἰάμβων, πῶς ἑκάστῳ μέλλον ἐστὶ τὰ ὑποτεταγμένα πληροῦν· μᾶλλον δὲ ἡ τῶν στίχων ὑπηγορία ἀπ' αὐτοῦ ἦρκται τοῦ ἡγουμένου, καὶ καθ' ἑξῆς ἅπαντας διϊοῦσα μέχρι καὶ τοῦ πάντων ὑστάτου διωρίσατο (4).

In Theodori Studitae troparion quod dicit: βάθει τῶν κριμάτων σου Χριστὲ, πανσόφως προώρισας ἑκάστου τέλος ζωῆς τὸν τόπον, καὶ τὸν τρόπον. Διὸ οὓς ἐκάλυψε τάφος πάσῃ χώρᾳ ἐν τῇ κρίσει σῶσον πανοικτίρμων. *Altitudine iudiciorum tuorum Christe, sapientissime praedeterminasti uniuscuiusque vitae finis locum et modum; propterea quos sepulchrum texit in omni regione, in tuo iudicio salva, misericordiosissime;* extat apud me satis docta expositio Michaëlis Glycae inter eius epistolas manuscriptas.

Extare etiam Studitae nostri librum *de futura restitutione* (Possevinus interpre-

φαλὰς, τίθησι δὲ τὰς ὀνομασίας οἰκείας τῷ ἐπιτηδεύματι, ἐπιστημονάρχας, καὶ παιδευτὰς, καὶ ἐπιτηρητὰς τούτους ἀποκαλέσας· καθίστησι δὲ καὶ ἐν ἄλλαις προσηγορίαις τοὺς ἁπάσης τῆς ἀδελφότητος μᾶλλον ὑπερεξέχοντας· οἷον, τὸν τὰ δεύτερα φέροντα τὸν οἰκονόμον, καὶ τοὺς ὡς ἄλλως ὠνομασμένους, ἐκανόνισε μέν τοι καὶ πᾶσι τοῖς πεπιστευμένοις τὰς διαφόρους διακονίας ἀνὰ μέρος etc. Διωρίσατο δὲ συνεκδοχικῶς καὶ τοῖς διαμαρτάνουσιν τῆς ὀφειλομένης σπουδῆς, καὶ καθυστεροῦσιν κατά τινα γοῦν ἀπειρημένην αἰτίαν, ἐπὶ ταῖς τῶν θείων ὕμνων συναξεσιν· ἔτι γε μὴν καὶ τοῖς ἐπὶ πᾶσι τῶν ἀδελφῶν ὑπερεσίᾳ συντεταγμένης ὥρας ἀποτυγχάνουσιν ἤτοι σκεῦος συντρίβουσιν, ἢ παροινίαν τινὰ καὶ φαυλισμὸν πρὸς τὸν πέλας ποιουμένοις, ἀνάλογον ἐπιτίμησιν τεθεικώς· τὴν δέ γε τῶν ἐσθημάτων χρῆσιν, οὐκ ἀποτεταγμένην, οὐδὲ κατὰ τὸ βουλητὸν ἑκάστῳ προκεῖσθαι συντέταχεν etc. ἀποτιθέμενοι τὰ δεδουλευκότα καθ' ἓν σάββατον πέπλη, ἀντέλαμβανον ἕτερα διὰ χειρὸς τῶν εἰς τοῦτο καθυπουργεῖν τεταγμένων ἀδελφῶν. Quae omnia in epitimiis per nos editis invenies. A. M.

(1) Extat in editione Sirmondi. A. M.

(2) Desideratur hoc poëticum Theodori opus, quod tamen accuratius describitur a vitae ineditae scriptore his verbis. Συντέταχεν δὲ καὶ ἑτεραν εμμετρον (βίβλον) ἰδιαζόντως ἰαμβικὴν χρησιμωτάτην πάνυ, καθ' ἣν την τε διαπλασιν καὶ τὴν ἔκπτωσιν ὑπηγόρευσεν τοῦ γενάρχου, πρὸς δὲ καὶ τὴν ἁμαρτίαν, καὶ τὴν φθορὰν ὡς θέμις ἐτραγῴδευσεν· εἶτα διηρημένως τοῦ Καΐν τὸν κατὰ τοῦ Ἄβελ φθόνον καὶ φόνον κατεκωμῴδησεν· καὶ μέν τοι καὶ τὸν Ἐνὼχ, καὶ τὸν Νῶε, καὶ τοὺς ἐξ αὐτοῦ φύντας θεοφιλεστάτους τρεῖς πατριάρχας διεξευγμένως καὶ ἀκολούθως ἑκάστῳ, καὶ τὰς σφῶν ἀοιδίμους συνεύνους κατὰ τὸ εἰκὸς ἀπεσέμνησεν· ἔτι γε μὴν καὶ πᾶσαν αἵρεσιν· ἀπηριθμήσατο; καὶ τῷ ἀναθέματι καθυπέβαλεν στοίχοις ὡς ἔφην τριμέτροις καὶ καθαροῖς· τινὰς δὲ αὐτῶν καὶ παντελῶς ἀνέτρεψεν. A. M.

(3) Extant hi iambi nunc in calce editionis Sirmondi. A. M.

(4) Heic Allatius complura Studitae in scripto suo carmina subtexebat, quae quum omnia in citata editione nunc legantur, nos omittenda putavimus. A. M.

tatur *resurrectione*, graece est κατασ̃τάσεως) scribit Gesnerus, sed locum non indicat, neque apud quem inveniatur (1).

XCIX. Theodorus novus theologus confessor, de quo ait vir doctissimus, et vere φιλοπάρθενος Hippolytus Marracius in bibliotheca mariana, alte admodum silent, qui catalogos de scriptoribus ecclesiasticis texuerunt, vir doctus, et graeca facundia disertus, pietatis suae erga Deiparam virginem luculentum testimonium dedit scribendo. *In annunciationem beatae Mariae virginis orat. I.* quae graece manuscripta extat in codd. vatic. num. 654. et 455. *In nativitatem beatae virginis orat. I.* quae graece extat ibidem, et plura alia quae me latent. Verumtamen hic Theodorus novus theologus et confessor, non alius est quam Studita, ut ex ipsis codicibus manuscriptis facile colligitur, qui in indice ante codicem hoc modo loquuntur; in titulo vero orationibus praefixo Theodoro appingunt cognomen Studitae.

C. Ad Theodori diaconi byzantini rhetoris, ac syndicarii Pauli archiepiscopi constantinopolitani, dubia duo pro Monothelitis proposita, quae incipiunt: εἰ κατ' αὐτὸν τῷ θελήματι λόγον, καὶ τὴν ἄγνοιαν καθηγόρησαν οἱ πατέρες ἐπὶ Χριστοῦ, extantque etiam hodie in vaticana cod. 511, respondit Maximus homologeta epistola ad Marinum presbyterum, quae etiamnum extat, et incipit: αἱ παρὰ τοῦ ῥήτορος πεύσεις, ἁγιώτατε καὶ θεοτίμητε πάτερ.

CI. Theodorus thebanus philosophus aliquid de Byzantio et illius rebus patriis scripto mandasse, colligo ex originibus constantinopolitanis nondum editis (conf. imp. orient. T. I. ed. paris. p. 44.) Τὸ δὲ καλούμενον Φωκόλισθον λέγουσι τινὲς, ὅτι Φωκᾶ τοῦ τυράννου ἐφ' ἵππου βαδίζοντος, ὠλίσθησεν ὁ ποῦς τοῦ ἀλόγου αὐτοῦ, καὶ ἔπεσε, καὶ ἐκλήθη ὁ τόπος οὕτως, καθὰ Πάνοδωρος φησὶν ὁ Αἰγύπτιος. Ὁ δέ γε Θεόδωρος ὁ θηβαῖος φιλόσοφος φησὶν, ὅτι πρὸ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου ὁ τόπος οὗτος ἔξωθεν τῆς πόλεως ἦν τοῦ Βυζαντίου· καὶ λῃσταὶ πολλοὶ ὑπῆρχον, οἳ πολλοὺς τῶν βυζαντίων ἐφόνευον. Ὁ δὲ μέγας Κωνσταντῖνος μετὰ τὸ κρατῆσαι, καὶ κτίσαι τὴν πόλιν, ποιησάμενος ἔρευναν, καὶ κρατήσας τινὰς τῶν τοιούτων λῃστῶν ἀνεσκολόπισεν αὐτοὺς, ἤγουν ἐφούλκισεν· ὅθεν καὶ ὁ τόπος ἐκλήθη Φουλκόληστος. *Quod vocatur Phocolesthum, ut quidam tradunt, nomen inde habuit, quod Phocae tyranni equitantis equus pede lapsus cecidit, unaque cum eo tyrannus. Hinc nomen loco. Sic narrat Panodorus aegyptius. Verum Theodorus thebanus philosophus refert, ante Constantini magni tempora locum hunc extra Byzantium fuisse, multosque ibi latrones versatos, qui byzantinos multos interficiebant. Cum vero postmodum Constantinus imperio potitus, urbem aedificasset, cura adhibita, nonnullos ex praedonibus illis captos suspendit; inde etiam loco nomen datum Phulcolestum*, a φουλκίζειν, quod est strangulare et in furcam agere, et a λῃστὴς, latro, praedo, sicarius, grassator.

CII. Theodori patriarchae hierosolymitani *exemplar synodicorum* legitur in septima synodo act. III.

CIII. Theodori hermopolitae explicationes titulorum codicis, *de dissolutione, de vi et metu, de causis quae apud iudicem aguntur, de dominio, de iureiurando*,

(1) Praeter hactenus recensita ab Allatio scripta, habentur in nostra editione tom. cit haec. 1. *Iudicium de compendio regularum S. Basilii.* 2. *Explicatio liturgiae praesanctificatorum.* 3. *Supplementa brevia epistolarum.* 4. *Catechesis chronica.* 5. *De confessione et satisfactione.* 6. *Quaestiones aliquot.* Insuper Allatius nonnullarum ex orationibus mentionem omisit, quas habes in nostro libro vel impressas vel commemoratas. A. M.

de testibus, de libertate, de parricidio, de sycophantiis in fol. manuscript. biblioth. imper. Vindobonae. Epitomatores gesneriani. Index ms. biblioth. regiae Scoriaci, Θεοδώρου ἑρμοπολίτου ἐξήγησις εἰς τὰ δέκα βιβλία τοῦ πρώτου τεύχους τῶν βασιλικῶν. *Theodori hermopolitae expositio in decem libros primi voluminis basilicorum* 1. H. 19. Et in regia Parisiis. Θεοδώρου τοῦ ἑρμοπολίτου τοῦ ἄκρου διδασκάλου τῶν θείων νόμων περὶ νόμου καὶ δικαιοσύνης βασιλέως. *Theodori hermopolitae, summi divinarum legum doctoris, de lege et iustitia imperatoris.* P. Βασιλεὺς ἐστὶν ἔννομος ἐπιστασία, κοινὸν ἀγαθὸν τοῖς ὑπηκόοις (1). Cod. 549. Meminit etiam eiusdem Marquardus Freerus in chronologia, in Constantino porphyrogenneta.

CIV. Theodorus syrus, frater Theophanis canonum scriptoris, in sancti Sabae monasterio optimis artibus excultus, Constantinopolim Theophilo iconomacho imperante proficiscitur, et cum sanctarum imaginum cultum honoremque constantius tutaretur, acubus perfossus, atramentoque non secus ac fugitivus servus per ignominiam in facie notatus, in exilium eiicitur. Qua in sententia ad extremum perseverans, et ceteros recte de sanctis colendis imaginibus sentientes confirmans, in insula Aphusia vitam obit. Suidas: Ἀφουσία νῆσος τὶς, ἐν ᾗ ὑπερόριοι ἐγένοντο ὁ κύριος Θεοφάνης ὁ ποιητὴς, καὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Θεόδωρος ὁ γραπτὸς, ἀμφότεροι ὁμολογηταί. *Aphusia insula quaedam, in quam relegati sunt dominus Theophanes poëta, et frater illius Theodorus Graptus ambo confessores.* Tum hic Theodorus, tum Theophanes frater illius, a notis seu iambis faciei inscriptis iussu Theophili, γραπτοὶ dicti sunt, id est *scripti*; non quod essent Graptorum episcopi, ut somniat Xylander. Carmina inusta leguntur apud Cedrenum in Theophilo (ed. paris. p. 521.) et alios. Quis autem fuerit carminum illorum scriptor, ne te id quoque lateat, lector, didici ego ex manuscripto antiquissimo, et non multo post ea tempora exarato, quod servatur in vaticana bibliotheca sub. num. 753; in quo carminibus hic praefigitur titulus: στίχοι Θεοφίλου γραμματικοῦ, ἀνθρώπου γεγονότος τοῦ θεοστυγοῦς Θεοφίλου τοῦ βασιλέως, οἱ καὶ γραφέντες εἰς τὸ πρόσωπον τοῦ ὁσίου Θεοδώρου τοῦ γραπτοῦ ἀδελφοῦ γεγονότος τοῦ κυροῦ Θεοφάνους τοῦ ποιητοῦ. *Carmina Theophili grammatici, qui fuit familiaris Deo exosi Theophili imperatoris, quae et scripta fuerunt in facie sancti Theodori Grapti, qui fuit frater domni Theophanis poëtae.* Incipiunt, Φάντων φοβούντων etc. ut in editis. Martyrologium romanum tradit Theodorum in carcere expirasse ante quam pax ecclesiae redderetur; Theophanem supervixisse, et factum nicaenum episcopum, in Domino quievisse. Et Michaël Glycas annalium parte IV. (ed. paris. p. 290.) Cedrenus, et narratio de restitutis imaginibus apud me manuscripta, supervixisse Theophilo tradunt, et in convivarum numero apud Theodorum numerant. Si quis de eo plura desiderat, adeat vitam illius manuscriptam, quae adhuc dicitur extare in vaticana et sfortiana. Dicitur plura scripsisse pro imaginibus. Quae ipse vidi, incipiunt. Ἤδη μὲν οὖν. Et troparіorum quoque auctorem facit menologium basilianum in vaticana. Eiusdem orationem περὶ τῶν κεκοιμημένων laudat Gregorius protosyncellus chius in dogmatum synopsi.

CV. Theodorum Abucaram Carorum episcopum Turrianus aliquoties Damasceni discipulum nominat, cui probabilitatem conciliat illud in titulo dissertationis decimae

(1) Animadverte praeclaram politicam definitionem: *rex est legitima potestas, commune subditorum bonum.* A. M.

octavae διὰ φωνῆς Ἰωάννου δαμασκηνοῦ. Significat enim ea, quae in dicta disputatione adversus Saracenos disseruntur, ex ore dictantis Damasceni excepisse. Turriano non assentitur Gretserus, arbitraturque Theodorum Abucaram alium non fuisse, quam illum qui cum photianas partes contra Ignatium secutus fuisset, atque adeo una cum Zacharia chalcedonensi, pro Photio ad Ludovicum secundum imperatorem Francorumque regem legationem obiisset, ut in vita Ignatii testatur Nicetas, postea Photii fraudibus in apertum prolatis, vela retrorsum vertit, ut in octava synodo oecumenica admissi piaculi veniam impetravit, prout secunda et quarta eiusdem concilii actio nos docent; pro quo etiam apud Adrianum summum pontificem intercessit Ignatius, ut pristino honori ac muneri restitueretur: quod item fecerunt tres imperatores Basilius, Constantinus, ac Leo in litteris ad eundem romanae ecclesiae antistitem, qui Theodorum insigni encomio decorarunt, cum hominem ecclesiae valde utilem appellare voluerunt, idque propter eximiam eruditionem, qua instructus cum haereticis, iudaeis, et mahometanis animose congrediebatur, quorum ingens in Caria tum multitudo, ut et Laodiceae, quo Theodorum translatum Nicetas scribit. Cum ergo Nicetas, et octava synodus Theodorum illum nominent Cariae episcopum, et metropolitam, ut et Ignatius, et imperatores in epistolis ad Adrianum pontificem, et hic Abucara Cariae praesul fuerit, neque ratio temporis obstet, in eam sententiam devenit ut sibi persuadeat, alium dissertationum auctorem non fuisse, quam illum Theodorum Cariae antistitem, qui sub Basilio macedone, temporibus octavae synodi, doctrina nominisque celebritate claruit. Et cum a secunda synodo nicaena anno Domini 787. celebrata, usque ad octavam synodum, quae habita est anno 869, anni octoginta duo interfluxerint, Iohannes vero damascenus, ut plerisque chronologiae non imperitis placet, ante septimam synodum supremum diem obierit, alterutrum necessario asserendum esset, aut Abucaram ferme adhuc puerum Damasceno operam dedisse, aut octogesimum aetatis annum longe transcendisse, quando Constantinopoli oecumenica synodus octava coacta fuit; nisi quis Damasceni vitam ultra septimam synodum proferre velit. Et haec quidem Gretserus ad Antonium Velserum, quae non tanti mihi videntur, ut a sententia nos Turriani retrahant. Namque Theodorum hunc Abucaram non omnes codices manuscripti faciunt Καρῶν, *Carorum*, episcopum sive Cariae, sed quidam ita efferunt, quidam immutatione non levi litterarum Χάῤῥαν exprimunt, ut praeter alios videre est in codice vaticano 492. p. 193, quae longe est diversa a Caria. Et quamvis aetate Basilii macedonis et Photii, Cariae episcopus variis disciplinis instructus, non erat ecclesiae inutilis, non inde tamen sequitur, eum solum fuisse istiusmodi conditionis, alios nihil valuisse. Et quanam ratione iste vir puer sapere potuisset, ut quae de rebus difficillimis dictaret Damascenus, ipse scripto exciperet? Studia illa tam seria statum alium, et solidiorem mentis firmitatem exposcunt. Certum enim est apud sensatos viros, planeque ex concilio septimo constat, Damascenum ante celebratum illud concilium mortem obiisse. Sed quoniam haec minutiora non nemini videri possunt, quis vel parum sanus negaverit, Abucaram hunc Theodorum una simul floruisse cum Thoma hierosolymitano, qui paulo post septimum concilium illi ecclesiae praefuit? Idque ex ipsis opusculis a Gretsero publicatis addisco evidentissime. Quarti enim titulus ita se habet in codice meo: ἐπιστολὴ περιέχουσα τὴν ὀρθὴν καὶ ἀμώμητον πίστιν, πεμφθεῖσα παρὰ τοῦ μακαριωτάτου πάπα Θωμᾶ πατριάρχου Ἱεροσολύμων πρὸς τοὺς κατὰ τὴν Ἀρμενίαν αἱρετίζοντας, ἀραβιστὶ μὲν ὑπὸ Θεοδώρου τοῦ ἐπίκλην Ἀβουκαρᾶ τοῦ Καρῶν ἐπι-

σκόπου ὑπαγορευθεῖσα, διὰ δὲ Μιχαὴλ ἐμοῦ τοῦ ἐλαχίστου πρεσβυτέρου καὶ συγκέλλου τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου Ἱεροσολύμων μεταφρασθεῖσα, μεθ' οὗ καὶ ἀπέσταλται. *Epistola continens fidem rectam atque inculpatam, missa a beatissimo Thoma patriarcha hierosolymitano ad haereticos in Armeniam, arabice dictata a Theodoro cognomento Abucara episcopo Carorum, et a me minimo presbytero Michaële et syncello ecclesiae hierosolymitanae in graecum sermonem translata, per quem et missa est.* Si sub Thoma iam perfectus aetate, ut verosimile est, et conspicui nominis doctor dogmata catholica haereticis pandit, quae tanti aestimantur, ut in alias quoque versa linguas legenda aliis atque aliis transmittantur, qua ratione sub Constantino adhuc vegeta aetate florere dici poterit? Adde in meo manuscripto multa in margine adnotata esse scholia, quae auctorem praeseferunt Aretham, quem aequalem aliqui Photio faciunt. Hinc argumentari licet Abucaram esse antiquiorem. Quare assentior Turriano, iisdem cum Damasceno temporibus hunc Abucaram vixisse, et ab eo multa sibi hausisse.

Huius opuscula contra varios infideles Arabas, Agarenos, Tritheitas, Theopaschitas, Nestorianos, Iacobitas, Monophysitas, Iudaeos, nec non Origenistas, interpretibus Francisco Turriano, et Iacobo Gretsero, graece et latine Ingolstadii edita sunt, ex typographia Adami Sertorii anno 1606, et antea edita fuerant in bibliotheca veterum Patrum secundae editionis tomo IV, latinitate donata a Genebrardo, passimque manuscripta inveniuntur in bibliothecis italicis, ex quibus possent edi correctiora atque auctiora, et potissimum ex meo codice. In bibliotheca bavarica num. 16. notantur: *Theodori episcopi Cariae cognomento Abucarae dialogus, quo demonstrat esse Deum. Eiusdem de variis capitibus quaestiones et responsiones. Epistola Thomae patriarchae hierosolymitani ad Armenos haereticos. Collectanea Theodori episcopi Cariae de variis capitibus contra Severianos, et Acephalos, et contra Manichaeos.* Et cod. 175. *Theodori episcopi Cariae cognomento Abucarae opuscula, de Dei nominibus. Patrem semper generare, filium semper generari. Dialogus cum Nestorianis. Dialogus cum Iacobita. Quae sit maxime propria differentia. De tempore. Brevis doctrina de divinis nominibus, cum toti Trinitati communibus, tum propriis singularum personarum. Quaestiones Origenistarum propositae, earumque solutiones.* Et in bibliotheca regia Scoriaci, ut notat index ms. *Theodori Abucarae cariensis episcopi, de nominibus Dei. Quod semper generat. Eiusdem adversus nestorianum, et iacobitam. De differentia. De tempore. De Trinitate et proprietatibus personarum. Explicatio numerorum dubiorum. Interrogatio Origenistae ad fidelem. Responsio ad infidelem. Musices opus. De condensatione. De analogiis seu proportionibus. Synopticum syntagma philosophiae.* Epitomatores gesneriani, quod unius est, in tres dividunt. *Theodori episcopi contra Arabes, et contra Acephalos disputationes religiosae, in 4. ms.* In bibliotheca imperatoris Vindobonae *Theodori episcopi Charran cognomento Abucarae cum infideli (fortasse colloquium) de orthodoxa fide. Interrogatio Arabum ad christianum, et aliorum ad eundem,* graece extant in Italia. *Theodori philosophi dialexis cum nestoriano, et alia dialexis eiusdem,* extant in Italia.

CVI. Theodori Trimithuntis episcopi usque nunc extat etiam penes me: περὶ τοῦ βίου καὶ τῆς ἐξορίας καὶ τῶν θλίψεων Ἰωάννου τοῦ χρυσοστόμου. *De vita et exilio et oppressionibus Iohannis chrysostomi.* P. Ἀγαπητοὶ ἀψευδὴς ὁ θεὸς ὁ διὰ τοῦ προφήτου ἐπαγγειλάμενος, πολλαὶ αἱ θλίψεις τῶν δικαίων. Et adver-

tendum est, male a Billio in adnot. 30. ad orat. III. Damasceni de imaginibus Theodorum Trimithuntis episcopum *Isidorum* nuncupari, quemadmodum ibidem adn. 23, Theodori nomen in *Theodoreti* commutari, ut hoc quoque obiter hic animadvertatur.

CVII. Theodori quaestoris ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον μάρτυρα τοῦ Χριστοῦ Γεώργιον. *Laudatio in sanctum Christi martyrem Georgium.* P. Προτρέπουσί μου πρὸς εὐφημίαν τὴν γλῶτταν. In bibliotheca vaticana, et alibi.

CVIII. Theodori metropolitae Cyzici adhuc superest ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον ἱερομάρτυρα Βλάσιον. *Laudatio in sanctum martyrem Blasium.* P. Βλάσιον τὸν μέγαν ἐν ἱεράρχαις καὶ μάρτυσι πῶς ἂν ἀξίως θαυμάσωμεν? In vaticana. Nec alius fortasse fuerit hic Theodorus, quam ille qui Constantinum porphyrogennetam in Polyeuctum extimulabat, et ad quem idem Constantinus secessit de Polyeucto deiiciendo consilium initurus. Cedrenus in eodem Constantino: ἔξεισι Κωνσταντῖνος ὁ βασιλεὺς ἐν τῷ τοῦ Ὀλύμπου ὄρει, τῷ μὲν δοκεῖν ταῖς τῶν ἐκεῖσε πατέρων εὐχαῖς θωρακισθῆναι, καὶ μετ' αὐτῶν κατὰ Σαρακηνῶν ἐν Συρίᾳ ἐκστρατεῦσαι, ἀληθεῖ δὲ λόγῳ ἑνωθῆναι Θεοδώρῳ τῆς Κυζίκου προεδρεύοντι, ἐκεῖσε τότε τὰς διατριβὰς ποιουμένῳ, καὶ μετ' αὐτοῦ περὶ τῆς καθαιρέσεως τοῦ Πολυεύκτου βουλεύσασθαι. *Profectus est imperator Constantinus ad Olympum montem, specie quidem ut patrum, qui ibi vivebant comprecationibus armatus, in Syriam contra Saracenos proficisceretur: re autem ipsa, ut cum Theodoro Cyzici episcopo, qui tum ibi degebat, de Polyeucto deiiciendo consilia iniret.*

CIX. Sub eodem Constantino porphyrogenneta florebat Theodorus metropolita nicaenus, vir neque indoctus, et scribendis epistolis non inelegans, cuius penes me sunt octo reliquae, dignae plane quae lucem videant. P. Αἰνίγματα πυθαγόρεια ἥκες ἡμῖν φέρων. Eiusdem *de physica doctrina et principiis* ἐπιτομὴ ἐκθεῖσα τμήμασι τέσσαρσι, *compendium quatuor sectionibus expositum.* In bibliotheca imperatoris Vindobonae. Epitomatores gesneriani.

CX. Extat etiamnum Theodori episcopi Paphi: βίος τοῦ ἁγίου Σπυρίδωνος, *vita sancti Spyridonis,* in bibliotheca vaticana cod. 803. Incipit: ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, φησὶν Ἰωάννης ὁ εὐαγγελιστὴς καὶ θεολόγος. Quae sub Triphyllii nomine ferebantur carmine iambico conscripta, Theodorus paululum dilatata, prosa expressit, alia quoque de suo addidit, quae ab aliis audierat, et a Triphyllio silentio involuta fuerant. Ipsum audiamus. Ταῦτα μὲν ἐν τῇ βίβλῳ τῇ δι' ἰάμβων ἐκτεθείσῃ πρότερον· ἥν τινα βίβλον λέγουσιν ὑπὸ τοῦ ἁγίου πατρὸς ἡμῶν Τριφυλλίου τοῦ μαθητοῦ αὐτοῦ, τοῦ γενομένου ἐπισκόπου τῆς Καλλινικησσέων πόλεως, ἤτοι Λευκῶν Θεῶν ἁγίας τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας ἀναγεγράφθαι· ἐγὼ δὲ οὐκ οἶμαι τοῦ προρηθέντος ἁγίου πατρὸς Τριφυλλίου εἶναι τὸ τοιοῦτον σύνταγμα, ἀλλὰ τινὸς μετασχόντος ὀλίγης τινὸς τῶν προπαιδείας, ποίημα ὑπολαμβάνω εἶναι· ὅπερ σύγγραμμα εἴτε ἐπὶ ζωῆς, εἴτε μετὰ θάνατον, ἐκ πολλῆς πρὸς τὸν ἅγιον Τριφύλλιον τὸν ἐπίσκοπον ἄγαν ἀγάπης, ὁ ποιήσας τόδε τὸ σύγγραμμα, ὡς ἐξ αὐτοῦ γενόμενον, αὐτῷ ἐπεγράψεν· ταῦτα δὲ εὑρήσει τις εἰς τὸν βίον τοῦ ἀοιδίμου πατρὸς Σπυρίδωνος συγγεγραμμένα δι' ἰάμβων, νουνεχῶς καὶ ἐπιμελῶς ἀναγινώσκων τὰ τοῦ βιβλίου κεφάλαια· ἅτινα λέγω ἐξ ὀλίγου πλατύνας ἀνεγραψάμην ἐν τούτῳ τῷ παρ' ἐμοῦ μεταβληθέντι λόγῳ· ἴσως δὲ καὶ Τριφύλλιος ἐκέκλητο ὁ ταῦτα συγγραψάμενος· καὶ ταῦτα μὲν εἰρήσθω περὶ τοῦ βιβλίου τοῦ δι' ἰάμβων ἐπ' ὀνόματι τοῦ ἁγίου Τριφυλλίου ἐπιγεγραμμένου· ἅπερ δὲ ἐγὼ παρά τινων διηγησαμένων μοι μεμαθηκὼς, προσέθηκα ταύτῃ μου τῇ συγγραφῇ,

μετὰ τὴν τοῦ Σωκράτους τοῦ σχολαστικοῦ διήγησιν, ἱστορήσω πρὸς ὠφέλειαν τῶν ἐντυγχανόντων. *Haec porro in volumine carmine iambico conscripto reperi, quod tradunt a sancto patre nostro Triphyllio, illius discipulo qui postmodum fuit Callinicessiorum urbis, sive Candidorum Deorum episcopus, fuisse concinnatum. Ego vero dicti sancti patris Triphyllii opus non esse, sed alterius cuiusdam, qui vel pueris tradi solitas disciplinas parum degustaverat, suspicor; quod sive Triphyllio vivente, sive etiam vita functo, ex multo quo erga eum ferebatur amore, librum auctor illi inscripserit. Haec vero inveniet quilibet in vita celebris patris nostri Spyridonis, iambis expressa, si modo attente ac diligenter illius capita percurrerit: quae ego paululum dilatata exposui in hac mea immutata dictione. Fortasse etiam, qui ea composuerat Triphyllius nuncupabatur. Et haec quidem dicta sint de libro carmine iambico Triphyllii nomine inscripto. Quae vero ipse a quibusdam narrantibus didici, huic meae scriptioni apposui, eaque post Socratis scholastici narrationem ad utilitatem legentium interseram.*

CXI. Theodorus magister in epitomen redegit opera divi Iohannis chrysostomi, quae epitome extabat in bibliotheca imperatoris Vindobonae Austriae scitissime graece descripta, litterisque magna ex parte aureis. Epitomatores gesneriani, et Possevinus in apparatu. Reperitur passim etiam in bibliothecis italicis. Opus in triginta tres sermones distinctum. P. Εἰ βούλεσθε, προθῶμεν ἡμῖν εἰς ὑπομονῆς παράκλησιν ἀγαπητοί.

CXII. Theodorum Daphnopatam inter alios byzantinos non bonae fidei historicos commemorat Iohannes Scylitza in prooemio, cuius verba infra adducemus; et ex quo sua mutuatus est Cedrenus in synopsi. Quidquid de historia sit, extant ad hunc diem ἐγκώμιον εἰς τὸ γενέσιον τοῦ τιμίου προδρόμου. *Laudatio in diem natalem venerandi Praecursoris.* P. Εἰ μὲν ὁ τοῦ λόγου κῆρυξ καὶ πρόδρομος τῶν κάτω λόγων ἐδεῖτο πρὸς ἔπαινον. Eiusdem in translationem manus sancti Iohannis baptistae commentarii meminit typicon manuscriptum die 7. ianuarii. Καὶ τὸ ὑπόμνημα Θεοδώρου τοῦ Δαφνοπάτου εἰς τὴν ἀνακομιδὴν τῆς τιμίας χειρὸς τοῦ πρoδρόμου. *Et commentarius Theodori Daphnopatae de translatione venerandae manus Praecursoris.* Ἐγκώμιον item εἰς τὸν ἅγιον Παῦλον τὸν ἀπόστολον ἀπὸ διαφόρων λόγων Ἰωάννου τοῦ χρυσοστόμου. *Laudatio Pauli apostoli ex diversis orationibus Iohannis chrysostomi collecta.* P. Τῆς μὲν ἐπιγραφῆς τῶν ἀποστολικῶν πράξεων. Cui cum addatur titulus μαγίστρου, *magistri,* non inverisimile fuerit, huiusce quoque esse eclogas triginta tres de virtutibus et vitiis, ex diversis sermonibus Chrysostomi, cum Theodorum magistrum praeseferant. Et forte non alius est a superiore, qui in epitomen redegit opera Chrysostomi. Meminit quoque Theodori magistri Suidas voc. μαγίστερ. Προβάλλεται καὶ Θεόδωρον τῇ μαγιστερίᾳ ἀρχῇ παρὰ Ῥωμαίοις τιμώμενόν τε καὶ γηραιρόμενον. *Promovet et Theodorum in magisterii munus, qui apud Romanos* (seu potius Graecos) *maximo in honore erat et auctoritate.* Utrum sit unus ex dictis an alius tertius, quis divinet?

CXIII. Theodori sidensis antistitis *historiae* meminere Georgius Cedrenus, et Iohannes Scylitza, qui haud valde eam laudare videntur in prooemio.

CXIV. Theodorus sebastenus superioris Theodori sidensis nepos, scripsit pariter *historiam.* Mentio illius habetur in prooemio Iohannis Scylitzae. Ὁ γὰρ Δαφνοπάτης Θεόδωρος, Νικήτας ὁ παφλαγὼν, Ἰωσὴφ Γενέσιος, καὶ Μανουὴλ, οἱ βυζάντιοι, Νικηφόρος διάκονος ὁ φρὺξ, ὁ ἀσιανὸς Λέων, Θεόδωρος ὁ τῆς Σίδης

γενόμενος πρόεδρος, καὶ ὁ τούτου ἀνεψιὸς καὶ ὁμώνυμος, ὁ τῆς ἐν Σεβαστείᾳ καθηʃησάμενος ἐκκλησίας, καὶ ἐπὶ τούτῳ Δημήτριος ὁ τῆς Κυζίκου, καὶ ὁ μοναχὸς Ἰωάννης ὁ λυδὸς, οἰκείαν ἕκαστος ὑπόθεσιν προστησάμενοι, ὁ μὲν ἔπαινον φέρε εἰπεῖν βασιλέως, ὁ δὲ ψόʃον παʃριάρχου, ἄτερος δὲ φίλου ἐʃκώμιον, καὶ ἐν ἱʃʃορίας σχήμαʃι τὸν ἑαυʃοῦ ἕκασʃος ἀποπληροῦνʃες σκοπὸν, πόῤῥω τῆς τῶν εἰρημένων θεοφόρων ἀνδρῶν ἀποπεπʃώκασι διανοίας· ἀποʃάδην γὰρ τὰ καʃὰ τοὺς αὐτῶν χρόνους συνενεχθέντα, καὶ μικρὸν ἄνωθεν ἱστορικῶς συγʃραψάμενοι, καὶ ὁ μὲν συμπαθῶς, ὁ δὲ ἀντιπαθῶς, ὁ δὲ καὶ κατὰ χάριν, ἄλλως δὲ καὶ ὡς ϖροσετέτακτο τὴν ἑαυτοῦ συνθεὶς ἱστορίαν, καὶ πρὸς ἀλλήλους ἐν τῇ τῶν αὐτῶν ἀφηγήσει διαφερόμενοι, ὀλίγου καὶ ταραχῆς τοὺς ἀκροαʃὰς ἐμπεπλήκασιν. Scripsit res gestas Basilii porphyrogennetae Romani filii. Auctor de translationibus episcoporum e propriis in alias sedes. Ἀγάπιος ἀρχιεπίσκοπος Σελευκείας τῆς Πιερίας μετετέθη εἰς τὸ πατριαρχεῖον Ἀνʃιοχείας ἐπὶ τῆς βασιλείας κυροῦ Βασιλείου τοῦ πορφυροʃεννήτου, κατὰ τὴν ἀποʃασίαν τοῦ Σκληροῦ, ὡς ὁ Σεβαστείας λέγει Θεόδωρος, ὁ γράψας τὸ χρονικὸν βιβλίον τοῦ κυροῦ Βασιλείου τοῦ πορφυρογεννήτου. *Agapius Seleuciae pierianae archiepiscopus translatus est ad patriarchatum antiochenum sub imperio domni Basilii porphyrogennetae, quo tempore defecerat Sclerus, ut sebastenus Theodorus tradit, qui scripsit chronicon domni Basilii porphyrogennetae.* Et alius editus in iure graeco-romano Leunclavii de iisdem translationibus. Ἐπὶ τῆς βασιλείας Βασιλείου τοῦ πορφυρογεννήτου ἐδόθη τῷ μηʃροπολίτῃ Πετρῶν ἡ ἐπισκοπὴ Κορίνθου, ὡς γράφει ὁ Σεβαστείας Θεόδωρος, καὶ Λέων Συνάδων· ἐϖὶ τῆς αὐτῆς βασιλείας, κατὰ τὴν Σκληροῦ ἀϖοστασίαν, ὡς γράφει ὁ αὐτὸς Θεόδωρος, Ἀγάϖιος ὁ Σελευκείας τῆς Πιερίας ἀρχιεπίσκοπος, γέγονε πατριάρχης Ἱεροσολύμων, ὃς εἰσελθὼν ἐνταῦθα συνελειτούργησε τῷ μακαριωʃάτῳ καὶ ἁγιωτάτῳ παʃριάρχῃ κυρῷ Νικολάῳ, καὶ τῇ ἱερᾷ συνόδῳ. *Imperante Basilio porphyrogenneta, datus est metropolitano petrensi episcopatus corinthius, ut scribunt episcopus Sebastiae Theodorus, et Leo synadensis. Sub eiusdem imperio, tempore defectionis Scleri, sicut idem Theodorus memoriae prodit, Agapius episcopus Seleuciae pierianae factus est Hierosolymorum patriarcha, qui hanc in urbem veniens, ministerium sacrum obivit una cum beatissimo sanctissimoque patriarcha domno Nicolao, et sacra synodo.* Docet ex Labbaeo in apparatu historiae byzantinae pag. 51. Vossius de historicis graecis (lib. III. p. 190. b.) verba illa Cedreni, Θεόδωρος ὁ τῆς Σίδης γενόμενος πρόεδρος, καὶ ὁ τούτου ἀνεψιὸς καὶ ὁμώνυμος, ὁ τῆς ἐν Σεβασʃείᾳ καθηʃησάμενος ἐκκλησίας, oscitanter vertisse Xylandrum. *Nam priorem putavit* Suda oriundum; *posteriorem vero* Augustum *nuncupat, quia* Augustus *Graecis* σεβασʃός. *Atqui clare dicitur Sidae in Pamphylia fuisse* ϖρόεδρος, *quod idem est ac* ϖροεστὼς, *sive* ἐπίσκοπος. *Alterum autem refertur praefuisse ecclesiae Sebastenae. Sermo enim est de Sebaste civitate, quam latine* Augustam *dixeris.*

CXV. Theodori episcopi Alaniae (1) *ethicorum libri X.* graece in bibliotheca quadam Italiae. Gesnerus. Sunt vero haec: Θεοδώρου ἐπισκόπου Ἀλανίας ἠθικὰ,

(1) Nullam huius hominis notitiam scribit Allatius. Ego vero interim observo apud Lequinium or. chr. T. I. col. 1348, dici eum fuisse coaevum Germani II. patriarchae constantinopolitani, ideoque sub initio saeculi XIII. Observo insuper falli Cavaeum, qui in dissert. I. p. 19. scribit: *Theodorus Alaniae (urbs est, ni fallor, non longe a Byzantio posita.)* Atqui Alania provincia notissima est ultra Maeotim. A. M.

ἐν τμήμασι δέκα. *Theodori episcopi Alaniae ethicorum sectiones decem.* I. Sectionis P. Καὶ τοῦτό μοι τοῦ λόγου τὸ σύγγραμμα σῆς ἕνεκα κηδεμονίας ἐπινενόηται. II. Ἐν τούτοις μὲν δὴ τὴν ἡμετέραν σωουδὴν, ἥ τίς ποτε ἦν. III. Ἆρα σοι, ὦ οὗτος, τὰ νῦν λεγόμενα τοῖς πρότερον ἀκουσθεῖσιν ἔχει τί συγγενές. IV. Ἅμα μὲν, ὦ βέλτιστε, τῷ λόγῳ τούτῳ ἐσεβαλόμην. V. Ἃ μὲν δὴ ὁ πρῶτος εἶχε θεῖος σκοπὸς καὶ πρὸς ὃ τῆς δημιουργίας. VI. Ἐν τούτοις μὲν δὴ παρὰ τοῦ φυσικοῦ νόμου τὴν τοῦ βίου διεξαγωγήν. VII. Μικροῖς μὲν διαλόγοις τὴν πρὸς σὲ ὁμιλίαν οἶδα περαίνων. VIII. Ὅπως μὲν οὖν ὁ φυσικὸς νόμος νοερὸς τὸ πρότερον ἦν. IX. Ἀεὶ μὲν ἀνακινεῖν τὸν λόγον εἰς αὐτὰ δὴ πάλιν τὰ προλεχθέντα. X. Ἀλλ' ἐπειδὴ τῆς εὐαγγελικῆς περιωπῆς ἐντὸς ἐγενόμεθα.

Eiusdem λόγος ἐπιστολιμαῖος πρὸς τὸν Κωνσταντινουπόλεως, καὶ τοὺς ἐνδημοῦντας τῶν ἐπισκόπων, εἰ καὶ διὰ τὰ συμβάντα παρεκτέταται, καί τοι τὰ πλείω συκτέμνων· ἐπιγέγραπται δὲ, μετὰ τὴν χειροτονίαν ἡ Ἀλανικός. *Oratio per modum epistolae ad patriarcham constantinopolitanum, et alios advenas episcopos: quamquam propter rerum eventus longius protracta est, etsi maiorem rerum partem compendio decurtet. Inscribitur vero, post ordinationem, vel Alanicus* (1). P. Πῶς ἡμῖν ἂν ἔχοι τὰ τῆς ὁδοῦ, ἐκ πολλοῦ οἶδ' ὅτι καὶ πρότερον μαθεῖν ἐζητεῖτε.

Eiusdem λόγος σχεδιασθεὶς εἰς τὴν ταφὴν τοῦ σωτῆρος Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν. *Oratio ex imparato dicta in sepulturam servatoris Christi Dei nostri.* P. Ἀναβάλλεται μὲν ὁ Ἰησοῦς, καὶ φῶς ὡς ἱμάτιον, πηνίκα τοῖς μαθηταῖς ἀστράπτων ἐπὶ τοῦ ὄρους Θαβώρ.

Eiusdem Ματθαῖος, ἢ λόγος, *Matthaeus, sive oratio,* in septem sectiones distincta. I. P. Ὅτι μοι τὰ τῆς ἠθικῆς μελέτης εἰς τὸν εὐαγγελικὸν κατήντησε λόγον. II. Ὁ τέλειος ἀληθεύει ἂν, εἰ πρὸς τὸν μόνον ὁρᾴη τέλειον. III. Ταῦτα μὲν ἐπὶ τοῦ ὄρους ὁ Ἰησοῦς τοῖς μαθηταῖς διαλέγεται. IV. Ὁ μετὰ τοῦ λόγου συνάγειν τὰ διεσκεδασμένα λαβών. V. Ταῦτα μὲν δὴ κρυφιώτερα καὶ μυστικώτερα· νῦν δὲ ἀλλ' ἐξέρχεται ὁ λόγος ἐκ τούτων. VI. Ὁ λόγος εἰ τοῖς περὶ αὐτὸν ἐκφανθείη, οὐκ ἤδη καὶ πᾶσιν ἐκφαίνεσθαι βούλεται. VII. Ἐν πᾶσι μὲν οὖν τοῖς προλαβοῦσι διδάγμασι πρακτικήν τε ὁ λόγος εἶχεν. Et haec Theodori Alaniae indigna ratus, quae diu in tenebris delitescerent, doctissimus Vincentius Riccardius ex autographo exscripta latine reddidit, editurus in lucem aliquando, quod exoptare debemus omnes, qui antiquitatis optima monumenta, ne pereant, totis viribus incumbimus. Ex hoc Riccardii exemplari exscripta, ne in uno tantum exemplari res tanti momenti periclitaretur, in munificentissimi principis Barberini bibliotheca conservantur (2).

CXVI. Theodorus Prodromus, sive Ptochoprodromus, ita enim saepissime in manuscriptis exprimitur, christianis parentibus ortus, bonis piisque disciplinis instruitur. Ipse enim de se dicit:

Ὃς πατέρων μὲν ἐξέφυν θεοφρόνων,
Καὶ πίστιν ἔκ τε πραγμάτων πιστουμένων,
Καὶ κλήσεσι μάλιστα χριστωνυμίας·

(1) Hanc alanicam orationem, in manibus habeo (cum ceteris Theodori scriptis) et iam latina veste a me donatam editurus libenter sum propter historicam utilitatem. A. M.

(2) Vidi olim in bibliotheca barberina exemplar graecum Theodori Alaniae; sed latinam interpretationem Riccardii (si forte ea superest) non memini me videre. A. M.

Πάππου γὰρ εὐμοίρηκα προδρομωνύμου,
Καὶ θεῖον ἔσχον Χριστὸν ὠνομασμένον
Γῆς ῥωσικῆς πρόεδρον, ἀβρὸν ἐν λόγοις,
Ὑφ' οἷς ἀναχθεὶς εὐσεβῶς ἀνετράφην.

Quibusdam non placet illud εὐσεβῶς, quod errori Graecorum de Spiritu sancto videatur addictissimus. Ipse ad Baream:

Ὁ μὲν λόγος, νοῦ γέννα τοῦ παναιτίου,
Πανάγιος παῖς πατρὸς ἐκ παναγίου,
Τὸ πνεῦμα δὲ ἐκπόρευμα, καὶ πρόβλημα νοῦ.

Alibique dicit de eodem, παῖ πρὸς ἐκ μόνου. Quin immo singulari opusculo hoc idem contra Latinos defendit, ut infra videbimus. Praepositum nomini Theodoro adiunctum τοῦ κυροῦ, qui eius epigrammata ediderunt, *Cyri Theodori Prodromi*, interpretati sunt, nomen esse proprium arbitrati. Quos optime refellit Gilbertus Gaulminus in adnot. ad eundem Prodromum cap. 1. Est enim κυρὸς nuperis Graeciae scriptoribus loco κύριος, ut Latinis eodem saeculo *domnus* pro dominus: quod etiam potius κὺρ, vel κύρις, corruptius extulerunt, probatque eandem vocem sic perperam acceptam in omnibus linguis. Fuit variae eruditionis vir, scripsitque varia in omni genere scientiarum. Illius edita sunt epigrammata graeca cum aliis quibusdam, quae sunt: *argumenta, seu capita utriusque testamenti tetrastichis iambicis senariis, et heroicis, quae ubique iambicis eiusdem sententiae subnectuntur, non quidem in omnes libros, sed in Pentateuchum, Iosue, Iudices, et Reges. Item in quatuor evangelia, et acta apostolorum. Tetrasticha item iambica, et heroica, in tres sanctos hierarchas Gregorium, Chrysostomum, et Basilium. Elegi, quibus alloquitur Paulum apostolum. Pares ad Gregorium theologum, alii in magnum Basilium, alii in Gregorium nyssenum, alii in sanctum Nicolaum. Exilium amicitiae senariis scriptum. In providentiam. Versus expostulatorii in Baream, a quo temere nominatus fuerat haereticus. In imaginem vitae.* Basileae apud Bebelium anno 1536. Haec eadem omnia in manuscriptis italicis habentur et correctiora, et ampliora, quibus non nemo suffultus novam editionem non inglorie moliri posset. Habentur quoque manuscripta in bibliotheca regia Scoriaci. Illius epigrammata graeca Iohannes Ribissus in latinam linguam transtulit, et Genevae excudit Crispinus. Dialogus de amicitia iambicis trimetris scriptus, graece et latine interprete Conrado Gesnero editus est Basileae post Iohannis Stobaei sententias in fol. In his tamen quemadmodum et in reliquis aliis accuratior quantitatis syllabarum ratio desideratur.

Eiusdem dissertatio, qua veteris poëtae versiculum, quo paupertati sapientiam attribuebat, exagitat: nempe ἀνατροπὴ τοῦ, σοφίην πενίη ἔλαχεν. *Refutatio argumenti: pauperies sophiam nacta est*, ex regia bibliotheca deprompta, edita est graece et latine cum notis per Federicum Morellium Lutetiae in 8. An auctor huiusce dissertatiunculae idem sit cum κυρῷ Prodromo ἐποποιῷ, cuius piorum carminum ἐκλογαὶ de oraculis utriusque testamenti extant, incertum sibi esse nec satis compertum fatetur idem Morellius. Et eundem esse, fortasse aliquem collecturum, quod in exordio fateatur, se a pueris poëtas amore ac reverentia prosecutum, exemplo Platonis. At cur pius poëta oratorem agens sola profanorum scriptorum auctoritate crebro usus, sanctorum auctorum, quos digitis callebat et aure ne γρὺ quidem nominasset, hoc illi rem vertit in dubium. At sciat auctori contra profanos scriptores agenti, eosque exagitanti inopportunum visum fuisse ex sacris, quibus illi animum

non advertunt, refellere, et praecipue nulla eum compellente necessitate. Scripsit ut libuit. Attamen epopoeum et oratorem eundem esse probant plane, quae infra recensebimus illius opera; nec non omnes manuscripti codices, qui hanc dissertatiunculam inter alia eiusdem monumenta accensent.

Eiusdem *Rhodanthes et Dosiclis amorum libri IX.* graece, et latine, Gilberto Gaulmino interprete editi sunt Parisiis apud Fussanum de Bray 1625. in 8. Ita tamen interpretatur Gaulminus, ut non ea quae Prodromi sunt, sed sua et suo modo digesta comptaque reddat, addiditque in eundem adnotationum librum. Adnexuit eiusdem dialogum *amarantum*, sive *senilem amorem*, soluta oratione scriptum graece, et sua interpretatione latinum. Graeca amorum habuit ex bibliotheca palatina descripta manu Salmasii; quae deerant, curante senatore Peirescio, ex vaticano codice: septemque diebus, ut ipse tradit, latina fecit. Amarantum ex vaticana bibliotheca descriptum communicavit idem Peirescius. Et haec quidem edita sunt. Multo plura inedita sunt, quae suo ordine ut possumus, digeremus potissimum ex bibliothecis italicis. Et primum quidem soluta oratione complura scripsit. Quae ipse videre potui sunt. Ἐρωτήματα γραμματικὰ πρὸς τὴν σεβαστοκρατόρισσαν. *Erotemata grammatica ad sebastocratorissam.* P. Καθάπερ τὸ ἀνθρώπινον σῶμα, φιλολογωτάτη μοι βασιλίδων, ἀπὸ διαφόρων μερῶν. Hinc expungitur error in indice manuscripto bibliothecae regiae Scoriaci, ubi scribitur. Θεοδώρου τοῦ Προδρόμου ἐξήγησις εἰς τὴν γραμματικὴν τοῦ Μοσχοπούλου. *Theodori Prodromi explicatio in grammaticam Moschopuli.* Moschopulus enim multo recentior est. Nisi alius nobis recentior Theodorus Prodromus enascatur, vel Moschopolus Moschopulo Manuele antiquior. Παροιμίαι διάφοροι κατὰ ἀλφάβητον μετὰ τῆς ἑρμηνείας. *Proverbia varia alphabeti ordine digesta cum expositione.* P. Ἀβυδηνὸν ἐπιφόρημα τὸ ἀνδές. Ἐπιστολαὶ, *epistolae* I. Τῷ Ἐφόρῳ, *Ephoro.* P. Ἡμεῖς μὲν, ὀλβία μοι καὶ σοφωτάτη. II. Τῷ λογοθέτῃ κυρῷ Στεφάνῳ τῷ Μέλδῃ *. *Logothetae domno Stephano Meldae.* P. Εἶτα σύ μοι λέγε τὸν Ὑμηττόν. III. Τῷ ὀρφανοτρόφῳ καὶ νομοφύλακι εἰς τὴν καταισχοῦσαν λειμωξιν. *Orphanotropho, et nomophylaci de vexante eum canina fame.* P. Ἐκ κοιλίας ἅδου τοῦτο δὴ τὸ προφητευόμενον. IV. *Eidem.* P. Πότε ἥξω θαυμάσιε δέσποτα. V. *Eidem.* P. Τὴν χθὲς, θεοειδέστατε δέσποτα. VI. Τῷ μητροπολίτῃ Τραπεζοῦντος. *Trapezuntis metropolitae.* P. Τίς εἰμὶ καὶ τίνων, ἱερέ μου καὶ θειότατε. VII. Θεοδώρῳ *Theodoro.* P. Ὤφελον ἀδελφική μου καὶ φίλη ψυχή. VIII. *Eidem.* P. Τοῦτ' ἐκεῖνο, φίλε Θεόδωρε, κἀμοί σοι περιῆλθε. IX. *Lizici.* P. Οὐκ ἀγαθόν σε παῖδα. X. *Eidem.* P. Ὑπέφευ, Λίζιξ, ἐξ ὅσης ἡμᾶς. XI. *Mytae.* P. Φασὶν οἱ πεπειραμένοι, καὶ ἐγὼ πείθομαι. XII. *Eidem.* P. Τοῦτ' ἐκεῖνο γλῶσσα πνέουσα μένος ἀθηναίου πυρός. XIII. *Eidem.* P. Σὺ μὲν ἡμῖν τὰς παρυπάτας καὶ τὰς ὑπάτας (1).

Πρὸς Γρηγόριον μοναχὸν καὶ καθηγούμενον τῆς ἐπὶ Ὀξείᾳ νήσῳ σεβασμίας μονῆς τῶν Βουλγάρων, ὅτε ἦλθε πρὸς τὸ νησίον ὁ ἁγιώτατος ἡμῶν δεσπότης ἀπὸ τοῦ πατριαρχίου ἀρρωστήσας, καὶ παραιτησάμενος. *Ad Gregorium monachum et abbatem venerandi monasterii Bulgarorum, in Oxia insula siti, cum ad insulam venisset sanctissimus dominus noster ex patriarchio post morbum et abdicationem.* P. Οἵμοι θεσπέσιε καὶ σοφέ μου πάτερ.

* Laz. Μέλητι.

(1) Petrus Lazarus S. I. Edidit has nonnullasque alias Prodromi epistolas in Miscellaneis ex bibl. Coll. rom. T. I. p. 18-81, et T. II. p. 562-568. Idem in praef. docte disseruit de eodem Prodromo, et alia eius scripta multa recensuit, quae cum his apud Allatium conspirant; quamquam Allatius longe plura enumerat. A. M.

Orationes et alii tractatus. I. Εἰσιτήριος τῷ ὀρφανοτρόφῳ, καὶ νομοφύλακι, καὶ * τὴν τοῦ ὀρφανοτρόφου ἀξίαν λαμβάνοντι. *In orphanotrophi et nomophylacis ingressu oratio, cum nomophylacis dignitatem acciperet.* P. Πότερος ὦτερῳ σοι θειότατε δέσποτα τὸν εἰσιτήριον ᾄσομαι. II. Εἰς τὸν Καίσαρα ἢ ὑπὲρ πρασίνου. *Ad Caesarem pro prasini coloris factione.* P. Χρωμάτων πέρι καὶ φύσεως αὐτῶν, καὶ γενέσεως. III. Πρὸς τοὺς διὰ πενίαν βλασφημοῦντας τὴν πρόνοιαν. *Ad eos qui propter paupertatem adversus providentiam blasphemant.* P. Τιμολέων, ὁ Τιμοδήμου Κορινθίων πολίτης. IV. Ἀμαθὴς, ἢ παρ' ἑαυτῷ γραμματικός. *Imperitus, aut apud se ipsum grammaticus.* P. Μαρσύαν δὲ εἴ τις ἤρετο τὸν αὐλητήν. V. Φιλοπλάτων, ἢ σκυτοδέψης. *Amicus Platonis, sive Coriarius.* P. Εἶεν, ὦ ὦαῖ Ἀρίστωνος, καλὸς μὲν εἶ. VI. Δήμιος, ἢ ἰατρός. *Carnifex sive medicus.* P. Εἰ ἓν ἦν ἄνθρωπος οὐκ ἂν ἤλγεεν. VII. Βίων πράσις πολιτικῶν καὶ ποιητικῶν. *Venditio vitarum hominum politicorum et poëtarum.* P. Τὸν μὲν τόπον, ὦ Ἑρμῆ, καὶ τὰ βάθεια. VIII. Εἰς τὸν πατριάρχην Κωνσταντινουπόλεως Ἰωάννην. *In patriarcham constantinopolitanum Iohannem.* P. Πῶς ποτὲ ὑπονοίας ἔχειν περὶ ἐμέ. IX. Λόγος εἰς τὸν πορφυρογέννητον κυρὸν Ἰσαάκιον τὸν Κομνηνόν. *In porphyrogennetam domnum Isaacium Comnenum.* P. Οὐ φθάνω σοι τοῦ ἐγκωμίου καρποφορῶν τὸ προοίμιον. X. Ἐπιθαλάμιος τοῖς τοῦ εὐτυχεστάτου Καίσαρος υἱοῖς. *Epithalamium felicissimi Caesaris filiis.* P. Ἐδέησε καὶ τριχῶν αἰγείων τῇ πάλαι σκηνοπηγίᾳ. XI. Εὐχαριστήριος τῷ νομοφύλακι, πρωτεκδίκῳ καὶ ὀρφανοτρόφῳ κυρίῳ Ἀλεξίῳ τῷ Ἀριστηνῷ. *Gratiarum actio nomophylaci, protecdico, et orphanotropho domino Alexio Aristeno.* P. Εἶτα τραγῳδοὶ μὲν καὶ διθυραμβοποιοί. XII. Ὑπὲρ τῆς γλώττης τοῦ ὀρφανοτρόφου, καὶ νομοφύλακος Ἀλεξίου τοῦ Ἀριστηνοῦ. *De lingua orphanotrophi et nomophylacis Alexii Aristeni.* P. Ὑπὲρ τῆς τοῦ νομοφύλακος γλώσσης ὁ λόγος. XIII. Μονῳδία εἰς τὸν πορφυρογέννητον καὶ σεβαστοκράτορα Ἀνδρόνικον τὸν Κομνηνόν. *Monodia in porphyrogennetam et sebastocratorem Andronicum Comnenum.* P. Σκηναὶ καὶ γραφαὶ πενθήρεις. XIV. Μονῳδία εἰς σεβαστὸν καὶ λογοθέτην Γρηγόριον τὸν Καματηρόν. *Monodia in sebastum et logothetam Gregorium Camaterum.* P. Τίνι, ὦ παρόντες, ἐργασαίμην πρότερῳ τὴν μονῳδίαν. XV. Μονῳδία εἰς τὸν ἁγιοθεοδωρίτην Κωνσταντῖνον. *Monodia in sanctum a Deo datum Constantinum.* P. Εἰ τοὺς ἀγαθοὺς ἐφεῖται θρηνεῖν ἀπολιπόντας. XVI. Μονῳδία εἰς τὸν ἱερώτατον μητροπολίτην Τραπεζοῦντος κυρὸν Στέφανον τὸν Σκυλίτζην. *Monodia in sanctissimum metropolitam Trapezuntis domnum Stephanum Scylitzam.* P. Ἄρτι πρώτως ἠσθόμην φίλον ἀποβαλών.

Ἀπορίας ἀπὸ τῶν πέντε φωνῶν. Ξενόδημος ἢ φωναί. *Dubia ex quinque vocibus. Xenodemus sive voces.* P. Εἶεν, ὦ ὦαῖ Ἀριστάνδρου, Θεοκλέος δέ τινος φήμην.

Περὶ τοῦ μεγάλου, καὶ τοῦ μικροῦ, καὶ τοῦ πολλοῦ, καὶ τοῦ ὀλίγου, ὅτι οὐ τῶν πρός τι εἰσὶν, ἀλλὰ τοῦ ποσοῦ. *Magnum et parvum, multum et paucum non pertinere ad relationem, sed ad quantitatem.* P. Τίνι δὲ ἄλλῳ ἢ λόγῳ τὰ λογιζόμενα.

Παράφρασις εἰς τὰ ὕστερα τῶν ὑστέρων ἀναλυτικῶν τοῦ Ἀριστοτέλους. *Paraphrasis in posteriora analytica Aristotelis.* P. Οὔτε τῆς Ἀριστοτέλους μεγαλονοίας, οὔτε τῆς ἡμετέρας οὐθενείας. In bibliothecis regia Scoriaci, et imperatoria Vindobonae. In eadem regia habetur eiusdem *expositio in psalmos.*

Περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος κατὰ Λατίνων. *De processione*

* Laz. δὶς pro καί.

Spiritus sancti adversus Latinos. P. Φανερόν ἐστιν, ὅτι ὥσπερ ὁ υἱὸς, οὕτω καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον οἴεται ἐκ τοῦ πατρὸς μόνου ἔχειν.

Εἰς τὸ, καὶ αὐτὸς προελεύσεται ἐνώπιον αὐτοῦ ἐν πνεύματι καὶ δυνάμει Ἠλίου. *In illud, et ille praecedet ante eum in spiritu, et virtute Eliae.* P. Τὴν ἀπορίαν ἀρχὴν ὦ φιλότης εὐπορίας.

Ἐξήγησις εἰς τοὺς ἐν ταῖς ἱεραῖς δεσποτικαῖς ἑορταῖς ἐκτεθέντας κανόνας παρὰ τῶν ἁγίων, καὶ σοφῶν ποιητῶν Κοσμᾶ καὶ Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ. Προοίμιον εἰς τὸν Ὀρφανοτρόφον. *Expositio in canones sanctorum et sapientium poëtarum Cosmae, et Iohannis damasceni (quos illi composuerunt in sacras Domini nostri solemnitates.) Prooemium ad Orphanotrophum.* P. Ἔοικας ἄνθρωπε τοῦ θεοῦ πρὸς τὴν τῶν ἐν ταῖς δεσποτικαῖς καὶ δημοτελέσιν ἑορταῖς. Possevinus in paucissimis verbis variis erroribus lectorem imbuit: *Theodorus pauper explicuit interpretationem libri Iohannis damasceni qui octoëchus dicitur.* Theodorus iste pauper, non alius fuit a Prodromo. Nam iste pauperis etiam sibi veluti cognomen adnexuit: indeque factum πτωχοπρόδρομος, nempe *pauper Prodromus.* Et erat vere conditione miser ac pauper. Somnium merum est, *interpretatio libri Damasceni.* Nullum enim ille titulo *octoëchi* scripsit. Octoëchus, quem Prodromus explicaverit, quid monstrum sit, explicet Possevinus. Et octoëchum Iohannis opus, octoëchi nomine, quod nuspiam est, misere foedavit. Quare sententia ita corrigenda est. *Theodorus Ptochoprodromus interpretatus est Iohannis damasceni librum, qui octoëchus dicitur.* Sed id quoque falsum erit. Quamvis enim iste Prodromus scripserit interpretationem in canones Cosmae et Damasceni (1), quos illi in Domini nostri sollemnes dies festos concinnarunt, numquam tamen legi eundem Damasceni octoëchum interpretatum, quem fusissimo commentario Iohannes Zonaras explicavit. Cum reliqua peregerit Prodromus, potuit et hanc quoque interpretationem perficere; sed eam ad hunc usque diem nulla in bibliotheca signatam vidi. Utinam et haec quoque extaret! Huius expositionis meminit Eustathius thessalonicensis in prooemio suae expositionis cano nis Iohannis damasceni in Pentecosten (2). Εἰ καὶ ὁ ἀοίδιμος ἐν σοφοῖς Θεόδωρος ὁ Πρόδρομος αἰτιολογεῖ σεμνῶς αὐτὸ, κανόνας ἱεροὺς ἐξηγησάμενος. *Etsi inter sapientes clarissimi nominis Theodorus Prodromus huiusce gravem causam reddat, qui sacros canones exposuit.* In eam quoque respexit Nicephorus Blemmida oratione ad Iacobum Bulgariae archiepiscopum. Ἐν τούτοις ὁ ἐξηγούμενος, ὁ πολλοῖς θαυμαζόμενος, ὁ καὶ τῶν ἱερῶν κανόνων πρῶτος σαφηνιστὴς, τὸ ἐκλάμψαντα, φησὶ, τὴν ἄνω γέννησιν τοῦ υἱοῦ ἀπαθῆ παρίστησιν. *Ad haec interpres, qui multis in admiratione est, et qui sacros canonec primus exposuit:* ELUXIT, *inquit, supernam filii absque passione generationem denotat.* Habetur haec expositio manuscripta Scoriaci in bibliotheca regia, Romae in vaticana, barberina, altempsiana.

Carmine etiam tum politico, tum iambico, tum heroico praeter iam edita plurima lusit. Nos quae hîc adnotamus legimus, et sunt.

Εἰς γραμματικὸν Θεόδωρον τὸν Στυππιώτην. *In grammaticum Theodorum Styppiotam.* P. Ὦ βέλτιστε γραμματικῶν.

Εἰς τὸν μοναχὸν κυρὸν Ἰωαννίκιον. *In monachum domnum Iohannicium.* P. Οὐ μὰ σὲ κάρα φίλον· σὲ γάρ.

(1) Huius interpretationis specimen habes in nostro Spicilegio rom. T. V. p. 390. seqq. A. M.

(2) Hanc Eustathii egregiam expositionem in Damasceni hymnum pentecostalem edidimus graece nos in Spicil. rom. T. V. p. 161-383. Locus autem ab Allatio citatus, legitur apud nos p. 174. A. M.

Ἐπιτύμβιος εἰς τὸν κύριν Κωνσταντῖνον τὸν Καμύτζην. *Sepulchralis in dominum Constantinum Camytzem.* P. Τί τοὺς τύπους ἔστηκας ἱστορῶν ξένε.

Καὶὰ μακρογενείου, δοκοῦνλος εἶναι διὰ τοῦτο σοφοῦ. *Contra longibarbum, proptereaque sapientis speciem habentem.* P. Ἰατλαταιὰξ τῆς ἀδρᾶς γενειάδος.

Σχετλιαστικοὶ πρὸς τὴν πρόνοιαν. *Indignabundi in providentiam.* P. Οὐκ ἀγνοοῦμεν δημιουργέ μου λόγε.

Κατὰ φθονούντων. *Adversus invidos.* P. Οὐκ ἐστιν ἡμῖν ἰνὸς ἴχνος ἐν βίῳ.

Σχετλιασλικοὶ ἐπὶ τῇ ἀτιμίᾳ. *Indignabundi propter ignominiam.* P. Ἔρρετ' ἐμοῦ βιότοιο.

Κατὰ νόσου ἡρῶοι. *Contra morbum heroici.* P. Ἦν σε μέγα κρατεή.

Εἰς εἰκονισμένον βίον. *In vitam effigiatam.* P. Ἐμὲ τὸν βίον ἄνθρωπε δέξαι σου παραινέτην.

Αἴνιγμα εἰς τὴν νεφέλην. *Aenigma in nebulam.* P. Υἱέος ἡμετέρου με φιτύσσατο δία θυγάτηρ.

Ὑποθελικοὶ ἐπί τινι ἐκβρασθέντι τῆς θαλάσσης ἄχειρι νεκρῷ. *Monitorii de quodam e mari eiecto sine manibus mortuo.* P. Ξεῖνε τί νῦν με δέδορκας.

Συντακτήριοι τοῖς Βυζαντίοις. *Valedicentes Byzantinis.* P. Χαῖρε πόλις μεγαπυργε.

De horto. P. Ὁρᾷς θεατὰ τοῦ φυτῶνος τὴν χάριν.

Aliud. P. Ὁρῶν σε κῆπε.

Aliud. P. Ἄνθρωπε δεῦρο καὶ τρύγησον.

Aliud. P. Βαβαὶ πόσαις ὁ κῆπος.

Aliud. P. Τὴν καλλονὴν ἄνθρωπε τοῦ ῥόδου.

Ἐπὶ τῷ γάμῳ τοῦ υἱοῦ κυροῦ Νικηφόρου τοῦ Φορβηνοῦ, κυρῷ Ἀλεξίῳ. *In nuptias filii domni Nicephori Phorbeni, domno Alexio.* P. Ὡς εὐτυχὴς καὶ εὐκλεὴς ἡ σὴ νυμφαγωγία.

In easdem. P. Κατάθου σου τὸν θώρακα.

In easdem. P. Τίς εἶδε κῆπον ἀρετῶν.

In easdem. P. Τρισευτυχὴς, τρισεύδαιμον.

In easdem. P. Γάμοι, καὶ γάμων τελεταί.

Ὑποθελικοὶ εἰς Παυσανίαν ἀπολιθωθέντα διὰ τὸν θάνατον τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Πέτρου. *Monitorii in Pausaniam lapidem factum propter obitum filii sui Petri.* P. Πέτρος ἔω πέτρον.

De eodem argumento. P. Ὅς Νιόβην πολύδακρυν.

De eodem argumento. P. Παυσανίην ἡ λύπη.

Εἰς τάφον Ἀθανασίου ἡσυχαστοῦ ἐπιτιμητικοὶ τυμβωρύχοις. *In sepulturam Athanasii hesychastae, obiurgatorii adversus sepulchrorum effossores.* P. Ὁ τυμβορύκτης, ὁ σπαράκτης τῶν τάφων.

Τῷ ὀρφανοτρόφῳ, *orphanotropho.* P. Τί φὴς ὁ λαμπρόταλος ὀρφανοτρόφος.

Τῷ αὐτῷ ἡρῶοι. *Eidem heroici versus.* P. Μαρτύρεται ἠελοίο φύσις.

Ἐλεγεῖοι. *Elegiaci.* P. Εἴπερ ἐνὶ χθονίοις γέντο θεμιστοπόλος.

Ἀνακρεόντειοι. *Anacreontici.* P. Ἄγε μοι νοὸς γενάρχα.

Ἐπὶ τῷ υἱῷ τοῦ πανυπερσεβάστου κυροῦ Νικηφόρου τοῦ Φορβηνοῦ, κυρῷ Ἀλεξίῳ. *De filio panypersebasti domni Nicephori Phorbeni, domno Alexio.* P. Τίς οἶδε κῆπον ἀρετῶν; ἐλθέτω, νῦν ἰδέτω.

Εἰς τοὺς παῖδας τοῦ πορφυρογεννήτου, καὶ σεβασλοκράτορος Ἰσαακίου, ὡς

ἀπόντος τοῦ βασιλέως. *In filios porphyrogennetae et sebastocratoris Isaacii, tamquam si abesset imperator.* P. Ὦ ζεῦγος υἱῶν φιλτάτων.

Πρόγραμμα εἰς κοντάκιον ἔχον σχέδη τοῦ κυροῦ Ἰωαννικίου. *Programma in contacium habens schedas domni Iohannicii.* P. Ἥρως Ἰωαννίκιε, Ἰωαννίκιε ἥρως.

Τῷ λογοθέτῃ κυρῷ Στεφάνῳ τῷ Μέλδῃ, ἀπολογητικοὶ ἐπὶ τῇ ὑπερημερίᾳ τῆς εἰς αὐτὸν ἐλεύσεως. *Ad logothetam domnum Stephanum Meldem, responsorii ob dilationem ultra praestitutum diem ad ipsum adventus.* P. Σῶτερ ἐμὲ στεφάνωμα.

Εἰς τὴν σοφωτάτην πορφυρογέννητον καισάρισσαν κυρὰν Ἄνναν τὴν Δούκαιναν περὶ τῶν ἑαυτῆς. *In sapientissimam porphyrogennetam Caesarissam domnam Annam Ducaenam de rebus suis.* P. Κλῦθι τριὰς μέγ' ἄνασσα.

Εἰς τὴν βασίλισσαν κυρὰν Εἰρήνην τὴν Δούκαιναν ἐπὶ τῷ θανάτῳ τοῦ σεβαστοκράτορος υἱοῦ αὐτῆς. Ἡρῶοι. *In imperatricem domnam Irenem Ducaenam in morte sebastocratoris filii. Heroici.* P. Ὡς ὄφελον βασίλεια.

Ἐπιτάφιοι τῇ μακαρίτιδι βασιλίσσῃ Ῥωμαίων Εἰρήνῃ, ὡς ἀποκειμένης. *Sepulchrales in bonae memoriae imperatricem Romanorum Irenem. Defuncta loquitur.* P. Εἴ τις νόμος δίδωσι καὶ νεκροῖς λέγειν.

Εἰς τὴν στεφηφορίαν Ἀλεξίου τοῦ Κόμνηνοῦ (1). *In coronationem Alexii Comneni.* P. Ἥλιε Ῥώμης.

Ὕμνος τῷ βασιλεῖ κυρῷ Ἰωάννῃ ἐπὶ τῇ Χριστοῦ γεννήσει. *Hymnus imperatori domno Iohanni Comneno in die natali Christi.* P. Πάλιν γενέθλιον Χριστοῦ, καὶ νίκη βασιλέως.

Aliud. P. Εὐχαριστῶ μου τῷ Θεῷ.

Aliud. P. Ἀφ' οὗ θεός σοι βασιλεῦ.

Ὕμνος τῷ βασιλεῖ κυρῷ Ἰωάννῃ τῷ Κομνηνῷ ἐπὶ τῇ βαπτίσει Χριστοῦ. *Hymnus imperatori domno Iohanni Comneno in die baptismi Christi.* P. Ἰδοὺ διπλὴ πανήγυρις.

Aliud. P. Ἐβάπτισάς με βασιλεῦ τὴν νέαν δούλην Ῥώμην.

Aliud. P. Φωτίζου πόλις Ῥωμαΐς.

Εἰς τὸν αὐτοκράτορα κυρὸν Ἰωάννην στρατεύοντα καὶ πάλιν κατὰ Περσῶν (2) εὐκταίως ληφθέντες ἀπὸ τῶν προφητῶν δεκάστιχοι. *In imperatorem domnum Iohannem rursus in Persas expeditionem parantem, ex prophetis sumpta decasticha, quibus bona precatur.* P. Ὁρῶν παρατάττομενον κατὰ Περσῶν καὶ πάλιν.

Δωδεκάστιχα πολιτικὰ εἰς τὸν αὐτοκράτορα κυρὸν Ἰωάννην τὸν Κομνηνὸν, ἔτι ὄντα ἐν τῇ Κασταμόνι. *Dodecasticha politica in imperatorem domnum Iohannem Comnenum adhuc Castamone commorantem.* P. Καλά σου τὰ προοίμια τοῦ κράτους μονοκράτωρ.

Ἔκφρασις διὰ στίχων ἡρωικῶν τῆς ἐπὶ τῇ ἁλώσει τῆς Κασταμόνος προελεύσεως τοῦ κυροῦ Ἰωάννου τοῦ Κομνηνοῦ. *Ecphrasis carminibus heroicis de processu domni Iohannis Comneni post debellatam Castamonem.* P. Θυμὲ μάχας μὲν ἔα.

Εἰς τὴν ἐπὶ τῇ ἁλώσει τῆς Κασταμόνος ἐπινίκιον πρόοδον τοῦ κυροῦ Ἰωάννου τοῦ Κομνηνοῦ δεκάστιχα πολιτικὰ τοῖς δήμοις. *In progressu domni Iohannis Comneni post debellatam Castamonem decasticha politica populis.* P. Ἀπὸ προδρόμου πρόδρομος, οἰκέτης ἀπ' οἰκέτου.

(1) Ephraemius chronographus a nobis editus v. 3491. de Alexio: ὃς καὶ τιτανίωτο παρ' ἀρχιθύτου. A. M.

(2) Huius imperatoris egregia facinora ac bella copiose enumerat supradictus Ephraemius chronographus. A. M.

Ὡς ἀπὸ πόλεως δεκάστιχα παρακλητικὰ τῷ αὐτοκράτορι ἐπὶ τῷ καθίσαι ἐφ' ἅρματος. *Veluti ab urbe decasticha exhortatoria ad imperatorem, ut ascenderet currum.* P. Ἕκαστον ἔτος βασιλεῦ.

Aliud. P. Εἰ κατ' ἔτος βασιλεῦ τοῦ κράτους σου.

Τῷ βασιλεῖ κυρῷ Ἰωάννῃ τῷ Κομνηνῷ ἐπὶ τῇ ἁλώσει τῆς Κασταμόνος. *Imperatori domno Iohanni Comneno ob debellatam Castamonem.* P. Ἦν ὅτ' ἄναξ μεγάθυμε.

Κυρῷ Ἰωάννῃ τῷ Κομνηνῷ ἐπὶ τῇ δευτέρᾳ Κασταμόνος ἁλώσει (1), καὶ Γάγγρας. *Domno Iohanni Comneno post secundam expugnationem Castamonis et Gangrae.* P. Καὶ τάδε σου μεγάλαθλε.

Τῷ αὐτοκράτορι τῷ ἐκ Περσῶν νικητικῶς ἐπανήκοντι. *Imperatori cum ex Persis victor rediret.* P. Πάλιν ἀγὼν τοῖς ῥήτορσιν.

Εἰς γάμον βασιλικὸν παιᾶνες τοῦ δήμου. *In nuptias imperatoris paeanes populi.* P. Σκίρτα καὶ πάλιν Βυζαντίς.

Εἰς ἕτερον γάμον βασιλικὸν παιᾶνες τοῖς δήμοις. *In alias nuptias imperatoris paeanes populis.* P. Καὶ πάλιν μὲν ἐπιδημῶν ἡμῖν ἀπὸ τῆς μάχης.

Τῷ αὐτοκράτορι Ἰωάννῃ τῷ Κομνηνῷ. *Imperatori Iohanni Comneno.* P. Πολλοὶ τῶν λατρευόντων.

Τῷ αὐτοκράτορι ἐξερχομένῳ κατὰ Περσῶν τὸ δέκατον. *Imperatori decima vice bellum Persis inferenti.* P. Βάρβαροι σκυθρωπήσατε.

Alii. P. Ὦ βασιλεῦ ἀήττητε.

Εἰσιτήριοι ἐπὶ τῇ νυμφευθείσῃ ἐξ Ἀλαμανῶν τῷ πορφυρογεννήτῳ κυρῷ Μανουὴλ καὶ σεβαστοκράτορι (2). *In ingressu sponsae ex Alamannorum gente ad porphyrogennetam domnum Manuelem et sebastocratorem.* P. Οὐκ ἔστιν, οὐδὲ γέγονεν ἄλλος αὐτοκρατόρων.

Ἱλαστήριοι εἰς τὸν Χριστὸν ὡς ἀπὸ βασιλέως. *Propitiatorii ad Christum. Imperator loquitur.* P. Κοίρανε παμμεδέων.

Aliud. P. Ὡς εὖγε τῶν σῶν δωρεῶν παντοκράτορ.

Ἐπιτάφιοι τῷ πορφυρογεννήτῳ καὶ βασιλεῖ κυρῷ Ἰωάννῃ τῷ Κομνηνῷ, ὡς ἀπὸ τοῦ κειμένου. *Sepulchrales in porphyrogennetam et imperatorem domnum Iohannem Comnenum. Defunctus loquitur.* P. Ὀφρὺς βροτῶν, καὶ τύφος ἀρχικοῦ κράτους.

Πρόγραμμα εἰς τὸν αὐτὸν, τάφον ἡρωικόν. *Programma in idem sepulchrum, heroicum.* P. Τίπτε με ἀμφάφαας.

Iambicum. P. Ζητεῖς με τὸν κρυβέντα χοῦν ὧδε ξένε.

Εἰς τὸν τάφον τοῦ αὐτοκράτορος Ἰωάννου τοῦ Κομνηνοῦ. *In sepulchrum imperatoris Iohannis Comneni.* P. Ὁρᾷς θεατὰ τὴν προκειμένην πλάκα.

Νουθετικοί. *Admonitorii.* P. Ἔχε πρὸ πάντων τοῦ θεοῦ φόβον ξένε.

Προσφωνητήριοι εἰς τὸν μέγαν ἀπόστολον Παῦλον. *Allocutorii in magnum apostolum Paulum.* P. Παῦλον ἀειδώμεσθα θεοῦ στόμα.

Pares in Gregorium theologum. P. Θεολογίης μέγα κράτος ἀείσομαι.

Pares in sanctum Basilium. P. Καππαδοκῶν Βασίλειον ἀείσομαι.

(1) Ephraemius v. 3887. et 3912. A. M.

(2) Ephraemius in Manuele Comneno v. 4121. Ὃς καὶ συνήφθη πρὸς γάμου κοινωνίαν. — Ἐξ Ἀλαμανῶν εὐγενεστάτη κόρη — Ταῖς ἀρετῶν χάρισιν ὡραϊσμένη — Οὐχ ἧττον ἢ σώματος ὥρᾳ καὶ πλάσει. A. M.

Pares in sanctum Iohannem chrysostomum. P. Χρυσολόγον μετὰ τοῖσι λιγαίνομαι.

Pares in Gregorium nyssenum. P. Γρηγόριον μετέπειτα κασίγνητον.

Pares in sanctum Nicolaum. P. Οἶκτον ἀτὰρ μετέπειτα λιγαίνομαι.

Εἰς τὸν ἅγιον Πέτρον σταυρούμενον. *De sancto Petro cruci affixo.* P. Τῷ δεσπότῃ μὲν ἦσαν οἱ πόδες κάτω.

Εἰς τὴν κοινωνίαν. *In communionem.* P. Σὺ τῇ τραπέζῃ τῶν θεοῦ μυστηρίων.

Εἰς τὴν σταύρωσιν, ἡρῷοι. *In crucifixionem, heroici.* P. Μὴ σύ γε ἀγριόθυμε.

Μονόστιχα εἰς τὰ τέλη τῶν ἑκάστης ἡμέρας μνημονευομένων ἐν ὅλῳ τῷ ἔτει ἁγίων, συνεκφωνουμένου καὶ τοῦ ἐπωνύμου τοῦ ποιητοῦ τοῖς ἐν ἑκάστῳ μηνὶ ἀρχτικοῖς τῶν πρώτων στίχων στοιχείοις. *Monosticha in sanctos, qui singulis diebus per totum annum commemorantur, expresso nomine et cognomine auctoris in cuiuslibet mensis primorum versuum initialibus litteris.* P. Τὸν Συμεώνην ἐκ στύλου πόλος φέρει. Leguntur tandem Theodori Ptochoprodromi carmina politica ad Emmanuelem Comnenum porphyrogennetam in mores monachorum sui temporis, non sine sale et acumine. P. Τολμήσας ἀναφέρω σοι τὸ κράτος δέσποτά μου. In quibus se professione monachum fuisse fatetur.

Ὅμως ἐκεῖνοι γράφουσι σοφῶς καὶ κατὰ λόγον,
Ὥσπερ σοφοὶ καὶ ῥήτορες· ἐγὼ δ' οὐχ οὕτως γράφω.
Καὶ γὰρ ἀγράμματός εἰμι καὶ νέος ῥακενδύτης,
Καὶ μοναχὸς τῶν εὐτελῶν τῶν μηδὲν κεκτημένων.

Ni quis hunc diversum esse a superiore aútumaverit. Et haec quidem cum nonnullis aliis poëmatibus minoris momenti videre contigit. Extant etiam in bavarica Monachii cod. 66. *Theodori Prodromi versus aliquot.* Et in regia sancti Laurentii. *Theodori Prodromi explanatio grammatices Moschopuli,* de qua nos supra. *In canones Cosmae, et Iohannis. In libros posteriorum Aristotelis. In psalmos. Versus aliqui* (1) *in novum, et vetus testamentum. In sacram missam, et in Electram Euripidis.* De postremis duobus, qui legent, verum iudicabunt. Iohannes Meursius in notis ad Constantinum porphyrogennetam de administrando imperio cap. 51. laudat Theodori Prodromi *lexicon;* et librum *de accentibus,* in glossario voc. λίγνον. Sed ut verum fatear, heroica illius inficetissima sunt, οὐδ' ἔθυσαν χάρισιν. Multa etiam non sine stomacho leges. Et fere syllabarum ratio nulla est. Adeo invita Minerva illa scripsit! Iambica, et politica non infeliciter producuntur: et si pauca excipias, inter poëtarum non infimi nominis carmina accenseri possent. Habent enim acumen, et orationem ingrate non ferres. Idque ut plane diiudices apponam hic nonnulla illius adhuc inedita.

Εἰς ταῦλαν.

Ἐκ παιδιᾶς, ἄριστε, τῆς ἐκ τῶν κύβων
Προσθεὶς ἐναργὲς εἰκόνισμα καὶ τύπον
Τοῦ πανστρόφου τε καὶ πολυστρόφου βίου,
Ἢ μᾶλλον εἰπεῖν ζωγραφήσας τὸν βίον
Ἀντυκρυς ὄντα παιδιᾶς μηδὲν πλέον (2).

(1) In vaticana quidem bibliotheca non aliqui sed plurimi mihi occurrebant Prodromi versus de novo ac vetere testamento. A. M.

(2) Exin Allatius ponit ex Prodromo 1. disticha aliquot εἰς δάκτυλον ἔχοντα σφραγίδα ἐρῶντας δύο etc. Item longum carmen κατὰ φιλοπόρνου γραός, lycambeo odio plenum, quae nos omittenda censuimus. Nam gravioris utiliorisque argumenti carmina Prodromi postea proferemus. A. M.

CXVII. Aequalis Theodoro Prodromo fuit alter Theodorus Styppiota grammaticus. An aliquid scripserit, incertum mihi est. Leguntur tamen in eum carmina eiusdem Prodromi.

CXVIII. Theodori chartophylacis et nomophylacis ecclesiae constantinopolitanae legitur pusillum admodum ἀποσπασμάτιον περὶ τῆς τεσσαρακονθημέρου νησ͡τείας. *De quadragesimali ieiunio.* P. Ἡ τεσσαρακονθήμερος νησ͡τεία τοῦ πάσχα πρῶτα μὲν παρεδόθη.

CXIX. Theodorus Scutariota levita cyzicenus, in cuius manus, post obitum Michaëlis Choniatae Atheniensium praesulis, Nicetae Choniatae thesaurus orthodoxiae pervenerat, aliquam in eo exscribendo, cum dicti Michaëlis in Nicetam fratrem monodia operam impendit, namque duos ultimos libros, et Michaëlis monodiam ipse transcripsit, ut ex appendice ad indicem libri XXV. collegit Petrus Morellius in epistola de vita Choniatae. Scripsit in quaedam loca Nicetae scholia, in quibus sui quoque exilii in urbe Lampsaco meminit lib. IV. *Quemadmodum ipse tum perspexi, cum in horum librorum lectionem frequens incidissem, quo tempore apud hellespontiacam Lampsacum exulabam, quia scilicet apostolorum patrumque traditionibus primas deferrem, et ex illarum praescripto res ecclesiasticas componendas et restituendas esse dicerem, potius quam pro haereticae ataxiae seu confusionis libidine.* Huius putant aliqui scriptum esse: *de vita sancti Pauli*, εἰς τὸν βίον τοῦ ἁγίου Παύλου τοῦ ἀποσ͡τόλου. P. Παῦλος ὁ ἀπόσ͡τολος ἑβραῖος μὲν ἦν τὸ γένος, licet codices videantur praeseferre Θεοδωρίτου Σκουταριώτου εἰς τὸν βίον κ. τ. λ. *Theodoriti Scutariotae de vita* etc.

CXX. Theodorus coetonita (id est cubicularius) et imperialis notarius, nepos metropolitae Euchaitarum Iohannis, scripsit *officium in patruum Iohannem.* P. Ἔδειξας ἣν ἔμελες. *Canonis acrostichis:* ὁ παῖς, ὁ δοῦλος, ὁ προσήκων σοι τάδε. P. Ὁ πλαστουργήσας ἐπ' ἔργοις. Habebatur in bibliotheca palatina.

CXXI. His iisdem temporibus vivebat Theodorus scriptor, qui inter alia Gregorii quoque nazianzeni orationes exscripsit, quae sunt in vaticana num. 1592. Codici subiunxit carmina.

Θεωριῶν ἄβυσσος οὐ κενουμένη,
Λόγων ἀνεξάντλητος ἐνθέων χάρις,
Οὓς γρήγορος νοῦς ἐξετόξευσε πάλαι,
Ὧδε πρόκεινται πᾶσι πιστοῖς εἰκότως.
Τοίνυν τρυγάτω ταῦτα πᾶς τις ἐμπόνως,
Ὡς ἂν γλυκανθῇ νοῦν τε καὶ τὴν καρδίαν.

Ἄλλο.

Θείων ἀποῤῥὼξ χειλέων Γρηγορίου
Ὃς κλῆσιν ἐπλούτησε τοὺς θείους λόγους,
Ἐνταῦθα βλύζει καὶ κατάρδει τὰς φρένας.
Πρόσελθε τοίνυν πᾶς τις, ἄφθονον χάριν
Λαβεῖν ἐπείγου, καὶ καθάρθητι φρένας,
Τὸν νοῦν ἐρευνῶν, καὶ θεωριῶν βάθος,
Καὶ μὴ παρέργως τοὺς λόγους παρατρέχων.
Σπεύδων γὰρ οὕτω καὶ γραφεὺς τοῦ βιβλίου
Ζέοντι καὶ νῷ, καὶ πόθῳ θείους λόγους
Αὐτοῦ συνῆψε προσφυῶς, ἀλλ' ἐν κόπῳ

Τούτους χαράξας αὐτὸς αὐτοχειρία.
Ἀλλ' ἐγγραφείη σου λιταῖς θεηγόρε
Βίβλῳ δικαίων σὸς Θεόδωρος λάτρις.

Ἄλλο.

Μέλι γλυκάζον καὶ φρένας καὶ καρδίας
Σοφῆς μελίσσης τοῦ πυριπνόου νόου
Προὔθηκα τήνδε φιλτάτην πανδαισίαν,
Ἧς πᾶς μετασχὼν, καὶ γλυκανθεὶς τὴν φρένα
Ψυχῆς τὸ λοιπὸν ἐξεμεῖ τὴν πικρίαν.

CXXII. Adnectatur cum scriptore hoc Theodoro alius eiusdem nominis et professionis Theodorus lector hagiopetrita, qui sub Michaële Palaeologo exscripsit in quatuor evangelia expositionem Theophylacti, ut ipse in fine codicis 644. vaticani adnotavit. Ἐτελειώθη τὸ παρὸν θεῖον καὶ ἱερὸν εὐαγγέλιον μετὰ καὶ τὴν ἐξήγησιν τοῦ μακαριωτάτου πατρὸς ἡμῶν κυροῦ Θεοφυλάκτου ἀρχιεπισκόπου Βουλγαρίας, διὰ χειρὸς ἐμοῦ τοῦ ἁμαρτωλοῦ, τάχα δὴ καὶ χαλκογράφου, καὶ κατὰ ἀνάγκης ἀναγνώστου Θεοδώρου τοῦ ἁγιοπετρίτου, διὰ συνδρομῆς δὲ καὶ πόθου πολλοῦ τοῦ τιμιωτάτου πατρὸς ἡμῶν κυροῦ Κυρίλλου τοῦ Κατανέγκη· καὶ οἱ τοῦτο ἀναγινώσκοντες εὔχεσθε ὑπὲρ τοῦ πόθῳ πολλῷ κτησαμένου, κἀμοὶ τῷ γράψαντι λύσιν πολλῶν ἁμαρτημάτων. Ἐγράφη ἔτει ,ϛψϞή, ἐπὶ βασιλείας κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ παλαιολόγου. *Absolutum est hoc sacrum divinumque evangelium, cui addita est expositio beatissimi patris nostri domni Theophylacti archiepiscopi Bulgariae, manu mei peccatoris et chalcographi, et compellente necessitate lectoris, Theodori hagiopetritae, sumptu et diligentia multa maxime honorandi patris nostri domni Cyrilli Catanengae. Qui hoc legitis, orate pro eo, qui id multo studio sibi comparavit, et pro me qui exscripsi, ut multorum peccatorum absolutionem consequar. Scriptum est anno sexmillesimo septingentesimo octogesimo octavo* (*Christi* 1280) *imperante domno Manuele Palaeologo.*

CXXIII. Adde et tertium, si placet, Theodorum clericum siculum, qui exscripsit evangeliorum concordiam cum expositionibus inter vaticanos codices, ut idemmet notat in fine. Ἐγράφη αὕτη ἡ βίβλος διὰ χειρὸς Θεοδώρου κληρικοῦ σικελιώτου, κατ' ἐπίτροπὴν Νικολάου κτήτορος ταύτης, ἐν ἔτει ἀπὸ κτίσεως κόσμου ,ϛφμέ', ἰνδικτιῶνος πέμπτης, κύκλου σελήνης Θ', κύκλου ἡλίου κά· καὶ ἐπληρώθη μηνὶ ἰαννουαρίῳ τὸν αὐτὸν χρόνον ἡμέρᾳ σαββάτου, ὥρᾳ τρίτῃ. *Scriptus est hic liber manu Theodori clerici siculi, monitu Nicolai episcopi illius possessoris, anno a mundo creato* 6545. (*Christi* 1037.) *indictione quinta, cyclo lunari nono, cyclo solari vigesimo primo. Et absolutus est mense ianuario eiusdem anni, die sabbati, hora tertia.*

CXXIV. Theodori presbyteri et syncelli magnae ecclesiae legitur adhuc in bibliothecis italicis, λόγος διαλαμβάνων τὸν χρόνον, καθ' ὃν ἡ τῆς θεομήτορος ἐσθὴς τῇ βασιλίδι τῶν πόλεων ἐπεδήμησεν. *Oratio denotans tempus, quo Dei matris vestis in hanc regiam urbem commigravit.* P. Θεῖα τινὰ καὶ μεγάλα μυστήρια, θεοῦ φιλανθρωπίας γνωρίσματα. Ait Possevinus in apparatu, eam quoque extare in vaticana, et in bibliotheca serenissimi ducis Bavariae, et legitur in codice 63.

CXXV. Theodorus smyrnaeus curopalates scripsit *de processione Spiritus sancti, et de azymo contra Latinos.* Eius argumenta de processione inseruit in suum thesaurum Nicetas choniata, ἐκ τοῦ περὶ ἀζύμου, καὶ πνεύματος λόγου τοῦ κουροπα-

λάτου Θεοδώρου τοῦ σμυρναίου. *Ex oratione de azymis et Spiritu sancto, curopalatae Theodori smyrnaei.* P. Ἀλλὰ γὰρ λεπτέον δή τινας ὑποθέσεις, ἐφ' αἷς ὁμολογουμέναις.

CXXVI. Theodori Pediasimi *oratio encomiastica in sanctum Iosephum hymnorum scriptorem* (1), dicitur extare in bibliotheca veneta scamno 18. num. 18.

CXXVII. Theodorus Metochita, magnus logotheta ab Andronico seniore factus. Codinus cap. 2. Τὸν οὖν Θεόδωρον τὸν Μετοχίτην λογοθέτην ὄντα τοῦ γενικοῦ ὁ βασιλεὺς Ἀνδρόνικος τῶν Παλαιολόγων ὁ πρῶτος τιμήσας μέγαν λογοθέτην πεποίηκεν, ὃς καὶ ἦν ὑπερέχων τοῦ μεγάλου στρατοπεδάρχου, ὑπὸ τὸν πρωτοστράτορα δέ. *Theodorum igitur Metochitam aerarii publici logothetam, cum imperator Andronicus ex Palaeologis hoc nomine primus, honorare constituisset, magnum logothetam fecit, qui et superior magno stratopedarcha erat, sed non protostratore.* Scripsit plurima. Gregoras: ἔξεστι δὲ καὶ πᾶσι τοῖς βουλομένοις τεκμηριοῦσθαι τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἐν τοῖς λόγοις δύναμιν, ἐξ ὧν συντετάχει πολλῶν τε καὶ πολλῆς καὶ ποικίλης ὠφελείας βιβλίων. *Omnibus autem in promptu est, viri illius vim in dicendo coniicere ex iis, quae ipse composuit voluminibus, multis equidem, et multa ac varia utilitate refertis.* Inter alia vero compendium historiae romanae ab Iulio Caesare ad Constantinum magnum. Editum est graece et latine cum interpretatione Iohannis Meursii et notis, in 4, Lugduni Batavorum apud Iustum Colsterum an. 1618. De quo auctore Meursius: *et nunc etiam testem profero Theodorum Metochitem, virum doctrina et dignitate apud imperatorem suum, cum fortuna benignior esset, pariter maximum. Historia eius est, quam exhibeo, Caesares omnes Romanorum a Iulio ad Constantinum magnum repraesentans. Breviter tantum illos perstringit, ut videatur introductionem potius istam esse voluisse ad alterum opus valde egregium de constantinopolitanis imperatoribus, quod a Constantino magno inchoatum ad Iohannem Comnenum deduxit, qui imperium suscepit anno Christi CIↃCXVIII. Verumtamen ut brevitatem compensaret, theologica etiam multa per digressionem inseruit de nato et passo Servatore, quaeque circa rem utramque a theologis antiquis graecis observata; ubi quantum etiam in theologia profecisset, sat ostendit.* De ingenio illius, doctrina, memoria, et aliis corporis dotibus Gregoras multa hist. lib. VII. et VIII. quantum in astrologicis excelleret. Καὶ ἀστρονομικὴν ἐπιστήμην μόνος κατὰ τούσδε τοὺς χρόνους εἰδὼς εἰς τὸ ἀκρότατον. *Et astronomicam scientiam solus hisce temporibus summe callebat.* Quod nec tacuit Iohannes Cantacuzenus lib. I. cap. 11. *Id ipsum et magnus logotheta Metochites praestitit, qui tunc domum imperatoriam, sive aulam, regebat; vir alioqui sollers et non christianis modo, sed externis etiam litteris politissimus. Etenim cum astronomiae principia a quodam Bryennio minuta et imperfecta accepisset, ipse in eo studio accuratissima diligentia sua tantos processus fecit, ut deinde quoque permulti in eadem scientia ipso praeceptore progressus eximios adepti sint.* De hac porro Theodori historia audiendus est Vincentius Riccardius in notis ad comment. in cantica Canticorum Matthaei Cantacuzeni (2) pag. 130. *Verum cum haec ipsa scriberem reperi ementitum Metochitae nomen, historiamque illam suppositititium partum esse. Liber iste non Theodori Metochitae est, sed liber tertius annalium Glycae, eisdem con-*

(1) Iosephi melodi partes sunt in codice vat., unde nos olim S. Sophronii triodium sumpsimus. A. M.

(2) Etiam ex eius commentario inedito in Sapientiae librum particulas nos protulimus in hac Bibl. T. V. in adn. A. M.

ceptis verbis, scriptoris tantum immutato nomine. Nec potui non mirari virum eruditissimum Iohannem Meursium id non animadvertisse, praesertim cum in notis suis ad Theodorum Metochitam saepissime ipsum Glycam afferat. Glycas enim in interpretatione Leunclavii part. 3. *sic incipit.* Res romanae a consulibus administratae sunt CCCLXIV. annis usque ad Iulium Caesarem etc. *Methochita autem in versione Meursii.* Res romanae antea per consules administrabantur annis CCCLXIV. ad tempora usque Iulii Caesaris etc. *Claudit Glycas tertiam annalium partem hisce verbis:* Galerius Maximianus divino iudicio vulnus in genitalibus membris accepisse fertur propter singularem lasciviam. Itaque pediculis scatens, foetidam animam exhalavit. *Metochita vero:* at Galerius Maximianus iusto sane Dei iudicio accepto in membris genitalibus propter summam illam libidinem, qua flagrabat, vulnere quodam, foetidam animam pediculis scatens exhalavit. *Eadem itaque historia eisdem verbis graecis est, a diversis interpretibus latine reddita.* Et fortasse reliqua quae apud eundem Meursium sunt Metochitae historica, eiusdem Glycae fuerint, idque magis suspicor, quod tradat Meursius in illis multa theologica esse inserta, quod sollemne fuit Glycae. Sed de his certius, qui viderint.

In bibliotheca Meursii extabant eiusdem *historiae sacrae libri duo, et constantinopolitanae historiae liber unus,* qui ait in notis: *historiam romanam ego nunc edo, consecutus beneficio Andreae Schotti viri egregii: habeoque in bibliotheca adhuc mea historiae sacrae libros duos, constantinopolitanae unum, quos omnes otium maius nactus, aliquando publici quoque iuris faciam volente Deo.*

Paraphrasim illius in physicos Aristotelis libros latine vertit Gentianus Hervetus, et excusa est latine Parisiis, et Basileae in 4. anno 1550.

Eiusdem *centum et viginti capita philosophica et historica* superesse in bibliotheca quae est Augustae Vindelicorum; alia quoque eaque *philosophica* delitescere in bibliothecis Germaniae, tradit Vossius de historicis graecis lib. II. cap. 28. Legitur praeterea in bibliotheca bavarica cod. 140. *Theodori Metochitae magni logothetae physica, idest commentarii in libros Aristotelis de physico auditu, de anima, de caelo, de ortu et interitu, tomus primus.* Cod. 142. *Theodori Metochitae physices tomus secundus, complectens commentarios in tertium de anima, in parva naturalia, in libros de incessu, partibus et generatione animalium, in meteora, in librum de sensu et sensibili.* Et cod. 141. *Theodori Metochitae magni logothetae de philosophis et philosophia capita CXX.* Et cod. 160. *Theodori Metochitae astronomicae introductionis epitome.* Gesnerus. *Metochitae physica graeca, sive commentarii in Aristotelis libros de auscultatione naturali, usque ad librum de memoria, in uno volumine, a libro de memoria usque ad librum de sensu, in bibliotheca Didaci Hurtadi Caesaris oratoris apud Venetos. Gnomicae semeioses, idest sententiosae observationes. Ibidem. Eiusdem mathematica, et commentarii in magnam compositionem. Ibidem. Eiusdem paraphrasis in quatuor libros Aristotelis de partibus animalium nondum excusa. Theodori Metochitae paraphrasis quadraginta librorum Aristotelis manuscripta, in Italia.*

Scripsit item epistolas ad diversos. Extabant in bibliotheca Antonii Augustini cod. 9. pag. 69. De epistolis ad se scriptis Gregoras lib. VIII. Δείκνυσι δὲ τοῦτο σαφέστερον ἔν τε ταῖς πρὸς ἐμὲ τούτου ἐπιστολαῖς, ἔν τε τοῖς ἔπεσιν, ἃ ἐποίησεν ὕστερον ἐν τῇ ἐξορίᾳ αὐτοῦ. *Hoc vero clarius ostendit cum in epistolis ad me scriptis, tum in carminibus, quae postea patria exterminatus confecit.*

Erat quoque in Palatina eiusdem *laudatio in Marinam martyrem.* Item alibi *laudatio in sanctum Gregorium nazianzenum.* P. Ὅσα μὲν τῷ παρόντι λόγῳ. Item astronomica. Et in bibliotheca regia Scoriaci: Θεοδώρου λογοθέτου τοῦ Μετοχίτου, δοξολογία εἰς τὴν Θεοτόκον, εἰς Θεὸν, εἰς τὸν μέγαν Ἀθανάσιον, εἰς τοὺς τρεῖς ἱεράρχας, καὶ εἰς ἄλλους τινάς. *Theodori Metochitae laudatio in Deiparam, in Deum, in magnum Athanasium, in tres hierarchas, et in alios.* Item, περὶ τοῦ μαθηματικοῦ, καὶ μάλιστα τοῦ ἁρμονικοῦ εἴδους, καὶ ἄλλα. *De mathematico, et praecipue harmonico genere, et alia.* Item ἀστρονομικῆς στοιχειώσεως κατ' ἐπιτομήν. *Astronomica elementa compendio tradita.* Ἐπιστολαὶ ρκδ'. *Epistolae CXXIV.* Μαθηματικὴ, *mathematica.* Ἀστρονομία Πτολεμαίου, *astronomia Ptolemaei.* Λογικῆς καὶ φιλοσοφίας κεφάλαια ρ'. *Logices et philosophiae capita C.* Περὶ πόλεων καὶ ἐθνῶν κεφάλαια κ'. *De urbibus et gentibus capita XX.* Εἰς τὴν Ἀριστοτέλους φυσικὴν ἐν δυσὶ τόμοις. *In Aristotelis physicam tomis duobus.* Γνωμικαὶ σημειώσεις. *Sententiosa notamenta.* Θρῆνοι ἐπὶ τῷ πῶν ἀνθρώπων βίῳ. *Luctus de vita humana.* Et Meursius: γνωμικαὶ σημειώσεις, *ac mathematica, et commentarii in Ptolemaei magnam syntaxim, asservari in Hispania commemorantur. Paraphrasis in quatuor libros de partibus animalium, in Italia. Capita philosophica et historica CXX, in Germania apud Augustam Vindelicorum.* In vaticana etiam sunt Θεοδώρου τοῦ Μετοχίτου κεφάλαια διάφορα περὶ διαφόρων ὑποθέσεων. *Capita varia diversi argumenti.* P. Ἀλλ' ἡμῖν ἄρα τοῖς ὀψὲ τῶν χρόνων εἶναι πειρωμένους τοῦ βίου. Et alia (1).

Scripsit etiam *carmina* in exilio, ut ex verbis Gregorae supra adnotabatur. Habentur cod. 800. in bibliotheca regia Parisiis eiusdem poëmata viginti satis spissa carmine heroico. P. Μονογενὲς κράτιστε πάϊς μεγάλοιο Θεοῖο. Eiusdem de beata virgine Maria carmina heroica graeca manuscripta in fontis Belli sive Bellaei regia in Gallia, non procul Parisiis, bibliotheca servantur, teste Possevino in apparatu sacro.

Decessit sumpto monastico habitu vigesimo die post Andronicum seniorem anno Christi 1332, cum annos undecim honoribus omnibus opibusque spoliatus inter aerumnas vitam tristem egisset, sollemni stranguriae morbo, doloreque animi ex coniectis in carcerem filiis, et Andronici senioris obitu, unde illi de fortuna restituenda, nulla amplius spes supererat, mortem accelerante. Gregoras lib. X. Hinc observanda sunt permulta, quae de eo parum inconsiderate Meursius tradit: Theodorum nempe variis dignitatibus functum fuisse, et per gradus quasi quosdam ad culmen ascendisse. Namque invexit initio fuisse archidiaconum cleri regii, et cum Meletiniota, et Iohanne Vecco patriarcha imperatoris actiones omnes rexisse. Observat apud Gregoram lib. V. Διὰ δὴ καὶ ἐπὶ τὸν πατριαρχικὸν ἀναβεβηκὼς θρόνον, πάντα ἦν αὐτὸς τῷ βασιλεῖ καὶ γλῶττα καὶ χεὶρ καὶ κάλαμος γραμματέως ὀξυγράφων, καὶ λέγων, καὶ γράφων, καὶ δογματίζων, ἔχων συνεργοὺς καὶ συλλήπτορας τοῦ ἀγῶνος τόν τε Μελιτηνιώτην, καὶ τὸν Μετοχίτην ἀρχιδιακόνους ὄντας τοῦ βασιλικοῦ κλήρου. Inde cursus publici logotheta factus, ad Italiae regem legatus mittitur, Gregoras lib. VI. Postea aerario generali logotheta est praefectus, Gregoras lib. VII. Postremo magnus logotheta est electus, Codinus de officiis aulae constantinopolitanae, et Gregoras lib. VIII. Subdit Meursius: *ut sunt autem res humanae valde incertae, ita neque fortunae ipse ludibrium evadere potuit, et cum Vecco et*

(1) Theodori Metochitae orationes aliquot *de rerum publicarum conversionibus* legebam ego in codicibus vaticanis. A. M.

Meliteniota in maritimum Bithyniae oppidum relegatus fuit, Gregoras lib. VI. Ὁ Βέκκος ἀπεῖπεν ἀνακεκαλυμμένῃ τῇ γλώττῃ τὴν ἕνωσιν, ταῦτ' ἄρα καὶ ὑπερορίας αὖθις ἐς τί πολίχνιον τῶν περὶ Βιθυνίαν παραλίων πέμπεται ἅμα τοῖς ἀμφ' αὐτῷ, Μελιτηνιώτης δ' ἦσαν οὗτοι καὶ Μετοχίτης. Et: *dixi ex Gregora relegatum in maritimum Bithyniae oppidum: illud vero esse Didymotichum, disco ex Cantacuzeno lib. II. cap. 1. Magnum logothetam Metochitam Didymotichum* (1) *abduci, et in aliquo monasterio vitam agitare iussit. Mox tamen ab eo exilio revocatus, reliquum vitae in urbe exegit.* Meursium secutus est Vossius dicto loco. Hi porro tempora confundunt. Namque Metochitae, qui cum Vecco, et Meliteniota in exilium actus est, Georgio nomen fuit, huic Theodoro: ille archidiaconus magnae ecclesiae, hic dignitate logotheta, numquam sacris initiatus enituit: ille sub seniore Andronico, hic sub iuniore: ille ad arcem sancti Gregorii in Astaceno sinu dextra naviganti situm, hic Didymotichum abducitur: ille propter aegritudinem illinc antea domum, ita imperatore iubente, deductus, cum Graecis assentiri nollet, denuo cum Meliteniota in magno palatio custodia constringitur, et vitae finem facit; hic patriae redditus, et monachum induens, prope Chonae monasterium a se cum feliciter ageret restauratum, mortem occumbit. Vide lib. II. cap. 15. de consensione utriusque ecclesiae, ubi Gesneri et Meursii dictum examinavimus. Defunctum oratione funebri, qui fuerat vivo addictissimus Gregoras laudavit, et Theodulus rhetor thessalonicensis, quae etiamnum extat in Palatina. Gregorae de eo iudicium est histor. lib. VII. eum fuisse multiiugae eruditionis, et quod de Longino Eunapius dicebat: βιβλιοθήκην ἔμψυχον, *bibliothecam animatam.* Sed ingenio suo, et naturali facundia contentum, veterum imitationem neglexisse: atque inde contingere, quod dictio eius aures radat, ac veluti pungat, quemadmodum spinae solent eos qui rosas carpunt (2).

CXXVIII. Theodori nomici hypodiaconi adhuc superest monodia ἐπὶ τῷ τάφῳ Ἀνδρονίκου τοῦ Ταρχανιώτου τοῦ Καβαλλαρίου. *Monodia in sepulturam Andronici Tarchaniotae Caballarii.* P. Ἐμοὶ μὲν ὦ παρόντες καὶ σιγᾶν οὐκ ἐστί, καὶ πειρωμένῳ δὲ λέγειν εἰς τοὐναντίον συμβαίνει.

CXXIX. Theodori Callisti Xanthopuli leguntur *epistolae*, in manuscripto vaticano sex. In eum scripsit laudationem funebrem Georgius Galesiota. Vide diatribam nostram de Georgiis.

CXXX. Theodori Chrysopuli metropolitae heracleensis libellus abdicationis, sive renunciatio sedis et dignitatis ac sacerdotii, edita est graece et latine, interprete Iohanne Leunclavio, in iuris graeco-romani libro VI. pag. 424. Legebatur manuscripta in Palatina bibliotheca cod. 348.

CXXXI. Theodori Balsamonis, primum magnae ecclesiae diaconi, nomophylacis, chartophylacis primi Blachernarum, postmodum antiocheni patriarchae, in nomocanonem Photii, et conciliorum tum localium, tum oecumenicorum, et reliquorum sanctorum patrum decreta, expositiones, per Gentianum Hervetum, et Henricum Agylaeum latinae factae et separatim saepius editae, tandem simul omnes typis regiis Parisiis auctiores, correctiores, et concinniores publicatae sunt. Ne singulis impres-

(1) Didymotichum quidem non Bithyniae sed Thraciae fuit oppidum ad Hebrum flumen. Confer adn. ad Cantacuzenum T. III. p. 982.

(2) Theodori Metochitae quot sint edita usque ad nostram aetatem opera, narrat in lexico bibliogr. Hoffmannus T. III. Lipsiae 1836. Nos quoque unum Metochitae capitulum dedimus in Script. vet. T. II. p. 684, in quo non de sua aspera graecitate, quam ipse (ut fit) non sentiebat, sed de Hellenistarum Aegypti duriore elocutione agit. A. M.

sionibus recensendis fastidio lectori sim, adeat cui lubet bibliopolae parisiensis epistolam ad lectorem, et si placet Possevinum, et epitomatores gesnerianos. Hinc colligere est male et Gesnerum et Possevinum, Theodorum diaconum a Balsamone diversum facere. *Theodori diaconi liber graecus sacrorum canonum tum apostolorum, tum synodorum et oecumenicarum et particularium, aliorumque sanctorum patrum* etc. *in quadam bibliotheca Italiae. Theodori diaconi canones synodales in 4. manuscripti, in bibliotheca imperatoris Vindobonae.* Habentur passim manuscripti. Sed in altempsiana praeponuntur eiusdem carmina heroica LXXII. *ob absolutam ab ipso nomocanonis expositionem,* χάριν τῆς παρ' αὐτοῦ γενομένης ἐξηγήσεως τοῦ νομοκανονίου. P. Ἀστέρες ὡς πολύφωτοι ἀφεγγοῦς ὄμματα νυκτός.

Eiusdem *meditata* varia impressa sunt simul omnia in iure graeco-romano, Iohanne Leunclavio interprete, graece et latine, Francofurti 1596. in fol. Quemadmodum et alibi *responsiones* ad quorumdam monachorum extra urbem constantinopolitanam interrogationes: et aliae *responsiones* ad interrogata Marci patriarchae antiocheni, quae habentur graece manuscriptae in bibliotheca bavarica cod. 41, in regia Parisiis cod. 912, ut et expositio in canones manuscripta in bibliotheca vaticana, sfortiana, altempsiana. In illius vero lectione cautio adhibenda est, ut optime animadvertit Baronius tomo XIX. anno Christi 1191. num. 51. et alibi. Quandoquidem ipsis quoque Graecis non usquequaque dicta illius arrident. *De non communicando cum Latinis,* quos ille execrandos appellat, velut haereticos. Vide Demetrii Chomateni responsiones ad Constantinum Cabasilam lib. V. iuris graeco-romani. Vide quae de eo adnotant Bellarminus de scriptoribus ecclesiasticis, et Baronius anno Christi 1191. num. 49. et 62, denique Nicetas choniates lib. II. de gestis Isaaci Angeli, et noster doctissimus Iacobus Goar in euchologio pag. 523.

CXXXII. Theodori Ducae Lascaris imperatoris constantinopolitani non minima laus est, quod in minime pacatis reipublicae rebus, sed plurimum turbulentis, tempus quod illi supererat ex publicis negotiis excussum studiis et scriptioni tribuebat: ideoque varia sui ingenii monumenta, quae doctissimis quibusque admirationi sunt, posteris reliquit (1). Excusus est illius canon paracleticus in sanctissimam virginem, quo illius opem temporibus difficillimis et calamitosissimis implorat, elegantissime scriptus post paracleticem librum Graecorum ecclesiasticum. A Ludovico Maraccio de graeco latine redditum dabit in suis caesaribus seu imperatoribus marianis φιλοπαρθενώτατος Hippolytus Marraccius dicti Ludovici frater. Eiusdem *de communione naturali* libros sex primus in linguam latinam vertit Claudius Aubertus triacurianus gallus, qui denique calviniana eiurata haeresi, Divione catholice obiit, Basileae apud Episcopium 1571. in 8. Exemplar graecum Iohannes Sambucus Iohanni Leunclavio transmiserat. Habentur etiam manuscripti graece in bibliotheca regia Scoriaci, et in vaticana. Incipiunt. Ἐκ πολλῶν μὲν πραγμάτων καὶ ἄλλων γνόντες οἱ ἄνθρωποι.

Eiusdem habentur ibidem manuscripta ἐγκώμια εἰς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα, εἰς τὸν βασιλέα τῶν Ἀλαμανῶν, καὶ ἄλλα. *Laudationes in patrem, in regem Ale-*

(1) Theodori huius imp. magister fuit magnus ille Nicephorus Blemmida, cuius monitoriam orationem ὁποῖον δεῖ εἶναι τὸν βασιλέα, *qualem oporteat esse regem* (cum eiusdem paraphrasi) ad regium discipulum scriptam vulgavimus nos in secundo volumine scriptorum veterum. Vitam autem resque gestas praeclari huius imperatoris scribit luculenter Ephraemius chronographus. Ibi v. 9279, dicitur Theodorus ἴδρις σοφίας παντοδαπῆς καὶ λόγων, *omnimoda sapientia doctrinisque instructus.*

manorum, et alia. Item canones εἰς τὴν Θεοτόκον εὐχαὶ, καὶ ἄλλα πλεῖστα. *In Deiparam preces, et alia plurima.* Nec non περὶ χριστιανικῆς θεολογίας λόγοι ἑπτά. *De christiana theologia libri septem.* Quos eosdem esse puto cum iis qui in vaticana sunt num. 1113; etsi non sunt integri, deest etenim primus, et pars secundi. Tertius est, ὅτι τὸ ἓν ἐστὶ τρία, *unum esse tria.* P. Ὥσπερ δὲ τὸ ὂν ἐστὶν ἓν, οὕτω δὴ καὶ τὸ ἓν ἐστὶ τρία. Quartus: περὶ θεωνυμίας, *de divinis nominibus.* P. Ἐπεὶ δὲ τὸ θεῖον μετὰ τῶν ἄλλων πολυωνύμως καὶ ἀνωνύμως ὀνομάζεται. Quintus, περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος *de sancta Trinitate.* P. Ἔστι μὲν οὖν θεὸς τρισυπόστατος, ἀρχὴ τῶν ὄντων τε καὶ ὑπὲρ τὸ ὄν. Sextus, κατὰ Λατίνων περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος, *adversus Latinos de processione Spiritus sancti.* P. Δεῖ μὲν ἀεὶ τὴν φύσιν τῶν ὄντων ἐν τοῖς ἰδίοις ἐπεκτείνεσθαι θράγμασιν. Septimus item: καθὰ Λατίνων περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος, *contra Latinos de processione Spiritus sancti.* P. Ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ θεοῦ ἰσχὺς ἐκπορευομένη τῆς δημιουργικῆς τοῦ υἱοῦ θεοῦ δομήσεως τελειώσας. Eiusdem οἰακιστικῆς ψυχῶν ὑποτυπώσεως βιβλία τρία μεθ' ἑρμηνείας, *gubernatricis animarum hypotyposeos libri tres cum expositione.* Puto tamen titulum mendosum, et quod Leonis imperatoris est, Theodoro tribui. Eiusdem ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον μάρτυρα Τρύφωνα, *laudatio in sanctum martyrem Tryphonem.* In vaticana. Eiusdem εἰς τὸν εὐαγγελισμὸν τῆς θεοτόκου, καὶ περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, *in annunciationem Deiparae, et de incarnatione domini nostri Iesu Christi.* P. Νοῦς μέν τοι γε βροτῶν, καὶ διάνοια τῷ καθ' ἡμᾶς μιγνύμενά τε καὶ χωριζόμενα. Scoriaci et in vaticana. Eiusdem χαιρετισμὸς εἰς τὴν θεοτόκον, κανὼν ψαλλόμενος εἰς τὴν θαυματουργοῦσαν εἰκόνα τῆς θεοτόκου ἐν ᾠδαῖς η'. Ἕτερος κανὼν ψαλλόμενος εἰς τὸν ἀκάθιστον ὕμνον τῆς θεοτόκου, *salutatio in Deiparam, canon qui concinitur in imaginem Deiparae miraculis conspicuam, odis octo. Canon qui canitur in acathisto.* Eiusdem *de processione Spiritus sancti contra Latinos,* περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος κατὰ Λατίνων, Scoriaci in regia. Legitur praeterea eiusdem in bibliothecis italicis χαιρετισμὸς εἰς τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον, *salutatio in sanctissimam Deiparam.* P. Χαῖρε ἱλαστήριον ψυχῶν παρθενομήτορ χαρὰν ἡ κυήσασα.

CXXXIII. Theodori meliteniotae *graeca evangeliorum expositio* extat Romae in bibliotheca vaticana, Gesnerus. *Theodorus meliteniotes graece evangelia interpretatus,* extat ms. in bibliotheca vaticana, Possevinus. Ego legi ipsius harum in evangelia enarrationum librum quartum, cuius titulus ita se habebat. Τοῦ μεγάλου σακελλαρίου τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας, καὶ διδασκάλου τῶν διδασκάλων, καὶ ἀρχιδιακόνου Θεοδώρου τοῦ μελιτηνιώτου τῶν εἰς τριάδα τριπλὴν ἐξηγήσεων τοῦ διὰ τεσσάρων εὐαγγελίου τὸ τέταρτον. *Magni sacellarii sanctissimae magnae Dei ecclesiae, et magistri magistrorum, et archidiaconi Theodori meliteniotae, enarrationum in triplam triadem evangelii, quod ex quatuor unum factum est, liber quartus.* Eius introductio haec est. Θεοῦ τρισυποστάτου καὶ παντοδυνάμου συναιρομένου, πέρας μὲν δέχεται σὺν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ καὶ τῷ δευτέρῳ, καὶ τὸ τρίτον τοῦ παρόντος συντάγματος, ἐν ᾧ δὴ συντάγματι σκοπὸς οὗτος ἐμοὶ τῷ μεγάλῳ σακελλαρίῳ τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας, καὶ διδασκάλῳ τῶν διδασκάλων, καὶ ἀρχιδιακόνῳ Θεοδώρῳ τῷ μελιτηνιώτῃ, πᾶσαν κατὰ μέρος τὴν ἱερὰν τοῦ θείου Λουκᾶ βίβλον εὐαγγελικὴν ἑρμηνεῦσαι καθ' ὅσον οἷόν τε, ταύτῃ τε σὺν ἐξηγήσει προσθεῖναι, καθά γε τὸν τῷ

λόγῳ καιρὸν προσήκοντα, καὶ ἃ τοῖς ἄλλοις εὐαγγελισταῖς, τούτου παραλιπόντος εἴρηται, μίαν ὡσπερεὶ συγγραφὴν τὸ διὰ τεσσάρων ἅγιον εὐαγγέλιον ποιησόμενος, καὶ τὴν τῶν θείων εὐαγγελιστῶν συμφωνίαν ἐν ἅπασιν ἀποδεδειχότι, καὶ ἅμα τὴν παροῦσαν διελεῖν πραγματείαν εἰς τριάδα τριπλὴν βιβλίων, καὶ τούτων ἕκαστον πάλιν εἰς τριάδα τριπλὴν διαλέξεων, καὶ τὸ σύγγραμμα πᾶν οὕτω πως ἐπιγράψαι, εἰς τριάδα τριπλὴν ἐξηγήσεις τοῦ διὰ τεσσάρων ἁγίου εὐαγγελίου· τὸ τέταρτον δὲ βιβλίον τοῦ παρόντος συντάγματος λαμβάνον ἀρχὴν, τὰ ἑξῆς τῶν τοῦ ἱεροῦ Ματθαίου ῥημάτων ἔχει προκείμενα κατὰ τὴν πρώτην αὐτοῦ διάλεξιν, οὕτω διεξιόντα. *Deo, qui est unus in tribus personis, itemque omnipotens, cooperante, finem accipit cum primo et secundo horum commentariorum tertius liber, in quo propositum est mihi magno sacellario sanctissimae magnae Dei ecclesiae, et magistro magistrorum, et archidiacono Theodoro meliteniotae, omne secundum partes sacrosanctum divi Lucae evangelium ut potero exponere, illique cum expositione apponere, tempore secundum rationem tamen opportuno, quae ab aliis evangelistis dicta sunt, et ipse omiserit; veluti una compositione evangelio, quod ex quatuor fuerit, facto, et divinorum evangelistarum concordia in omnibus demonstrata. Item in animo est, praesens opus dividere in triadem triplam librorum, rursusque librorum unumquemque in triadem triplam disceptationum, et universo operi titulum hunc praefigere, in triadem triplam enarrationum sancti evangelii, quod ex quatuor unum factum est. Quartus vero liber operis incipit ab illis, quae sequuntur Matthaei verbis in prima sua disceptatione hoc modo.* Ex quatuor itaque evangeliis unum Meliteniota fecit, et novem libris exposuit, quorum singuli novem disceptationibus complebantur. Opus est, quod ipse vidi, doctum, divina doctrina refertum, et dignum quod lucem videat (1). Deus faxit ut reliqui octo libri gravi reipublicae christianae iactura non interciderint! In eadem bibliotheca habentur eiusdem ἀστρολογούμενα, *astrologica*. Scoriaci vero in regia, eiusdem ἐκ τοῦ πρώτου τῆς ἀστρονομικῆς βίβλου προοίμιον εἰς τὴν ἀστρονομίαν. Τί ἐστιν ἀστρονομία, καὶ παρὰ τίνων εὑρεθεῖσα ἦλθεν εἰς Ἕλληνας. *Ex primo astronomico libro prooemium in astronomiam. Quid est astronomia, et a quibus inventa ad Graecos pervenit?* Eiusdem illic prope est ἀστρονομικῆς τριβίβλου ἡ πρώτη, ἢ ψηφηφοριῶν εἰσαγωγῆς, *astronomicorum trium librorum primus, sive de calculandi ratione introductio.* P. Θεὸς ἡγείσθω παντὸς ἔργου τε καὶ λόγου, φησὶ τίς τῶν πάλαι σοφῶν. Δευτέρα, ἢ ψηφηφοριῶν ἑρμηνεία καὶ συμφωνία, *secundus, sive calculandi interpretatio et concordia.* P. Θεοῦ συναιρομένου τοῦτο πᾶν ἐν σοφίᾳ ποιησόμενος, τόν τε ἄνθρωπον. Τρίτη, ἢ ψηφηφοριῶν κατὰ Πέρσας διάταξις, *tertius, sive modi calculandi secundum Persas descriptio.* P. Τριάδος τῆς μακαρίας παντοδυνάμου τε καὶ ἁγίας καὶ ζωαρχικῆς. Argumentum horum librorum idem auctor in prooemio libri tertii hunc in modum prosequitur. Ἐν μὲν τῷ πρώτῳ τῆς ἀστρονομικῆς τριβίβλου τὴν ψηφηφοριῶν εἰσαγωγὴν διαγράψαντες. Ἐν δὲ δευτέρᾳ τὰς τῆς μαθηματικῆς καὶ μεγάλης συντάξεως ψηφηφορίας δι' ἀκριβείας ὡς ἐνῆν, ἐφοδεύσαντες ἅμ' αὐταῖς καὶ τὰς τῶν προχείρων δι' ὑποδειγμάτων ἐκθέμενοι καὶ τὴν τούτων συμφωνίαν ἀκριβῶς ὑποδείξαντες· ἐνταῦθα ἐν τῇ τρίτῃ δηλαδὴ καὶ λοιπῇ τῶν ὑποκειμένων τὰς τῶν περσικῶν προχείρων κανόνων ψηφηφορίας προήχθημεν ἀνατάξασθαι, ἤδη μὲν ἄλλοις ἐσπουδασμένας,

(1) Reapse nos insignes huius praestantis operis partes aliquantas prelo mox subiiciemus. A. M.

πλειόνος δὲ ὅμως δεομένας τῆς σαφηνείας, καὶ μάλιστα τῷ μὴ καλὰ τὴν προσήκουσαν αὐταῖς ἑρμηνείαν καθ' Ἕλληνας ἐκδεδόσθαι, ἃς ἡμεῖς, ὡς ἂν οἷοί τε ὦμεν ἐκθεῖναι σαφῶς πειρασόμεθα, καὶ δὴ καὶ τὰς τῶν κανόνων ἐπιγραφὰς ἐπιγράψομεν ἀκολούθως τοῖς ἡμετέροις (1). *Cum astronomicorum trium librorum in primo calculandi rationis introductionem descripserimus; in secundo vero mathematicae magnae constructionis calculandi rationes accurate, ut potuimus, digesserimus, una cum illis, qui ad manum sunt parati, canonibus expositis per exempla, et eorum concordia exquisite ostensa; hic in tertio nempe, et qui reliquus est in ista tractatione, persicorum facilium canonum calculationes digerere adducimur, ab aliis etiam olim enucleatas, sed maiore tamen expositione indigentes; eoque potissimum quod non uti decebat in graecam linguam translatae sunt, quas nos pro viribus clare exponere conabimur, et etiam canonum descriptiones, nostros sequentes, perscribemus.* Non defuere qui eum et convicio insectarentur, et operi maledicerent, quibus respondit quisquis ille fuerit in ipso operis prospectu. Ὁ ἀνὴρ οὗτος ὁ τὴν παροῦσαν βίβλον συγγεγραφὼς, δοκεῖ δὲ κἀμοὶ μηδενὶ ἀποδεῖν τῶν ἐν σοφίᾳ περιβοήτων, καλά γε τὸ μαθηματικὸν εἶδος τῆς φιλοσοφίας, εἴ τι κἀγὼ δοκῶ δύνασθαι κρίνειν περὶ τὰ τοιαῦτα. Ἀπερισκέπτως οὖν δεῖ χρῆσθαι τοῖς ὑπ' αὐτοῦ λεγομένοις, μηδένα λόγον ποιουμένους τῶν ἐπιχειρούντων αὐτὸν διασύρειν· εἰσὶ γάρ τινες ὀλίγοι κομιδῇ τῶν ἐπ' ἐμοῦ λεγομένων, οἳ διὰ φαυλότητα γνώμης ἀπηριθρυασμένως καὶ τοῦτο ποιεῖν ἐτόλμησαν. *Vir iste, qui librum hunc composuit, videtur mihi, inter eos qui nomen aliquod in sapientia consecuti sunt, in ea parte philosophiae quae mathematica tractat, nemini esse secundus, si quid ego circa scripta huiusmodi iudicium ferre posse non ineptus existimor. Absque examine itaque dictis illius assentiendum est, illis neglectis, qui in eum dentem exacuunt. Sunt etenim nonnulli, sed pauci admodum, qui mente laesi, inverecunde hoc ipsum patrare ausi sunt.* Scribebat anno Christi 1361. sub Iohanne Palaeologo. Leguntur eiusdem tractatus περὶ συνοδοπανσελήνων. *De pleniluniis*, et alia plane innumera in astronomicis.

CXXXIV. Theodorus Gaza, urbe Macedoniae Thessalonica oriundus, instaurato Ferrariae litterarum gymnasio primus studiis praefectus et moderator creatus, litteras graecas publice professus est. Multa ipse de suo scripsit, multa vertit e graeco in latinum, et e latino in graecum. Scripsit de suo graece *institutionis grammaticae* libros quatuor, diversis locis impressos, Venetiis apud Aldum, Basileae apud Curionem, Parisiis apud Wechelum; et plerumque cum versione latina. Postremo Basileae apud Nicolaum Brilingerum anno Domini 1540. Quanti Robortellus fecerit in rebus grammaticis disponendis artificium Gazae, audiamus ex ipso in expositionibus libri Aristotelis de poëtica. *Hinc Theodorus Gaza, vir doctissimus, qui summo ingenio methodum illam conscripsit, ait sub initium libri quarti:* λοιπὸν δὲ περὶ συντάξεως τῶν τοῦ λόγου μερῶν etc. *Haec ego volui Gazae verba apponere, quia tanto artificio videntur esse prolata, ut agnoscas emendatissimi illius hominis miram quandam industriam in discernenda methodo hac et distinguenda: sicuti solet in reliquis artibus, et scientiis Aristoteles, cum opus est: tantique mehercle facio Gazam in hoc praesertim quarto libro, ut nulli veterum postponendum putem.* Theodori Gazae grammaticam aliam ab excusa habet Iohannes Sambucus. Gesnerus.

(1) Huius operis exordium primumque capitulum gr. lat. legitur apud Fabricii bibliothecam gr. ed. nov. T. X. p. 401-412. A. M.

De mensibus atticis liber graecus impressus Basileae apud Robertum Winter cum latina versione Iohannis Perelli, et nunc denuo in Uranologio Dionysii Petavii, Lutetiae apud Sebastianum Cramoysinum 1630. in fol.

Ἀντιῤῥητικόν. Εἴρηται Βησσαρίωνι τῷ πατριάρχῃ ἐν τοῖς ὑπὲρ Πλάτωνος λόγοις, ὡς ἐλπίσειε μὲν ἄλλα τε τῶν σπουδαιστέρων θεωρημάτων ἐνευξεσθαι ἐν τῷ τοῦ ἀντιλέγοντος Πλάτωνι βιβλίῳ· καὶ περὶ εἰδῶν, εἰ ἔνια χωριστὰ, εἰ πάντα ἀχώριστα· καὶ εἰ χωριστὰ, πότερον καθ' αὐτὰ ὑφεστῶτα, ἢ κείμενα ἐν ἐπινοίαις. *Orationem antirrheticam. Dicta fuit Bessarioni patriarchae in iis quae ille dixit in libris pro Platone, quod speraverat quidem alia maioris studii theoremata invenire in libro illius, qui Platoni contradicebat. Et de speciebus, utrum aliquae separabiles sint, an omnes inseparabiles: et si separabiles, utrum per se subsistant, an vero sola cogitatione discernantur.* In quibus etiam habes argumentum orationis. P. Ὡς ἐλπίσειε μὲν ἄλλων τε τῶν.

Περὶ ἀκουσίου καὶ ἑκουσίου. *De voluntario et involuntario.* P. Περὶ δὲ ἀκουσίου καὶ ἑκουσίου ἀπορήσειεν ἄν τις εἰς τὰ καθέκαστα.

Ὅτι ἡ φύσις οὐ βουλεύεται. *Quod natura consilio res non gerit* (1).

Περὶ ἀρχαιολογίας τῶν Τουρκίων. *De origine et antiquitate Turcarum*, ad Franciscum Philelphum. P. Περὶ Τούρκων τίνες ποτ' ἂν εἶεν, καὶ ὅθεν τὴν ἀρχὴν ὁρμηθέντες (2).

Epistolas varias. I. Fratribus Demetrio et Georgio. P. Διανοουμένῳ μοι ἐπιστεῖλαι ὑμῖν. II. Demetrio Sguropulo. P. Δεινὰ πάλιν ἀγγέλλεις, εἴπερ οὐδέν. Haec epistola legitur quoque in bibliotheca regia Parisiis. III. *Andronico Callisti.* P. Ὅτι οὐ συναποδημήσαις τοῖς ἄλλοις σύ γε. IV. *Eidem.* P. Ἀπεκρινάμην πρὸς τὸν δεσπότην περὶ ὧν γέγραφας. V. *Bessarioni cardinali.* P. Ἤδη τὴν ἱεράν σου κεφαλὴν ἐν Κελτοῖς εἶναι. VI. *Eidem.* P. Ἐκ τῶν πρὸς τοὺς δεσπότας ἀπεσταλμένων. VII. *Eidem.* P. Εὔχομαι ἀγαθὰ πυθέσθαι περί σου. VIII. *Alexio.* P. Ἡ τῷ δεσπότῃ συμβᾶσα νόσος. IX. *Eidem.* P. Χθὲς κατὰ τύχην εἶδον τὸν λικεντιάτον. X. *Philelpho.* P. Οὐ πάντ' ἔοικεν ἀσθενεῖ τὸ γῆρας. XI. *Alexio.* P. Ἀφικόμεθα εἰς Βιτέρβιον, καὶ τὰ αὐτοφυῆ θερμὰ ὕδατα. XII. *Eidem.* P. Ἐπέσταλκά σοι μηνὸς φευρουαρίου λήγοντος. XIII. *Eidem.* P. Δὶς ἀπέστειλα, τὰ μὲν πρῶτα. XIV. *Eidem.* P. Ἐκομίσθη μοι ἡ ἐπιστολὴ, ἣν ἑπτακαιδεκάτῃ.

Index regius sancti Laurentii notat. *Theodori Gazae Temmachia: de anima, de voluntario et involuntario, definitiones et defensiones contra Plethonem.*

Scripsit praeterea *carmina*, ideoque inter poëtas sui temporis recenset eum Gyraldus dialogo I. Audienda sunt, quae Ludovicus Carbo in quadam de artibus liberalibus oratione ad Leonellum Estensem Ferrariae principem scribit inter cetera. *Dicam equidem quanto dignus Theodorus honore, quem plusquam dimidium animae meae semper diligam, cuius versiculos, quos de musis tuis elegantissime edidit, in sacrario illo pulcherrimo incîdi iubeas, etiam atque etiam rogo et obsecro. Quid enim gravius Callimachus? quid suavius Propertius? quid pulchrius Tibullus dicere unquam potuisset? Nam et nomen et officium musarum concinne exprimunt, et earum laudem ad picturam alludentes brevius concinunt. Nobile hominis ingenium, tantum philosophum in huiusmodi deliciis praestare!*

(1) Hinc videntur corrigenda quae ambigue de hoc Gazae opusculo dicuntur apud Fabricium ed. nov. T. X. p. 394, et 395. A. M.

(2) Edidit ipse Allatius gr. et lat. in Symmictis libro posteriore p. 382. seqq. A. M.

Ex graeco ab eo in latinum sermonem versa sunt. *Aeliani de instruendis aciebus liber*, Coloniae cum aliis quibusdam, et Venetiis in 4. *Dionysii halicarnassei de compositione orationis. Theophrasti de historia, et causis plantarum lib. XV. Aristotelis de historia animalium libri IX. De partibus animalium, et earum causis libri IV. De generatione animalium libri V. Problematum sectiones XXXI.* Quae omnia cum ceteris Aristotelis operibus latinitate donatis saepius impressa sunt. *Alexandri problematum libros II.* excudit Basileae Cratander anno 1537. cum problematibus Aristotelis ab eodem versis. De hac versione Theodori Franciscus Patricius discuss. peripatetic. lib. II. *Leonardum Brunum secutus Theodorus Gaza circa annum* 1453. *Aristotelis libros omnes de animalibus, et problemata: nec non Theophrasti libros de plantis, et Alexandri problemata latina fecit. Quem secuti sunt in eo munere tres alii doctissimi graeci, Georgius Trapezuntius, Bessarion, et Iohannes Agyropulus, qui varios Aristotelis libros latinitate donarunt.* Petrus Pantinus in epistola ad lectorem, quam praefixit Michaëlis Apostolii paroemiis, inter alios Graecos qui cum Bessarione in Italiam venerunt, recensens Theodorum Gazam, scribit: *Aristotelei vero Theodorus Gaza, Iohannes Argyropulus, et Georgius Trapezuntius rhetor, brevi omnes latinum scribendo sic exercitati, ut et Gaza romani sermonis pomeria in animalium Aristotelis historia sic protulerit, ut quem illi comparem vix habeam, praeferam vero neminem.* Nec alienus est ab hac mente Franciscus Floridus lect. succisivarum lib. IV. cap. 12, qui in graecis auctoribus latine reddendis Theodori praestantiam inter summos illius ordinis proceres collocat, licet in levissimis vocibus lapsus, maximas quandoque de lana caprina rixas linguae graecae imperitis reliquerit.

In interpretationibus Gazae problematum Aristotelis, et libelli Ciceronis de senectute, invenit Angelus Politianus naevos quosdam, quos sua interpretatione abstergeret, miscellan. cap. 90. et 91. Et insuper criminatur Theodorum, quod dissimulaverit, per quem maxime profecerit, habueritque paene contemptui et ludibrio, cuius potissimum laboribus insidiabatur. Cui plane respondere poterat Theodorus, se hominem esse: non mirum ergo, si in aliquibus erraverit, qui in tot aliis mentem auctoris expressit: et aliud esse unum aut alium locum auctoris, aliud totum opus excutere, et examinare: stomacharique se tam parum sano iudicio Politiani, qui sua vel graeca vel latina cum Trapezuntii conferat, quem vincere nullum negotium fuit, etiamsi multum sibi placeat in eo opere Trapezuntius, et plane insolescat, qui credit se eos libros non minus elegantius emendatosque dare, quam apud Graecos habeantur. Ita ne aureum illud eloquentiae flumen Aristotelis Politiano valuit, ut cum eo quae Trapezuntii sunt, exaequentur? Poterat tutius haec silentio dissimulare, quam palam afferendo, risu a legentibus explodi. Quid si cum Maussaco in prolegomenis ad Aristotelis historiam de animalibus diceret, ante Theodorum Gazam, neminem historiam hanc de animalibus vertisse, praeter veterem illum interpretem ignotum, qui philosophi opera verbo ad verbum latine reddidit? Quidam Boëthio antiquam illam versionem tribuunt, sed falso ut opinor: nam verbo tenus transtulit textum philosophi, quisquis ille fuerit, qui primum operi admovit manum. At quae hodie habemus a Boëthio, *οὐ κατὰ πόδα*, sed eleganter versa sunt.

Nec minor Theodoro lis fuit cum Iulio Scaligero, qui non tantum historiam de animalibus Aristotelis, sed historiam et de causis plantarum Theophrasti nova interpretatione et commentariis adornavit, in quibus ob non intellectam linguam graecam, neque latinam, et non probe redditam sententiam, saepissime et acriter Theo-

dorus vapulat, sic ut videatur labor ille assumptus a Scaligero non alia de causa quam ut deiecto Theodoro, palmam sibi in graecis atque latinis gloriae adipisceretur. Uno tamen verbo sciendum est, non esse minora, quae in Scaligeri interpretatione et commentariis docti notant, iis quae in Theodoro Scaliger notaverat: immo eundem non intelligentia tantum verborum, sed in eorum sententia etiam latine exprimenda saepissime labi. Peracre item est de interpretatione librorum Theophrasti, quam molitus est Gaza, Iohannis Crispini iudicium. *Ceterum quod maxime erat optandum, eloquentissimo viro doctissimus obtigit interpres, Scaliger ille nimirum latine et proprie explicans, quae Theophrastus Graeciae quondam tradiderat. Hoc quidem permulti conati sunt perficere, inter quos Theodorus Gaza, vir eruditissimus et suae id est graecae linguae peritissimus, cuius sane laudandus est conatus, sed tamen hactenus ut agnoscamus illum sive graeci, aut latini sermonis non ita distincta cognitione, sive rei quod verisimilius est ignoratione, infinitis propemodum in locis fuisse alucinatum, ut Iulio Scaligero ἁρμοστῇ et emendatore opus habuerit.* Quidquid sit de alucinationibus Gazae, anne Crispino eruditissimus est, itemque linguae graecae peritissimus, qui graeci sermonis distinctionem nullam habet, et rerum ignoratione, infinitis propemodum in locis alucinatur? Scaligero, quo viro! apud Crispinum asserente, innumeris prope suorum commentariorum in Theophrastum locis, Theodorum imitatum suorum popularium negligentiam, ambiguis verbis uti, nimis rerum quas tractat ordinem pervertere, et pessime et semilatine transferre, de suoque addere contra fidem interpretum, quae est ut ipse explicet non quid ipse sentiat, sed quid auctor quem suscipit interpretandum. Neque enim simile hoc est negotium, atque id quod de Sophocle atque Euripide circumfertur: horum alter personas quales fuissent, alter quales esse debuissent sese effingere professus est. At latinus qui graeca ignorarit, si ei auctoritate Theophrasti utendum sit, falso semper imponit aliquid illi ex Theodoro, quod ipse de suo numquam prompserit. Et praeterea pingit orationem suam variis modis. Multa ex Theophrasto subticet: neque ex officio paraphrastae quod saepe profitetur, interpretatur: verborum flexu, et verbis alterationem significantibus pro iis, quae habitum significant saepe abutitur, antecedens genus pro specie consequenti ponit: trita verba defugit, vitioque sibi peculiari perplexissime docet, latinitatem non sustinet. Et quid non? Hic inquam Theodorus, qui iuxta cum ignarissimis nescit, et eruditissimus et sapientissimus reputabitur Crispino? Error eruditionem pellit, ignorantia sapientiam. Nisi id quoque cum tot aliis innocenti appingatur, illum non ex ignoratione sed malitia deerrasse. Sed quis id credet? Sed pellamus a Theodoro aemulum Scaligerum, quod possumus; et quam honorifice de Theodoro locuti sint Theodori viri aliàs probi, et omni scientiarum genere instructissimi, audiamus. Nicolaus Secundinus in epistola ad Andronicum Callisti. Ἠχθέσθην μὲν οὖν Θεοδώρῳ προπηλακιζομένῳ, καὶ κακῶς οὐ ξὺν δίκῃ ἀκούοντι, ταῖς δέ γε σαῖς ὑπὲρ αὐτοῦ κατὰ πόδας ἐντεύξεσιν ἀντιλήψεσιν, ἥσθην καὶ ἥσθην διαφερόντως, πολλῶν γε ἕνεκα· Θεόδωρον γὰρ ἔγωγε πάνυ φιλῶ, καὶ περὶ πλείστου τὸν ἄνδρα ποιοῦμαι· ἄγαμαί τε οὐ μόνον αὐτοῦ τοὺς λόγους, καὶ τὴν περὶ πᾶσαν ἐπιστήμην σπουδὴν καὶ ἀκρίβειαν, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον τὸ ἦθος, τὴν ἀρετήν, τὸ σεμνόν, τὸ σῶφρον ἐν βίῳ καὶ κόσμιον, τό γε περὶ πάνθ' ὁμοῦ τὰ καλὰ εὐφυές, καὶ λίαν ἐπήβολον, ὡς εἴ τις παιδείας ἕνεκα πανταδαπῆς, καὶ τῆς περὶ τὸ ἦθος χρηστότητος τῶν καθ' ἡμᾶς Ἑλλήνων τὰ πρῶτα τὸν ἄνδρα λέγοι, μὴ ἂν ἁμαρτῆσαι τῆς ἀληθείας. *Graviter itaque tuli,*

quod Theodorus probris atque ignominia afficiatur, maleque praeter fas omne audiat. Verum cum tuas pro illo responsiones ad verbum perlegissem, gaudio affectus sum, eoque maximo, multas ob causas. Namque ego Theodorum insigniter amo, et maximi facio, admirorque non tantum illius sermones, et circa omne doctrinarum genus studium ac diligentiam, sed magis mores, virtutem, gravitatem, vitae quoque castimoniam et decorem, nec non circa bona omnia simul aptitudinem et solertiam, adeo ut si quis eum propter omnimodam eruditionem, et morum probitatem Graecis, qui hac aetate vivunt, anteponat et praeferat, a veritate non aberraverit. Et cardinalis Bessarion in epistola ad eundem Theodorum, quae ex interpretationibus Theophrasti et Aristotelis commoda rei litterariae proventura sibi promiserit, ingenue confessus est. Verba elegantissima exscribantur. Σὺ δὲ τὰ περὶ φυτῶν Θεοφράστου, καὶ τὰ Ἀριστοτέλους ἑρμηνεύσας προβλήματα, μέγαν διήνυσας ἆθλον, καὶ μέγα δεδώρησαι δῶρον Λατίνοις, τὰ μὲν ὅλως οὐκ ὄντα παρ' αὐτοῖς, τὰ δὲ καὶ παρ' ἡμῖν αὐτοῖς οὕτω διημαρτημένα, ὡς μόλις εἶναι συνεῖναι τῶν λεγομένων, ἑρμηνεύσας τε καὶ πάντα διορθώσας, καὶ ἢ τὸν αὐτὸν νοῦν, τὴν αὐτὴν δὲ καὶ λέξιν, ἤγουν ἢ καὶ παραλλάττοντα, ἀλλ' Ἀριστοτέλει καὶ τῷ προκειμένῳ συγγράμματι πρέποντα, ὡς τὸ εἰκὸς ἀποδούς· διό σοι καὶ μέγας ἐπαίνου μισθὸς παρὰ ταῖς τῶν πεπαιδευμένων ψυχαῖς ἀποκείσεται, τῶν τε νῦν ὄντων, τῶν τε εἰς ἔπειτα ἐσομένων. Μέγαν μὲν οὖν ἔχει πόνον τὸ ἔργον, ἔπειτα δὲ ὅμως αὐτῷ καὶ τιμή τις οὐκ ἀγεννής· εἰ δὲ μὴ παρὰ πολλῶν, οὐδὲ γὰρ πολλοὶ οἱ ἐπαΐοντες· τοῦθ' ὅπερ ἐπὶ πάσης τῆς ἄλλης ἀρετῆς, κἀνταῦθα συμβαίνει· ἦν ὅμως ἀσκητέον, κἂν μηδεὶς ὁ συνειδὼς ἦν, μηδεὶς ὁ θαυμάζων. Εἰ μὲν οὖν καὶ αὐτὸς τῷ ἀρχιερεῖ κρίσῃ καὶ μάρτυρι μόνον ἀρκῇ, σοφῷ γε ὄντι ἀνδρὶ, καὶ εἴ τινες δύο ἢ τρεῖς οἱ συνεῖναι καὶ θαυμάζειν ἀξίως δυνάμενοι, ἔχου τοῦ ἔργου, καὶ εὖ ποίει Λατίνους, σοφούς γε καὶ ἀξίους ἄνδρας· ἐπεὶ μὴ ἔχεις, οὓς τῶν σῶν εὖ ποιήσεις· εἰ δὲ καὶ τὴν τοῦ ὄχλου μαρτυρίαν ποιεῖς περὶ πλειόνος, καίτοι τοῦ Σωκράτους ἑνὶ μόνῳ τοῦ πρὸς ὃν ὁ λόγος ἀρκουμένου, ἢ μὴ τοῦτο· οὐ γὰρ σοί γε προσήκει· ἀλλ' ἄλλοις χρησιμωτέροις σχολάζειν βουλόμενος, ἀποσταίοις ὅλως τοῦ ἑρμηνεύειν· σὺ δὲ μὴ καταπείνου ζητῶν, ὅθεν ἂν τροφῆς εὐπορίης, μηδὲν ἑρμηνεύων· τὰ γὰρ ἡμέτερα, καὶ σοὶ κοινὰ, καὶ ὅθεν ἡμεῖς καὶ αὐτὸς ἂν τραφείης, καὶ τοῦτο οὐχ ἁπλῶς ἀλλ' ὥς τις τῶν ἡμῖν ὁμοτίμων· καὶ εἰ μεταβῆναι τοίνυν δόξειε, μὴ πρὸς ἄλλον, ἀλλὰ πρὸς ἡμᾶς μετάβηθι. *Tu vero Theophrasti de plantis, et Aristotelis problemata interpretatus, ingens negotium absolvisti, magnoque dono Latinos donasti: quaedam, quae nullo modo apud illos erant, quaedam etiam apud nos ipsos ita perverse habita, ut vix intelligi possent: sed correctis omnibus, vel eandem sententiam vel eandem dictionem, licet immutata essent, sed Aristoteli, et proposito operi, ut par erat, restituens. Propterea que et eximia tibi laudis merces apud eruditorum, tum qui nunc vivunt, tum qui futuris temporibus vivent, animos fuerit. Opus itaque magnum in se continet laborem, sed illud honos sublimis consequetur; etsi non a multis, neque enim multi sunt qui intelligant. Hoc etenim, quod et in aliis omnibus accidit, exercendum nihilominus est, licet nullus sit qui id calleat, nullus sit qui id admiretur. Quare si tu quoque solo Pontifice, docto equidem viro, iudice atque teste tantummodo contentus es, etsi vel duo vel tres fuerint, qui et intelligere et admirari possunt, opus continua, deque Latinis, scitis plane et quavis re dignis, bene mereri ne cessa; cum tibi de tuis non suppetant, de quibus bene*

merearis. Quod si plebis etiam testimonium maximi facis, licet Socrates uno tantum, cum quo colloquium iniverat, contentus esset, aut ne id quidem, neque enim tibi convenit. Sed aliis utilioribus attendere volens, omnino ab interpretationibus abstinebis. At tu vero ne cruciare, quaerens unde tibi alimenta compares, interpretationibus neglectis. Nostra siquidem et tibi communia sunt: et unde nobis, inde et tibi praestabuntur alimenta, non utcumque, sed quasi eâdem qua et nos dignitate fulgeres. Et si tibi in animo fuerit sedem mutare, non ad alium quam ad nos gressum dirigito.

Liceat mihi hic obiter iniquam, ac perpetuo comitantem litteratos homines, afflictam ac miseram conditionem deplorare. Theodorus Gaza, qui vir! tot studiorum laboribus apud Graecos et Latinos emeritus, tot voluminibus compositis clarus et conspicuus, summo Pontifici notus, purpuratis patribus carus, in Italia studiorum altrice, spectantibus principibus viris et laudantibus, ita eget, ut nec sibi unde vivat domi sit; et ne ad mendicitatem se detruderet, animum a studiis abstrahere, et alieni agelli glebas colere cogitur. Non crederem ipse hercle, ni idemmet Theodorus fateretur, et suam hanc egestatem exponeret in epistola ad Demetrium Sguropulum. *Παράδειγμα δ' ἴσως ἂν εἴη οὐ φαῦλον καὶ τὸ ἡμέτερον· ἡμεῖς γὰρ ἀπορούμενοι ὅτου τρόπου πάντως εἰς τὸν βίον, ἑτέρου λαβόντες χωρίον ἐγεωργοῦμεν· καὶ ταύτῃ τὰ ἐπιτήδεια πορίζόμενοι, οὐδενὶ γεγόναμεν φορτικοί τε καὶ ἐπαχθεῖς αἰτοῦντες· σοὶ μέν τοι γε οὐδεμία ἀνάγκη γεωργεῖν· ἐμοὶ μὲν γὰρ ὁ τότε πόλεμος ἐπέκλειε τὴν εἰς τὰς πόλεις ὁδόν· σὺ δ' ἐν Φλωρεντίᾳ εἶ, πόλει πορισμικωτάτῃ ἑκάστῳ, ἅπερ ἂν ἐπιτηδεύειν προέληται. Exemplar fuerint fortasse non malum res nostrae. Nobis enim cum prorsus non suppeterent vitae necessaria, nostram in alieno agro colendo operam collocavimus; sicque necessaria comparantes, nemini sumus quaeritando neque molesti neque odiosi. Nulla vero cogit necessitas te agros colere. Mihi enimvero bellum quod tum gerebatur, ad urbes aditum intercludebat. Tu vero Florentiae immoraris in urbe fructuosissima, et perquam commoda omnibus qui animum ad aliquod exercitium applicuerint.* Et in epistola ad Andronicum Callisti. *Σοὶ δὲ πένητι ὄντι ἀπορίαν τῶν τοιούτων ὑπάρχειν ἀνάγκη, οἷόν τι κἀμοὶ συμβαίνει νοσοῦντι· καί τοι οἱ δεσπόται ἡμῶν διατιθέμενοι ἡμῖν τὰ ἐπιτήδεια, τἀναγκαῖα μόνον τῷ ὑγιαίνοντι ὁρίζουσι, νόσου δὲ καὶ συμπτωμάτων τοιούτων προμήθειαν ἡμῖν οὐδεμίαν ποιοῦνται, ὡς ἄρα ἐκ δρυὸς ἢ πέτρας, ἀλλὰ μὴ ἐξ ἀνθρώπων γεγενημένοις. Tibi vero cum pauper sis, necesse est ut rerum huiusmodi inopia premaris; quod mihi quoque male habenti contingit. Domini siquidem nostri nobis necessaria suppeditantes, necessaria solummodo sano ministrant; aegritudinis vero et similium accidentium nullam curam suscipiunt, ac si nos ex quercu vel saxo, et non ex hominibus, prognati essemus.* O manus principum pumice ipso aridiores! O divitias luculentas egestate ipsa avariores! Sed ad scripta Theodori.

Praeter interpretationem suam, divisionem quoque librorum Theodorus de suo attulit. Franciscus Patricius discussionum peripateticarum libro XI. *Inter eos, qui aristotelicos libros ex graeco latinos fecere, Theodorus Gaza suo quodam modo ab averroico differente, libros in capita secuit, quod item et Argyropulum et Bessarionem, et alios existimo fecisse: ut variis modis Aristotelis libri pro cuiusque arbitrio sint divisi, cum ipse integros atque continuatos scripserit, quales ab Aldo eiusque heredibus bis, Basileae autem semel expressi fuerunt.* Maussacus dicto loco:

Theodorus Gaza post Averroëm modo suo Aristotelis textum vertendo, in capita secuit, et post eum multi alii interpretes, ut Argyropulus, Bessarion, aliique pro libidine quisque. Nam Aristotelis libri, ante interpretes, uno tenore legebantur, nec erant distincti aut in capita, aut in summas, aut in alias sectiones, quas interpretes primi induxere. Unde fit ut antiquae editiones operum Aristotelis Aldi, sine sectionibus et divisionibus ullis videantur: non enim secuerat philosophus libros suos, sed oratione continua scripserat, ut et Plinius. Quidquid sit de Aristotele, de Plinio plane falsum est, namque ille totum historiae suae librum primum in eo consumpsit; et ad Vespasianum praefatus fuerat: *quia occupationibus tuis publico bono parcendum erat, quid singulis contineatur libris, huic epistolae subiunxi, summaque cura, ne perlegendos eos haberes, operam dedi. Tu per hoc, et aliis praestabis ne perlegant. Sed ut quisque desideraverit aliquid, id tantum quaerat, et sciat quo loco inveniat.*

Ex libris de animalibus unum exemit, et ordinem aliorum immutavit. Ipse in sua praefatione. *Sed quamquam libris novem interpretatio haec historiarum consumatur, tamen qui nonus in exemplari graeco continetur, hunc ego septimum collocavi, nec temere factum existimo. Agitur enim in eo de hominis generatione, quam rem Aristoteles continuo a generatione animalium pollicetur explicaturum. Itaque cum quinto et sexto ceterorum animalium generationem exposuisset, nulli dubium esse debet, quin ille septimum hunc collocarit. Sed Apellicon Teius, de quo Strabo plura, ut alia permulta in exscribendis Aristotelis libris depravavit, sic permutasse videtur, existimans ultimum esse totius historiae collocandum, quoniam cum Aristoteles agere de generatione inciperet, ultimo loco de homine dicturum pollicitus est. Et sunt etiam exemplaria tum graeca tum etiam latina, quae habent fragmentum quoddam historiis additum: sed id causas quasdam materiales agentesque generationis humanae exponit, non historiam complectitur. Itaque non inter historiae libros hoc ego ponendum duxi. Sed si collocandum uspiam est, libris de generatione, meo quidem iudicio, coniungendum.*

Vertit item *homilias quinque Iohannis chrysostomi de incomprehensibili Dei natura*, impressas cum ceteris Chrysostomi latinis operibus. Scribit autem Theodorus in praefatione super has homilias, etiam *Mauritii imperatoris libros de re militari vertisse.* Paschalis Gallus, et Iohannes Schenchius scribunt videndum esse an Theodorus Gaza verterit *aphorismos Hippocratis.*

Ex latino vero in graecum sermonem transtulit *Ciceronis de senectute librum, et somnium Scipionis*, quae aliquoties iam sunt excusa. Item *Iohannis Michaëlis Savonarolae patavini de physiognomonia librum, una cum libro de balneis*, Iohannes Georgius Schenchius in biblioth. medica. *Epistolam ad Lentulum primam Ciceronis*, ut refert Andreas Schottus tullian. quaest. lib. IV. cap. 12, quamvis id non certo affirmet. Quomodo item a Theodoro Gaza, sive quo alio, *Nicolai V. romani pontificis epistolam* ad Constantinum ultimum Graecorum imperatorem. Graece latineque hanc edidit Arcudius inter opuscula aurea Romae 1630.

Inter Theodorum et Gemistum simultates fuisse, et variis se scriptis, dicta refellendo, nec sine convicio proscidisse, cum nos in tractatu de mensura temporum antiquorum fuse probavimus, tum scripta eorum apertissime reboant. Hinc factum est, ut alii Graeci ea ipsa aetate, licet minorum gentium dii, in varias scissi partes, alius Gemistum, alius Theodorum, vulgatis scriptionibus oppugnaverint, vel defende-

rint. Theodorum insectatus est Michaël Apostolius, Gemistum defensans. Michaëlem Andronicus Callisti, Theodori causam suscipiens, oppugnavit. Ut sese in hac defensione gesserit Andronicus late explicat Nicolaus Secundinus in epistola ad eundem Andronicum. Verum ego iniquissime musis ipsis iniuriam facerem, si prudentissimam atque ingenuissimam cardinalis Bessarionis de hoc negotio epistolam ad Michaëlem Apostolium, rarum scriptoribus documentum, ex meis cimeliis hic primus non promerem. Ea autem est.

Βησσαρίων καρδινάλις Μιχαήλῳ τῷ ἀποστόλῃ χαίρειν.

Ἀφίκετο ὡς ἡμᾶς βραδύτερον μὲν, ἢ αὐτὸς ᾤου, μᾶλλον δὲ ἐπεξειργασμένα ἃ καὶ Θεοδώρου τοῦ Γαζῆ Πλήθωνι συνισταμένος συνέγραψας. Ἀνδρόνικος γὰρ ὁ Καλλίστου πρότερον αὐτὰ ἐξητακώς τε καὶ διακωδωνήσας, οὕτως αὐτά τε καὶ τὰ ἑαυτοῦ ἡμῖν πέπομφε· τὴν μὲν οὖν ὁρμήν σου, καὶ ὅτι Πλατωνί τε καὶ τοῖς περὶ ἐκεῖνον εὐνοϊκῶς ἔχεις, ἠγάσθημεν· τὸν δὲ τῆς συνηγορίας τρόπον οὐκ ἐπῃνέσαμεν· οὐ γὰρ λοιδορίαις τοῦ ἀντιδίκου, ἀλλ' ἀποδείξεσι καὶ λογικαῖς ἀνάγκαις τῷ τε φίλῳ συνηγορητέον, τόν τ' ἐχθρὸν ἀμυντέον· ὥστε καὶ εἴ τι Πλήθων Ἀριστοτέλει προεπηλάκισεν, εἴτε Θεόδωρος Πλήθωνα, εἴτε σὺ Θεόδωρον κακῶς εἴρηκας, πάντα ἡμῖν παρὰ τὸ δέον τε καὶ εἰκὸς εἰρημένα δοκεῖ· οὔτε γὰρ Ἀριστοτέλης οἷός τε λοιδορεῖσθαι, ἡμῖν ἀγαθῶν τοσοῦτον ὑπάρξας, οὔτε Πλήθων σοφός τε καὶ μεγάλης τῷ ὄντι εὐφυΐας ἀνήρ· εἰ μή που τις εἴποι, τῷ λοιδοριῶν ἄρξασθαι, καὶ τοῖς ἀμυνομένοις συγγνώμην παρασχεῖν. Θεόδωρός τε τῶν νῦν Ἑλλήνων ἐν τοῖς πρώτοις ὤν, ἥκιστα κακῶς ἀκούειν παρὰ σοῦ ἄξιος, καὶ ταῦτα νέου τε ὄντος, ἤδη πρεσβύτης, καὶ μήπω λογικῶν ἀποδείξεων καὶ ἐπιστημῶν κατὰ τρόπον ἡμμένου, διὰ πάσης ἥκων σοφίας τε καὶ ἐπιστήμης ἀνήρ· καὶ μάλιστα ὅτι περὶ τοιούτων ἐστὶ θεωρημάτων ἡ ζήτησις, ἅπερ ἅτε δὴ μάλιστα τῶν ἐν πάσῃ φιλοσοφίᾳ ὄντα, τήν τε τῶν πολλῶν ἕξιν ὑπερβαίνειν ἀνάγκη, καὶ μὴ εἶναι περὶ τούτων, ἢ εἰπεῖν, ἥτι γοῦν ἀκριβῶς ἐννοῆσαι, μὴ πολλὰ περὶ τὴν σοφίαν πονήσαντα, καὶ τὰς ἐπιστήμας ἀκριβωσάμενον. Ἠχθέσθην μὲν οὖν Θεόδωρον ὑπὸ σοῦ ἀμαθίας ἐγκεκλημένον· τὸ δὲ καὶ Ἀριστοτέλην αὐτὸν, πάσης ἡμῖν ἐπιστήμης καθηγεμόνα ταυτὸ τοῦτο παθεῖν, ἀμαθῆ τε καὶ κακοήθη, καὶ λῆρον, ἀχάριστόν τε ὑπὸ σοῦ κληθῆναι, φεῦ, πᾶσαν ὑπερβαίνειν ἔδοξέ μοι θρασύτητά τε καὶ τόλμην. Μόλις ἀκούω, μᾶλλον δ' οὐκ ἀκούειν ἀνέχομαι, αὐτοῦ Πλήθωνος ἀνδρὸς τοιούτου τοιαῦτα εἰς Ἀριστοτέλην ἀπορρίπτοντος, μή τοι γε σοῦ, μήπω μηδὲν περὶ τῶν γε τοιούτων ἠκριβωκότος· εἴ τι οὖν ἐμοὶ πείθῃ, καὶ Πλάτωνα καὶ Ἀριστοτέλην σοφωτάτους ἡγούμενος, κατ' ἴχνος τε τούτοις ἑπόμενος, ἑκάτερον ἡγεμόνα τε σαυτοῦ ποιοῦ σχολῇ τε καὶ μελέτῃ, διδασκάλοις τε οἷς ἄξιον χρώμενος· πρῶτα μὲν συνεῖναι τοῦ βάθους τῶν ὑπ' αὐτῶν εἰρημένων σπούδασον· οὐδὲ γὰρ πᾶσι τοῖς βουλομένοις εὔληπτα λέγουσι τὼ ἄνδρε· ἔπειτα καὶ εἴ τι διαφέρεσθον, οὐκ ἀμαθίας, ἄπαγε, ἀλλὰ τῆς μεγάλης τε αὐτοῖς περὶ λόγους δυνάμεως τε καὶ ἕξεως, καὶ τῆς τῶν ζητημάτων, διὰ τὸ ἄδηλόν τε αὐτῶν καὶ μὴ σαφὲς ἐπ' ἀμφότερα ῥοπῆς σημεῖον ποιούμενος, θαύμασον μὲν τὴν ἐκείνων σοφίαν, ἀμφοῖν δὲ χάριτας ὁμολόγει, ὧν ἡμῖν ἀγαθῶν γεγέννηντο αἴτιοι· οὕτω γὰρ ποιῶν, σαυτῷ τε τὰ βελτίω βουλεύσεις, ἐμοί τε χαριῇ, καὶ πᾶσι τοῖς εὖ φρονοῦσιν, ὡς νῦν γε χαριεῖσθαι νομίζων, σφόδρα ἐλυπησας· τὸ μὲν οὖν ὅτι ἄνδρας ἀναξίους ὑβρίζεσθαι, οὕτως ἀπερικαλύπτως ἐλοιδόρησας, τὸ δ' ὅτι καὶ σαυτὸν ἔδειξας, μὴ πάνυ τοι τὰ ἐκείνων ἠσκημένον. Θεοδώρου τε τὰ βελτίω ποιῶν, τίμα τε, καὶ διδασκάλῳ

περὶ πάντα χρῶ· ἔστι γὰρ οἷος καὶ σὲ καὶ πολλοὺς ἑτέρους ὠφελεῖν δύνασθαι· ἐμὲ δὲ ἵνα μὴ καὶ αὖθις πλανηθεὶς, δόξης μοι τοιαῦτα εἰς τοιούτους γε λέγων ἄνδρας χαρίζεσθαι, φιλοῦντα μὲν ἴσθι Πλάτωνα, φιλοῦντα δ' Ἀριστοτέλην· καὶ ὡς σοφώτατω σεβόμενον ἑκατέρω· Πλήθωνά τε τῆς μεγαλονοίας καὶ εὐφυΐας ἀγάμενον, τῆς τοσαύτης πρὸς Ἀριστοτέλην μάχης τε καὶ δυσνοίας μὴ ἐπαινεῖν· βουλοίμην γὰρ ἂν ἐκεῖνον τε Ἀριστοτέλει, τούς τε ἄλλους, εἴτε τοῖν δυοῖν μεγίστοιν φιλοσόφοιν τούτοιν, εἴτε αὐτῷ Πλήθωνι, καὶ ὁποίοις δήποτε ἄλλοις μετὰ τοσαύτης γε ἁπάντων εὐλαβείας, μεθ' ὅσης Ἀριστοτέλης ἀντεῖπε τοῖς πρὸ αὐτοῦ· ὃς λόγοις ἀεὶ καὶ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ παραιτούμενος, τούς τε ἀκούοντας, οὕς τε εὐθύνει, ἀποδεικνὺς τὸ προκείμενον, τῶν λοιδοριῶν ἀπέσχετο· ὅτε δὲ σφοδρότερον καταφέρεται, καὶ τότε φυλάττει τὸ μέτριον· τὰ δὲ ἤδη χαιρέτω, φησί· τερετίσματα γάρ εἰσι· καὶ εἰ εἰσὶν, οὐδὲν πρὸς τὸν λόγον· καὶ αὖθις· οὐχ ἥψατο διαλεκτικῆς οἱ ἄνδρες, περί τινων ἄλλων λέγων· οὗτος ὁ τῶν λοιδοριῶν αὐτοῦ κολοφών· ἡμεῖς δὲ ἀνθρωπίσκοι, ἢ πίθηκοί τινες πρὸς ἐκείνους ἥρωας ὄντες, τολμήσωμεν αὐτοὺς, φεῦ, ἀμαθεῖς λέγειν, καὶ τὰ ἐξ ἀμαξῶν σκώπτειν, μᾶλλον ἢ ἡ κωμῳδία τοὺς περὶ Κλέωνά τε καὶ Ὑπέρβολον, τίνες ὄντες; ποίαν γνῶσιν; ποίαν τῶν ὄντων ἔχοντες ἐπιστήμην; μωρία ταῦτα καὶ μανία τῷ ὄντι σαφής· μηδὲ γὰρ οἷου, ὦ βέλτιστε, ὡς εἴτε Πλήθωνι σοφῷ τε καὶ γενναίῳ ἀνδρὶ, εἴτε Πλωτίνῳ, Ἀττικῷ τε, καὶ Πορφυρίῳ, εἴτε ἄλλῳ τῷ τῶν ὁμοίων, Πλάτωνα τε καὶ Ἀριστοτέλην ὠνέουσιν ἐξεγένετο, Ἀριστοτέλην καὶ Πλάτωνα εὐθύναι τε, καὶ ἔστιν ὅπου καὶ βλασφημῆσαι, καὶ ἡμῖν ἐξεῖναι ταυτό· ἐκείνοις μὲν γὰρ καὶ τῷ ἢ κατ' αὐτοὺς, ἢ οὐ πολὺ μετ' ἐκείνους γενέσθαι τῷ χρόνῳ, τῷ τε συνεχεῖς τότε, καὶ οὐχ ἧττον ἐριστικὰς γίνεσθαι τὰς διαλέξεις, τῷ τε μήπω φθόνον ἁπομαρανθῆναι, τῷ τε πάσῃ κεκοσμῆσθαι σοφίᾳ, μέγα πρὸς παραίτησεως λόγον· ἡμῖν δὲ καὶ τοσούτῳ λειπομένοις ἐκείνων, καὶ τοιοῦτον τε καὶ τοσοῦτον ἤδη τῷ τε μακρῷ χρόνῳ, τῇ τε κοινῇ πάντων δοκιμασίᾳ καὶ ψήφῳ ἐχόντων ἀξίωμα, συγγνώμη λείπεται οὐδεμία· ἅ τε οὖν Ἀριστοτέλει τε παρὰ πᾶν τὸ εἰκὸς λοιδορήσας, τῷ τε Πλήθωνι μηδαμῇ συνειπὼν, οὐδὲ γὰρ τοιούτων αὐτῷ πρὸς συνηγορίαν δεῖ λόγων, Θεόδωρόν τε ἄνδρα σοφὸν, οὐκ ἐν δίκῃ κακῶς εἰπὼν, ἡμῖν τε οὐ μόνον οὐ πρὸς χάριν οὐδὲν, ἀλλὰ καὶ σφόδρα ἀχάριστον πρᾶγμα ποιήσας, ἅσον παλινῳδίαν, ἐμοὶ συμβούλῳ χρησάμενος, ἀνδρὶ φιλοῦντί σε, καὶ τὰ βελτίω βουλομένῳ τε σοι καὶ συνευχομένῳ· καὶ τὰς ἀδίκους λοιδορίας ἐκείνας ἐπαίνοις τε καὶ εὐφημίαις ἀπόκλυσον, Ἀνδρονίκῳ τε τὰς πρὸς τὰ σὰ ἀντιῤῥήσεις σὺν νῷ τε καὶ καθεστηκότι φρονήματι ἐπιών, τήν τε τῶν λόγων αὐτοῦ ἀλήθειαν αἰδέσθητι, καὶ κατ' ἐκεῖνον περί τε γραμματικὴν καὶ ὀρθογραφίαν, καὶ κυριολογίαν τῶν λέξεων, περί τε ῥητορικὴν, καὶ τὸ εἰδέναι ὀρθῶς καὶ μετὰ κάλλους συντίθεναι, πρῶτα σχολάσας ἱκανῶς· εἶθ' οὕτω καὶ τῶν μειζόνων ἐπίβαινε, καὶ σοφίας αὐτῆς· εὖ πράττοις, καὶ φιλοῦντος παραίνεσιν τὰ εἰρημένα ἡγησάμενος, ἔποιο τῇ συμβουλῇ.

CXXXV. Theodori Sophiani *astronomica et musica* commemorant Gesnerus in bibliotheca, et Iohannes Meursius in notis ad Aristoxenum.

CXXXVI. Theodorus Scipus spartanus scripsit: *historiam de Constantinopoli a Turcis expugnata.* Iosephus Maria Suaresius, vir in expiscandis historicis graecis sedulus, vasionensisis episcopus, in diatriba de historiae universalis syntaxi ait: *demumque coronidis vice imposuissem Theodori Scipi spartani graecam historiam de Constantinopoli a Turcis expugnata, quae Hydrunti apud Ladislaum Marci delitescebat.*

CXXXVII. Diatribam nostram claudet Theodoridas syracusius poëta dithyrambicus, ex quo etiam collegerat epigrammata Meleager in corona epigrammatum, eumque inter alios recensens ait:

Τάν τε φιλάκρητον Θεοδωρίδεω νεοθαλλῆ
Ἔρπυλλον, κυανῶν τ' ἄνθεα Φανίεω.

Ex eo plura in suis dipnosophistis attulit Athenaeus. Libro VI. 14. probat ab eo ollam vocatam τήγανον, *sartaginem* scilicet. Libro VII. 64. instante canis exortu gladium et thynnum pisces oestro concitari, eoque percitos Gades cursu petere. Tum etiam prope utriusque pinnas veluti quendam vermiculum inhaerescere, scorpio similem, aranei magnitudine, qui morsu illos adeo stimulat, ut non minus quam delphines exiliant, et in naves haud raro decidant. Et nomine etiam poëmatis expresso, libro XV. 57, ubi ex eius dithyrambo, *Centauri* dicto, affert versiculum πίσσα δ' ὑπὸ γραβίων ἔσταζεν. Et lib. XI. 50. illius *in amorem* carminis meminit, quod explicasse Dionysium Gracilem tradit. Διονύσιος δ' ὁ Λεπτὸς ἐξηγούμενος Θεοδωρίδα τὸ εἰς τὸν ἔρωτα μέλος, τὴν κελέβην φησί. *Dionysius Gracilis interpretans Theodoridae carmen, quod ille in amorem composuit, celebam ait* etc. Animadvertitque Casaubonus, nec male. *Noli quaerere apud Graecos Theodoridem carminis genus. Nullum unquam fuit, sed Theodoridas poëta syracusanus doctis non incognitus.* Namque id praestiterat Delecampius, qui verba Athenaei ita verterat; *Dionysius cognomine Gracilis explicans Theodoridem, quae carmen est in amorem* etc. De hoc locutus est Pollux lib. X. cap. 50. Ὅθεν καὶ Θεοδωρίτας τὸν Ἥφαιστον ἔφη, φυσσηΓῆρσι μολΓίνοις χρῆσθαι. Tu substitue Θεοδωρίδας. *Theodoridas Vulcanum bovillis uti follibus tradit.* Pari ratione corrigendus est Suidas voce ΣωΓάδης. Ἐχρήσαντο δὲ τῷ εἴδει τούτῳ καὶ Ἀλέξανδρος ὁ αἰτωλὸς, καὶ Πύῤῥος ὁ μιλήσιος, καὶ Θεοδώρας, καὶ Τιμοχαρίδας, καὶ Ξέναρχος. Lege καὶ Θεοδωρίδας. *Hoc poëmatis genere usi sunt et Alexander aetolus, et Pyrrhus milesius, et Theodoridas, et Timocharidas, et Xenarchus.* Meminit illius et Stephanus de urbibus voce Κάρυστος, a quo urbem Carystum *Chironiam* dictam refert. Maximus Planudes in florilegio graecorum epigrammatum edidit quaedam Theodoridae epigrammata. Ego hic nonnulla alia in gratiam lectoris addam; quae sane agnosco, propter σφάλματα plane esse δυσνόητα.

Τετράμετρον ἀρχιλόχειον.

Ἐκ δολιχοῦ τὸ ῥασφυρήλατον, ὃς τάχει κρατήσας
Παῖς Ἀριστομάχειος ἀνεῖλε τὸν χάλκειον λέβητα (1).

EPIMETRUM.

Gazae quandam venustissimam *de laude canis* scriptiunculam neque Allatius commemoravit, neque Humphredus Hodius, qui copiose de illius lucubrationibus egit, neque alii quantum scio bibliographi. Nobis vero haec gemmula comperta est in latino Reginae svecae codice 983, cui bibliopegus casu eam inseruit. Atque haec causa fuit, cur eadem Allatium ipsum latuerit: nam neque is codex, magno viro vivente, in bibliotheca vaticana erat; neque is fortasse graecum scriptum inter latina volumina quaerendum iudicasset. Igitur allatianae de Theodoris diatribae subiungendum hoc Gazae opusculum, non sine nostra in latinam linguam translatione, putavimus. Occasio scribendi fuit donum caniculae cuidam illustri viro oblatum, quod auctor iucunda hac lucubratione comitatus est. A. M.

(1) Alia quae sequebantur apud Allatium Theodoridae epigrammata, extant nunc emendatiora in Brunkii editione T. II. p. 41. seq. Illa itaque omisimus. A. M.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΤΟΥ ΓΑΖΗ

ΚΥΝΟΣ ΕΓΚΩΜΙΟΝ.

α'. Ἐγὼ μὲν, ὦ ἄνερ λαμπρότατε, ξύνοιδα ἐμαυτῷ ξένον τί καὶ παρηλλαγμένον, ἴσως δὲ καὶ ἄτοπον ποιοῦντι, ὅτι τῶν ἄλλων τὰ ὑπ' αὐτῶν τοῖς φίλοις πεμπόμενα δῶρα εὐτελιζόντων τε καὶ ἀποσμικρυνόντων, ἐγὼ τοὐναντίον αὔξειν καὶ κοσμεῖν ἐπιχειρῶ· ὅμως δὲ οὔτε παραδείγματος ἀπορῶ, οὔτε εὐλόγου προφάσεως· παράδειγμα μὲν ποιούμενος, οὐ τὸν τυχόντα ἄνθρωπον, οὐχ ἕνα τῶν πολλῶν, οὐ τὸν ὀλίγου ἄξιον, ἀλλὰ τὸν τά τε πρῶτα τῶν καθ' ἑαυτὸν πεπαιδευμένων (1), ἀρχῆς τε τῆς πασῶν μεγίστης καὶ κυριωτάτης ἐν ἀνθρώποις ἀξιωθέντα, τὸν αὐτοκράτορα λέγω ἐκεῖνον, τὸν τοῖς Χριστιανοῖς πολεμήσαντα, καὶ κακὰ οὐκ ἐλάχιστα παρασχόντα, ἐμαυτῷ δὲ τοιοῦτόν τι ἐπιτετηδευκότα· πρόσχημα δὲ, τὸ καί σοι οὐχ ἧττον ἡδομένῳ ἔσεσθαι ἐλπίζειν τὸ πάρεργον τοῦ ἔργου, μᾶλλον δὲ τὸ πάρεργον ἔργον ἡγήσεσθαι, καὶ περὶ πλείονος τὴν παρενθήκην αὐτοῦ τοῦ δώρου ποιήσεσθαι· σὺ γὰρ φιλομουσώτατος ὢν, χαίρεις ὡς εἰκὸς πᾶσι μὲν τοῖς καλοῖς, μάλιστα δὲ τοῖς ἀπὸ τῆς παιδείας· ὧν ἐνθυμούμενος, εἰς τοῦτο προήχθην τοὐπιχείρημα.

THEODORI GAZAE

CANIS LAUDATIO.

1. Equidem, vir illustrissime, intelligo peregrinum quid et insolitum, fortasse etiam absurdum, me facere, quia dum alii missa a se ad amicos dona depretiant et verbis extenuant, ego contra magnificare et exornare adgredior. Atqui nec exemplo huius rei careo, nec probabili obtentu. Exemplo quidem mihi est, non quilibet homo, non de multis unus, sed is qui primatum eruditionis inter contemporaneos suos gerit, et imperium maximum atque inter homines potentissimum occupat, imperatorem illum dico, qui cum Christianis bellum gessit, nec levia mala intulit, et ipsi mihi paria curavit. Obtentui autem mihi est, spes concepta, fore ut tibi haud minori voluptati sit parergon hoc quam ipsum opus; immo vero potius hoc iudices parergon esse opus, et adiectam dono mantissam pluris aestimes. Quippe ceu doctrinae amantissimus, re omni bona ut par est delectaris, et praesertim iis quae a doctrina procedunt. Quae ego reputans, ad hoc scriptitandum opusculum adductus sum.

(1) Quod Mohamedes II, is qui Constantinopolim occupavit (de quo nunc Gaza) exquisite litteris excultus fuerit, et doctis apprime hominibus faverit, satis constat ex Osmanorum historia cl. Iosephi Hammeri. Quomodo autem reliqua Gazae verba ad rem canis laudemve doni pertineant, divinare non queo; nisi forte Mohamedes, more principum turcicorum venationi quoque deditus fuit, adeoque et canibus delectatus. Sed nihil properanter definio; alii videant. Utique Iul. Scaliger in heroibus, de Graecia oppressa loquens, ipsum Mohamedem dicit canem: *quae miseranda cani praeda futura fuit.*

β'. Τὸ μὲν οὖν σοι παρ' ἐμοῦ πεμπόμενον δῶρον, λόγῳ μὲν κύων ἐστὶν, ἔργῳ δὲ ἓν τῶν ἐν ἀνθρώποις τιμιωτάτων καὶ πλείστου ἀξίων· τῶν μὲν γὰρ ἄλλων ζώων μίαν ἑκάστων τοῖς ἀνθρώποις ὠφέλειαν παρέχειν δοκούντων, μίαν δὲ καὶ ἐξαίρετον ἀρετὴν ἔχειν, τοῦτο μόνον τῶν ζώων ὠφελείας μὲν παντοδαπὰς τοῖς ἀνθρώποις προξενεῖ, ἀρεταῖς δὲ ταῖς πλείσταις καὶ μεγίσταις κεκόσμηται· λέουσι μὲν οὖν τὸ θυμοειδὲς ἐπανθεῖ, βουσὶ δὲ δικαιοσύνη καὶ πρὸς γεωργίαν ἐπιτηδειότης, ἵπποις φρόνημα καὶ κουφότης, ὄνοις δὲ καὶ ἡμιόνοις, ὡς ἂν εἴποι ὁ ποιητὴς (1), ταλαεργοῖς καρτερία, καὶ ἄλλοις δὲ ἄλλα ἔνεστι ζώοις· τούτῳ δὲ μόνῳ οὐκ ἔστιν ὅ τι οὐ πρόσεστιν, ἀλλὰ τὰ τῶν ἄλλων ἔχει συλλαβὼν ἅπαντα· ἔστι γὰρ ἡ τοῦ ζώου φύσις ἔν τε ταῖς πόλεσιν, καὶ ἐν ταῖς γεωργίαις, καὶ τὰ πρὸς εἰρήνην, καὶ τὰ πρὸς πόλεμον, ἅμα δὲ καὶ πρὸς ὠφέλειαν, καὶ πρὸς τέρψιν ἐπιτήδειος. Ἁπάσας μὲν οὖν τὰς τοῦ ζώου ἀρετὰς, καὶ τοῖς ἀνθρώποις παρεχομένας χρείας, διελθεῖν οὐ ῥᾴδιον· εἰ δὲ ὀλίγα ἄττα ἀπὸ πολλῶν προχειρισαίμην καὶ διεξίοιμι; ἀρκέσειν ἀμφοτέροις ἡμῖν, σοί τε πρὸς σύστασιν, ἐμοί τε πρὸς ἐπίδειξιν, ἡγοῦμαι.

γ'. Αὐτίκα μὲν οὖν ἡ τῶν τετραπόδων ζώων θήρα, ἡ ἀπὸ τῶν κυνῶν τὴν ἐπωνυμίαν λαχοῦσα τὲ καὶ λαβοῦσα κυνηγεσία, ὡς τίμιός ἐστιν καὶ πρόσφορος τῷ βίῳ, τίς οὐκ οἶδεν; ταύτην θεοί τε ἐπετήδευσαν, καὶ ἥρωες, καὶ ἄνθρωποι, καὶ ἕλληνες ἅμα καὶ βάρβαροι, καὶ πάλαι, καὶ νῦν, καὶ πανταχοῦ· καὶ προστάτις μὲν τουπιτηδεύματος ἡ τοῦ Ἀπόλλωνος ἀδελφὴ Ἄρτεμις, ᾗ καὶ μάλιστα παρὰ τοῖς θεοῖς τιμᾶται· μετῆλθον δὲ καὶ τῶν ἡρώων Χείρων, Κέφαλος,

2. Igitur missum a me tibi donum, vocabulo quidem canis est, reapse autem una de pretiosissimis apud homines rebus atque aestimatione dignissimis. Nam cum cetera animalia unam aliquam hominibus videantur utilitatem praebere, unamque peculiarem virtutem habere, hoc solum animal omnimodas utilitates hominibus exhibet, et plurimis maximisque ornatur virtutibus. In leonibus quidem animositas pollet: in bobus iussui obedientia et agriculturae idoneitas: in equis intelligentia et velocitas: in asinis ac mulis, ut ait poeta, laboriferis, patientia: et aliae aliis insunt animalibus dotes: soli huic nihil non inest, sed ceterorum cuncta complectitur bona. Huius enim animalis natura sive in urbibus, sive rure, et in pace ac bello utilis simul est ac delectabilis. Sed enim cunctas animalis huius virtutes, et suppeditata hominibus adiumenta, haud facile est percensere: si pauca igitur e multis exposuero ac patefecero, utrique nostrum satis fore iudico, tibi quidem ad persuasionem, mihi autem ad demonstrationem.

3. In primis igitur, quadrupedum animalium venatio nomen a canibus in Graecorum sermone sortita est ac retinet, κυνηγεσία (canum eductio); quam aestimabilem esse vitaeque humanae utilem quis nescit? Hanc dii exercuerunt, et heroes, et homines, graeci pariter ac barbari, et olim et nunc, et ubique. Atque huius exercitio praesidet Apollinis soror Diana, quae hoc praecipue titulo inter deos honoratur.

(1) Odyss. IV. 636. XXI. 23. Et sic graphice quasi ex Homero Ovidius noster:

Aspice ut auritus miserandae sortis asellus
Assiduo domitus verbere lentus eat.

Ἀσκληπιὸς, Μελανίων, Νέστωρ, καὶ τέλος τοσοῦτοι, ὅσους ἄν τις ὀνομαστὶ διεξιὼν ἀποκάμοι (1)· οὐχὶ δὲ καὶ τὸν σοφώτατον τῶν Ἀχαιῶν εἰσάγει ὁ Ὅμηρος (2) θηρεύοντα παρ' Αὐτολύκῳ, καὶ τρωθέντα τὸν ἕτερον τῶν μηρῶν ὑπὸ συός;

Καὶ γὰρ θηρεύοντ' ἔλασεν σῦς λευκῷ ὀδόντι
Παρνησσὸν δ' ἐλθόντα σὺν υἱάσιν Αὐτολύκοιο.

Ἐπρέσβευε δὲ καὶ ἡ Σπάρτη πολεμικωτάτη οὖσα τὴν κυνηγεσίαν (3) νόμος γοῦν παρ' αὐτῇ ἐν τῇ τῆς Ἀρτέμιδος (4) ἑορτῇ, τὸν προσιόντα ἐπὶ τὸ δεῖπνον οὐ κυνηγετήσαντα, τῆς παρανομίας δίκην διδόναι (5)· ἡ δὲ δίκη, νέῳ μὲν καλπὶς μεστὴ ὕδατος κατὰ τῆς κεφαλῆς καταχεομένη, πρεσβυτέρῳ δὲ κατὰ τοῦ τῆς χειρὸς δακτύλου· ἥπερ τῇ μὲν ἀληθόνι, μικρὰ ἂν ἴσως τινὶ δόξειεν τιμωρία, τῇ δὲ ἀτιμία, ἣν παμμεγάλη. Ἐπρέσβευον καὶ ταύτην Μακεδόνες· τῷ γὰρ ἄνευ λίνων ὗν κεντήσαντι, οὐ καθῆσθαι δειπνοῦντι, ἀλλὰ κατακλίνεσθαι, συνεχώρουν (6)· ὃ καὶ παρ' αὐτοῖς ἦν τιμιώτερον. Ἐπρέσβευον δὲ καὶ Πέρσαι (7) ταύτην, καὶ παρὰ τούτοις ὁ βασιλεὺς οὐχ ἧττον τῆς θήρας ἠγεῖτο, ἢ καὶ τῶν πολεμικῶν ἔργων, ἐξάγων τοὺς νέους ἐπὶ τὴν κυνηγεσίαν, καὶ ἐπιμελόμενος ὅπως ἂν θηρῶσι· οὐκ ἀπὸ τρόπου δὲ τοῦτ' ἐποίουν· μελέτη γὰρ εἶναι δοκεῖ τῶν πολεμικῶν μεγίστη ἡ κυνηγεσία· καὶ γὰρ καὶ πρωὶ ἐγείρεσθαι, καὶ ὀψὲ κοιμᾶσθαι, καὶ νυκτερεύειν ἐθίζει, καὶ καύματος ἅμα, καὶ ῥίγους, καὶ δίψους, καὶ πείνης ἀνέ-

Venationi item dederunt operam Chiron, Cephalus, Aesculapius, Melanion, Nestor, postremo tantus heroum numerus, quantum nominatim appellare, labor sit. Nonne et Achaeorum sapientissimum introducit Homerus venantem apud Autolycum, et in altero femore ab apro vulneratum?

Namque venantem sauciavit aper albo dente
Ad Parnassum profectum cum Autolyci filiis.

Coluit Sparta quoque bellicosissima venationem. Itaque lex ibi fuit in Dianae festo, ut qui ad convivium haud peracta venatione veniret, poenas suae culpae daret. Poena autem erat, iuveni quidem, aquae plena situla in caput; seniori autem, in unum manus digitum effusa: quae sane, si dolor spectetur, levis fortasse punitio alicui videbitur; sed habita ignominiae ratione, maxima fuit. Coluerunt venationem etiam Macedones: nam qui sine retibus aprum confixisset, huic caenare non sedenti sed recumbenti concedebant: quod apud ipsos pariter honoratius erat. Postremo etiam Persae venationi addicti fuerunt; atque apud hos rex, haud secus venationi, quam bellicis operibus praeerat, educendo scilicet ad venationem iuvenes, atque ut huic operam darent curando. Neque id absurde faciebant: etenim meditatio praecipua videtur bellicae rei venatio: nam et mane expergisci, et sero decumbere, et vigilare noctes consuefacit, et ardorem simul et frigus, et sitim famemque tolerare, et iter

(1) Ex initio xenophontei elegantissimi de venatione tractatus.
(2) Odyss. XIX. 465.
(3) Confer Cragium de rep. Laced. lib. III. tab. IX. 2.
(4) Dianae scilicet venatricis, cuius statuam sagittas tenentem non semel describit Pausanias.
(5) Propter Lycurgi legem adversus ignavos.
(6) Sedebant convivantes antiquitus, deinde coeperunt discumbere; sed postremum hoc honoratius. De Romanis Val. Max. II. 3. et Isidor. XX. 11. De Graecis Feithius antiq. homer. lib. III. 5.
(7) Imitatur heic Gaza Xenophontem Cyropaed. lib. I. 10, ubi de Persarum venandi studio ac disciplina.

χεσθαι, καὶ ὁδοιπορεῖν, καὶ νὴ Δία εἰ δέοι τρέχειν, διά τε λείας καὶ δι' ὁμαλῆς, καὶ διὰ ναπῶν, καὶ διὰ κρημνῶν ὁμοίως· πρὸς δὲ καὶ βάλλειν καὶ τίρώσκειν, καὶ βαλλόμενον οὐκ εἴκειν, καὶ πάντα μὲν πόνον, πάντα δὲ κίνδυνον, πᾶσαν δὲ δυσχέρειαν ὑπομένειν· ἃ δὴ θαυμασίως ὡς τοὺς πολεμοῦντας ὠφελεῖ. Εἰ δὲ βούλει εἰδέναι ὅσον μέρος πρὸς τὰ πολεμικὰ συμβάλλει ἡ θήρα, παράβαλλε κυνηγὸν ἄνδρα πρὸς τὸν τῆς θήρας ἄγευστον καὶ ἀπείρατον, καὶ ὄψει μυριὸν ὅσον ἐν τοῖς κατὰ τὸν πόλεμον ὑπερφέροντα.

δ'. Τοιγαροῦν ὁ Πλάτων ἐν τῇ νομοθεσίᾳ παραινεῖ τοῖς νέοις τούτου ἔχεσθαι τοὐπιτηδεύματος, εἰ μέλλουσι τὴν ἑαυτῶν καλῶς καὶ ἐμπείρως οἰκήσειν. Βέλτιον δ' ἴσως ἀπ' αὐτῶν τῶν τοῦ νομοθέτου κύρβεων ἀπολεξάμενος ἱστορεῖν· λέγει οὖν. (1) " Κινδυνεύει γὰρ οὐδενὸς ἔλαττον μάθημα εἶναι, δι' ἀκριβείας
„ ἐπίστασθαι πάντας τὴν αὑτῶν χώραν· οὗ δὴ χάριν κυνηγεσίαν καὶ τὴν ἄλλην
„ θήραν, οὐχ ἧττον ἐπιτηδεύειν δεῖ τὸν ἡβῶντα, ἢ τῆς ἄλλης ἡδονῆς ἅμα καὶ
„ ὠφελείας, τῆς περὶ τὰ τοιαῦτα γιγνομένης πᾶσι. „ Καὶ ταῦτα μὲν ἐκεῖνος. Ἀλλὰ μὴν δι' ὧν τὴν θήραν μεταχειριζόμεθα; οὐκ ἄδηλον ὅτι διὰ τῶν κυνῶν· κύνες γὰρ εἰς θήραν ἐξαγόμενοι, ἢ τοὺς θήρας ὀφθέντας διώκουσιν, ἢ τῶν ἰχνῶν λαβόμενοι, διὰ τούτων ἐπ' αὐτοὺς τρέχοντες τρέχοντας ὅσον τάχος ἡμᾶς ἄγουσι, καὶ μάχονται μεθ' ἡμῶν ὑπὲρ ἡμῶν· πολλάκις δὲ καὶ πρὶν τοὺς κυνηγοὺς ἐπελθεῖν, τὸ θηρίον διεσπάκασι. Καὶ περὶ μὲν τῆς τῶν κυνῶν ἐν τῇ θήρᾳ ὠφελείας τοσαῦτα· ἐδύνατο γὰρ ἄν τις, μὴ σπεύδειν ὡρμημένος, δεῖξαι καὶ διεξιέναι ὡς ἄνευ θήρας μεστὰ ἦν ἅπαντα θηρίων τοὺς ἀνθρώπους κακουργούντων,

agere, et per Iovem si opus sit, currere per plana et aequa, et per nemorosa loca vel etiam confragosa. Insuper iaculari et ferire; et si forte aliquis pulsetur, minime cedere, et laborem quemlibet ac periculum et difficultatem sustinere. Quae omnia mirabiliter, tamquam si bellum gereretur, iuvant. Quod si cognoscere aves quatenus rei bellicae venatio prosit, fac compares virum venatorem cum illo qui venandi nullum usum peritiamque habeat, comperiesque omnino quantopere prior ille hunc bellica virtute superet.

4. Propterea Plato in suo de legibus opere hortatur iuvenes, ut huic exercitio studium impendant, si modo velint patriam regionem bene periteque habitare. Sed praestat fortasse ex ipsis legislatoris tabulis verba sumpta exscribere. Ait igitur. « Haud minoris momenti studium esse videtur, ut omnes exquisite omnia suae re-
» gionis loca pernoscant. Cuius rei gratia, non minus quam oblectamento aut alteri
» cuiquam utilitati, adolescentes venationi, quae et canibus et alio quolibet modo fit,
» operam dare debent. » Haec ille. Iam vero quibusnam instrumentis venamur? Videlicet canibus. Etenim canes in venationem educti, vel feras conspectas persequuntur; vel compertis vestigiis, per haec post eas currendo, currentes nos velociter deducunt, et nobiscum pro nobis pugnant. Saepe etiam ante quam venatores superveniant, feram iam dilacerarunt. Et de canum quidem in venando utilitate hactenus. Nam posset aliquis, festinandi minime indigus, demonstrare ac latius exponere, quo-

(1) Plato de legibus lib. VI. ed. Serr. T. II. p. 763. Idem Plato copiosius de venatione scribit sub finem libri VII. Conferatur etiam Plutarchus in lib. de animalium sollertia.

καὶ καϑακεκλεισμένους ἐν ταῖς πόλεσι πολιορκούνϑων, ὧν ἁπάντων διὰ τῶν κυνῶν καὶ τῆς κυνηγεσίας ἀπηλλάγμεϑα.

ε'. Τί δὲ ζῶον κυνῶν φυλακτικώτερον, καὶ τὴν παρακαταθήκην ἀποδιδόναι πιστότερον; διὰ τοῦτο γὰρ τῶν ἀγελῶν προϊσταμεν αὐτοὺς, καὶ τὰς ἀγέλας αὐτοὶ εἰς νομὴν ἐξάγουσι, καὶ προπέμπουσι, προπεμφθείσας δὲ φυλάττουσι, φυλαχθείσας δὲ ὀπίσω οἴκαδε ἄγουσι· τοῖς μὲν προβάτοις ἥπιοι, τοῖς δὲ λύκοις φοβεροὶ, τοῖς δὲ ποιμέσι πειθήνιοι· καὶ ζώντων μὲν τούτων, οὐκ ἂν ἅψαιντο λύκοι ἀγέλης, ἀποθανόντων δὲ ταχέως διέσπασαν· διὸ καὶ οἱ αἰσώπειοι ἐκεῖνοι λύκοι, σπονδὰς καὶ εἰρήνην καὶ συμμαχίαν τοῖς ποιμνίοις προὔτείνον, ἐφ' ᾧ τοὺς τραχεῖς ἐκείνους καὶ σκληροὺς καὶ ἀπεχθεῖς κύνας ἐκδότους ποιεῖν· εὖ εἰδότες, ὅτι τούτων κρατήσαντες, ἀπόνως τὰ πρόβατα χειρώσονται (1). Καὶ τί ἄν σοι λέγοιμι τὸν Κάππαρον ἐκεῖνον; μᾶλλον δὲ τί οὐκ ἄν σοι λέγοιμι τὸν φύλακα τοῦ νεὼ τοῦ Ἀσκληπιοῦ; ἐπειδὴ γὰρ ἱερόσυλός τις λάθρα εἰσελθὼν, ἐσύλα τὰ τιμιώτατα, αὐτὸς μὲν ὅσον φωνῆς ἧκε ὑλάκτει· οὐκ ἐγειρομένων δὲ τῶν ζακόρων, ἀλλ' ἀποδιδράσκειν τῷ ἱεροσύλῳ ἀφορμὴν δεδωκότων, ἐδίωκε τὸν ἱερόσυλον ὁ κύων, οὐδέποτε ἀπολειπόμενος αὐτοῦ· μεϑ' ἡμέραν μὲν τοὺς ἀεὶ ἑκάστοτε ἀπαντῶντας φιλοφρονούμενος, αὐτῷ δὲ τῷ ἱεροσύλῳ ὑλακτῶν, νυκτὸς δὲ ὁμοίως ἑπόμενος· ἄχρις οὗ οἱ ἐπὶ διώξει πεμφθέντες, πυνϑανόμενοι καϑ' ὁδὸν περὶ τοῦ κυνὸς, τὸν ἱερόσυλον καϑέλαβον, καὶ ὀπίσω εἰς Ἀθῆνας ἦγον· ὁ δὲ κύων εἵπετο μάλα φαιδρὸς, ὡς ἂν εἰ τρόπαιον ἀπὸ πολεμίου ἄγων, θέαμα κάλλιστον καὶ τοῖς ὁρῶσιν ἥδιστον παρέχων· ἐφ' ᾧ οἱ Ἀθηναῖοι τῷ κυνὶ ἐψη-

modo omissa venatione omnia fierent plena ferarum, quae hominibus male facerent, et in urbibus clausos obsiderent; a quibus cunctis incommodis venaticorum canum ope liberamur.

5. Quodnam porro animal est custodiendo aptius quam canis, reique commissae servandae fidelius? Propterea enim et gregibus eos praeficimus, qui quidem illos ad pascua educunt et praemittunt, praemissosque custodiunt, et custoditos ad caulas reducunt: ovibus mansueti, lupis terribiles, pastoribus obedientes. Et vivis quidem canibus, haud attingent greges lupi; mortuis autem, illico dilacerabunt. Quare et illi aesopici lupi pacis societatisque foedus gregibus offerebant, dummodo asperos illos ac saevos et invisos canes sibi deditos traderent: probe gnari, si his potirentur, greges sine ullo labore in ipsorum potestatem redactum iri. Iam cur tibi narrem de illo Capparo, vel potius de illo dicam templi Aesculapii custode? Nam cum praedo quidam sacrilegus clam ingressus pretiosissima quaeque auferret, canis quidem quam validissima voce allatrabat: verum aedituis minime experrectis, sed praedoni spatium fugiendi concedentibus, ipse praedonem persecutus est neque ab eo umquam destitit. Postridie autem occurrentes singulos blande excipiebat, praedonem vero allatrabat, et noctu quoque insectabatur: donec missi ad inquirendum reum homines, audita in via de canis negotio relatione, praedonem ceperunt, et post se trahentes Athenas deduxerunt: quem canis valde hilaris sequebatur, trophaeum veluti de hoste agens,

(1) In editione cl. Furiae fab. CCXI.

φίσαντο δημοσία σῖτον, καὶ προσέταξαν τοῖς ζακόροις ποιεῖσθαι αὐτοῦ ἐπιμέλειαν (1).

ς'. Ταῦτα λογιζόμενος ὁ δαιμόνιος ἐκεῖνος Πλάτων, ζητῶν δὲ ἐπιτήδειόν τινα τῇ καλλίστῃ ἑαυτοῦ καὶ θαυμασιωτάτῃ πόλει ἐγκαθιστάναι φύλακα, οὐκ εἶχεν ὅθεν ἄλλοθεν εἰκόνα αὐτοῦ λάβοι, ἢ ἀπὸ τῆς τῶν κυνῶν φύσεως· λέγει οὖν ἐν τῇ πολιτείᾳ (2) διαγράφων τὸν φύλακα. " Οἴει οὖν τι διαφέρειν φύσιν „ γενναίου σκύλακος, εἰς * φυλακὴν, νεανίσκου εὐγενοῦς; τὸ ποῖον λέγεις; οἷον „ ὀξύν τε ποῦ δεῖ αὐτοῖν ἑκάτερον εἶναι πρὸς αἴσθησιν, καὶ ἐλαφρὸν πρὸς τὸ „ αἰσθανόμενον διώκειν, καὶ ἰσχυρὸν αὖ ἐὰν δέῃ ἑλόντα διαμάχεσθαι; Καὶ „ μετὰ μικρόν· οἶσθα γάρ που τῶν γενναίων κυνῶν, ὅτι τοῦτο φύσει αὐτῶν τὸ „ ἦθος. Πρὸς μὲν τοὺς συνήθεις καὶ γνωρίμους ὡς οἷον πραοτάτους εἶναι· πρὸς „ δὲ τοὺς ἀγνῶτας τοὐναντίον; οἶδα μέν τοι. Τοῦτο μὲν ἄρα, ἦν δ' ἐγὼ, δυν„ ατόν· καὶ οὐ παρὰ φύσιν ζητοῦμεν, τοιοῦτον εἶναι τὸν φύλακα· οὐκ ἔοικεν· „ ἆρ' οὖν σοι δοκεῖ ἔτι τοῦδε προσδεῖσθαι ὁ φυλακικὸς ἐσόμενος, πρὸς τὸ θυ„ μοειδῆ, ἔτι πρὸς γενέσθαι φιλόσοφος τὴν φύσιν; πῶς δὴ, ἔφη; οὐ γὰρ ἐν„ νοῶ· καὶ τοῦτο, ἦν δ' ἐγὼ, ἐν τοῖς κυσὶ καθόψει, ὃ καὶ ἄξιον θαυμάσαι τοῦ „ θηρίου· τὸ ποῖον; ἂν μὲν ἴδῃ ἀγνῶτα, χαλεπαίνει· οὐδὲν δὴ κακὸν προπεπον„ θώς· ὃν δ' ἂν γνώριμον, ἀσπάζεται, κἂν μηδὲν πώποτε ὑπ' αὐτοῦ ἀγαθὸν πε„ πόνθοι· ἢ οὔπω τοῦτο ἐθαύμασας; οὐ πάνυ, ἔφη, μέχρι τούτου προσέσχον „ τὸν νοῦν· ὅτι δέ που δρᾷ ταῦτα, δῆλον· ἀλλὰ μὴν κομψόν γε φαίνεται τὸ „ πάθος αὐτοῦ τῆς φύσεως, καὶ ὡς ἀληθῶς φιλόσοφον. „ Ἐνταῦθα καλῶς ἔχει

spectaculum egregium ac videntibus iucundissimum exhibens. Quamobrem Athenienses cani publica alimenta decreverunt, aedituis ut eius curam gererent mandantes.

6. Haec reputans divinus ille Plato, dum idoneum aliquem pulcherrimae suae stupendissimaeque civitati imponere custodem quaereret, non habuit unde aliter imaginem eius sumeret, quam a canum natura. Sic ait itaque in reipublicae dialogis, custodem describens. « Existimasne igitur generosi catuli et nobilis adolescentis natu» ram, ad vim custodiendi quod adtinet, differre? Quid ais? Consentaneumne sit vi» delicet naturam utriusque valere, et ad sensum esse sagacem, et velocem atque » expeditam ad id quod sentitur persequendum, et tamen validam, si opus fuerit, » ad dimicandum? » Et paulo post. « Erga notos quidem et familiares sunt perquam » mansueti (canes): erga ignotos, saevi. Novi enimvero. Hoc ergo, inquam, huius» modi est, ut fieri possit commode; neque praeter naturam, talem custodem inve» stigamus. Non videtur. Nonne et insuper hoc videtur indigere is qui dignitatem » consecuturus est, ut praeter quam quod iracundus esse debeat, natura quoque sa» gaci praeditus sit? Quomodo? inquit; non enim intelligo. Et hoc quoque, inquit, » in canibus videre est, quod in animalis natura dignum admiratione est. Quale » istud? In incognitum quidem excandescit, etsi nihil ab eo mali perpessus sit: co» gnito autemblanditur, etiamsi nihil ab eo umquam boni perceperit. Nondum tu » hoc admiratus es? Non magnopere quidem, inquit, id hactenus animadverti: ita » autem se habere, perspicuum est. Atqui hic eius naturae impetus scitus est vere-

(1) Ex Plutarcho de animalium sollertia. — (2) Plato de rep. lib. II. ed. cit. p. 375.

ἀναπαύεσθαι· τί ἄν τις τὰ μέγιστα οὐ μόνον περὶ κυνῶν, ἀλλὰ καὶ περὶ ἀνθρώπων εἰπεῖν προθυμηθείς, εἶχεν ἂν εἰπεῖν μεῖζον ἢ κάλλιον; οὐχ ἵππῳ, οὐ βοΐ, οὐκ ἐλέφαντι τὸν φύλακα ζητεῖ ὅμοιον, ἀλλὰ τῷ κυνί. Κύων φύλαξ ἄριστος τοιοῦτος, φησὶ, τῇ ἐμῇ πόλει γενέσθω φύλαξ· κύων φιλόσοφος τὴν ψυχήν· γενέσθω δὲ καὶ κατὰ τοῦτο τῷ κυνὶ παραπλήσιος ὁ ἐμὸς φύλαξ.

ζ'. Οὐκ οὖν θαυμαστὸν, εἰ ἐν τοῖς πάλαι χρόνοις ἄνδρες ἐπὶ φιλοσοφίᾳ μεγίστην δὴ τῶν καθ' ἑαυτοὺς δόξαν ἔχοντες, τὴν τῶν κυνῶν ἐπώνυμον προσηγορίαν οὐκ ἀπηξίωσαν, μᾶλλον δὲ καὶ ὡς λαμπρόν τι καὶ θαυμάσιον ἐσφετέρισαν καὶ ἰδιοποιήσαντο, καὶ οὐκ ἂν ἄλλως ἠνέσχοντο ἢ Κυνικοὶ προσαγορευόμενοι· ἢ καὶ τῶν ἀγροίκων τινος καὶ παχυδέρμων ἐν ὀνείδους μέρει τῷ Διογένει προσφέροντος, ὅτι κύων εἴη, ἀπεκρίνατο ὁ Διογένης μάλα πρᾴως, ἅ τε οὐκ ἔξαρνος γινόμενος· οἱ κύνες τοὺς ἐχθροὺς δάκνουσιν, ἐγὼ δὲ τοὺς φίλους ἵνα σώσω. Οὐ μόνον δὲ τῶν ἀνθρώπων οἱ ἄριστοι κύνες ὠνομάσθησαν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄστρων ἓν τὸ λαμπρόταστον, τὸ ἐν ἀκμῇ θέρους ἀκμάζον. Καὶ θεοὶ δέ· θεὸς γὰρ παρ' Αἰγυπτίοις κύων (1). Ὅτι μὲν οὖν ὁ κύων φυλακικὸς (2), καὶ τὴν ψυχὴν φιλόσοφος, ἐκ τούτων ἀποδεδεῖχθαι οἶμαι· ὅτι δὲ φιλικώτατος ὁ αὐτός ἐστι καὶ φιλοστοργώτατος, τίς οὐκ ἐπίσταται; ὄντος μὲν γὰρ οἴκοι τοῦ δεσπότου, οἴκοι μένει· ἀποδημοῦντος δὲ, συναποδημεῖ, καὶ οὐ μῆκος ὁδοῦ, οὐ δυσχωρία, οὐ δίψος, οὐ χειμὼν, οὐ θέρος εἴργει, τὸ μὴ οὐ παντάχῃ ἀκολουθεῖν· ἀκολουθεῖ δὲ νῦν μὲν προτρέχων, νῦν δὲ πρὸς τὸν δεσπότην ἐπανερχόμενος, νῦν δὲ παίζων καὶ τὴν οὐρὰν σείων, καὶ ὅλως πρᾶγμα ποιούμενος παιδιὰν τῷ δε-

» que sagax. » Heic autem subsistere, praeclarum est. Nam quis maxima volens non modo de canibus, verum etiam de hominibus dicere, maius aliquid aut pulchrius possit eloqui? Non equo, non bovi, non elephanto similem custodem quaerit, sed cani. Canis, inquit, custos optimus meae civitatis sit; canis animo sagax. Sit huic similis custos meus.

7. Nil ergo mirum, si temporibus priscis, viri philosophi, magnaeque apud aequales suos existimationis, canis cognomen non respuerunt, immo ut splendidum quid et mirabile sibi proprium imposuerunt, neque se aliter quam Cynicos dici voluerunt. Utique et rusticano quodam ac stupido convicii causa ingerente Diogeni, quod canis esset; respondit Diogenes mansuete admodum, quin tamen rem negaret: canes mordent inimicos; ego vero amicos, ut salvem. Neque egregii tantum homines, canes appellati sunt, sed et splendidissimum illud sidus, quod summa aestate emicat. Quin et ipsi dii: etenim canis Aegyptiis Deus est. Age vero quod canis suapte natura custos apprime, et animo sagax sit, ex dictis ut reor demonstratum est. Quod autem idem et peramans benivolusque sit, quis demum nescit? Nam domino domi morante, domi manet: abeunte autem, simul abit: nec viae longitudo aut asperitas, nec sitis, nec hiems, neque aestus cohibet, quominus quocumque sequatur. Comitatur autem modo praecedens, modo ad dominum revertens, modo ludens caudamque agi-

(1) Videlicet latrator Anubis: Sunt autem passim dii cynocephali in Aegyptiorum monumentis pictis fictisque.

(2) Eleganter de his canis virtutibus loquitur etiam S. Augustinus in sermone quinto, inter illos a nobis nuper editos, qui est de muliere cananaea.

σπότῃ καὶ ἡδονὴν παρέχειν· καλεῖ τοῦτον ὁ δεσπότης, ἔρχεται· ἀπειλεῖ, μάλα ταπεινὸς γίνεται· τύπτει, οὐκ ὀργίζεται. Ἧι καὶ χαριέντως ὁ Αἴσωπος ὑπὸ τοῦ δεσπότου Ξάνθου κελευσθεὶς, ἐπιλέκτους τινὰς κρεῶν μερίδας τῇ εὐνοούσῃ διδόναι, οὐ τῇ γυναικὶ, ἀλλὰ τῇ κυνὶ ἐπέδωκεν· ἐπανελθόντος δὲ οἴκαδε τοῦ Ξάνθου, καὶ τῆς γυναικὸς ἐπ' αὐτῷ τούτῳ δυσμενῶς αὐτῷ ἐχούσης, καὶ οὐ τῇ Αἰσώπου πανουργίᾳ, τῇ δὲ τοῦ Ξάνθου ἐφυβρίσει τοῦτο ἀνατιθεμένης, ἔφη ὁ Αἴσωπος· ἆρ' οὐκ ὀρθῶς δρῶν, ὦ δέσποτα, τῇ κυνὶ ὡς εὐνοούσῃ προΰβαλον; ταύτην γὰρ κἂν τύπτῃς, κἂν μαστιγώσῃς, ἀμνημονεῖ· ἡ δὲ γυνὴ ἅπαξ ὑβρισθῆναι δοκοῦσα, ἀδιαλλάκτως ἔχει (1).

ν'. Μυρίων δὲ τῆς τῶν κυνῶν πρὸς τοὺς δεσπότας φιλίας καὶ εὐνοίας ὄντων τῶν παραδειγμάτων, ὀλίγα ἀπὸ πολλῶν τὰ ἐπισημότατα ἀπομνημονεύωμεν. Λυσιμάχῳ μὲν οὖν τῷ βασιλεῖ ὁ κύων Ὑρκανὸς συναπέθανε (2). Συναπέθανε δὲ καὶ ἰδιώτῃ τινὶ Πύρρῳ τοὔνομα ὁ κύων· ἀποθανόντος γὰρ τοῦ δεσπότου, ἀποσπᾶσθαι τοῦ νεκροῦ οὐκ ἠδυνήθη, καὶ τῇ πυρᾷ ἐπιτεθέντος ἐπ' αὐτὴν ἥλατο καὶ συγκατηκαύθη. Τῶν δὲ Ῥωμαίων τινὸς Καιλίου τοὔνομα εὐπατρίδου, ὁ κύων ὑπερασπίζων τοῦ δεσπότου καὶ ὑπερμαχόμενος, οὐκ εἴασε τὴν κεφαλὴν ἀποτεμεῖν, πρὶν καὶ αὐτὸς ὑπὸ τῶν φονέων συναπέθανε. Τῶν Ἀθηναίων πανδημεὶ εἰς τὰς ναῦς ἐμβάντων, ἐπειδὴ ὁ Ξανθίππου τοῦ Περικλέους πατρὸς κύων εἰς ναῦν ἐμβῆναι οὐκ ἠδυνήθη, εἰς θάλασσαν ἥλατο καὶ τῇ νηὶ παρανηχόμενος ἄχρι Σαλαμῖνος ἐκαρτέρησεν, ἧς ἐπιβὰς ἐλειποψύχησε. Πύρρος ὁ βασιλεὺς πο-

tans, atque ita se omnino gerens ut oblectationi ac iucunditati domino sit. Vocat hunc dominus? venit. Minatur dominus? fit admodum humilis. Verberat? non irascitur. Festive certe Aesopus a domino Xantho iussus selecta quaedam carnis frustilla benivolae dare, ille haud uxori, sed caniculae dedit. Reverso autem domum domino, et uxore ob id stomachante, neque Aesopi calliditati rem tribuente, sed a Xantho contumeliam sibi illatam credente, ait Aesopus: nonne ego recte egi, o domine, qui carnem caniculae ut benivolae obieci? Haec enim etiamsi verberes, etiamsi flagelles, tamen obliviscitur. At uxor si semel se iniuria affectam existimet, implacabilis fit.

8. Cum innumera sint canum erga dominos amicitiae benivolentiaeque exempla, pauca e multis insigniora memorabimus. Lysimacho canis nomine Hyrcanus fuit, qui cum eo pariter obiit. Canis alius cum idiota homine, cui nomen Pyrrhus, commortuus est: etenim extincto domino, ab eius cadavere abstrahi non potuit; et illo in rogum imposito, canis in eundem insiluit, secumque combustus est. Caelio romano patricio canis ceu domino suo defensorem se praebuit, pugnansque caput eius amputari non sivit, donec et ipse ab interfectoribus ictus simul occubuit. Atheniensium universo populo in naves conscendente, quum Xantippi, qui pater fuit Periclis, canis in navim inscendere haud potuisset, in mare se deiecit, et navi adnatans Salaminam usque labore tolerato, statim in littore expiravit. Pyrrhus rex in itinere occurrit cani

(1) Sumitur haec lepida narratiuncula ex vita Aesopi a Maximo Planude scripta.

(2) Hoc et sequentia pleraque exempla sumuntur ex Plutarchi libro de animalium sollertia, et ex Plinio lib. VIII. 61. Narrantur canum aliquot mirabilia facta etiam apud S. Augustinum in sermone de sancto apostolo Thoma, quem nos in vaticano codice observavimus.

ρευόμενος ἐνέτυχε καθ' ὁδὸν κυνὶ τὸν τοῦ δεσπότου νεκρὸν δορυφορουῦντι· λαβὼν δὲ τὸν κύνα ἐφύλαττε, ἄχρις οὗ τὸ στρατιωτικὸν ἐξετάζων, παρόντος τῷ βασιλεῖ τοῦ κυνός, αὐτὸς ἐωὶ μὲν τοῖς ἄλλοις ἡσυχίαν ἦγεν, ὁρῶν δὲ τοὺς τοῦ δεσπότου φονέας καὶ αὐθέντας, ἐπ' αὐτοὺς ἔδραμεν μετὰ κραυγῆς καὶ ὑλαγμοῦ, πολλάκις πρὸς τὸν βασιλέα μεταστρεφόμενος, ὥστε ὑποψίαν παρέχειν τοῖς παροῦσι, πᾶσι καὶ αὐτῷ δὲ τῷ βασιλεῖ κατ' αὐτῶν· διὸ συλληφθέντες οἱ ἄνθρωποι καὶ βασανιζόμενοι, ὡμολόγησαν τὸν φόνον πεπραχέναι, καὶ δίκην ἔδοσαν, κυνὸς τὸν τοῦ δεσπότου θάνατον τιμωρησαμένου. Παραπλήσιον δὲ καὶ τὸν τοῦ Ἡσιόδου κύνα πεποιηκέναι φασὶν, ἐλέγξαντα τοὺς τοῦ ποιητοῦ αὐτόχειρας. Τίτου Σαβίνου ὑπὸ Ῥωμαίων εἰς εἱρκτὴν ἐμπεσόντος ὡς κολασθησομένου, ὁ κύων οὐδέποτε ἀπελαύνεσθαι τῆς εἱρκτῆς ἠδυνήθη· εἰς δὲ τοὺς Γεμωνίους κλίμακας τοῦ νεκροῦ ῥιφθέντος, οὐδέποτε αὐτοῦ ἀπελείπετο, μάλα ἱερῶς ὀλολύζων ἐν πολλοῖς θεαταῖς, ὧν ἑνὸς ἄρτον προσενεγκόντος, ὁ κύων τῷ νεκρῷ παρέδωκε φέρων· τέλος δὲ τοῦ νεκροῦ εἰς τὸν Τίβεριν ἐμβληθέντος, συνεξέπεσε καὶ ὁ κύων τὸν νεκρὸν ἐπικουφίζων, καὶ τὸ εἰς ἑαυτὸν ἦκον μέρος αἴρων, μυριάνδρου πλήθους θεωμένου καὶ ὑπερθαυμάζοντος (1).

θ'. Ὅτι γε μὴν ἀνδρεῖον καὶ μάχιμον τὸ ζῶον, ἐδίδαξεν ὁ τῶν Ἀλβανῶν βασιλεὺς, πέμψας πρὸς Ἀλεξάνδρον κύνα ὑπερμεγέθη, ᾧπερ ἡσθεὶς ὁ βασιλεὺς ἄρκτον, εἶτα δὲ κάπρον, εἰς μάχην ἐκτέθεικε· τούτου δ' ὑπερορῶντος τὰ θηρία καὶ οὐκ ἀξιόμαχα νομίζοντος, ὀργισθεὶς ὁ Ἀλέξανδρος ἀποκτείνειν ἐκέλευσε· πυθόμενος δὲ τοῦτο ὁ τῶν Ἀλβανῶν βασιλεὺς, ἔπεμψεν ἕτερον, κελεύων τὸν Ἀλεξανδρον, πεῖραν οὐκ ἐν μικροῖς ποιεῖσθαι ζώοις, ἀλλ' ἐν λεόντι καὶ

qui domini cadaveri in via adsistebat. Captum ergo canem in custodia habuit, donec exercitum recensens, adstante regi cane, hic erga alios quidem quietus fuit, sed mox visis domini interfectoribus, in eos irruit cum clamore et latratu, saepe ad regem semet convertens, in tantum ut praesentibus ipsique regi suspicionem de illis iniiceret. Quamobrem capti homines et excruciati, caedem se fecisse confessi sunt, poenasque luerunt, cane domini necem ulciscente. Simile prorsus fecisse narrant Hesiodi canem, qui poëtae occisores indicavit. Titum Sabinum a Romanis coniectum in vincula ceu supplicio addictum, canis eius a carcere abigi nullatenus potuit. Cumque Sabini cadaver in Gemonias scalas fuisset proiectum, canis eum numquam deseruit, lugubriter admodum ululans, coram multis spectatoribus; quorum unus cum ei panem obiecisset, ille ad defunctum detulit. Ad extremum cadavere in Tiberim abiecto, deiecit se illuc etiam canis, cadaver sustentans, et pro viribus attollens, innumero spectante summeque admirante populo.

9. Quod vero etiam animosum et pugnax animal canis sit, demonstravit Albanorum rex, misso ad Alexandrum magnitudinis eximiae cane; quo rex delectatus ursum illi et deinde aprum in certamen obiecit: qui quum eas beluas aspernaretur, neque secum proeliari dignas iudicaret, iratus Alexander canem occidi iussit. Re intellecta Albanorum rex, alium misit, Alexandrum monens, ne in parvis beluis ex-

(1) Legesis de Sabini cane Plinium lib. VIII. 61. Ego veterem quoque tabulam canis vidi domini cadaver protegentis ab avium voratu.

ἐλέφαντι· τοιγαροῦν ὁ κύων τόν τε λέοντα καὶ μετὰ μικρὸν τὸν ἐλέφαντα κατέβαλε, ἡδομένου θαυμαστὸν ὅσον τοῦ Ἀλεξάνδρου, καὶ πάντων τῶν συμπαρόντων (1). Μαρτυροῦσι δὲ τῷ λόγῳ οἱ τῶν Γαραμάντων κύνες· κύνες γὰρ διακόσιοι τὸν τῶν Γαραμάντων βασιλέα, τοῖς ἀνθιστᾶσι πολεμοῦντες ἐπὶ τὴν βασίλειαν κατήγαγον· μαρτυροῦσι δὲ καὶ οἱ Κολοφώνιοι καὶ Κασταβαλιεῖς, οἵπερ κυνῶν φάλαγγας εἶχον τὰς πρώτας μάχην συναπτούσας, αἳ ἰσχυρόταποί τε ἦσαν σύμμαχοι, καὶ μεγίστην τοῦ πολέμου ῥοπὴν ἐποίουν· μαρτυροῦσι δὲ καὶ οἱ τῶν Κιμβρῶν κύνες, οἳ πεσόντων ἐν τῷ πολέμῳ τῶν δεσποτῶν, τὰς οἰκίας ἐφ' ἁμαξῶν οὔσας ἐφύλαξαν καὶ ἔσωσαν μαχόμενοι· πολλὰ δ' ἔτι εἰπεῖν ἔχων, κοινῇ τε ὑπὲρ σύμπαντος τοῦ τῶν κυνῶν γένους, καὶ ἰδίᾳ ὑπὲρ ταυτησὶ τῆς χαριεστάτης κυνός, ἐνταῦθα καταλύσω τὸν λόγον, τῆς σελίδος πλείω τούτων οὐ χωρούσης· ἐβουλήθην δ' αὐτοσχεδιάσαι τὸν λόγον, κυνὶ μὲν ἐγκώμιον, ἐμοὶ δὲ παίγνιον, σοὶ δ' ἀθυρμάτιον. Ἔρρωσο καὶ εὐημέρει.

perimentum illius faceret, sed in leone vel elephanto. Igitur canis tum leonem, tum paulo post etiam elephantum prostravit, cum mirabili Alexandri et adstantium omnium voluptate. Testes nobis sunt etiam Garamantum canes: etenim ducenti canes Garamantum regem, hostibus proelio repulsis, in regnum reduxerunt. Testes sunt etiam Colophonii et Castabalienses, qui canum phalanges habebant, qui primi in acie dimicabant, et fortissimi auxiliares erant, pugnaeque eventum praecipue inclinabant. Testes item sunt Cimbrorum canes, qui prostratis in pugna dominis, domos in curribus constitutas custodierunt pugnandoque servarunt. Cum multa mihi superessent dicenda tum generatim de toto canum genere, tum de hac peculiariter venusta canicula, heic tamen sermonem concludam, quia pagina plura non capit. Volui nihilominus hunc quasi tumultuarie dictare sermonem, qui cani sit laudi, mihi lusui, tibi oblectationi. Vale, et ex animi sententia vive.

(1) De hoc et sequentibus scribunt Plinius et Plutarchus in libris praedictis.

EMENDANDA ET ADDENDA.

Pag. 3. in adn. corr. *Smyrnaeos*. P. 56. v. 15. corr. IX. P. 66. v. 19. corr. *serm. II. p.* 561. P. 84. v. 19. corr. *eadem*. P. 103. v. 12. corr. *opponendos*. P. 122. in adn. corr. *antiocheni*. Ibidem adde. *Unum et alterum spatiosum Mopsuesteni in psalmos locum dedimus nos in T. III. huius bibliothecae PP. post S. Cyrillum*. P. 152. v. ult. corr. ἀναγνωστῶν. P. 188. in adn. adde. *Mediolani olim in codice ambrosiano D.* 160. *part. inf. legebam Theodori Metochitae poëma versuum ferme quingentorum in divum Athanasium; quod ipsum Romae est in allatiano codice, de quo dixi in tomo X. Script. vet. praef. p.* 18.

ANECDOTA

DIATRIBIS LEONIS ALLATII SUBIUNGENDA.

Inter multas utilitates, quas ex supra impressis Allatii diatribis, ac praesertim ex illa de Theodoris, perceptum iri confidimus, ea ferme praecipua est, quod haud pauca inedita veterum scripta nobis demonstrantur; quorum nonnulla in vaticanis reapse codicibus comperta a nobis sunt. Et ea quidem omnia evulgare, supra vires foret: attamen nobiliora saltem aliquot ad publicum usum proferre, pretium operae sit. Itaque initium capiemus ab antiquissimo saeculi IV. auctore Theodoro, Heracleae in urbe patria apud Thracas episcopo, cuius permulta ad Esaiam inedita scholia in insigni vaticano codice invenimus, ubi patrum catena ad prophetam est. Fuit is codex venuste in membranis, saeculo circiter decimo scriptus. Idem picturis etiam non inelegantibus exornatur, nempe Esaiae totam codicis frontem occupantis, additis iuxta protomis, non sine epigraphis, Basilii, Cyrilli, Theodoreti, ac Theodori heracleotae; unde intelligimus, Heracleotam inter primarios agnosci Esaiae interpretes. In medio autem codice f. 107. *ad verba illa cap. XXVI.* 9: vigilabit de nocte spiritus meus ad te, Deus, *ut graecus textus loquitur, grandis est noctis figura, cum epigraphe ἡ νὺξ, more prisco seu ethnico picta, colore subnigro, adducto in caput velo stellato, facula inversa. Pone, Esaias elatis manibus orans, cum puero facem praeferente* (quia lumen sunt mandata tua super terram, *ut est in graeco.*) *Supra, divina manus de sphaera caelesti prominens ac benedicens vel iubens* (Domine excelsum brachium tuum *v.* 11.) *Hanc iconem Agincurtius merito admiratus, in suam medii aevi picturarum tabulam XLVI. intulit. Denique in calce codicis, supplicium Esaiae serra dissecti pingitur. Graecam nullam in Esaiam patrum catenam adhuc editam legimus. In hac autem vaticana, praeter illos, quorum commentarii extant, Eusebium caesariensem, Basilium, Chrysostomum, ac Theodoretum, leguntur reliquiae, quamquam multo rariores, Irenaei, Hippolyti, Origenis, Apollinaris, Athanasii, Eusebii emeseni, Greg. nysseni, Severi antiocheni, et libri gerontici; sed contra frequentes admodum Theodori heracleotae, quas solas nunc indidem eruendas suscepimus: gestientes equidem ecclesiasticum hunc classicumque auctorem augere. Porro haec Heracleotae scholia, quae ex fusiore commentario supersunt, graece tantum temporis angustiis pressi ponemus; praesertim quia scripta huiusmodi peritis potius graecorum bibliorum, quam aliis, exhiberi solent.*

ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΗΡΑΚΛΕΙΑΣ

ΕΚ ΤΗΣ ΕΙΣ ΗΣΑΙΑΝ ΕΞΗΓΗΣΕΩΣ.

timete, regem honorate? Quaenam igitur te causa impulit, ut in religiosam Augustam tantopere invehereris? Tunc surgentes Severianus aliique clamaverunt: Augustae multos annos, et inimicis eius Proconesus! Aquilinus cum ceteris dixit: decet ne vos, omisso more sacerdotali, laicum assumere, et laicis exclamationibus uti? Tamen ne sic quidem quiescebant. Theophilus dixit: supplex oro; quomodo hic me deposuerit, scire velim, et cur inimicos meos, qui sunt haeretici, sacerdotio ornaverit? Quaestor dixit: nequaquam hic te deposuit, sed apostolorum princeps cum magno Innocentio. De ordinatis autem cur quereris, cum tu ipse in accusatione verseris? Denuo Theophilus metu obmutuit. Deinde dicunt Iohanni: decet te obiectis respondere ac demonstrare, quam obcausam tot tantaeque contra gloriosissimam Augustam ex ore tuo contumeliae sonuerint. Iohannes vero inquit: equidem si adversus dominum meum Christum male aliquid dixi, ipse semet vindicabit. Verum si de homine, praecipueque si de femina agitur, ego de hac re verba non faciam. Consurgensque egressus est, nulla dicta defensione. Aquilinus quaestor dixit: ego canones non legi: vos videte quid erga hunc agendum sit. Statimque consurgentes iudices exierunt.

τὸ θεὸν φοβεῖσθε, τὸ βασιλέα τιμᾶτε * ; τίς οὖν ἡ αἰτία δι' ἣν οὕτως κατεπαίρου τῆς Θεόφρονος Αὐγούστης; καὶ ἀνέκραγον οἱ περὶ Σεβηριανὸν ἅμα τοῖς ἄλλοις κράζοντες· τῇ Αὐγούστῃ πολλὰ τὰ ἔτη, καὶ τῷ ἐχθρῶν αὐτῆς τῇ Προκονήσῳ. Ἀκυλῖνος ἅμα τοῖς λοιποῖς εἶπεν· πρέπει ὑμῖν τῷ ἱερωσύνῃ ἀπείπασθαι, καὶ ἀποθεμένους τὰ ἱερατικὰ, δημοτικὰ ἀναλαβεῖν, καὶ δημοτικαῖς κεχρῆσθαι φωναῖς; καὶ οὐδ' οὕτως οὐκ ἐπαύοντο. Ὁ δὲ Θεόφιλος εἶπεν· τὸ ποδῶν ὑμῶν δέομαι, πῶς δεῖ καθεῖλεν με, μαθεῖν θέλω· καὶ δὴ ἐχθρούς μου αἱρετικοὺς ὄντας πῶς ἐχειροτόνησεν; Ὁ κυέστωρ ἔφη· οὐχ δεῖ σε καθεῖλεν, ἀλλ' ὁ κορυφαῖος τῶν ἀποστόλων ἅμα τῷ μεγάλῳ Ἰννοκεντίῳ· περὶ δὲ τῶν χειροτονηθέντων, τί φιλεγκλημονεῖς, αὐτὸς σὺ πάθῃ κατηγορίας ἐχόμενος; Καὶ πάλιν φοβηθεὶς ἐφιμώθη. Εἶτα λέγουσιν τῷ Ἰωάννῃ· προσήκει σε τοῖς ἐπαγομένοις, σοι ἀπολογήσασθαι καὶ δεῖξαι, τίνος χάριν αἱ τοσαῦται παρὰ σοῦ δυσφημίαι κατὰ τῆς εὐκλεεστάτης βασιλίδος ἐκινήθησαν; ὁ δὲ Ἰωάννης εἶπεν· εἰ μὲν εἰς τὸ δεσπότην με Χριστὸν ἐβλασφήμησα, ἐμαυτὸν ἐκδικεῖ· εἰ δὲ περὶ ἀνθρώπου ἐστὶν, μάλιστα δὲ καὶ περὶ γυναικὸς, ἐγὼ περὶ τούτου λόγον οὐ ποιοῦμαι· καὶ ἀναστὰς ἐξῆλθεν ἀναπολόγητος (1). Ἀκυλῖνος κυέστωρ λέγει· ἐγὼ κανόνας οὐκ ἀνέγνων· ὑμεῖς οἴδατε, τί ὀφείλεται εἰς αὐτὸν πρᾶξαι· καὶ εὐθὺς ἀναστάντες ἐξῆλθον.

f. 74. a.

* Prov. XXIV. 21.

κγ'. Καὶ συνεβουλεύσαντο οἱ περὶ Θεόφιλον καὶ τύπωσιν * ὡς ἐκ πολλῶν ἐπισκόπων γεχυμένην, καὶ δίδωσιν αὐτὴν τῷ βασιλεῖ· ὁ δὲ τὸ κρίμα αὐτοῖς ὑπερρίψας εἶπεν· τῷ κρίματι ὑμῶν, ὡς συνοίδατε· ὑμεῖς ὄψεσθε· καὶ δηλοῦσι τῷ Ἰωάννῃ διὰ Μαριανοῦ τοῦ μαζοτέρου τῆς βασιλίσσης καὶ κληρικῶν τῆς παρ' αὐτοῦ ἐκβληθέντων, τὸ ἐξελθεῖν τῆς ἐκκλησίας·

* cod. τυποῦσιν.

Iohannes significant per Marianum, qui erat apud Augustam domus praefectus, et per illos a Iohanne eiectos clericos, ut de ecclesia

(1) Cur Eudoxiam publice (tacito tamen nomine) non semel reprehenderit Chrysostomus, apparet ex cognita rapacissimae ac superbae reginae vita. Immo eiusdem ad Epiphanium responsio et minae, infra recitandae, satis etiam irreligiosam demonstrant. Tum in Georgii et Metaphrastae biographiis apud Savilium T. VIII. pp. 205. et 404. defendit ipse se Chrysostomus ab obiecta sibi adversus Eudoxiam παῤῥησία. Quamobrem in hac latrocinali inimicorum suorum synodo silendum sibi potius iudicavit: prout et dominus Iesus coram Caipha ac Pilato egit; neque enim subornati vel regia auctoritate oppressi iudices apologiam quamlibet facile admisissent.

ὁ δὲ ἀντιδηλοῖ αὐτοῖς ταῦτα· ἐγὼ παρὰ τ̃ σωτῆρ(ο) Χριστοῦ ἐπιδέδεγμαι τ̀ ἐκκλησίαν, κ̀ οὐκ ἐξέρχομαι ἐμαυτοῦ (1), ἐὰν μὴ βίᾳ με ἐξώσητε, ἵνα ἔχω ἀπολογίαν πᾶσαν, ὅτι ἥνπερ ὁ θεὸς κατεπίστ(ε)υσεν, γυνή με ταύτης ἐστέρησεν· τότε ὁ Μαριανὸς βίᾳ ἐλκύσας αὐτὸν ἐξέβαλεν· εὐθὺς δὲ χαροτονοῦσιν ἀντ' αὐτοῦ (τ̃) Ἀρσάκιον (2)· καὶ οὐ μετὰ πολὺ διὰ τὸ ἀνοσιούργημα τὸ ἀδίκως πραχθὲν κατὰ τοῦ δικαίου, πῦρ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πεσὸν κατέκαυσεν τὴν ἐκκλησίαν ἔνθα κατέμενεν ὁ ἐπίσκοπ(ο) Ἰωάννης· κ̀ διαδραμὸν τὸ πῦρ πολλοὺς τόπους ἐνεπύρισεν· καὶ εὐθὺς ὁ πόλις (τ̃) Ἀρσάκιον ἐδίωξεν, κ̀ (τ̃) Ἰωάννην εἰσάγει, νεύσαντ(ο)ς τοῦ βασιλέως. Καὶ πάλιν συναχθέντες οἱ περὶ Θεόφιλον ἐνδιαβάλλουσιν τ̀ Ἰωάννην λέγοντες· βασιλεῦ· ἡμεῖς κρίσιν ἀπεφηνάμεθα, καὶ ὀφείλει οὕτως γίνεσθαι· τὴν γὰρ ἐκκλησίαν μετὰ καθαίρεσιν αὐτὸς ἐνεπύρισεν· κ̀ παρώξυναν τ̀ βασιλέα, κ̀ ἄλλα πολλὰ καταλαλήσαντες κ̄ τ̃ Ἰωάννου· ὁ δὲ βασιλεὺς λέγει· ἐγὼ ἀθῷός εἰμι τ̃ κρίματος τούτου· ὑμεῖς ὄψεσθε, ὑμῶν ἐστιν τὸ κρίμα· ὁ θεὸς τὸ κρίμα αὐτοῦ δώσει εἰς τὰς κεφαλὰς ὑμῶν· κ̀ δηλοῖ ὁ βασιλεὺς τῷ Ἰωάννῃ ταῦτα· ὁ χορὸς τ̃ λεγομένων ἱερέων τὸ περὶ σὲ κρίμα τῇ ἑαυτῶν κεφαλῇ ἐπεσπάσαντο· τὰ κ̄ σεαυτὸν οὖν τῷ θεῷ ἀναθέμενος, ὑποχώρει τ̃ ἐκκλησίας.

κδ'. Ἦν δὲ ἐν αὐταῖς ταῖς ἡμέραις κ̀ ὁ μέγας Ἐπιφάνι(ο)ς ὁ ἐπίσκοπ(ο)ς Κωνσταντίας τῆς Κύπρου ἐν Κωνσταντίνου πόλει· καλέσασα αὐτὸν Εὐδοξία, λέγει αὐτῷ· πάτερ τίμιε· ὁ Ἰωάννης αἱρετικός ἐστιν, καὶ πάντες ὑπογράφουσιν εἰς τὴν ἐξορίαν αὐτοῦ· ἀλλ' ὑπόγραψον καὶ σύ· ὁ δὲ ἔφη· εἰ Ἰωάννης αἱρετικός ἐστιν, ἄξιός ἐστιν ἐξορίας· εἰ δὲ μή γε, ἀλλὰ διὰ ὕβριν τῆς σῆς εὐκλείας ἡ ἐξορία, συγγνώμης χρεία, ὡς καὶ ὑμεῖς ἁμαρτάνοντες εἰς (τ̃) ἐπουράνιον βασιλέα· ἡ δὲ ἔφη·

decedat. At ille sic respondit: ego a Christo salvatore ecclesiam accepi, neque sponte propria discedo, nisi me vi expelletis; ut videlicet hac omnino defensione utar, quod quam ecclesiam mihi Christus commisit, eam mihi mulier eripuit. Tunc Marianus vi correptum ecclesia expulit: statimque loco eius Arsacium ordinant. Nec multo post, propter iniuste patratum adversus iustum hominem scelus, ignis caelo delapsus ecclesiam concremavit, ubi antea episcopus Iohannes manebat; et mox dilatata flamma aedes multas ambussit. Statimque civitas Arsacium expulit, et imperatore annuente, Iohannem reduxit. Sed enim denuo conspirantes cum Theophilo episcopi Iohannem criminati sunt dicentes: nos, o imperator, sententiam protulimus, quam exequi necesse est: namque et ecclesiam post depositionem ipse inflammavit. Concitaverunt itaque Augustum, multa quoque alia contra Iohannem obloquentes. Quare Augustus dixit: ego iudicii huius immunis sum; vos videbitis: iudicium vestrum est: iudicium quod de eo feretis, in capita vestra Deus convertet. Significavit autem Iohanni imperator sic: coetus dictorum sacerdotum iudicium de te latum in caput suum sponsione receperunt. Ergo res tuas Deo commendans, de ecclesia digredere.

24. Per eos dies magnus quoque Epiphanius Constantiae cypriae episcopus Constantinopoli versabatur: quem ad se vocatum Eudoxia sic affata est: pater reverende, Iohannes haereticus est, cunctique exilio eius subscribunt: agesis, tu quoque subscribe. Ille ait: si Iohannes est haereticus, dignus exilio est; sin vero secus, sed ob convicia in tuam maiestatem dicta decernitur exilium, ignoscere oportet, quandoquidem vos quoque adversus caelestem regem peccastis. Illa autem dixit:

(1) Anonymus biographus p. 354. fin. expressius: ἐγὼ αὐθαιρέτως αὐτὴν (ἐκκλησίαν) οὐ δυνατῶς ἔχω καταλιπεῖν.

(2) Cod. heic et infra Νεκτάριον. Sed scribendum fuisse *Arsacium* pro *Nectario*, quis dubitet?

nisi mihi obtemperaveris, et aeque ac ceteri subscripseris, ego ecclesias occludam, et idolorum templa reserabo, ut ibi omnes adorent. Respondit ille: siquid animae suae profuturum nosti, id age: sed certe, etsi omnes subscribant, Epiphanius non subscribet. Interim nuntiatum est Iohanni quod Epiphanius subscripsisset; qui huic ita significandum curavit: Epiphani, tu quoque exilio meo subscripsisti? Scito igitur, te in sede tua amplius non sessurum. Respondit ei Epiphanius: athleta Christi Iohanne, luctam patere et vince: namque ad locum tibi exilio tuo destinatum non pervenies. Quemadmodum autem ab utroque dictum fuit, ita adamussim evenit.

25. Tunc Iohannes vale dicens cunctis sui amantibus episcopis, et presbyteris cum diaconis et monachis atque diaconissis, adhortans ut doctrinae a se traditae obtemperarent, discessit ab ecclesia et episcopio, tertio resurrectionis dominicae die. Fuit autem eo die luctus ingens amantium Iohannis, qui ei valedicebant derelicti ab eo, tamquam a proprio pastore oves. Populus tamen urbanus exitum eius ignoravit; qui si innotuisset, sanguinis effusio inter cives ac milites futura erat. Idcirco Iohannes clam populo egressus est. Tunc ei dati sunt thraces quidam inverecundi custodes, ut eum in exilium pertraherent; qui de loco in locum transferre coeperunt. Cumque iam ad oppidum quod dicitur Cucusus esset perventurus, apparet ei in somnis sanctus Basiliscus episcopus ac martyr dicens: frater Iohanne, macte animo, nobiscum enim quiesces in arca ubi meae aliorumque martyrum reliquiae sunt, Eutropii, Rufini atque Colluthi. Atque eadem pariter visio ecclesiae mansionario oblata fuit, scilicet: frater Iohannes, qui huc advenit, ad Dominum migraturus est: tu vero corpusculum eius nobiscum ponere velis. Ventum

ἐὰν μὴ ὑπακούσῃς μου, καὶ ὑπογράψῃς, καθὼς καὶ οἱ λοιποὶ, κλείω τὰς ἐκκλησίας, καὶ ἀνοίγω τοὺς ναοὺς τῶν εἰδώλων, ἵν' ἐκεῖ προσκυνήσωσιν πάντες· ὁ δὲ ἔφη· εἴ τι οἶδας συμφέρον σῇ ψυχῇ σε, ποίησον· εἰ γὰρ καὶ πάντες ὑπέγραψαν, Ἐπιφάνιος οὐκ ὑπογράφει· καὶ ἀπήγγειλαν τῷ Ἰωάννῃ ὅτι καὶ Ἐπιφάνιος ὑπέγραψεν· καὶ δηλοῖ τῷ Ἐπιφανίῳ οὕτως. Ἐπιφάνιε· καὶ σὺ εἰς τὴν ἐξορίαν μου ὑπέγραψας; γίνωσκε ὅτι οὐ μὴ καθίσῃς ἔτι εἰς τὸν θρόνον σου· ὁ δὲ ἀντιδηλοῖ αὐτῷ οὕτως· ἀθλητὰ τοῦ Χριστοῦ Ἰωάννη, δέρε καὶ νίκα· τὸν γὰρ τόπον ἐν ᾧ προσέταξάν σοι οἱ ἐξορίας οὐ μὴ φθάσῃς· καθὼς δὲ εἴρηται παρὰ τῶν ἀμφοτέρων, οὕτως καὶ ἐγένετο.

κέ. Τότε ὁ Ἰωάννης συνταξάμενος τοῖς ἀγαπητοῖς αὐτοῦ πᾶσιν ἐπισκόποις τε καὶ πρεσβυτέροις ἅμα διακόνοις καὶ μονάζουσιν, καὶ ταῖς διακόνοις τῆς ἐκκλησίας, καὶ παρακαλέσας πάντας τῇ διδαχῇ αὐτοῦ ὑπηκόους γενέσθαι, ἐξῆλθεν τῆς ἐκκλησίας καὶ τοῦ ἐπισκοπίου τῇ ζίτῃ ἡμέρᾳ τῆς ἀναστάσεως τοῦ κυρίου· ἐγένετο δὲ τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ κλαυθμὸς μέγας εἰς τοὺς ἀγαπητοὺς τοῦ Ἰωάννου, ἀσπαζομένων αὐτὸν καταλειμπανόμενοι ὑπ' αὐτοῦ, ὡς ἤδη πρόβατα ὑπὸ τοῦ ἰδίου ποιμένος (1)· ὁ δὲ λαὸς τῆς πόλεως ἐκ ἔγνω πῶς ἐξῆλθεν· εἰ γὰρ ἐγνώκεισαν, αἱμάτων ἔκχυσις ἦν γενομένη ἀναμεταξὺ τῶν πολιτῶν καὶ τῶν στρατοῦ· καὶ διὰ τοῦτο ὁ Ἰωάννης λάθρα τοῦ λαοῦ ἐξῆλθεν· τότε διδοῦσιν αὐτῷ θράκας τινὰς ἀναιδεῖς κατεπείγοντας αὐτῷ περὶ τὴν ἐξορίαν· καὶ ἤρξαντο ἐκ τόπου εἰς τόπον ὑπάγειν αὐτόν· καὶ μέλλοντος αὐτοῦ ὑπεισάνειν τῇ λεγομένῃ Κουκουσῷ, φαίνεται αὐτῷ κατ' ὄναρ ὁ ἅγιος Βασιλίσκος ὁ ἐπίσκοπος καὶ μάρτυς, λέγων· ἀδελφὲ Ἰωάννη, θάρσει· μεθ' ἡμῶν γὰρ ἔσῃ συναναπαυόμενος ἐν τῇ θήκῃ ὅπου εἰσὶν τὰ λείψανα ἐμοῦ τε καὶ ἄλλων μαρτύρων Εὐτροπίου, Ῥηφίνου, καὶ Κολλουθοῦ· ὁμοίως δὲ καὶ τῷ παραμοναρίῳ ἡ αὐτὴ ὀπτασία· ὁ ἀδελφὸς Ἰωάννης ἐνταῦθα διαγρυπνούμενος μέλλει πρὸς κύριον ἐκδημεῖν· ἀλλὰ σὺν ἡμῖν τὸ λείψα- f. 74. b.

(1) Confer, si placet, fragmentum historicum a nobis editum in Spicilegii rom. tomo II. append. p. 12.

νον αὐτῷ ἀποθέσθαι θέλησον· καὶ ἦλθον εἰς τὸν τόπον ἔνθα οἱ ἅγιοι κατέκειντο μάρτυρες· καὶ παρακαλεῖ τοὺς ἀνθρώπους ἐνδοῦναι αὐτῷ ἕως ὥρας πέμπτης· καὶ ὁ μὲν εἷς ἠβουλήθη, ὁ δὲ ἕτερος τὸν τῆς ἀπλαγχνίας ἔχων λογισμὸν καὶ βραδὺν οὐκ ἠβουλήθη· καὶ ὁδεύσαντων αὐτῶν ἕως τόπου τινός, ἐγένετο ὑετὸς πολύς, καὶ οὐκ ἠδυνήθησαν προβῆναι, ἀλλ' ὑπέστρεψαν ἄκοντες ἔνθα οἱ ἅγιοι ἦσαν μάρτυρες· καὶ εὐθὺς ὁ Ἰωάννης λαβὼν τὰ ἱμάτια αὐτοῦ τὰ τῆς ἁγίας λειτουργίας, ἐνεδύσατο, καὶ δοὺς εἰς εὐλογίαν ἃ ἐφόρει τοῖς οὖσιν μετ' αὐτοῦ, καὶ ἀπασάμενος αὐτοὺς, εἶπεν τὸ ἀεὶ παρ' αὐτοῦ λεγόμενον λόγον· δόξα τῷ θεῷ πάντων ἕνεκεν· καὶ ἀνακλίνας ἑαυτὸν, ἀπέδωκεν τὸ πνεῦμα Χριστῷ τῷ θεῷ ἡμῶν (1), σωταξάμενος καὶ τοῖς ἁγίοις, καὶ θάπτεται σὺν αὐτοῖς αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ, πολλὰ κακοπαθήσας παρὰ τῶν ἀναιδῶν ἀνθρώπων ἐκείνων· ἔτως γὰρ ἦν ἀπαγγελθὲν αὐτοῖς τοῖς στρατιώταις, τὸ, εἰ κακοθανατήσῃ ἐκ τῆς ἄγαν κακοπαθείας, πολλῶν δωρεῶν τυχεῖν αὐτούς.

κς'. Καὶ δὴ τινὲς τῶν Ἰωάννου ἀπελθόντων ἐν Ῥώμῃ, ἀπήγγειλαν πάντα Ἰννοκεντίῳ τῷ πάπᾳ· καὶ πλησθεὶς θυμοῦ δι' Ἰωάννην, καὶ τὴν ἔνεδραν ἣν ὑπέστησαν οἱ αὐτοῦ τοποτηρηταὶ, εὐθὺς τὸ Ὀνόειον χωρίζει μῆνας ἓξ ἀπὸ θείων μυστηρίων, πέμπει δὲ Ἀρκαδίῳ καὶ Εὐδοξίᾳ ἀφορισμὸν σημαίνοντα οὕτως. " Ἀρκαδίῳ καὶ Εὐδοξίᾳ Ἰννοκέντιος. Φωνὴ αἵματος Ἰωάννου τοῦ ἀδελφοῦ μου βοᾷ πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ πάντως τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐκδικεῖται· καὶ ἡμεῖς οὖν τὸ παρ' ἑαυτοῖς ἐκδικοῦντες· οὐρανίῳ ἀποφάσει, λόγῳ Θεοῦ δεσμούμενοι οἱ ἄμφω ἀλύτῳ δεσμῷ, σύ τε καὶ Δαλιδὰς, ἣ κατὰ μικρὸν τῷ ξυρῷ τῆς πλάνης ξυρίσασά σε, ἔξω ἐστὲ πάσης προσευχῆς μυστηρίων, σὺ μὲν ἓξ, κἀκείνη διετῆ χρόνον· εἰδότες τοῦτο, ὡς εἰ βλασφημήσητε τὴν ἐξ οὐρανῶν καταπεμφθεῖσαν παρ' ἡμῶν ἀπόφασιν, ἢ δὲ προσελθεῖν

Innocentii epistola.

ergo est ad locum ubi martyres iacebant: rogavitque Iohannes custodes, ut se usque ad horam quintam subsistere sinerent; quorum alter quidem volebat, alter autem immitti animo ac more renuebat. Ipsis igitur usque ad quendam locum iter prosequentibus, magna pluvia ingruit, ita ut progredi nequeuntes, ad stationem martyrum inviti reverterentur. Statimque Iohannes sumptis sacrae liturgiae vestimentis, et divinis mysteriis communicans, largitusque benedictionis loco quidquid secum ferebat adstantibus, eisque valedicens, more sibi consueto dixit: gloria Deo propter omnia: seque reclinans, Christo Deo nostro spiritum tradidit, sanctis quoque martyribus salutatis, cum iisque die eadem sepelitur, multa ab inhumanis illis hominibus passus. Sic enim militibus ipsis denuntiatum fuerat, nempe quod si ille pessime ab iis adfectus ex aerumna moreretur, multa forent munera accepturi.

26. Ecce autem quidam de Iohannis amicis Romam profecti, cuncta haec Innocentio papae nuntiaverunt, qui ira propter Iohannem valde commotus, et propter circumventos insidiis legatos suos, statim Honorio ad tres menses divinis mysteriis interdicit. Tum et Arcadio atque Eudoxiae excommunicationem his verbis mittit. « Arcadio et Eudoxiae Innocentius. Vox sanguinis Iohannis fratris mei clamat ad Deum, et omnino sanguis eius vindicabitur. Et nos ergo, quantum in nobis est, vindicantes, caelesti sententia, verboque Dei ambos vos alligamus insolubili vinculo: te nimirum ac Dalidam quae te paulatim fraudis novacula erasit, omni mysteriorum accessu prohibemus, te quidem sex mensibus, illam biennio. Atque hoc scitote, quod si violaveritis missam a nobis caelitus sententiam, vel ad divina my-

(1) Quis non pio sensu prosequatur hunc religiosissimum ac beatum sancti viri obitum, prae illo tristissimo persecutorum eius, quem historici narrant? Quis eius gloriam non miretur, quae totum orbem implevit? Sane et magnus Augustinus op. imperf. contra Iul. lib. VI. 7. sic de illo: *Iohannes constantinopolitanus excellentis gloriae sacerdos.*

steria accedendum putaveritis, vestra quidem viscera tamquam ignito carbone consumentur. Et si quis ea vobis impertiri audeat, sive episcopus, sive presbyter, si prorsus inquam tale facinus temere attentet, nempe ut decretam divinitus Petri apostoli sententiam infringat, et rem quamlibet sacram vobis largiatur; ille caelesti gratia, et terrena quoque dignitate privatus habebitur. Depono item adulterum Arsacium, atque omnes qui cum eo communicant, cum eodem damnabuntur. Theophili vero depositioni tres poenas adiicimus, excommunicationem, anathema, et omnimodam christiani nominis privationem. »

27. Scribebat etiam Honorius fratri Arcadio verbis his. « Arcadio fratri nostro conregnanti Honorius salutem. Nescio quaeram adversaria vis deceperit te, ut feminae confisus mala patrares. Atque heic omnes imperii nostri episcopi clamant, quod legati ad tuam maiestatem missi, atque ad coactam synodum confirmandam, arcta custodia detenti, fame conficiantur. Tum quod propria voluntate proprioque iudicio pulsis episcopis, alios substitueris, apostolica auctoritate contempta; quae quidem res periculum ab hominibus nobis creat: nam et ipsi mihi rebus sacris interdictum fuit, et in his partibus non modica turbatio est. Cito igitur non verbis sed factis malo huic medere. Nam sacerdotum pro nobis preces regna nostra perpetuo firmant. »

28. Dum ergo in regia urbe Theophilus innumeras calamitates efficeret, advenerunt Byzantium Romani, praedictas litteras ferentes: quibus receptis, imperator conturbatus est prorsusque animo dissolutus. Theophilus itaque pro sua callidítate intelligens hoc iam esse malorum initium, fuga saluti suae solus consuluit. Augustus autem quasi veterno evigilans praetorianos misit ad capiendum Theo-

δόξητε τοῖς θείοις μυστηρίοις, εἰς ἄνθρακα πυρὸς μεταβληθέντα τὰ ἔνδον ὑμῶν καταφάγεται· καὶ ὁ τολμῶν δὲ ἐπιδιδόναι ὑμῖν εἴτε ἐπίσκοπος, εἴτε πρεσβύτερος, εἰ ὅλως τολμήσῃ τίς ἐπιχειρῆσαι τὴν θέσθεν τοῦ ἀποστόλου Πέτρου κυρωθεῖσαν ψῆφον παρακούσασθαι· καὶ ὅλως ἁγιασμοῦ τινὸς f. 75. n.
δόξῃ μεταδιδόναι ὑμῖν, καὶ τῆς οὐρανίου χάριτος καὶ ἐπὶ γῆς ἀξίας ἐστερημένος ἔσται· καθαιροῦμαι ἢ καὶ τὸ μοιχὸν (1) Ἀρσάκιον· καὶ πάντες οἱ κοινωνήσαντες αὐτῷ, σὺν αὐτῷ κατακεκρίσονται· προστεθέντες τῇ καθαιρέσει Θεοφίλου ζημίας ἐπιτιμίας, ἀφορισμὸν, καὶ ἀναθεματισμὸν, καὶ τελείαν ἀλλοτρίωσιν τοῦ καλεῖσθαι χριστιανόν. »

κζ'. Ἔγραψεν ὁ καὶ Ὀνόριος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ Ἀρκαδίῳ ταῦτα. « Ἀρκαδίῳ ἡμετέρῳ ἀδελφῷ καὶ συμβασιλεῖ Ὀνόριος χαίρειν. Οὐκ οἶδα ποία ἐνέργεια ἀντικειμένη ἐπλάνησέν σε γυναικὶ θαρρήσαντα δεινοπράξασθαι κακά· καὶ πάντες οἱ ἐνταῦθα ἐπίσκοποι τοῦ ἡμετέρου βασιλείου καταβοῶσιν, ὡς τοὺς τοιούτους ἐπὶ σὴν τιμὴν καλέντας, καὶ τοῦ σωζομένης σωφρονεῖν, ἐν φρουρᾷ σεσῆσθαι ἐν λιμῷ τήκεσθαι ἐτάξας· ἰδίᾳ ὃν βουλῇ καὶ ἰδίῳ κρίματι ἐπισκόπους ἐκβαλὼν, ἄλλους ἐνθρονίασας, παιδὸν τὴν ἀποστολικὴν τιμήν· ἅπερ ταῦτα παρὰ ἀνθρώποις κίνδυνον ἡμῖν ποιεῖ· ὅτι οὖν κἀμὲ τοῦ θείας προσευχῆς ἀλλοτρίωσεν, καὶ τὰ ἐνταῦθα πάντα ἐκ μικρῶς ταράττονται· σπεῦσον οὖν μὴ λόγοις θεραπεῦσαι ταῦτα, ἀλλ' ἔργοις· τὸ γὰρ ἱερέων αἱ ὑπὲρ ἡμοῦ προσευχαὶ τὰς ἡμετέρας βασιλείας διηνεκῶς κρατύνουσιν. »

Honorii imp. epistola.

κη'. Ὄντων οὖν ἐν τῇ βασιλευούσῃ τῶν περὶ Θεόφιλον ἀναρίθμων συμφορῶν ποιούντων, ἐπέστησαν τῇ Βυζαντίῳ οἱ ῥωμαῖοι ἐπιφερόμενοι τὰ προλεχθέντα γράμματα· καὶ δεξάμενος ταῦτα ὁ βασιλεὺς, συνεχύθη ὅλως καὶ ἐξεχύθη τὸ πνεῦμα αὐτοῦ· ὃ οὖν Θεόφιλος διὰ τῆς ἰδίας τέχνης νοήσας ἀρχὴν κακῶν εἶναι, φυγῇ τὴν σωτηρίαν πορίζεται μόνος· ὁ δὲ βασιλεὺς ἀνανήψας πέμπει σχολαρίους τοῦ ἀγαγεῖν συρομένους Θεόφιλον, ὃν

(1) Ita loquitur ipse Chrysostomus de Arsacio in epistola CXXV. ed. Montf. T. III. p. 670.

ἀνεψιοὺς αὐτοῦ Μηνᾶν καὶ Θεότεκνον, καὶ Ἰσχυρίωνα, ἤνεγκαν βακλιζομένους· ὡσαύτως καὶ Ἀκάκιον· καὶ πάντας συρομένους, ἀνυποστάτῳ βίᾳ ἐμβαλὼν ἐν δεσμωτηρίῳ πάντας· εἰσῆλθὼν ὁ βασιλεὺς πρὸς Εὐδοξίαν, ὥστε αὐτὴν ὠλέσαι, ἴδεν ἐκεῖ τοὺς ἐπισκόπους τοὺς τῆς Θεοφίλου, καὶ λέγει αὐτοῖς· τί ποιεῖτε ἐνταῦθα; οἱ δὲ εἶπον· σήμερον ἡμέραι πολλαὶ ἀφ' οὗ ἐνταῦθα ἐσμὲν φρουρούμενοι, ἵνα μὴ ἐξείπωμεν τὴν ἀλήθειαν. Ὑπό τινων, φησὶν, συλληφθέντες; οἱ δὲ εἶπον· ὑπὸ Μαριανοῦ· καὶ εὐθέως ἐκέλευσεν ὁ βασιλεὺς δοθῆναι αὐτοῖς οἶκον καὶ ἀναλώματα, εἰπών· παρρησιάζεσθε ἐν τῇ πόλιν, ἕως ἂν γνῶ πάντα τὰ συμβεβηκότα· κελεύσας καὶ τὸν Ἰωάννην καὶ τοὺς λοιποὺς τοὺς ἐν ἐξορίᾳ τάχιον ἐνεχθῆναι· καὶ μανθάνει περὶ τὴν τελειώσεως Ἰωάννου (1).

κθ'. Καὶ ἐπηρώτησεν· ποῦ φησὶν οἱ ἄνθρωποι τῆς Ῥώμης; οἱ δὲ εἶπον τὸν τόπον ἐν ᾧ ἦσαν κατάκλειστοι· καὶ πέμψας ἤνεγκεν αὐτοὺς ψυχορραγοῦντας ἀπὸ τοῦ λιμοῦ· καὶ λέγει αὐτοῖς ὁ βασιλεύς· πόσον ἐστὲ ἐγκεκλεισμένοι, καὶ διά τινος ἐνεκλείσθητε; οἱ δὲ εἶπον· διὰ Μαριανοῦ καὶ τῶν υἱῶν αὐτοῦ, μικρῷ ἄρτῳ καὶ ὕδατι τηκόμενοι, ἀσύντυχοι, μὴ βαλανεῖον εἰδότες, μὴ φῶς καυδήλας ἅψαντες σήμερον τεσσάμηνον· τοῦ δὲ βασιλέως ἐπὶ τοῖς λεγομένοις τὰ σπλάγχνα ἐτηγανίζοντο· ἐκέλευσεν δὲ τούτους πάσης ἀναπαύσεως ἀπολαύειν· καὶ εὐθὺς τὸν Μαριανὸν καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ ἐπ' ὄψει τῆς Εὐδοξίας διχοτομεῖσθαι ἐκέλευσεν, τάξας τὰ σώματα αὐτῶν ξύλοις ἐκτανύεσθαι (2)· ἐκέλευσεν δὲ καὶ πάντας τοὺς συγγενεῖς αὐτῆς τοὺς αἰτίους σφάζεσθαι· τὴν δὲ Θεοδότῳ ἅμα τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς τῷ ῥεύματι ἔρριψεν· οἱ δὲ πολῖται ἐπαναστάντες, τὸν Ἀρσάκιον λίθοις
f. 75. b. ἐδίωξαν, καὶ προχειρίζονται Ἀττικόν. Καὶ λαβὼν ὁ Ἀρκάδιος πάντα τὸν κόσμον τοῦ σώματος τῆς Εὐδοξίας, ἐνέκλεισεν αὐτὴν ἐν κυβικλίῳ, δείρας ἰσχυρῶς, πειρώμενος αὐτὴν καὶ λιμοκτῆσαι· λαβὼν δὲ ἅπαντα τῷ

philum, qui sobrinos eius Menam, Theotecnum, et Ischyrionem, verberatos adduxerunt. Similiter et Acacium, cunctosque alios violenta vi pertractos in carcerem trudi iussit imperator: qui mox ad Eudoxiam ingressus ut eam pessumdaret, vidit illic episcopos qui contra Theophilum fuerant, quibus ait: quid hic agitis? Illi autem: multis iam diebus heic custodimur, ne veritatem dicere liceat. A quonam, inquit, vos comprehensi? A Mariano, dixerunt. Statim Augustus dari illis aedes iussit et impensas, dicens: securi in urbe versemini, donec ego reliqua omnia cognovero. Simulque iussit, ut Iohannes ceterique ab exilio cito reportarentur: verumtamen Iohannem vitae cursum consumasse intellexit.

29. Deinde requisivit, ubinam legati romani? dictumque est ei de loco ubi illi conclusi detinebantur. Mittensque accersivit eos iam animam prae fame agentes. Aitque illis imperator: quanto iam tempore, et cuius opera reclusi fuistis? Dixerunt: a Mariano liberisque eius, exiguo pane et aqua macerati, omni colloquio prohibiti, sine balnei usu, sine ullo lucernae lumine, quarto abhinc mense. Haec dum illi dicerent, Augusti viscera torquebantur; iussitque eos omni solatio recreari. Statimque Marianum liberosque eius in conspectu Eudoxiae medios secari mandavit, volens ut ipsorum corpora lignis extenderentur. Iussit insuper ut cuncti Augustae familiares, qui in causa fuissent, aeque occiderentur: Theodotem autem cum viro suo fluctibus submergi. Tunc cives tumultu facto: Arsacium lapidantes eiecerunt, et Atticum elegerunt. Arcadius posthinc universum Eudoxiae ornatum abstulit, ipsamque cubiculo conclusit, graviter verberatam; quin et fame enecare volebat; sed certe eius aurum omne fisco

(1) Breviore, quam par est, via festinat ad rei exitum noster Theodorus. Etenim aliunde constat Chrysostomum in exilio triennio esse versatum.

(2) Georgius p. 249. fin. ἐν ξύλοις κρεμασθῆναι *lignis suspendi.*

addixit: ipsa vero ex verberibus sanguinis profluvium experta est.

30. Ergo Augustus Arsacium atque Acacium Beroeae, et eos qui dicto Theophili fuerant obnoxii, misit Romam ad Innocentium papam, cum huiusmodi epistola. « Arcadius filius vester, Paternitati vestrae in Christo salutem. Sciunt omnes homines, ea quae per ignorantiam facta sunt, a legibus non puniri: sed neque alter pro altero poenam luet. Hoc aio, ut Sanctitati vestrae fidem faciam, per Dei universalem potentiam iurans, me nihil eorum quae heic acta sunt cognovisse: cognitis autem nuper, plena ultione in reos animadvertisse. Etenim cum ego sacerdotibus iudicium commisi, nullam in eo mihi partem vindicavi, sed ipsi prout sibi visum est egerunt; me nullatenus, ut dixi, illorum machinationibus communicante. Ecce autem reos quoque ad te misi, a quibus cognosces, num ego quicquam sciverim eorum quae tam seditiose acta sunt. Postquam ergo perpenderis quae sine me acta sunt, reique veritatem compereris, remitte spiritale ligamen mihi tuaeque filiae, cuius errorem poenis expiandum curavi. Miserere, itaque ut soles, neque bis rem eandem ulciscere, sed iube ut nos sanctificans et immaculatum domini nostri Iesu Christi corpus participemus; neque diu nobis interdicas. Nam propter ipsius nomen, et erga te obsequium, et ob hanc adversus nos in animorum perχρυσὸν, θησαυροὺς κατέθηκεν· ὥστε ἐκείνῳ πληγεῖσαν αἱμόῤῥοιαν λαβεῖν (1).

λ'. Ὁ οὖν βασιλεὺς τὸν Ἀρσάκιον (2) καὶ Ἀκάκιον Βεροίας, καὶ σὺν λόγον Θεοφίλου ποιοῦντας, πέμπει εἰς Ῥώμην Ἰννοκεντίῳ τῷ πάπᾳ μετ' ἐπιστολῆς τοιαύτης. « Ἀρκάδιος υἱὸς ὑμέτερος, τῇ ὑμετέρᾳ πατριότητι ἐν Χριστῷ χαίρειν. Πάντες ἄνθρωποι ἴσασιν, ὅτι τὰ κατὰ ἄγνοιαν οὔτε θεὸς οὔτε νόμοι ἐκδικοῦσιν, ἀλλ' οὐδὲ ἄλλος ὑπὲρ ἄλλου δίκην τίσει· τοῦτο δὲ ἔφην πληροφορῶν τὴν σὴν ὁσιότητα, ἐπομνύμενος τὸ παντεπόχον * θεοῦ κράτος, ὅτι τί συνέβη κἀν τὰ ἐνταῦθα, οὐκ οἶδα· μαθὼν δὲ ἀρτίως, πᾶσαν ἐκδίκησιν ἐποίησα τῷ πράγματι· τοῖς γὰρ ἱερεῦσιν τὸ κρίμα ἀποδοὺς, ἐγὼ οὐδαμῶς ἐκοινώνησα τῷ κρίματι, ἀλλ' ὡς ἂν συνεῖδον διεπράξαντο, ὡς ἔφην, μηδαμῶς μου τοῖς ἐπιχειρήμασιν αὐτῶν κοινωνήσαντος· ἴδοὺ δὴ καὶ σὺν αἰτίους ἀπέστειλά σοι· ἐξ αὐτῶν μαθήσῃ εἰ ἔγνων τί γε οὕτω νεοτεκτικῶς προβάντων· ἐτάσας οὖν τὰ οὐ δι' ἐμοῦ πραχθέντα, καὶ εὑρὼν, ἄνες τῆς πνευματικῆς μου φρουρᾶς ἐμέ τε καὶ τὴν σὴν θυγατέρα, ἧς τὸ σφάλμα ἐν κόποις ἀπέδωκα· ἀλλ' οἰκτειρον ὡς ἔθου σοι· μὴ οὖν ἐκδίκα δὶς ἐπὶ τὸ αὐτὸ, ἀλλὰ κέλευσον ἡμᾶς τοῦ ἁγιασικοῦ καὶ ἀχράντου σώματος τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετασχεῖν· καὶ μὴ διακωλύσῃς ἡμᾶς· διὰ γὰρ τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ τὴν σὴν θεραπείαν, (καὶ) τὴν ἐν

Arcadii imp. epistola.

* ita cod.

(1) Immo ex hac passione extinctam miserabiliter foedeque Eudoxiam, narrat apud praedictum Savilium p. 368. anonymus biographus, cuius verba saltem graece recitare iuvat. Αἱμορῥοίας ἡ δύστηνος Εὐδοξία περιπεσοῦσα συμφορᾷ, καὶ ταύτῃ δεινῶς ἄγαν μαραινομένη, τήν τε λεγομένην σύριγγα ἐν τοῖς ἀποκρύφοις ἐκβράσασα, δυσωδίας τε καὶ σκωλήκων ὅλῳ τῷ σώματι πληρωθεῖσα, ὡς πάσας μὲν ἰατρῶν τέχνας, πάσας δὲ ἀρωμάτων ἐπ' αὐτῇ εὐωδίας ἀργῆσαι, ἐπ' αὐταῖς ἐσχάταις ἀναπνοαῖς, καθ' ἃς μάλιστα τὸ συνειδὸς σφοδρότερον κατὰ τῶν πονηρὰ συνειδότων ἑαυτοῖς ἐπανίσταται, μεγάλως ἑαυτῆς ἐπὶ τοῖς εἰς τὸν μέγαν τετολμημένοις καταγινώσκουσα, ἐλεειναῖς τε αὐτὸν καὶ οἰκτραῖς ἄγαν ἀνακαλουμένη φωναῖς, ἀποδεδωκυῖα τὸν ἀμπελῶνα, καὶ τὰ ἁρπαγέντα τοῖς ἠδικημένοις, μετ' οἰμωγῆς ἀφάτου καὶ ὀδύνης ἐξέψυξε, μηδὲ τῆς σοροῦ ταύτην παραδεχομένης μετὰ τὴν τελευτήν. Eadem dicit Georgius p. 253. Ceteroqui Theodorus noster supervixisse aliquamdiu certe τῇ αἱμορῥοίᾳ existimabat Eudoxiam, cuius infra refert expostulantem potius quam excusantem epistolam ad Innocentium papam, scriptam sine dubio postquam ab Arcadio vapulaverat. Sed tamen Eudoxia intra eundem annum, quo Chrysostomus expulsus (an. 404) mortua est.

(2) Cod. heic quoque *Nectarium* habet. Incredibile tamen est, *Arsacium* decrepitae aetatis hominem itineri romano fuisse obiectum.

πάθη κακοθέλειαν γυαμένῳ εἰς ἡμᾶς, τοῦτο ἐποιήσαμεν (1). „

Eudoxiae aug. epistola.

λα'. Γράφει ἡ αὐτῷ τῇ Εὐδοξία. Παρὶ ἐμῷ πνευματικῷ ἐν κυρίῳ χαίρειν. " Λίαν ἐγὼ πεσφάλμαι, ὅτι τ̃ γυαμένων εἰς ἐμὲ ἀνιάτων καὶ ἀλόγων ὕβρεων παρὰ Ἰωάννου οὐκ ἀνήγαγον τῇ σῇ ἐπεξόχῳ * κεφαλῇ· πάντως γὰρ ὑπὲρ ἐμοῦ ἀγανακτῆσαι εἶχες· πᾶσαν γὰρ αὐτῷ τιμὴν εἰσφερούσης με, πάνυ ἀτιμίαν ἀντισέφερέν μοι· καὶ πολλάκις παρὰ πολλῶν παραινεθεὶς παύσασθαι τῆς κατ' ἐμοῦ ἐπ' ἐκκλησίας ὕβρεων τῆς πολλάκις κατ' ἐμοῦ κηρυττομένων, οὐκ ἐπαύσατο, ἀλλ' ὀξύτερον ἢ ἐμμανέστερος περὶ αὐτὰς ἐγίνετο (2)· τίς γὰρ αὐτῷ τοῦτο παραδέδωκεν, τὸ μὴ τὰς ἁγίας τ̃ εὐαγγελίων γραφὰς, ὕβρεων ἀκορέστων τὰς ἀκοὰς πάντων πιμπλᾶν; ἀγνοῶν ὅτι οὐκ ἐν ἐμοὶ ταῦτα προσέφερεν, ἀλλὰ τ̃ θείαις διδασκαλίαις αἷς ἔδει παρ' αὐτοῦ ἑρμηνεύεσθαι· τοῦτο ἢ γινώσκουσιν ἢ οἱ ἐνδιαβάλλοντες ἡμᾶς τῇ σῇ ἀφιφήμῳ ἀξίᾳ· εἰ ἢ θυμήσῃς πάσῃ ἀκειβείᾳ τὸ τοιοῦτο ζητῆσαι, παρὰ πολλῶν πληροφορηθήσῃ ὅτι οὐχ ἑτέρως ἔγραψα· ἴδε προ-

* ita cod.

φανῆ * μαρτύρων πρὸς ἅπασαν τὴν ἀλήθειαν, ἅτινα διηκόνησεν ἑκατέροις τὰ πρὸς εἰρήνην· δι' ὧν ἢ δῶρα πολλὰ ἀπέστειλα αὐτῷ, ἅτινα εἰ εἶχεν πίστιν Θεοῦ, ὤφειλεν αὐτὸν ἐπισομῆσαι τῆς κατ' ἐμοῦ ἀλόγου φλυαρίας· εἰσὶν ἢ οὗτοι, Ἡρωδίων ὁ πατρίκιος, ὅστις πρὸς τοῦ σοῦ υἱοῦ, ἅμα δὲ συνθρόνου, ἀπεστάλη ἅμα Ἰοβιανῷ ἀπὸ στρατηλάτων, ἢ Συγκλητικός· οὗτοι οἱ τρεῖς παρά σοί εἰσιν· ἐνταῦθα δὲ Ἰσίδωρος κύεστωρ ἢ σωματοφύλαξ τῆς ἡμετέρων κοιτώνων, Βύζας, καὶ Ῥωμίλλος καὶ ἀπὸ ὑπάρχων τῆς πραιτωρίων, ἢ τῆς συγκλήτου ἱκανός (3)· ἀλλ' οὐδὲν

turbatione coortam obtrectationem, id consilii coepimus. »

31. Iam vero Eudoxia quoque eidem Innocentio scripsit. « Patri meo spiritali in Domino salutem. Erravi magnopere, quia insanabilium et absurdarum contumeliarum, quibus a Iohanne affecta fui, sublimi vertici tuo notitiam non attuli; quod si egissem, profecto tu mei ergo indignatus fuisses. Etenim cum ego Iohanni nihil honoris non tribuerem, ille contra mihi ignominiam prorsus retribuit. Quippe saepe et a multis admonitus, ut desineret a conviciis, quae saepe in ecclesia contra me praedicabat, minime destitit, immo amarius ac furiosius in illis perseveravit. Quis porro ei concedebat, ut post sanctas evangeliorum scripturas infinitis contumeliis aures omnium impleret? ignorans videlicet, sic eum non mihi sed divinis ipsis doctrinis, quas explanabat, nocere. Atque hoc vel ii ipsi sciunt qui nos apud illustrem dignitatem suam accusaverunt. Quod si volueris rem hanc accurate scrutari, multi tibi persuadebunt, me veraciter haec scripsisse. En testes totius veritatis coram habes, qui et ambobus pacem conciliare studuerunt, per quos multa quoque dona ad illum misi, quae, siquidem fidem Dei habuisset, eum cohibere debuerant a petulante adversus me garrulitate. Sunt autem hi Herodion patricius, qui a filio tuo et throni mecum participe missus fuit, cum Ioviano magistro militum, et denique Syncleticus. Hi tres apud te sunt. Heic autem Isidorus quaestor et cubiculi nos tri custos, Byzas et Romillus praetorianorum praefectus, et apud senatum idoneus. Verumtamen ille

(1) Fortasse corruptus locus; certe obscurior, nisi quod in p. 289. lucem accipit a verbis illis Innocentii: τὴν κατὰ θεὸν σπουδὴν ὑμῶν, ἥνπερ διὰ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐποιήσασθε.

(2) Locos iam laudavimus p. 281. adn. 1. in quibus Eudoxia pro se egerat apud Chrysostomum, qui tamen Augustae scandala dissimulanda non iudicavit. Nos omissa longiore in utroque loco responsione Chrysostomi, haec saltem verba ex p. 404. exscribemus. Ἐπίσκοπος ὢν καὶ ψυχῶν ἐγχειρισθεὶς προστασίαν, οὐ δύναμαι παρανομοῦντας μὴ ἐλέγχειν. *Episcopus cum sim, cui animarum cura commissa est, peccantes non reprehendere nequeo.*

(3) De ἱκανός, aliisque officiorum vocabulis, legatur Cangius in lex. med. et infr. graec.

nil aliud sategit, nisi ut regium nostrum coniugem scandalo adigeret, ut me regno deiiceret. Utique Deus utrisque nobis esto iudex! Nam certe regnum tyrannidem a sacerdotio patitur. Rogo igitur ut haec tranquille et sine praeiudicio examines, nobisque caritatem tuam, prout scriptum est, confirmes: et quum sancta ecclesia omnes excipiat, ne tu nos ab eius amplexibus prohibeas. Vale in Domino reverende Pater. »

32. Acceptis Augustorum epistolis Innocentius, videns pariter missas ad se reorum personas, cognita simul criminum ultione, mitigatus Deo gratias egit; rogavitque Honorium, ut super toto hoc negotio officiose ageret cum Arcadio et Eudoxia. Iam missi ab Arcadio homines cum trepidarent incerti de rei exitu, vocatis ad se Innocentius dixit: Deus vobis, o filii, ignoscat peccatum hoc. Theophilo autem dicite: tu quidem interdicti poena minime liber, compara te ad synodum tamquam reus. Nam propter te unum illuc venturus sum. Dimisitque omnes multis cum muneribus. Denique Arcadio et Eudoxiae ita scribit. « Innocentius papa filiis nostris Arcadio et Eudoxiae: valere vos opto. Cognovi vestrum secundum Deum devotum studium, quod propter nomen eius exprompsistis. Quamobrem vos sacris vinculis resolutos, ad dominica accedere fidente animo symbola sino. Hoc tamen vos commoneo, o filii, ut Iohannis nomen sacris diptychis inscribatur, eiusdemque corpus ad propriam ecclesiam referatur. Hoc enim iustum esse censemus. Scribite

ἕτερον ἔπαθσεν, εἰ μὴ ⟨ἡ⟩ ἡμέτερον σύνθρονον σκανδαλίσαι, ἵνα τῆς βασιλείας με ἐξώσῃ· ὅμως ὁ Θεὸς ἀμφοτέροις δικάσοι· τὴν γὰρ βασιλείαν ἡ ἱερωσύνη τυραννεῖ· παρακαλῶ οὖν ταῦτα ζητῆσαι χωρὶς θορύβου καὶ δόξης, καὶ κυρῶσαι εἰς ἡμᾶς ἀγάπῃ, κατὰ τὸ γεγραμμένον· * ἐν τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ πάντας προσδεχομένης, μὴ αὐτὸς τὴν ἀγκαλὴν αὐτῆς στερήσῃς ἡμᾶς. Καὶ ἐν κυρίῳ ἔρρωσο τίμιε πάτερ (1). »

* II. Cor. II. 8.

λβ'. Δεξάμενος ὁ τὰ γράμματα αὐτῶν ὁ πάπας Ἰννοκέντιος, εἰδὼς ὅ ἐν τὰ πρόσωπα δῆθεν αἴτια ἀποσταλέντα αὐτῷ, μαθὼν ἐν τῇ γυναικείᾳ ἐκδίκησιν, ἐπαύθη ἐν πολλαῖς εὐχαρίστησεν τῷ Θεῷ, ἐν ἤτησεν τὸν βασιλέα Ὀνόριον προσκαλέσαι διὰ γραμμάτων τὸν Ἀρκάδιον ἐν Εὐδοξίαν περὶ παντὸς πράγματος· τοῦ ὃ περὶ τοῦ Ἀρκάδιον δηλωθέντων τὸ τί ἄρα ἀποβήσεται, ἐνέτυχας αὐτὸς Ἰννοκέντιος, εἶπεν αὐτοῖς· ὁ Θεὸς, τέκνα, συγχωρήσῃ ὑμῖν τὸ σφάλμα τοῦτο· εἴπατε ὃ Θεοφίλῳ· σὺ ἀνιέρωτος ἀπτιμίας μηδαμῶς ἐλευθερούμενος, εὐθέως ἐπίσπευδε εἰς σύνοδον ὡς κατάδικος· διὰ σὲ γὰρ μόνον ὑπαντῶ ἐκεῖ· ἐν ἀπέλυσεν πάντας μετὰ ξενίων πολλῶν· ἐν γράφει Ἀρκαδίῳ ἐν Εὐδοξίᾳ ταῦτα· « Ἰννοκέντιος πάπας τοῖς ἡμετέροις τέκνοις Ἀρκαδίῳ ἐν Εὐδοξίᾳ· ἐρρῶσθαι ὑμᾶς εὔχομαι. Ἀπεδεξάμην τὸ ἐν Θεὸν σπουδὴν ὑμῶν, ἥνπερ διὰ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐποιήσασθε· ὅθεν ἱερῶν δεσμῶν ἀνεθέντες, τοῖς δεσποτικοῖς ὑμᾶς συμβόλοις προσχθεῖν ἐρρωμένως ἐπιτρέπω· τοῦτο γὰρ ὑπομιμνήσκω ὑμᾶς, τέκνα, ὥστε τὸ ὄνομα Ἰωάννου τοῖς ἱεροῖς ἐγκαθυπογράφαι διπτύχοις, ἐν τὸ σῶμα αὐτοῦ μετακομίζεσθαι εἰς τὴν ἐκκλησίαν αὐτοῦ· δίκαιον γὰρ τὸ τοιοῦτο συνοί-

f. 76. a.

Innocentii epistola.

(1) Germana haec Eudoxiae augustae epistola ad Innocentium PP. non extat, quantum vidi, apud alios biographos aut historicos. Meminit tamen eius Georgius alex. apud praedictum Savilium T. VIII. p. 250. his verbis. Γέγραφε δὲ καὶ ἡ βασίλισσα πρὸς αὐτὸν (Ἰννοκέντιον) ἀπολογουμένη περὶ τῶν ἐπ' ἐκκλησίαις διαφόρως ἐπαγομένων αὐτῇ ὕβρεων παρὰ τοῦ μεγάλου Ἰωάννου, τὰ δοκοῦντα αὐτῇ· ἐκεῖνος δὲ ὁ μακάριός τινα μὲν ὀνομαστὶ οὐχ ὕβρισε πώποτε, ἀλλὰ τὰς αἰτίας μόνον ἤλεγχε τῶν σφαλλομένων· καὶ οἱ ταύτας πράττοντες, εὐθέως ἠσθάνοντο τῶν λεγομένων, ὡς δι' αὐτοὺς ταῦτα εἰρῆσθαι, καὶ ἐδόκουν γνωστοὶ αὐτῷ εἶναι, ὅταν καὶ ἐλανθάνοντο. *Scripsit etiam Augusta ad Innocentium, defendens se ab inflictis sibi in ecclesiis multifariam contumeliis a magno Iohanne, prout ei certe videbatur. Attamen beatus vir nemini nominatim conviciatus est umquam, sed culpas tantum coarguebat peccantium; quibus qui erant obnoxii, statim dictis percellebantur, quasi in se iacta fuissent, putabantque se ei cognitos esse, etiamsi reapse latebant.*

δαμῶν· γράψατε ὃ καὶ Θεοφίλῳ ἕτοιμον εἶναι εἰς καθολικὴν σύνοδον, ἣν τινα θεασάμενοι ἐν Θεσσαλονίκῃ προσάξατε. » Καὶ δεξάμενοι ὅ τε Ἀρκάδιος καὶ ἡ Εὐδοξία τὰ γράμματα Ἰννοκεντίου, πάνυ ἐχάρησαν· καὶ γράφουσιν Θεοφίλῳ τάχιον ἀπαγγέλλειν εἰς τὴν Θεσσαλονίκην· ὁ ἀκέσας Θεόφιλος τὴν κατ' αὐτοῦ κινεμένην ψῆφον, καὶ πολλῇ μεριμνῃ περιπαρεὶς, πέμπει παράκλησιν τοῖς μοναχοῖς, ἵνα τὸ ὑπὲρ αὐτοῦ λόγον ποιήσοιντο· καὶ αὐτοὶ ἀντιδηλοῦσιν αὐτῷ ταῦτα· ἡμεῖς καὶ σοῦ λαλήσαντες, πῶς δυνησόμεθα ὑπὲρ σοῦ λαλῆσαι; ἀλλ' ἡ τοῦ Θεοῦ δίκη εὕροι σε τάχιον· μηδὲν ὃ μεριμνᾷ περὶ Ἰννοκεντίου, πεπλήρωνται γὰρ αἱ ἡμέραι τῆς ζωῆς αὐτοῦ (1)· καὶ ταῦτα ἀκούσας Θεόφιλος ἐν ἀμεριμνίᾳ ἐγένετο· Ἰσίδωρος δὲ καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ἐν τῷ ὄρει διάγοντες τέλειοι ἀνεδείχθησαν, καὶ χαρισμάτων ἠξιώθησαν· καὶ ἐτελειώθησαν καὶ αὐτοὶ, δοξάζοντες πατέρα καὶ υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα· αὐτῷ ἡ δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

autem Theophilo, ut sit generali synodo paratus, quam indici in urbe Thessalonica velim iubeatis. » Quibus acceptis Innocentii litteris, valde laetati sunt Arcadius atque Eudoxia, Theophiloque scripserunt ut se quantocius Thessalonicam conferret. Audiens vero Theophilus impendentem sibi sententiam, sollicitudine multa compunctus, mittit preces ad monachos, ut pro ipso bona verba dicant. At illi responderunt: nos contra te locuti, quomodo pro te loqui poterimus? Sed Dei vindicta quantocius te corripiet. Ceterum de Innocentio ne sis sollicitus, nam vitae eius tempora completa fuerunt. Haec quidem audiens Theophilus, secura mente iam erat. At Isidorus sodalesque eius in monte degentes, eximia sanctitate ornati evaserunt, et charismatibus etiam digni fuerunt. Denique et ipsi vitam consummarunt, laudantes Patrem et Filium et sanctum Spiritum. Ipsi gloria, honor, et adoratio per saecula saeculorum. Amen.

(1) Ἀνιστορησία haec est, quam sumit a Georgio p. 252. noster Theodorus. Etenim Theophilus anno Christi CCCCXII. mortuus est, Innocentius autem anno CCCCXVII, ut fasti certissimi docent.

MONITUM.

Sequens de sancto Andrea apostolo homilia extat latine apud Surium, die novembris extremo, inscripta Chrysostomo, Card. Sirleto interprete. Repetitur item latine in bibliotheca concionatoria T. VI. p. 36. *inscripta Proclo, Combefisio interprete (puto quia hic graecam legerit in mss. parisiensibus.) Leo quoque Allatius in diatriba de Simeonibus p.* 97. *laudat eius initium tamquam Procli. Et mihi quoque stilus omnino Procli potius quam Chrysostomi videtur; quod dixi olim etiam de alia homilia, quam cum Procli aliis quatuor ex codd. vat. erutis in Spicilegii rom. tomum quartum inserui. Certe antithesibus plus nimio abundat, et alioqui etiam facundissimi viri neque gravitatem neque τὸ ὕψος satis sapit. Sed utriuslibet auctoris haec homilia sit, graece quidem est inedita, eamque idcirco heic luce dono, cum Procli nomine, quamquam in codice vaticano* 866. *f.* 137. *b. Chrysostomi nomen gerit. Porro Proclum successisse Chrysostomo post alios aliquot in episcopatu, omnes scimus; cui adolescenti hanc dignitatem ipse vir magnus praedixerat, teste biographo anonymo apud Savilium T. VIII. p.* 325. *Denique ab eodem Proclo relatas perhonorifice Constantinopolim fuisse de exilii loco reliquias Chrysostomi, aeque exploratum est. Et sane haec homilia inter Theodororum scripta sedem idoneam non habebat; nolui tamen occasionem bonam omittere codicis, qui erat prae manibus, vaticani, ut illius nativum textum tandem aliquando in lucem efferrem.*

ΠΡΟΚΛΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ

ΕΓΚΩΜΙΟΝ

ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΓΙΟΝ ΑΝΔΡΕΑΝ ΤΟΝ ΑΠΟΣΤΟΛΟΝ.

. vat. 866. 37. b.

α΄. Ἰσχυρὸν τῆς ἀποστολικῆς ἁλιείας τὸ δίκτυον· θαυμαστὸν τῆς Ἀνδρέου μνήμης τὸ ἀμφίβληστρον· ἀδιάκοπος τῶν ἀθανάτων νεκρῶν ἡ σαγήνη· οὐ παλαιοῦται τῷ χρόνῳ τὰ θήρατα, ἅπερ ἔπλεξεν οὐ τέχνη ἀλλὰ χάρις· οἱ μὲν γὰρ ἁλιεῖς, εἰ καὶ ἀπῆλθαν, ἀλλ' οὐ παλαιοῦται τῷ χρόνῳ τὰ τῶν λογικῶν ἁλιέων ἐργαλεῖα καὶ ἡ σαγήνη ἐν ᾗ τὴν κόσμον θηρεύουσιν· οἱ ἕλκοντες οὐχ ὁρῶνται, καὶ τὰ δίκτυα πεπλήρωται· οὐκ ἐκτήσαντο κάλαμον, ὃν διαφθείρει χρόνος· οὐκ ἐχάλασαν λινὸν, ὃ διακόπτει παλαιότης· οὐκ ἐχάλκευσαν ἄγκιστρον, ὅπερ ἰὸς ἀναλίσκει· οὐ περιέθηκαν δέλεαρ τὴν τῶν ἰχθύων παγίδα· οὐκ ἐκάθισαν ἐπὶ πέτραν, ἥνπερ τινάσσει τὰ κύματα· οὐκ ἐναυάγησαν σκάφος, ὅπερ διαλύει ζάλη· οὐκ ἐθήρευσαν ἰχθύας, τὴν ἀλογίαν τῆς φύσεως, ἀλλ' ὥσπερ ἡ τέχνη παράδοξος, οὕτως καὶ τὰ ἔργα λίαν καινότερα· ἀντὶ μὲν γὰρ καλάμου, καταγγέλλουσιν τὸ κήρυγμα· ἀντὶ δὲ σπαρτίου, χαλῶσιν τὴν μνήμην· ἀντὶ δὲ ἀγκύστρου καθιστῶσιν τὴν δύναμιν· ἀντὶ δηλέατος, περιτιθέασιν τὰ θαύματα· ἀντὶ πέτρας, ἐξ οὐρανῶν ἁλιεύουσιν· ἀντὶ σκάφους, θυσιαστήριον κατέλαβον· ἀντὶ ἰχθύων, βασιλέας θηρεύουσιν· ἀντὶ σαγήνης, τὸ εὐαγγέλιον ἐξέτειναν· ἀντὶ τέχνης, κέχρηνται τῇ χάριτι· ἀντὶ θαλάττης, τὴν βίον τελωνοῦσιν· ἀντὶ δικτύων, τῷ σταυρῷ σαγηνεύουσιν· τίς ἴδεν ποτὲ νεκροὺς ἁλιεύοντας, καὶ ζῶντας ἁλιευομένους; ὦ τῆς δυνάμεως τῶν σταυρωθέντος· ὦ τῆς θεϊκῆς ἀξίας· ὦ τῆς ἀποστολικῆς εὐεργεσίας· οὐδὲν τοιοῦτον ἐν βίῳ, οἷον ἡ ἀποστολικὴ χάρις.

β΄. Πολλὰ γὰρ ἴδεν ὁ βίος θαυμαστὰ καὶ παράδοξα· ἴδεν αἷμα μετὰ ἔκχυσιν κράζον, καὶ φωνὴν ἄνευ γλώττης βοῶσαν, καὶ φύσιν διὰ φθόνον σχισθεῖσαν, καὶ ἀδηφοκτόνον τὴν ὁμομήτριον τῷ θανάτῳ παραπέμποντα· καὶ τὴν θύραν τῶν θανάτου ἀπὸ βασκανίας

f. 138. a.

ἀνεωχθεῖσαν· ἴδεν κυβωτὸν ἐν ναυαγίῳ, καὶ φύσεως ὄλεθρον· ἴδεν γέροντα διὰ πίστιν ὁπλιζόμενον κατὰ πλάγχνων, καὶ προσφερόμενον τὴν μὴ νεκρούμενον· ἴδεν καλύβην οὐρανοῦ πλατυτέραν, καὶ θεὸν ὑπὸ σκηνὴν χωροῦντα· ἴδεν κλοπὴν εὐλογιῶν μητέρα, καὶ πάλην πλάστου καὶ δούλου· ἴδεν φθόνον ἐν ἀδελφοῖς χωρήσαντα, καὶ δουλείαν βασιλείας πρόξενον· ἴδεν ὀνείρατα θρόνον εὐτρεπίσαντα, καὶ λιμὸν τοῦ ἐπιβούλους ἑλκύσαντα· ἴδεν ῥάβδον θαυμάτων μητέρα, καὶ πῦρ δροσίζον βατόν· ἴδεν νομοθέτην στοιχίοις ἐπιτάξαντα, καὶ πρᾶγμα βρύον κατάραν· ἴδεν κύματα πετρούμενα, καὶ βυθὸν φωτιζόμενον· ἴδεν ὁδὸν σχεδιαζομένην, καὶ στύλον νεφέλης ὁδηγοῦντα τῶν δήμων τὸ πλῆθος· ἴδεν ἄνευ γῆς βλαστήσασαν ῥάβδον, καὶ οὐρανὸν ἀρτοποιήσαντα μάννα· ἴδεν ἄνθρωπον χαλινώσαντα ἥλιον λόγῳ, καὶ στείρας εὐχὴν κυοφορήσασαν προφήτην· ἴδεν ἀλεύρου δράκα ληΐων πλουσιωτέραν, καὶ καμψάκην ἐλαίου πηγάζοντα ἀφθονώτερον· ἴδεν ἄϋλον ἅρμα, καὶ ἀναλαμβάνομενον προφήτην· καὶ ὀστέα νεκροῦ, ζωῆς φάρμακα· πολλὰ καὶ θαυμαστὰ ἴδεν ὁ βίος, ἀλλ' ἐκεῖνα ὡς χλόην παρῆλθεν, καὶ ὡς λύχνος ἀπεκοιμίσθη, ἀνατείλαντος τῶν ἡλίου.

γ΄. Οὐδὲν τοιοῦτον, οἷον ἀπόστολοι· ὑπηρέτησαν τῷ θεῷ λόγῳ· ἐψηλάφησαν σαρκωθέντα τὴν ἀσχημάτιστον· ἠκολούθησαν βαδίζοντι τῷ πανταχοῦ παρόντι· συνεκλίθησαν τῷ ἀπεριγράπτῳ· ἤκουσαν φωνῆς τῶν ποιήσαντος λόγῳ τὰ πάντα· ἐσαγήνευσαν διὰ γλώττης τὴν κόσμον· περιῆλθον τῷ δρόμῳ τὰ πέρατα· ἐξερίζωσαν τὴν πλάνην, ὡς ζιζάνια· ἐθέρισαν τοῦ βωμοὺς, ὡς ἀκάνθας· ἐνέκρωσαν τὰ εἴδωλα, ὡς θηρία· ἐφυγάδευσαν τοῦ δαίμονας, ὡς λύκους· συνήγαγον τὴν ἐκκλησίαν, ὡς ποίμνιον· ἐσώρευσαν τοῦ ὀρθοδόξους, ὡς σίτον· ἀπεσκυβάλισαν τὰς αἱρέσεις, ὡς ἄχυρα·

ἐξήρανον τ᾽ ἰουδαϊσμὸν, ὡς χόρτον· κατέφλεξαν τ᾽ ἑλληνισμὸν, ὡς ὕλην· ἡρωΐσασαν τῷ σαυρῷ τ᾽ φύσιν· κατέσπειραν τ᾽ λόγον, ὡς σίτον· κατήσραλαν πάντα, ὡς ἑωσφόροι· διὰ τοῦτο πρὸς αὐτοὺς ἐβόα ὁ δεσπότης· ὑμεῖς ἐσὲ τὸ φῶς τ᾽ κόσμου· ἀνατολὴν ἔχετε τ᾽ παρθενικὴν ὠδῖνα· ὄρθρον, τ᾽ τ᾽ βαπτίσματος μήζαν· λαμπρότητα, τ᾽ τ᾽ σαυρωθέντος χάειν· ἀκτῖνας, ᾠδαῖς δόξης γλώττας· ἡμέραν, τ᾽ μέλλοντα αἰῶνα· μεσεμβρίαν, πλὴν ὀκ τ᾽ σαυροῦ ὥραν· δύσιν, τ᾽ τ᾽ τάφου οἴκησιν· ἑσπέραν, τ᾽ πρόσκαιρον θάνατον· ἔκλαμψιν, τ᾽ ὀκ νεκρῶν ἀνάσασιν· ὑμεῖς ἐσὲ τὸ φῶς τ᾽ κόσμου· βλέπετε τὰ ἄσρα, ἢ ὀκπλάγηθι τ᾽ φαιδρότητα.

δ′. Διὰ τοῦτο σήμερον ὁ Ἀνδρέας καθάπερ θησαυρὸν φωτὸς εὑρηκὼς τ᾽ κοινὸν δεσπότην, ἐβόα πρὸς τ᾽ Πέτρον τ᾽ ἑαυτοῦ ἀδελφὸν, εὑρήκαμεν τ᾽ Μεσίαν· ὃ ἀντισροφή· δεύτερος τ᾽ Πέτρος εἰς τ᾽ βίον ἐχωνήθη ὁ Ἀνδρέας, ἢ πρῶτος Πέτρον εἰς τὸ εὐαγγέλιον ἐθήρευσεν· εὑρήκαμεν τ᾽ Μεσίαν· ὀκ ἀφειχαρᾶς ὁ λόγος· φαιδρὰ γ᾽ εὑρέσεως τὰ εὐαγγέλια· εὑρήκαμεν, φησὶ, τ᾽ θησαυρόν· φεῦγε Πέτρε τ᾽ γ᾽ ἀφειτομῆς πενίαν, ἀπόδυσον τὰ τ᾽ νόμου ῥάκια· ἀπόῤῥιψον τ᾽ τ᾽ γράμματος ζυγόν· ὡς μικρὰ ἄρνησον ταῦτα πάντα· ὡς ἐνύπνια, τὰ παρόντα· πλὴν Βηθσαϊδα, ὡς εὐτελὲς χωρίον· τὸ ἀμφίβληρον, ὡς πενίας ἐργαλεῖον· τὸ σκάφος, ὡς ναυαγίου θάλαμον· τ᾽ τέχνην, ὡς βρώμου μητέρα· τ᾽ γῆν, ὡς θύβον * πραγμάτων· τ᾽ ναὸν, ὡς λησῶν σπήλαιον· ὃν ἰχθύας, ὡς γαςρὸς ἐμπορίαν· τὸ ἔθνος, ὡς ᾧ θεοῦ λύσαν· τ᾽ Καϊάφαν, ὡς πονηροῦ συνεδρίου πατέρα. Εὑρήκαμεν τ᾽ Μεσίαν, ὃν προεκήρυξαν οἱ προφῆται, ὃν προεσάλπισεν ὁ νόμος· εὑρήκαμεν ⓜ τ᾽ νόμου θησαυρόν. Φεῦγε Πέτρε τ᾽ τ᾽ γράμματος λιμόν. Εὑρήκαμεν τ᾽ Μεσίαν, ὃν προεσκιογράφησαν τὰ σημεῖα, ὃν ἶδεν Μιχαίας ἐπὶ τ᾽ θρόνου δ᾽ δόξης, ὃν Ἡσαΐας ἐθεάσατο ἐπὶ τ᾽ χερουβὶμ, ὃν Ἐζεκιὴλ ἶδεν ἐπὶ τ᾽ σεραφεὶμ, ὃν Δανιὴλ ἐθεάσατο ἐπὶ τ᾽ νεφῶν, ὃν Ναβυχοδόνοσωρ ἶδεν ἐν τῇ καμίνῳ, ὃν Ἀβραὰμ ἐδέξατο ἐν τῇ καλύβῃ, ὃν Ἰακὼβ οὐκ ἀφῆκεν εἰ μὴ εὐλογηθῇ, οὗ Μωϋσῆς ἶδεν τὰ ὀπίσθια ἐπὶ δ᾽ πέτρας· τοῦτον εὑρήκαμεν ἀνάρχως γεννηθέντα, ἢ ἐπ᾽ ἐσχάτων φανερωθέντα· ὦ θησαυρὸς, οὗ ἡ εὐπορία ἀκένωτος, ἢ ὁ πλοῦτος ἄϋλος, ἢ ἡ ὕπαρξις ἄναρχος, ἢ ἡ εὕρεσις πρόσφατος. Εὑρήκαμεν ⓜ Μεσίαν, ὃς ἔσιν μεθερμηνευόμενος Χριςός· πολλοὶ γὰρ χριςοὶ γεγόνασιν, ἀλλὰ θανάτῳ πάντες ἐδουλώσαν. Ἀβραὰμ χριςὸς, ἀλλ᾽ ὲν τάφοις διῃύθη. Ἰσαὰκ χριςὸς, ἀλλ᾽ ὲν ὀςέοις ἡ μνήμη. Ἰακὼβ χριςὸς ἀλλὰ θανάτου πάρεργον. Μωϋσῆς χριστὸς, ἀλλ᾽ οὐδέ που ἐτάφη ἴσμεν. Δαυὶδ χριςὸς, ἀλλὰ πάντες θανάτου λάφυρα· πάντες χριςοὶ, ἀλλὰ θανάτου αἰχμάλωτοι· εἷς δὲ ὁ Χριςὸς ὁ πλὴν φύσιν θεὸς, ἢ εὐσπλαγχνίᾳ ἄνθρωπος, ὁ παρθένου γαςέρα τῷ τόκῳ σφραγίσας, ἢ πηγὰς ἰαμάτων ὧν ἁλιέας ἀναδείξας. Αὐτῷ τὸ κράτος ἢ ἡ βασιλεία ἢ ἡ δόξα ἢ ἡ προσκύνησις, σὺν τῷ ἀχράντῳ ἢ ὁμοουσίῳ ἢ ὁμοδυνάμῳ αὐτοῦ πατρὶ, ἢ τῷ παναγίῳ πνεύματι, νῦν ἢ ἀεὶ ἢ εἰς ὧν αἰῶνας τ᾽ αἰώνων. Ἀμήν.

* ita cod. f. 138. b.

DE SEQUENTE S. THEODORI STUDITAE VITA MONITUM.

Quam nos in sequentibus paginis vulgamus S. Theodori Studitae vitam, ea in duobus bibliothecae vaticanae codicibus 608, *et* 1256. *diserte inscribitur Michaëli monacho, ut diximus p.* 128. *in adnotatione, utque Allatius nos ibidem commode admonuit in cap. XCVIII. de Theodoro. Ergo illa quae in Sirmondi volumine legitur vita, non Michaëlem auctorem habet, sed vel Anonymum, vel fortasse quendam Iohannem, prout suspicatur Allatius loc. cit. Causam erroris (cui nos quoque credidimus, cum Studitae nova scripta ederemus) scrutari curiosius non vacat, quandoquidem testes duo Michaëli vindicant, et Allatius id confirmat. Proëmium quidem totum novum est: elocutio in reliquis semper ab illa edita vita differt; sed tamen res narratae vix variant. Nos hanc luculentam Studitae (quanti viri!) biographiam in codicibus diutius latére non patimur: atque ut ea utilior fiat, latinam quoque eiusdem interpretationem, quamquam scripti satis prolixi, elaboravimus.*

ΒΙΟΣ ΚΑΙ ΠΟΛΙΤΕΙΑ ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΚΑΙ ΟΜΟΛΟΓΗΤΟΥ ΘΕΟΔΩΡΟΥ

ΗΓΟΥΜΕΝΟΥ ΜΟΝΗΣ ΤΩΝ ΣΤΟΥΔΙΟΥ

ΣΥΓΓΡΑΦΕΙΣ * ΠΑΡΑ ΜΙΧΑΗΛ ΜΟΝΑΧΟΥ.

* ita uterq. cod.

VITA ET CONVERSATIO SANCTI PATRIS NOSTRI

ET CONFESSORIS THEODORI

ABBATIS MONASTERII STUDII

A MICHAELE MONACHO CONSCRIPTA.

1. Sancti complures viri per diversas regiones ac patrias superioribus splendentes temporibus, solis instar, suarum virtutum radiis obvios quosque illuminarunt, atque ad exquisitae virtutis studium, tum recti amatores, tum etiam illos qui incuriose se agebant, exstimularunt, et ad melioris vitae propositum exacuerunt. Enimvero haud secus, nostrae quoque nuperae congregationis supremus pastor, et Christi confessionis luminosa columna Theodorus, tamquam late relucens stella, exortus aetate ac regione nostra, mundo paene universo asceticae vitae splendoribus, et athleticae confessionis certaminibus innotuit: ac tantopere visus est et vitae constantia et virtutis robore animosissimus priorum aemulator, eorumque in se ipso collecta praeclara gesta repraesentare, ut usque ad orientem et austrum, occasum et terras arcticas, magisterii eius vox pervenerit: quin etiam sati ab eo et a Deo benedicti discipulorum viridarii propagines usque illuc proserpserint: ita ut uberrimus vere animarum hortus, et virtutis scholae confierent. Prorsus nullus est orbis angulus quô vitae ipsius fama et instituti denominatio non perva-

α'. Πολλοὶ μὲν τῶν ἁγίων κατὰ διαφόρους χώρας τε καὶ πατριὰς ἐν τοῖς ἀνόπιν διαλάμψαντες χρόνοις, δίκην ἡλίου τῶν τῶν οἰκείων ἀρετῶν ἀκτίσι τοὺς παρατυγχάνοντας κατεφώτισαν, καὶ πρὸς ζῆλον ἐνθέου πολιτείας τοὺς ἐραστὰς τῶν καλῶν, ἢ καὶ τοὺς ἄλλως ἐξ ἀπροσεξίας ἔχοντας, συνήλασάν τε καὶ πρὸς τὸ κρεῖττον ἠρέθισαν. Οὐδὲν δὴ ἧττον καὶ ὁ τῶν καθ' ἡμᾶς συλλόγου πεφηνὼς ποιμενάρχης, καὶ τῆς Χριστοῦ ὁμολογίας πυρσολαμπὴς στύλος Θεόδωρος, ἐν τοῖς ἡμετέροις ἀνατεταλκὼς οἷά τις πολύφωτος ἀστὴρ τόποις καὶ χρόνοις, τὴν οἰκουμένην πᾶσαν μικροῦ δεῖν τῶν ἀσκητικαῖς λάμψεσι, καὶ τοῖς τῆς ἀθλητικῆς ὁμολογίας περιέβαλεν ἀγωνίσμασι· καὶ τοσοῦτος γε ὤφθη τῶν ἐν ἀμφοτέροις διαπρεψάντων καρτερίᾳ τὲ βίου καὶ ἀρετῆς ἀνδρείᾳ ἐκθυμότατος ζηλωτὴς, καὶ εἰς ἑαυτὸν τὰ τούτων συλλεχὼς ἀριστεύματα, ὡς μέχρις ἑώας καὶ νότου, ἑσπέρας τε καὶ τῶν ἀρκτικῶν διαδραμεῖν τοὺς τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ φθόγγους μερῶν· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῆς ὑπὸ θεοῦ κατευλογηθείσης αὐτοῦ πνευματικῆς τῶν μαθητῶν φυτουργίας περὶ αὐτοὺς ἐκταθῆναι τὰ κλήματα· καὶ παραδείσους ψυχῶν τῷ ὄντι ἀμφιλαφεῖς, καὶ ἀρετῆς ἐντεῦθεν συγκροτηθῆναι παιδευτήρια· καὶ οὐκ ἔστι τὸ παράπαν χῶρος οὗ τὸ ὄνομα τῆς πολιτείας αὐτοῦ καὶ τὸ ἐπώνυμον οὐκ ἀφίκετο·

Cod. vat. 608. f. 124. a.

f. 134. b. ἀλλ᾽ ὅπως μὲν ὁ ἀοίδιμος ἐκεῖνος καθηγητὴς ἡμῖν πατὴρ ὁ καθ᾽ ἡμᾶς ἐβίω ζωῆς, καταῳδὰς ὁ αὐτῷ κοιμήσεως, ἔνιοι τ᾽ αὐτῶν φοιτητῶν ᾠδικῶς ὑπηνίξαντο, κεφαλαιώσαντες τὰ πολυμερῆ ὁ κῦ πλάτος ὑψηλοτάτης αὐτοῦ πολιτείας ἀνδραγαθήματα ἐν ὀλίγαις ἐπέων λέξεσιν· μεθ᾽ οὓς ἡμῖν ἕτεροι τ᾽ ὁ ἐκκλησίας ἱερομυσῶν ἐν συγγραφῆς εἴδει ἡμῖν ἐγκωμίων σχηματισμῷ γλαφυρῶς ἄγαν κατ᾽ ἐπεκτάδην συνέταξαν ὑπόμνημα, εἰς γῆρας θησαυρίσαντες λήθης φάρμακον. Καὶ ἦν ἀκόλουθον τοῖς φιλοπόνοις ἡμῖν μὴ λίαν ἀναισθητωκόσιν ἐξ ἀμαθίας τὴν νοῦν, τοῖς ἤδη πονηθεῖσι κατεντυγχάνειν, κἀκεῖθεν ἐκδιδάσκεσθαι τὴν ἅπασαν τῶν πανιέρου παῖδος ὑπεραναγκυῖαν τῶν πολλῶν βιωτὴν, ἡμῖν τὸ ὠφέλιμον δρέπεσθαι, εἴπερ ἐθέλοιεν, θαυμάζειν τε ὁ σοφίας αὐτοῦ τὸ βάθος, ἡμῖν τὸν ζόπον ὁ κοινοβιακῆς ἀναγροφῆς, πάς τε ἀκριβεῖς αὐτοῦ παράδοσις ἡμῖν θεοπρεπεῖς νομοθεσίας, ἃς ἐκεῖνος τοῖς αὐτοῦ νομοθετήσας ἡμῖν παραδεδωκὼς μαθηταῖς, ἄλλός τις Βασιλείος ἐν τοῖς κατ᾽ αὐτὸν ἐφημίζετο χρόνοις. Ἀλλ᾽ ἐπεὶ τὸ κοινὸν ὁ ἀδελφότητος, ᾧ ἡ τῶν πολλῶν διάνοια μικρὰ βλέψασα ὡς τὰ πολλὰ, τὸ πεζὸν ἡμῖν ἁπλοϊκώτερον ὁ φράσεως προτιμᾶν ἐπίσταται, ὡς ἀνύσακτον συντηρεῖν τὴν ἐπόπτην τῶν λεγομένων γᾶν, ἡμῖν ὄγνισιν ἐμποιοῦν τῶν σφῶν αὐτῶν ὑπὲρ τὸ σκληρὸν ἡμῖν βαθύγλωσσον τῶν νοημάτων ψυχαῖς, φέρε τὴν ὑμετέραις παιθαρχήσαντες ἐντολαῖς, πατέρων αἰδεσιμώτατοι, περὶ τοῦ θείου τούτου προπάτορος ἡμῶν ἡμῖν πανσόφου διδασκάλου ὁ οἰκουμένης, λόγου ἡμῖν οἱ ταπεινοὶ ἡμῖν οὐδενὸς λόγου ἄξιοι, ὡς οἷόν τε, καταθώμεθα· πολὺ μὲν κατόπιν τῶν πρὸς f. 135. a. ἀξίαν ἰόντας, ὡς ἐνὸν ἢ τῇ ἀσθενείᾳ ἡμῶν πρὸς τὸ εὐληπτόν τε ἡμῖν καταφανὲς μεταποιουμένους.

β′. Ἡ τὸν μέγαν τοῦτον ἡμῖν ἀκαταγώνιστον ὁ ὀρθοδόξου πίστεως ἀριστέα, ἡμῖν τῆς μοναδικοῦ τάγματος δραβόντον κυβερνήτῃ ἐνεγκαμένη τε ἡμῖν ἐκθρέψασα Θεόδωρον, ἡ τῶν πανταχοῦ γῆς πόλεων προκαθημένη πέφυκε πόλις, καθ᾽ ἣν ἐκράτει ὁ ἀρχῆς τηνικάδε, ὁ ἐξ ἀσεβοῦς ἀσεβέστερος ἐκρα-

serit. Sed quomodo inclytus ille dux atque pater vitam apud nos exegerit, statim post eius obitum nonnulli eius discipuli carmine panxerunt, multiplicem sublimium eiusdem virtutum amplitudinem paucis versiculorum dictionibus comprehendentes. Post quos alii ecclesiae sacerdotes historico more et panegyrica specie lucide admodum et prolixe commentarium composuerunt, senescenti aetati parantes oblivionis remedium. Et sane pronum erat studiosis, vel saltem mentem haud obrutam inscitia gerentibus, scripturas illas perlegere, atque illinc ediscere universam sacratissimi patris multisque praecellentem vitae rationem, utilitatemque ex ea percipere, siquidem vellent, altamque eius sapientiam admirari, et coenobiticae vitae institutum, nec non accuratas eius traditiones stupendasque leges, quas suis tulit servandasque commisit discipulis, quarum causa tamquam alter Basilius aetate sua celebrabatur. Sed quia fratrum communitas, et multorum mens arcto plerumque spatio constricta, pedestre potius atque simplicius dictionis genus expetere solet, quod experrectam detineat ad dicta attentionem, sitque ipsorum animabus utilius, quam difficiles et sublimi stilo prolati sensus; agesis vestris obtemperantes mandatis, reverendissimi patres, de divo hoc patriarcha nostro, ac magistro orbis sapientissimo, nos quoque humiles nullaque aestimatione digni, pro viribus verba faciamus; longo equidem infra rei meritum intervallo, sed quantum nostra infirmitas tulerit, facilitatis atque perspicuitatis rationem habentes.

2. Magni huius et invicti orthodoxae fidei herois, et monasticae familiae celeberrimi rectoris, Theodori inquam, patria nutrixque fuit urbs in universo orbe praecellens, in qua tunc imperium tenebat impio patre scelestior filius Constantinus Copronymus, antichristianae haere-

seos renovator ampliatorque, qui ceu illud olim aegyptii Pharaonis ingenium luto ac lateritio opere, novum Christi Israhelem affligebat, dum iconomachicam fabricam per suos acerbos operis huius praefectos urgeret, quem cernebat evangelicae in terris adhaerere vitae, et Domini sublimiter instituta sectari. Parentes Theodoro fuerunt pii ac nobiles, qui impositam sibi a genitoribus appellationem, actibus suis palam confirmarunt: ex quibus pater quidem, lux vere, secundum loquacium Atheniensium linguam a Deo creatus, Photinus (Lucidus) moribus et nomine extitit, vitam optimam sectatus, et honestatis splendore egregie exornatus; sicut etiam posthinc religiosae eius erga Deum et res divinas animae demonstravit affectus. Nam cum non vulgare apud imperatorem munus gereret, erat enim regiorum vectigalium quaestor, hoc et aliud quodlibet mundi oblectamentum flocci faciens, cum tota domo ad universalem regem Deum se contulit, liberamque vitam prae aulica adamavit: immo mundana haec fumi instar somniique evanida spernens, perpetuo mansura bona, firmumque statum habentia, sibi adquisivit, dum se consecratorum Deo virorum catalogo adiunxit. Et quidem iam quinquennio antea a coniugis consortio ob eximium religionis studium semet fortiter removerat. Ipsa vero mater, spectatissima et illustris femina, egregiis mentis dotibus instructa, suisque liberis et domui praeesse gnara, utpote a Deo creata, et parem actibus appellationem sortita: nam cum commune divinae creationi nomen, sibi proprium haberet, propter rectam suam vitae rationem, Theoctiste et erat et nominabatur, laudem utrimque ob morum sanctimoniam nacta. Sed cuiusmodi vitae cursum veneranda haec semper femina tenuerit, ipsemet eius a Deo datus fructus, coram subiectis sibi fratribus catechesim perorans iam exposuit, facunda

γεὶς γόνος, Κωνσταντῖνος ὁ Κοπρώνυμος, κὴ τ̃ χρισομανικῆς αἱρέσεως δ̃υτερωτὴς ἀναφανεὶς ζηλικώτατος, ἐκθλίβων τ̃ νέον Χριστοῦ Ἰσραὴλ, καθάπερ ποτὲ ὁ αἰγύπτιος νοῦς Φαραὼ τῷ πηλῷ κὴ τῇ πλινθείᾳ, τ̃ εἰκονομαχικῆς πυργοποιΐας διὰ τ̃ πικρῶν τ̃ τοιαύτης οἰκοδομίας ἐργοδιωκτῶν, καθ' ὅτι ἔβλεπεν αὐτὸν πρὸς τ̃ γῆν ἐπειγόμενον τ̃ εὐαγγελικῆς πολιτείας, κὴ ἀνυπερθέτως τοῖς δεσποτικοῖς ἐξακολουθοῦντα θεσμοθετήμασιν. Γονεῖς ἦ αὐτῷ εὐσεβεῖς τε κὴ εὐπαῖδαι, κὴ τ̃ ἀποκληρωθείσης αὐτοῖς πρὸς τ̃ φυσάντων προσηγορίας, διὰ πραγμάτων τὰς σημασίας ἐπιδήλως ἔχοντες· ὧν ὁ μὲν πατὴρ, φῶς ἀληθῶς κ̃ τ̃ λάλων τ̃ Ἀθηναίων γλῶτταν, παρὰ θεοῦ ζωγονηθείς, Φωτεινὸς τοῖς ζόποις κὴ τῇ κλήσ̃ γεγένηται, καλοκαγαθίας μεταποιούμενος, κὴ σωφροσύνης αἴγλῃ ἀξίως κατακοσμούμενος· καθὼς κὴ ὁ μ̃ ταῦτά γε πρὸς τ̃ θεὸν κὴ τὰ θεῖα τ̃ θεόφρονος αὐτοῦ ψυχῆς, ἔδειξεν ἔρως· τ̃ γὸ οὐ πολλοσὴν ἀπὸ βασιλέως διέπων ἀρχὴν, καθ' ὅτι ταμείας ἐχρημάτιζε τ̃ βασιλικῶν φόρων, ταύτῃ τε κὴ τ̃ ἄλλην ἅπασαν τ̃ βίᾳ παρ' οὐδὲν λογισάμενος τέρψιν, πανοικὶ τῷ θεῷ κὴ παραβασιλεῖ προσ-ζέχ̃, κὴ τ̃ ἄζυγα τ̃ ἐν βασιλείοις αὐλῆς ἀπαλλάττει βίον· μᾶλλον ἦ τὰ καινῆ ζῴ- f. 135. b.
ων κὴ ὀνείρᾳ δ̃αλυόμενα παιδὸν, τ̃ ἐσώτων κὴ εἰς ἀεὶ τὸ μόνιμον ἐχόντων ἀγαθῶν τ̃ μετουσίαν πορίζεται· κὴ γίνεται τ̃ καταλόγ τ̃ τῷ θεῷ καθωσιωμένων· ὁ κὴ πρὸ πέντε ἐτῶν τ̃ τ̃ συνεύν γνῶσιν δι' εὐλαβείας ἀφικνεῖσθαι ἀνδρείως ἠθετικώς. Καὶ αὐτὴ ἦ ἡ μήτηρ ὡς ἀφανὴς κὴ ἐπίδοξος, πυκνότητι πυκαζομένη, κὴ καλῶς εἰδυῖα τ̃ τε ἰδίων τέκνων κὴ τ̃ οἴκ προΐσασθ, ἃ τε ὑπὸ θεῦ κτισθεῖσα, κὴ τ̃ ὁμοίαν προσηγορίαν τοῖς ἔργοις σφραγισθεῖσα· τὸ γὸ κοινὸν τ̃ θεοκτισίας ὄνομα ἰδιάζων αὐτῇ παρυπάρξαν, διὰ τ̃ κατ' ἀρετὴν εὐζωΐας, Θεοκτίστη κὴ ἦν κὴ ὠνόμασ, τ̃ ἐξ ἀμφοῖν ἔπαινον διὰ τ̃ σεμνῆς κερδαίνουσα πολιτείας· ἀλλ' ὁποῖον ἦ τ̃ τ̃ βίᾳ δρόμον ἡ ἀσεβασος αὖτη πεποίηται, αὐτὸς ὁ ἐκεῖνος ὁ θεοδώρητος αὐτῆς καρπὸς, τοῖς ὑπ' αὐτὸν ἀδελφοῖς ἐν κατ-

ηχήσεως εἴδει τηνικαῦτα ὑπηγόρευσεν (1), εὐηγορίας γλῶτταν θεόθεν πεπλεκτικώς· ὅθεν δὴ βουλομένους τὰ κατ' αὐτὴν εἰδέναι, ἐκεῖσε παραπέμποντες, ἡμεῖς τὰ περὶ τοῦ παιδὸς ἡμῖν λόγων ὀφειλομένως ἐχόμεθα.

γ'. Τὴν μὲν οὖν πρώτην τῆς ἡλικίας ἑπταετηρίδα ἁρμοζόντως τῇ φύσεως δεινότητι, τοῖς εἰσαγωγικοῖς καὶ στοιχειώδεσι τῶν μαθημάτων εὐσχολεῖται προάγεται τέχναις· αἱ δὲ ἐκ παίδων μαθήσεις συναύξουσαι τῇ ψυχῇ, ἐνοῦνται αὐτῇ καὶ παράμονοι τῷ κεκτημένῳ γίνονται. Ἐπεὶ δὲ προβὰς καθ' ἡλικίαν καὶ γραμματικῆς ἔμπειρος ἐγεγόνει τέχνης, εἶτα καὶ διαλεκτικῆς, ἣν δὴ φιλοσοφίαν καλεῖν οἱ ταῦτα δεινοὶ γινώσκουσιν· πρὸς δὲ τοῖς εἰρημένοις καὶ τῆς ἐν ῥήτορσι φράσεως τὸ κάλλος,
f. 137. a. ὡς οἷός τε ἦν, ἀπηνθίσατο, φύσεως τάχει καὶ γνώμης φιλοπονίᾳ τοῖς πᾶσι περίσκεπτος (2) ὢν ἐγνωρίζετο· οὐ μόνον δὲ διὰ ταῦτα αἰδέσιμος ἦν τοῖς ἥλιξι καὶ τοῖς ἤδη προβεβηκόσιν, ἀλλὰ δὲ καὶ τῇ ζόφου τῆς ἀγωγῆς μᾶλλον, οὐκ ἀθαύμαστος αὐτοῖς ἐνομίζετο· ἀρετῆς ἅτε ἐρῶν, καὶ τὴν ἀγνείαν σύνοικον ἐπαγόμενος, τά τε φαύλων τὰς συνουσίας ἀποδιδράσκων, καὶ τοῖς σώφροσιν ἀεὶ συναρτώμενος· ὡς δὲ καὶ τοῖς οἴκοις τῶν εὐχῶν, οὐχ ἥκιστά γε ἐν τῇ συνάξεσι μολῶν, καὶ τοῖς βίοις τῶν πρὶν διαλαμψάντων ἁγίων ὡς ἔν τισιν εὐωδεστάτοις λειμῶσι, καθάπερ τις φιλόπονος μέλιττα τῷ λογισμῷ ἐφιζάνων καὶ ἀνθοτάμενος· καὶ τοῦτο τὲ κἀκεῖνο, πάντα δὲ μᾶλλον συλλήβδην ἐρανιζόμενος πρὸς ἑνὸς χρήματος κατασκευὴν, λέγω δὴ τῆς ἀειμνήστου καὶ σεβασμίας ἀρετῆς ὑπὲρ μέλι καὶ κηρίον τὰ τῆς ψυχῆς γλυκαινούσης αἰσθητήρια· ἦν δὲ ἐκ παιδὸς ἀρτίφρων καὶ χρισομαθὴς ὁ θαυμάσιος, πρὸς τῆς ἐνυποστάτου τοῦ θεοῦ καὶ παιδὸς σοφίας τῆς πᾶσαν ἔννοιαν καὶ βουλὴν ὑπεκλεσαμένης, ἤγουν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος ὑποστάσης, καθάπερ ἐξαίρετόν τι δῶρον τῆς κυριωτάτης τῶν χαρισμάτων ἀπειληφὼς ἀρετῶν, ἣ παρέπεται καὶ τὰς λοιπὰς οἶδεν ὁ λόγος, τοῖς γε μὴ ψιλὴν ἔχουσιν αὐτῆς τὴν ὀνομασίαν, ἀλλ' ἐμπεδοῦσι διὰ τῶν ἔργων

quippe lingua divinitus donatus. Quamobrem Theoctistae notitiarum cupidos illuc ablegamus; dum nos interim de patre nostro, prout par est, sermonem prosequemur.

3. Primo itaque aetatis septennio indoli suae convenienter exacto, isagogicis atque elementaribus disciplinarum artibus admovetur: nam pueriles institutiones cum anima auctae, ipsi cohaerent, firmiterque in instituto homine manent. Tum crescentibus annis, grammaticae regulis imbutus fuit, et mox etiam dialecticae, quam philosophiam magistri appellant. Praeterea rhetoricae quoque elocutionis venustatem, pro viribus, degustavit, naturaeque acumine et voluntario labore cunctis eminentior apparebat: neque ob haec solum coaetaneis immo et provectioribus venerandus erat, sed magis etiam ob morum formam admiratione dignus illis videbatur; quippe virtutis studiosus, et innocentiam comitem habens, improborum consortia vitans, et cum probis semper conversans; sacris item oratoriis ac synaxibus assiduus; et ad sanctorum ante se virorum lectitandas vitas, apis instar laboriferae, intellectu incumbens; et modo hoc, modo illud, immo cuncta simul deflorans ad unius conferens operis confectionem, laudatissimam inquam et venerandam virtutem, quae prae melle ac favo animae sensum dulcissime adficit. Fuit enim hic a pueritia mirabiliter prudens et Christi discipulus, a consubstantiali Dei patris sapientia, quae mentem omnem voluntatemque imbuit, et ea quae non sunt facit subsistere, ab hac inquam ceu eximio dono praecipua omnium virtute donatus, quam reliquae subsequi solent, in iis certe qui haud nudum habent christianorum nomen, sed huic consonos actus exserunt. Sic prorsus a religione eximius hic manuductus Theodorus, rectam re-

(1) Extat haec inedita in Metaphrastae codice parisiaco, ut dixi T. V. part. II. p. 77 in adn.
(2) Cod. 608. περίππους, cod. 1256. περίπατος, uterque mendose, ut puto. Substituo περίσκεπτος.

giamque viam terebat, et procul insipientiae vestigiis incedebat, quae sectatores suos subvertere solet, et ad inferorum perditionem deducere. Talem videlicet se ab initio optime ac prudentissime conformavit, vel potius a divina conformatus fuit gratia, quae auxiliarem manum iis, qui virtutis studium elegerunt, porrigit, cum iisque operatur, ac vires ad maiorem consequendum profectum suppeditat.

4. Interim scelestus tyrannus, et Pharaonis regis mentem gerens, haud rubro mari demersus fuit, sed igne gehennae, cuius ille incendio, ligna nimirum et foenum et calamum, impiae vitae fructum, toto aetatis suae tempore, tamquam sterilis terra ac dumosa, pabulum attulerat. Subinde post hunc Leo iunior filius eius, naturalis heres, brevi tempore imperio praefuit, et mox mortem obiit; quandoquidem Davidis illud vaticinium intelligere noluit: nempe ex Davide ortum esse cornu fortissimum, quod cornua contrivit peccatorum ac daemonum hominumque impiorum. Nimirum pacis princeps Christus, magnus et solus aeternusque rex, suscitavit cornu salutis simul ac pacis ecclesiae suae, illam dico nomini suo congruam, magisque operibus, quam appellatione, vere Irenem. Tunc autem divus quoque Theodorus omni se vanitate saeculi expedivit, et quasi domitus sponte pullus ad virtutis habenas decurrit, annos tunc natus viginti duos. Cum ergo religiosissima Irene, a Deo ad monarchiae apicem sublimata, orthodoxiae qui superfuerant ac monasticae vitae igniculos ex longinquis exiliis aut etiam carceribus revocaret, quos tamquam sal terrae, mundique illuminatores, vitae doctrinam gerentes, observabat ac venerabatur, ceu qui artus ecclesiae diro morbo corruptos salire poterant, insuperque orthodoxae fidei luce mentium oculos illustrare; tunc in urbem reversus est, derelicto suo ad

αὐτῶν ὅπερ ὀνομάζονται παρωνύμως. Ὑφ' ἧς ἐντηῶς ὁ θεῖος ἐκεῖνος ἰθυνόμενος Θεόδωρος τὴν εὐθείαν καὶ βασιλικὴν διώδευσε τρίβον, καὶ μακρὰν ἐγεγόνει τῶν τῆς ἀφροσύνης ποδῶν, ἢ ἐκεῖνος χρωμένους αὐτῇ ὑποσκηΐζειν πέφυκεν, καὶ εἰς ᾅδην ἀπωλείας καταβιβάζειν· ἀλλὰ γὰρ οὕτω τὰ πρῶτα διαπλάσας ἑαυτὸν ἄριστα καὶ πανσόφως, μᾶλλον δὲ διαπλασθεὶς ὑπὸ τῆς θείας χάριτος, ἣ χεῖρα βοηθείας ὀρέγει τοῖς ἀγαθὸν αἱρουμένοις, καὶ συνεργεῖ καὶ σθένος δίδωσι πρὸς τὴν τῶν κρειττόνων ἐπιτυχίαν.

δ'. Ὁπηνίκα τῶν πονηροῦ τυράννου καὶ φαραογνώμονος ἄνακτος καταποντισθέντος οὐ τῷ ἐρυθραίῳ πόντῳ, τῷ δὲ περὶ τῆς γεέννης, ἧς καὶ τὰ ὑπεκκαύματα ξύλα δηλαδὴ καὶ χόρτον καὶ καλάμην τὰ τῆς μοχθηρᾶς ἐκφόρια ζωῆς παρὰ πάντα τὴν ἑαυτοῦ βίον, ὥσπερ τις γῆ κεχερσωμένη καὶ ὑλομανοῦσα ἐξήνεγκεν. Εἶτα μετ' ἐκεῖνον ἀμέσως τῶν νεωτέρου Λέοντος καὶ υἱοῦ αὐτοῦ ἐκ προγόνων διαδοχῆς, εἰς ὀλίγον τῶν καιροῦ τῇ βασιλείᾳ διαρκέσαντος καὶ θανατωθέντος, ἐπεὶ μηδ' ἐβούλετο συνιέναι τὸ διὰ τῶν Δαυὶδ προφητευόμενον, ἐκ Δαυὶδ ἀνατεταλκέναι ἰφθιμότατον κέρας, ὃ συνέθλασαι τὰ κέρατα τῶν ἁμαρτωλῶν δαιμόνων τε καὶ ἀνθρώπων ἐναγῶν· ὁ ἄρχων τῆς εἰρήνης Χριστὸς, ὁ μέγας καὶ μόνος ἀΐδιος βασιλεὺς, ἐξήγειρε κέρας σωτηρίας ὁμοῦ καὶ εἰρήνης τῇ αὐτοῦ ἐκκλησίᾳ, τὴν φερώνυμον δὲ λέγω καὶ τοῖς ἔργοις μᾶλλον Εἰρήνην ἢ τὴν προσηγορίαν. Τότε δὴ τότε καὶ ὁ θεῖος Θεόδωρος πάντη διέδρα τὴν κοσμικὴν ματαιοπονίαν, καὶ οἷόν τις αὐτογύμναστος πῶλος πρὸς τὴν ἀρετῆς ηὐτομόλησε χαλινὸν, ἀπὸ γενέσεως ἄγων εἰκοστὸν καὶ δεύτερον ἔτος· τῆς γὰρ θεοφιλεστάτης Εἰρήνης ὑπὸ θεοῦ προαχθείσης εἰς τὸ τῆς μονοκρατορίας κῦρος, καὶ ἐκεῖνος ὑπολελειμμένους σπινθῆρας τῆς εὐσεβείας τε καὶ μονήρους διαβιώσεως ἐκ τῶν ἐσχατιῶν καὶ ὑπεροριῶν ἢ καὶ καθείρξεων ἀνακαλεσαμένης, οὓς καὶ ὡς ἅλα τῆς γῆς καὶ ὡς φωστῆρας κόσμου λόγον ζωῆς ἐπέχοντας, περιεῖπε καὶ ἀπεσέμνυνεν, ὡς ἁλίζειν εἰδότας τὰ τῆς ἐκκλησίας διεφθορότα τῇ πικρᾷ νόσῳ τῆς αἱρέσεως μέλη, πρὸς δὲ καὶ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως τῷ φωτὶ ἐναυγάζειν αὐτῶν ἐκεῖνος τῆς f. 137. a.

δμανοίας ὀφθαλμοὺς, εἰσῆλυθε τηνικαῦτα ἐν τῷ ἄστει, καὶ κγ΄ τὴν Ὄλυμπον ἀφορμηθεὶς λόχμης, ἣν ὁ καὶ προκατονομασθείσης ἀοιδίμου Θεοκτίστης ὁμαίμων Πλάτων ὁ σεβασμιώτατος, περὶ οὗ καὶ λαμπρὸς ἐπαινδάσθη τῷ μεγάλῳ Θεοδώρῳ ἔπαινος τὴν αὐτῷ ἐκτιθεμένῳ ἀξιοπρεπῶς πολιτείαν (1), συναγωνισόμενος τό γε εἰς αὐτὸν ἥκον καὶ συμπονήσων τοῖς ἄλλοις πᾶσιν, εἴς τε τὴν κγ΄ καὶ αἱρέσεως ἀναζοπὴν ἣν καθαίρεσιν, καὶ εἰς τὴν τῶν θείων εἰκόνων προσκύνησιν, τοῖς συνελθοῦσι τῇ Νικαέων τριακοσίοις καὶ ν΄· ὧν ἡ ἄθροισις πρεπόντως ἑβδόμη σύνοδος ὠνόμασαι, κατάπαυσις τὴν πρὸ αὐτῆς θλιομένη καὶ σφραγὶς καὶ τέλος καὶ ὀρθοδόξου πίστεως· καὶ δὴ Ταρασίῳ τῷ προμάχῳ καὶ εὐσεβείας καὶ οἰκουμενικῷ πεφηνότι φωστῆρι, τῷ φερονύμως ἐκταράξαντι πᾶσαν καὶ ἀσεβείας τὴν ἅλμην, καὶ γαλήνην τῇ ἐκκλησίᾳ σὺν θεῷ πρυτανεύσαντι, ἑνωθεὶς, σύμβουλος αὐτῷ τὰ πάντα καὶ συλλήπτωρ δεξιὸς καθίσταται· ἐκείνου δι' αἰδῶς πάσης καὶ τιμῆς ἔχοντος τὸν πανόσιον διά τε τὸ βεβιωκὸς καὶ ἀσκήσεως, καὶ τὸ τῶν γένους ὑπερτενές.

ε΄. Ταύτης οὖν εἵνεκα καὶ προφάσεως τὰς δμαζιβὰς ὁ θαυμάσιος Πλάτων ἐν Κωνσταντινοπόλει ποιούμενος, καὶ ἄλλους μὲν πολλοὺς τῶν συνήθων πρὸς καταφρόνησιν ἀνεπτέρωσε τῶν παρόντων καὶ φθειρομένων, μάλιστά γε μὴν τὴν ἰδίαν ἀδελφὴν, καὶ τὸν ὁσιόφρονα ἀδελφιδοῦν Θεόδωρον, πολλῷ πρότερον τῷ πόθῳ καὶ ἐρανίου ζωῆς τὰ ἐντὸς ἔχοντας πυρπολέμενα, πρὸς πλείονα ζῆλον καὶ ἀμείνω διήγειρε τῶν μοναστῶν πολιτείας· ὅστις Θεόδωρος
f. 137. b. θάρσους ὑπομέστος τῶν ὑποθήκαις τῶν ὁσίου γεγονὼς, συμβούλῳ τῇ μητρὶ χρησάμενος, δι' αὐτῆς τὰ σωτήρια καὶ ἀνήκοντα τῷ πατρὶ ἀναφέρει· καὶ ταύτῃ θηρεύει τὸν σὺν τρισὶν ἀδελφοῖς πρὸς τὸ ἴσον καὶ ἀρετῆς συνθεῖναι πόθον, ἐφυσερίζοντα τοῖς ἐξ αὐτοῦ· οὗτος γὰρ ἑαυτοῦ δύο συναίμονας καὶ μιᾶς ἀδελφῆς αὐτῶν προεζωγρήκει τῶν χρησαΐς καὶ μητρὸς παρακλήσεσι· καὶ δὴ συμφωνησάντων πάντων εἰς τὸ ἀποτάξασθαι τοῖς τοῦ κόσμου, καὶ

Olympum nemore, praedictae inclytae frater Theoctistae Plato venerabilis (de cuius laudibus splendidam elaboravit orationem magnus Theodorus, vitam eius condigne exponens) ut pro sua virili parte opem ferret et allaboraret cum ceteris patribus, qui ob destruendam funditus haeresim, et sacrarum imaginum cultum restituendum, Nicaeae convenerant trecenti et quinquaginta: quorum congregatio merito appellata est septima synodus, quae requiem prioribus motibus attulit, et orthodoxam fidem nostram postremo obsignavit. Plato siquidem coniunctis viribus cum Tarasio rectae fidei defensore, et oecumenico luminari, qui convenienter suo nomini totam impietatis procellam exturbavit, et ecclesiae pacem Deo favente restituit; huic inquam coniunctus Plato consiliarius ad omnia dexterque auxiliator erat; quia reverentia vicissim omnique honore prosequebatur Tarasius sanctissimum virum, propter asceticae vitae soliditatem et generis nobilitatem.

5. Hanc igitur ob causam moras admirabilis Plato Constantinopoli trahens, cum alios multos familiares, ad praesentium perituraram rerum contemptum incendit, tum praecipue sororem suam, nec non piae mentis Theodorum nepotem, qui ambo multo iam ante caelestis vitae desiderio flagrabant, ad maius monasticae perfectioris professionis studium concitavit. Qui Theodorus sancti viri monitis fiducia repletus, matre secum conspirante, per hanc salutaria et utilia consilia patri suggerit; atque ita hunc capit cum tribus sororibus, ut par virtutis studium sequatur, et postremus ad suorum numerum accedat. Nam iam antea Theodorus fratres duos unamque sororem lucratus fuerat per pias matris adhortationes. Atque ita consentientes omnes ut mundanis rebus vale dicerent, Deoque, sumpto apostolico in-

(1) Hanc Theodori de Platonis avunculi ac magistri sui laudibus orationem extare apud Bollandianos, diximus iam in hac collectione T. V. part. II. p. 77. in adn.

dumento, adhaererent, alacri animo cuncta divendunt mundanae vitae ornamenta, regiis muneribus gerendis idonea: insuper et ipsam domum, et confectam inde pecuniam pauperibus elargientes, domesticos quoque famulos libertate donant, adiectis unicuique legatis. Tum vero illinc simul omnes digressi, ad praedestinatam migrant Saccudionis stationem, quod ipsorum praedium erat, et monachorum claustro et quieti prorsus accommodatum. Est enim nemorosus locus, et in lunae figuram curvatus, atque una tantum ex parte aditum habens: intra vero campestris est, ubi diversi generis arbores fructiferae pariter et infructuosae. Ibi quoque pulcherrimum theologi (Iohannis) templum, et aquae copia sufficiens; nullusque alius incolis delectabilis aspectus patet, quam caelum et mare arcticum. Qui locus nunc etiam floret atque abundat multitudine qui illic versantur fratrum; celebrisque est, propterea quod ibidem primum divinitus instincti et confessores patres nostri angelicae vitae fundamenta iecerunt.

6. Ibi scilicet tirocinium agens magnus Theodorus cum sociis suis, et sanctissimi Platonis manibus totum se tradens, susceptaque ab eo sancti schematis armatura, nihil non ad eiusdem nutum volebat aut agebat. Nam proprii libiti periculum metuens, longe a sua voluntate recedendum putabat, apostolici effati testimonio fretus: vivo ego iam non ego, vivit vero in me Christus. Sic igitur Platoni inclyto subiectus erat, morisque sui ac mentis modestiam non erga illum tantummodo, verum etiam erga reliquos omnes maiores minoresve ostendebat, ceu homo voluntate omni carens vel inanimis statua, carnes simul habens timore Domini confixas, cavensque semper quicquid arrogantia, aemulatio, et invidia, et odium et ira, atque contentio, in incautis mentibus parere solet. Animi vero alacrita-

θεῷ προσοικειωθῆναι διὰ τὸ ἀποστολικὸν σχήματος, ἀπεμπολοῦσι πᾶσαν πάντα τὰ τῆς κοσμικῆς ζωῆς, καὶ ὧν βασιλικοῖς ἀξιώμασιν ἐπιτήδεια· ἔτι δὲ καὶ αὐτὴν τὴν οἰκίαν· καὶ τὸ ἐξ αὐτῶν συγκομισθὲν χρυσίον πένησι δαψιλείμαντες, ἀξιδοῦσι τοῖς κατ' οἶκον ἐξυπηρετημένοις οἰκέταις τὴν ἐλευθερίαν ζωῆς, μὴ τῶν ἐπιβαλλόντων αὐτοῖς λεγάτων· ἐκ δὲ τούτου ὁμοθυμαδὸν ἀναστάντες ἀπαίρουσιν εἰς τὸ προωρισμένον αὐτοῖς τοῦ Σακκουδίωνος χῶρον, οἰκεῖον ὄντα αὐτῶν, καὶ πάνυ ἐπιτήδειον εἰς μοναστῶν περιοχὴν καὶ ἀνάπαυλαν· κάταλσον γάρ ὅτι τὸ κτῆμα, μηνοειδῶς τε περικυκλούμενον, καὶ δι' ἑνὸς ἀμφόδου τὴν εἴσοδον ἔχον· τὸ δὲ μεσαίτατον αὐτοῦ πεδιάσιμον, ἐν ᾧ πεφύκασι δένδρα διάφορα, κάρπιμά τε καὶ ἄκαρπα· καὶ ὁ περικαλλὴς τοῦ θεολόγου ναὸς, ὕδωρ τε πρὸς αὐτάρκειαν, μηδὲν ἄλλο πρὸς ὡραϊσμὸν τοῦ βλέπειν τοῖς οἰκήτορσιν ἐμπαρέχον, ἢ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν ἀρκτικὴν θάλασσαν· ὅσις ἐξ ἐκείνου καὶ μέχρι σήμερον ἀνθεῖ καὶ βρίθει τῷ πλήθει τῶν εἰς αὐτὸν σπεφομένων ἀδύφων· καὶ περιβόητός γε καθέστηκεν διὰ τὴν χάριν τῶν βαλλόντων εἰς αὐτὸν ἀρχὴν, καὶ θεμέλιον ἀγγελομιμήτου ζωῆς, θεοφόρων καὶ ὁμολογητῶν πατέρων ἡμῶν.

ς'. Καθ' ὃν δὴ καιρὸν αὐλιζόμενος κατ' ἀρχὰς ὁ μέγας Θεόδωρος σὺν τοῖς μετ' αὐτοῦ, f. 138. a.
καὶ τὴν τοῦ πανοσίου Πλάτωνος χερσὶν ἑαυτὸν ὅλον ἐκδεδωκὼς, καὶ ὑπ' αὐτοῦ τὴν τοῦ ἁγίου σχήματος ἀναλαβὼν παντοχίαν, οὐκ ἦν τὸ παράπαν ὃ μὴ τοῦ ἐκείνου βουλαῖς ἑπόμενος, ἢθελέν τε καὶ ἔπραττεν· ὡς δὲ αὐταρεσκείας τὸν κίνδυνον ὑφορώμενος, μακρὰν τῶν ἰδίων θελημάτων εἶναι ᾤετο δεῖν, τὴν ἀποστολικὴν ῥῆσιν εἰς μαρτύριον ἔχων τὴν λέγουσαν "ζῶ δὲ οὐκέτι ἐγὼ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ ὁ Χριστός·" διὸ οὕτως ὑπετάσσετο τῷ ἀοιδίμῳ Πλάτωνι, συσκολὴν ἦθος καὶ φρονήματος, οὐ μόνον εἰς αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ πρὸς θεὸν ἐφεξῆς μείζονάς τε καὶ ἐλάττονας ἐπιδεικνύμενος, ὡς οὐ θελητός τις ὢν καὶ ἀβούλητος ἄνθρωπος, ἢ ἀνδριὰς ἄψυχος, τῷ φόβῳ τοῦ κυρίου τὰς σάρκας ἔχων καθηλωμένας, καὶ ἄπρακτος δαμένων πρὸς πᾶν ὃ περπερία καὶ ζῆλος καὶ φθόνος καὶ θυμὸς καὶ ὀργὴ καὶ ἐριθεία, διὰ τὸ

τ̃ νοὸς ἀπροσεξίαν οἶδεν ἀπορρυνᾶν· τ̃ δέ γε μεγαλοψυχίαν κ̀ πᾶσδὴν κ̀ ἄοκνον ταχύτητα μ̃ τ̃ ἐθίμου εὐσχημοσύνης ἐπὶ τ̃ ἐν χερσὶ δρακονίαις, οὕτω δι' ἐπιμελείας κατώρθου, ὡς εὐθέως μὲν τὸ προκείμενον αὐτῷ ἔργῳ εἰς πέρας ἄγειν· δραθέα ἢ ὧδε κἀκεῖσε πρὸς ἕκαστον τ̃ ἀδελφῶν, κ̀ τοῖς ἢ δι' ἀσθένειαν ἢ κ̀ ῥαθυμίαν ἠσθενηκόσιν ἐπαμύνειν, κ̀ τὰ τούτων ἐλλείμματα τῇ παρ' ἑαυτοῦ ἀναπληροῦν βοηθείᾳ, ὃς οὐδὲ ξυλοφορεῖν, ἢ σκαπάνῃ κεχρῆσθαι, κ̀ κηπεύειν, τ̃ κατάλληλον τῇ ἀσθενείᾳ ζοφὴν ἀπηυδόκησέν πω· ἀλλ' αὐθαίρετος ταῦτα τὲ κ̀ τὰ παρόμοια δρῶν, κ̀ κόπρον ἐκκομίζων τ̃ βοσκημάτων κρύβδην καθωδόντων τ̃ ἀδελφῶν, ἐν νυκτεριναῖς τε κ̀ μεσεμβριναῖς ὥραις ἐφωράθη πολλάκις· ἐφ' ᾧ λέγεται ☩ θεῦ συνασκε-
f. 133. b. μένος ἐκπλήττειν, ἐναργῆ ☩ μεγάλην διδοὺς τ̃ ἀπόδειξιν δι' ὧν ἔδρα, τ̃ προσούσης αὐτῷ κ̃ τ̃ ἔνδον ἄνθρωπον δραπύρου κ̀ τελείας πρὸς Χριστὸν ἀγάπης, " ὃς ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσεν μορφὴν δούλου λαβών, γενόμενος ὑπήκοος μέχρι θανάτου, θανάτου δ̀ σταυροῦ. ,,

ζ'. Ταῦτα γὸ κ̀ τὰ ἄλλα πάντα τὰ περὶ αὐτοῦ γεγραμμένα θεῖά τε κ̀ ἀνθρώπινα, νήφοντι ἀναθεωρῶν λογισμῷ, ἐφωτίζετο τ̃ ψυχὴν, κατενύασετο τ̃ καρδίαν, ἐπυρπολεῖτο τ̃ νοῦν, δραπαντὸς τῇ ἐφέσει τ̃ πρὸς αὐτὸν εὐαρεστήσεως, κ̀ κ̃ τὸ ἐγχωρῆν ἐκμιμήσεως. Ἐξεδωμάτωσε μέν τοι κ̀ εὐκτήριον ἐπ' ὀνόματι τ̃ Θεολόγου Ἰωάννου κ̀ υἱοῦ τ̃ βροντῆς, τ̃ τ̃ μεγάλου Πλάτωνος παθαρχῶν ἐντολαῖς, οὐρανότυπος σχῆμα προβεβλημένον, εὐανθῆ ποικιλοεργίαν, οὐ μόνον κ̃ τὸ μετέωρον, αὐτῷ τεχνησάμενος, κ̀ τοῖς οἰκοῦσιν ἐνδιάτημα ξένον κ̀ καλλοπρεπὲς θεοποιησάμενος, ἀλλὰ κ̀ αὐτὸ τοὔδαφος τ̃ ποικίλαις κ̀ δραχρύσοις ἐγκαταστρώσας ψηφίσιν, ὡς ἂν κ̀ οἱ πόδες αὐτῶν τ̃ αὐγαῖς τ̃ λίθων καταζυφῶεν· ἐν ᾧπερ τὰς ἐντεύξεις τῷ κυρίῳ μ̃ τ̃ συνόντων ἀποδιδοὺς, μᾶλλον φιλοθείας κ̀ κατανύξεως ἥπτετο ἀμβρύσμασιν· πρὸ πάντων εἰσιὼν ἐν τῷ οἴκῳ τ̃ θεοῦ, κ̀ ὕστατος

tem et sedulitatem, et impigrum studium cum consueta sibi gratia in quotidianis exercitiis expromebat, quae tanta diligentia obibat, ut propositum sibi opus omni cum celeritate expleret. Discurrebat autem hac illac ad singulos fratres, et infirmos aut segnes adiuvans, defectus illorum ope sua supplebat; ita ut ne ligna quidem portare, aut ligone uti, et hortum colere, et congruam infirmitati alimoniam exhibere abnueret; sed sponte haec et similia faciens, stercora etiam iumentorum, dormientibus fratribus, nocturnis aut meridianis horis, clam saepe exportare compertus est. Quibus rebus dicitur sodales quoque monachos admiratione perculisse; evidentem scilicet magnamque edens, per ea quae faciebat, demonstrationem ardentis suae perfectaeque erga Christum caritatis: « qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse aequalem Deo, sed semet ipsum exinaniens, forma servi assumpta, factus est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. »

7. Haec et alia omnia, quae de illo scripta sunt, divina atque humana, vigili secum volvens consideratione, illuminabatur in anima, compungebatur corde, incendebatur in mente, ut omnino Christi placita faceret, eumque imitando quantum licet exprimeret. Aedificavit etiam oratorium sub theologi tonitruique filii Iohannis nomine, morem quoque in hoc gerens magno Platoni, caeli formam habens, cum pictura florida; neque solum partem eius sublimem elaboravit, ita ut esset stantibus in eo gratum aedificium et undique ornatum, verum et pavimentum ipsum variis auratisque calculis stravit, ut pedes quoque calcantium splendoribus lapillorum delectarentur: quo in loco dum preces Deo cum sodalibus faceret, magis tamen divini amoris compunctionisque fulgore radiabat, primus Dei domum ingrediens, postremus recedens;

quamquam et nonnulli alii diligentissimi essent, qui illic per Dei gratiam in sancto secessu degebant.

8. Sed praeter supradictas, aliis quoque privatim indulgebat precibus, semet clam sodalibus subducens, diebus praesertim quibus officia vacabant, quo tempore lacrymarum rivulis genas inundabat atque pavimentum cui insistebat. Etenim compunctionis donum abundanter a Deo acceperat, a quo nimirum omne donum perfectum datur dignis eique semet comparantibus. Continentiam autem tanto impensius colebat, quanto eam utiliorem comperiebat iis qui Christo pure et immaculate servire volunt. Iam ratiocinium tamquam iudicem incorruptum inter spiritum carnemque constituens, sic per illud utriusque officium explebat, ut neque nimio ieiunio patem sui visibilem tantopere debilitaret ut Christi famulatui inepta praeter fas evaderet; neque item propter nimiam esculentorum ingurgitationem, animae facultatibus acediae passio subreperet, ex qua generaliter monachis mors contingit. Profecto in his perseverans beatus vir, archetypi locum in agendis rebus tenebat; quamquam nondum manifeste singularum virtutum nominibus accuratos efficiebat in participantibus characteres. Ad quem spectantes ascetae condiscipuli, praecipueque mirabilis Iosephus, qui et sanguine et vitae proposito proxime illum attingebat, animam suam illius pulchritudine exornabat, parem alacritatem ac fortitudinem similitudine morum ostendens: quare et alter quidam Theodorus apud monachos videbatur, in eximiam virtutem ac scientiam provectus: qui divino suffragio sanctae Dei ecclesiae thessalonicensis idoneo tempore gubernaculo praepositus, plurima exilia et custodias pro orthodoxa pertulit fide. Cum quo et Antonius, et Timotheus, et Athanasius, et Naucratius, et alii deinceps plurimi qui tunc quidem ascetico vitae genere, postea

ἐκεῖθεν ἀπογινόμενος· καί τοι σπουδαιοτάτων ὄντων ἐνίων τῇ θεοῦ χάριτι αὐτόθι λοιπὸν ἀποταξαμένων.

η'. Πρὸς ἢ τοῖς εἰρημένοις, καί τινας ἰδικωτέρας ἐποιεῖτο δεήσεις, ἑαυτὸν ἀποδυσαμένων τ' ἄλλων καὶ τὸ λυπηρὸς, καὶ μάλιστά γε καθ' ἃς ἡμέρας ἦγον ἀργίαν, ἐν αἷς καὶ λιβάσι δακρύων τὰς παρειὰς κατέκλυζεν καὶ τοὔδαφος ἐν ᾧπερ ἐτύγχανεν ὤν· τὸ γὰρ τῆς κατανύξεως χάρισμα πλουσίως εἰ- f. 139. a.
λήφει παρὰ θεοῦ, παρ' οὗ πᾶν δώρημα τέλειον δίδοται τοῖς ἀξίοις καὶ πρὸς τοῦτο πυζεπισμένοις· ἐγκράτειαν δ' τοσοῦτο μᾶλλον ἐξήσκησεν, ὅσῳ καὶ πλέον αὐτὴν συμβαλλομένην εὗρεν τοῖς τῷ Χριστῷ καθαρῶς τε καὶ ἀρυπάρως λατρεύειν ἐθέλουσιν· τὸ γὰρ λογισμὸν ἐπισήσας ὥσπερ δικασὴν ἀδέκαστον πνεύματι καὶ σαρκὶ, οὕτω δι' αὐτοῦ ἐποιεῖτο ἑκατέρῳ τὸ δέον, ὡς μήτε διὰ τ' ἄγαν ἀσιτίας τὸ ὁρατὸν αὐτοῦ σκλύεσθαι, καὶ πρὸς τὰς ἐν Χριστῷ διακονίας ἄπρακτον παρὰ τὸ εἰκὸς καθίσασθαι, μήτ' αὖ διὰ τ' κόρον τ' εἰσκεκριθέντων τὰς ψυχικὰς ἕξεις ἀκηδείας ἐνέχεσθαι πάθεσιν, ἐξ ἧς ὁ σφοδρὸς τῷ μοναχῷ συνάγεται θάνατος· Ἀμέλει ἐν τούτοις ἐγχρονίσας ὁ μακαρίτης, ἀρχετύπῳ τάξιν ἐπεῖχεν τοῖς πράγμασιν· εἰ καὶ μηδέπω σαφῶς τοῖς ὀνόμασιν πάσης ἁπλῶς ἀρετῆς σὺν ἀκριβείᾳ ἐμποιῶν τοῖς μεταλαμβάνουσι χαρακτῆρας· πρὸς ὃν δὴ βλέποντες οἱ συνασκηταὶ, καὶ μάλιστα ὁ θαυμάσιος Ἰωσὴφ, ὁ καὶ τ' φύσιν· αὐτῷ καὶ τ' προαίρεσιν προσφυῶς οἰκεόμενος, ἐμορφοῦτο τ' ψυχὴν τῷ ἐκείνου κάλλει, τοιαύτῃ προθυμίαν τῇ τ' πρακτέων ἐνδεικνύμενος ἐξομοιώσει· διὸ καὶ ἄλλός τις εἶναι Θεόδωρος παρ' αὐτοῖς εἰκάζετο, πολὺς ἀρετῇ καὶ γνώσει γεγονώς· ὃς καὶ θείᾳ ψήφῳ τ' ἐν Θεσσαλονίκῃ ἁγίας τ' θεοῦ ἐκκλησίας ἐν καιρῷ ἐφίῳ σὺν οἴακας ἐγχειρισθεὶς, πλείστας ὑπερορίας καὶ φυλακὰς ὑπὲρ τ' ὀρθοδόξου ἐκαρτέρησε πίστεως· μεθ' οὗ καὶ Ἀντώνιος, καὶ Τιμόθεος, Ἀθανάσιός τε καὶ Ναυκράτιος, καὶ πλεῖστος ἄλλος ὅμιλος ἐφεξῆς, οἳ διὰ τ' ἀσκητικῆς τηνικάδε ζωῆς καὶ τῆς ἀθλητικῆς ὕστερον ἐν- f. 139. b.

στάσεως ἐνέκρωσαν τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ τὴν ἀντιπάλου πᾶσαν τὴν δύναμιν κατεπάτησαν.

θ'. Ὁ γὲν πατὴρ ἡμῶν Θεόδωρος πάντων μὲν τῶν θεοφόρων πατέρων μετεῖπε τὸν βίον καὶ τὸν λόγον ἐν συντετριμμένῃ καρδίᾳ καὶ πνεύματι ταπεινώσεως, μίαν ἐπιζητῶν εἰς τὸ προκείμενον αὐτῷ σκοπὸν λυσιτέλειαν, τὸ πῶς δεῖ εὐαρεστῆσαι θεῷ τὸν τὸ ἐπὶ τὸ αὐτὸ ζωὴν ἑλομένους· διαφερόντως δ' ἐραστὴς καὶ μιμητὴς λέγεται γεγονέναι τοῦ οὐρανοφάντορος Βασιλείου· τούτου γὰρ τὰς ἀσκητικὰς νομοθεσίαις (1), καὶ τὰς ἄλλαις μάλιστα τῶν θεοσόφων βίβλων ἐμφιλοσόφοις δογματοθεσίαις, καὶ τὸ πλάτος τῆς σοφίας τε καὶ φρονήσεως αὐτοῦ μεγάλως ἀποθαυμάζων, ὅλον ἑαυτὸν ἐμπαρεῖχεν εἰς ἀφομοίωσιν τοῦ μεγάλου, τῷ ἐπ' ἀγαθοῖς ῥᾳθυμίας ἐν αὐτῷ λοιπὸν χώραν οὐκ ἐχούσης· παρεωραμένην γὰρ εὑρὼν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τὰ τῶν ἀσκητικῶν αὐτοῦ διατυπώσιν ὑπὸ τῶν ἐν κοινοβίοις διαιτᾶσθαι ἀνεχομένων, τῷ δούλους φημὶ καὶ βοσκημάτων νομάδας, καὶ θήλεια θειποιεῖσθαι κτήνη, πλήττεται μὲν ἱκανῶς τὴν καρδίαν ἐπὶ τοιαύταις τῶν νόμων ὑπεροψίαις· ἀνδρισοῦται δὴ αὖθις καὶ πρόσεισι συνετῶς τῷ πρεσβύτῃ Πλάτωνι, μὴ δεῖν φάσκων παρεᾶσαι τὸ τοιούτῳ τῶν πολλῶν ἀθεράπευτον νόσον, ἀλλὰ τῷ καθ' ἑαυτοὺς ὑποδείγματι τὴν ἐξ ἀπιστίας καὶ φιλοκοσμίας συμβαίνουσαν τοῖς πολλοῖς ἀναστεῖλαι καινοτομίαν· καὶ γὰρ ἀκαλλὲς ἁγίοις τὸ κερδαίνειν ζητεῖν, ἃ τοῖς ἐν κόσμῳ πρέπει, καὶ πολιτείαν ὑποδύεσθαι οὐκ εἰς ἅπαν ἡγιασμένῳ· ὃ δὴ καὶ θᾶττον ἢ λόγος ἐπεραίνετο, Χριστοῦ συνεργοῦντος καὶ τῇ παναγίᾳ Πλάτωνος ἐπικυροῦντος τὸ καλ-
f. 150. a. ἀξιώσεως σωτηριῶδες· τὴν μὲν γὰρ ἐσμὸν τῶν οἰκετῶν ἐλευθερίαις ἐγγράφοις ἐφοδιάσαντες, αὐτεξουσίῳ πρὸς πολιτεύεσθαι εἴασαν· τὰ δ' ἄλλως ἔχοντα τῶν πραγμάτων τοῖς ἐνδεέσιν ἐσκόρπισαν· καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ καθιστῶσι σφᾶς αὐτοὺς ἐπιδηλοτέρους ἀκριβοῦς τῶν πατρικῶν παραδόσεων, καὶ μοναχικῆς εὐ-

vero constantia athletica, membra sua in terris mortificaverunt, et universam adversarii potentiam conculcaverunt.

9. Igitur parens noster Theodorus sanctorum omnium patrum vitas atque sermones contrito in corde participabat et in spiritu humilitatis, unicam hanc quaerens in proposito sibi scopo utilitatem, quomodo scilicet placere Deo oporteat illos qui huiusmodi vitam elegerint. Praecipue tamen amator fuisse dicitur atque imitator delapsi illius de caelo Basilii: cuius asceticas constitutiones, aliasque theosophorum librorum doctrinas meditans, sapientiaeque amplitudinem atque prudentiam magnopere admirans, totum se ad illius magni similitudinem conformabat, nullusque iam pigritiae ad bonum locus in eo reliquus fuit. Et cum comperisset neglectum per id tempus asceticorum eius capitulorum praescriptum, ab iis qui in coenobiis vitam degere elegerant, nempe quia servi, et pecudum greges, ac feminini generis iumenta adquirebantur, valde doluit legum harum violationes. Ausus est igitur ad senem Platonem iusto cum consilio accedere, non oportere dicens hunc dissimulare insanabilem multorum morbum, sed proprio exemplo hanc infidelitatis et mundani amoris filiam apud multos cohibere novitatem. Nam sanctis indecorum esse lucra quaerere, quod faciunt mundani, qui non prorsus sanctum vitae genus susceperunt. Quae sane res citius verbo peracta fuit, Christo adiuvante, et sanctissimo Platone salutare postulatum ratum habente. Et servorum quidem turbam data missione instructamque viatico, arbitratu suo vivere permiserunt: res ceteras egentibus largiti sunt: atque ita semet constituerunt manifestiores paternarum traditionum observatores, et monastici ordinis bene compositi sincerius

(1) Idcirco etiam de S. Basilii asceticis minoribus lucubratiunculam edidit Theodorus, genuinum hunc divi patris foetum esse defendens; quod nos breve Studitae scriptum ex codice vaticano edidimus T. V. part. II. p. 91-93.

speculum, dum ubique hoc egregium memorandorum semper virorum facinus celebratur: quod recti quidem amatores ad parem virtutis zelum excitavit; illos autem qui haud veram asceseos terere viam consueverant, ad Deo odibilem invidiam commovit. Verum nostri neque priorum elati laudibus, quasi aliquid magnum fecissent, ad vanam gloriam delapsi sunt; neque aliorum despectu victi, religiosum praeceptum omiserunt; sed intra recti iudicii claustra se continentes, imminens sibi ab utrisque detrimentum prudenter declinaverunt.

10. Rebus itaque sic in melius fluentibus, et religiosa familia aucta, quae instar uberis fertilisque arvi, ab egregiorum agricolarum peritia bene excolebatur, fructumque multiplicem domino ferebat, recte iudicavit sapiens abbas Plato, hominem qui iamdiu divinae Triadi per omnimodam membrorum mortificationem digne sacrificabat, et sanctitatis purissimum templum erat, sacerdotem simul esse faciendum incruenti ac splendidissimi sacrificii; ideoque pergit cum ipso ad venerabilem patriarcham Tarasium, valde quidem moerente propter susceptum de se consilium a sancto viro, cedente tamen obedientiae causa, atque ut ne videretur melius sapere quam pater suus. Quos divus pontifex tamquam exoptatos thesauros libentissime excipiens, imposuit Theodoro manum, et sacerdotali consecratione donavit, ab infimo subdiaconatu usque ad ordinem presbyteratus. Cum vero actutum ad proprium monasterium traiecto freto navigassent, haud existimavit divus Theodorus sibi in prioribus tantum exercitiis morandum, quia virtutem incessante motu cieri sciebat; sed veluti pugnacissimus miles, qui multo ante hostes suos iam devicerit, et de illis victoriae gloriam retulerit, maius deinde robur atque alacritatem postea prae se fert; sic etiam Theodorus, egregius virtutis athleta, sacrae

κοσμίας ἀκαπηλεύτως ζωγράφος, φθονηθείσης παντοίου τῆς ἀγαθῆς τοιαύτης τῶν ἀθυμήτων πράξεως· ἢ δὴ μὲν τοὺς καλῶν ἐραστὰς, πρὸς τὸ ὅμοιον τῆς ἀρετῆς διήγειρε ζῆλον· δὴ δὲ τὴν ἀληθῆ τῆς ἀσκήσεως εὐδιάχαράττειν συνεθισθέντας ζῆβον, πρὸς φθόνον ἐρρίπτησε τὸ μισόθεον· ἀλλ' οὔτε τοῖς ἐκείνων ἡδόμενοι λόγοις, ὡς μέγά τι κατορθωκότες πρὸς κενοδοξίας ἐξεκυλίσθη ὄλισθον, οὔτε τούτῳ τῷ φαυλισμῷ ἡττηθέντες τῆς θεοφιλοῦς ἔχεσθαι κατολιγώρησαν ἐντολῆς, ἀλλ' ἔσω τοῦ τῆς ὀρθῆς κρίσεως ἑαυτοὺς φυλάσσοντες κλείθρων, τὸ ἐξ ἑκατέρων βλάβος φρονίμως ἐξέκλιναν.

ι'. Ἀμέλει τούτων οὕτω προβάντων, καὶ κατ' αὐτοὺς ἀδελφότητος αὐξηθείσης, καὶ δίκαιον λιπαρᾶς καὶ εὐγείου χώρας, τῇ ἐμπειρίᾳ τοῦ εὐφυῶς καλλιεργηθείσης φυτοκόμου, καὶ καρπὸν ἀποδιδούσης τῷ δεσπότῃ πολυπλασίονα, ἔδειν καλῶς ὑπειληφὼς Πλάτων ὁ σοφὸς ποιμενιάρχης, τὸ πολλῷ πρώην ἑαυτὸν τῇ θειάδι διὰ παντελοῦς τοῦ μυῶν νεκρώσεως ἀξίως ἱερουργήσαντα, καὶ ἁγνείας καθαρώτατον ὄντα τέμενος, ἀποφῆναι καὶ θυηπόλον καὶ ἀναιμάκτου καὶ πανσόφου θυσίας, εἰσελαύνει σὺν αὐτῷ πρὸς τὸ θεόληπτον πατριάρχου Ταράσιον· ἀχθομένῳ μὲν ὅτι μάλιστα διὰ τὸ εἰς αὐτὸν γνώμης τοῦ ὁσίου, εἴκοντι δ' ὅλως δι' εὐπείθειαν, καὶ τοῦ μὴ δόξαι φρονεῖν τοῦ πατρὸς βύ- f. 150. b.
τίονα· οὓς ὁ θεῖος ἱεροθέτης καθάπερ τινας θησαυροὺς ἐπιθυμητοὺς μὴ πολλῆς προσπαμένους θυμηδείας, ἐπιτίθησι τῷ Θεοδώρῳ τὸ χεῖρα, καὶ τελεσιουργεῖ ἐπ' αὐτῷ τὸ τῆς ἱερωσύνης τελείωσιν, ἀπὸ τοῦ ἐλάττονος τοῦ ὑποδιακόνων ἀρξάμενος, καὶ μέχρι τοῦ πρεσβυτέρου τάξεως ἐλαυθῶς. Ἐπεὶ δὴ ταχέως πρὸς τὸ οἰκεῖον ἐξέπλωσαν μοναστήριον, οὐκ ᾤετο δεῖν ὁ θεῖος Θεόδωρος τοῖς προτέροις ἐμπεδιέχεσθαι ἀγωνίσμασι, τὸ τοῦ ἀρετῆς ἀκίνητον εὖ εἰδώς· ἀλλ' ὃν τρόπον στρατιώτης μαχιμώτατος πρώην πολλῷ σθένει ἀνταγωνιζομένους αὐτῷ τροπωσάμενος, καὶ τοῦ κατ' αὐτῶν νίκης τὸ κλέος ἀράμενος, πλείονα ῥώμην καὶ προθυμίαν εἰς τὸ ἑξῆς ἐπιδείκνυται, οὕτω δὴ καὶ Θεόδωρος ὁ

τῆς ἀρετῆς ἀθλητὴς, τὴν τῆς χειροτονίας βαθμὸν βραβεῖον νίκης τῆς κατὰ τῶν πολεμίων παθῶν ἄραθαι λογισάμενος, καὶ μειζοτέρων ἀγώνων ὑπόθεσιν τὸ προτίμησιν κρίνας " οὐκ ἐδίδου ὕπνον τοῖς ὀφθαλμοῖς, οὐδὲ τοῖς βλεφάροις αὐτοῦ νυσταγμὸν, ἢ ἀνάπαυσιν τοῖς κροτάφοις „ψαλμικῶς εἰπεῖν, ἀλλ' ἐκτήκων ἑαυτοῦ τὰς σάρκας τοῖς πανυχίοις μελέταις τῶν ἱερῶν γραφῶν, ἐκράτει μικροῦ καὶ τῶν κατὰ τὴν φύσιν ὀφλήματος, καὶ τὴν ἀναγκαιοτάτην ἔκτισιν τῆς οὐσίας ὑπερφυῶς ἐδείκνυ ἀδεχομένην, ὡς οὐδ' αὐτῆς ὅλης ὥρας διὰ τῶν ἡμερονυκτίων μεταλαγχάνων τοῦ ὕπνου· τὰς δὲ λοιπὰς τοῖς ἀγαθοεργίαις καταναλίσκων.

ια'. Οὕτω τοίνυν μεγεθυνόμενον ταῖς ἀρεταῖς ὡς ἡμέραι τὸν Θεόδωρον βλέπων ὁ ζησόσιος Πλάτων, ἠβουλήθη πολλάκις, ὡς ἤδη τῷ εὐφυᾶ καὶ ἀπόλεκτον ἐξησκηκότα ζωὴν, καθηγούμενον αὐτὸν ἀναδεῖξαι τῆς
f. 141. a. πρὸς οὐρανὸν τρεχούσης ὑπ' αὐτὸν ἀδελφότητος, εἰς ἁπλῆν ἑκατοντάδα τῇ τοῦ Χριστοῦ ἐπεκταθείσης χάριτι· ἀλλ' οὐκ ἔπειθε τὸν ἐπὶ πᾶσιν ἄλλοις κηροῦ μαλακώτερον πειθαρχοῦντα· εἰδότα σαφῶς τὸ ἐπηρτημένον κρίμα τοῖς τῇ τοιαύτῃ ἀρχῇ ῥιψοκινδύνως προσβαίνουσιν· ἧς καὶ τὸ δυσκατόρθωτον ὁ πολὺς ἐν θεολογίᾳ (1) ὑπέγραφε φάσκων· χαλεποῦ ὄντος τοῦ εἰδέναι ἄρχεσθαι, κινδυνεύει πολλῷ χαλεπώτερον εἶναι τὸ εἰδέναι ἄρχειν ἀνθρώπων. Πλὴν οὐκ ἔδει μέχρι παντὸς κρύπτεσθαι τὸν νοητὸν λύχνον ὑπὸ μόδιον ἀφεδρείας, ἀλλ' ἐπὶ τὴν λυχνίαν τεθῆναι τῆς ποιμαντικῆς ἀναβάσεως, πρὸς τὸ φαίνειν πᾶσι τοῖς ἐν τῇ οἰκίᾳ τῇ τοῦ φωτοποιοῦν αὐτοῦ πράξεων ἐκπρεπεῖ λαμπαδουχίᾳ· νόσῳ δὲ ληφθεὶς ἐν μιᾷ ὁ ὅσιος Πλάτων, καὶ λάβρῳ πυρετῷ τὰ ἔνδον φλεγμαίνοντος ἐφ' ἱκανὰς ἡμέρας, ὡς καὶ δόξαι πολλοῖς τοῦ προσκαίρων ἀφίστασθαι, ἐπείπερ εἰκὸς ἦν μετ' ἐκεῖνον προσησόμενον τῆς ποίμνης, ψήφῳ τῆς ἀδελφότητος εἰς τοῦτο τάξεως ἐλθεῖν, σύνοδον ποιεῖται πάντων τοῦ ἐν

ordinationis gradum, ceu praemium suae contra inimicas cupiditates victoriae retulisse reputans; maiorumque certaminum argumentum, hunc sibi honorem fore iudicans « non dabat somnum oculis, neque palpebris suis dormitationem, neque requiem temporibus » ut psalmi verbis utamur, sed carnes suas nocturnis sacrarum scripturarum meditationibus macerans, ipsam prope naturam vincebat, nec nisi ei summum debitum mirabiliter persolvendum monstrabat, ita ut ne integra quidem hora diu simul noctuque somnum caperet: reliquas vero horas bonis operibus insumeret.

11. Age vero quum adeo virtutibus auctum Theodorum cerneret sanctissimus Plato, molitus est non semel hominem, qui iam egregium et singulare vitae genus agebat, abbatem declarare tendentis sub eius regimine ad caelum familiae, quae ad centenarium numerum Christi gratia pervenerat. Sed non persuasit ei, qui ceteroqui mollior cera erat ad obediendum; sed tamen probe sciebat impendens illis iudicium qui temere ad huiusmodi praelationes accedunt; quarum difficultates magnus ille theologus descripsit dicens: cum difficile sit scire parêre, tum multo difficilius videtur scire hominibus imperare. Verumtamen haud perpetuo celari oportebat spiritalem hanc lucernam sub humilis sellulae modio, sed super candelabrum ponenda erat pastoralis apicis, ut luceret omnibus qui domi erant, splendidorum suorum actuum insigni fulgore. Igitur aliquando correptus morbo sanctus Plato, vehementique febre ad plures dies intus exaestuans, ut multis quoque videretur hac temporali vita propediem abiturus; quia opus erat eum, qui post ipsum familiae praefuturus erat, communi fratrum suffragio ad huiusmodi gradum accedere; concilium convocavit Plato suo-

(1) Gregorius naz. in orat. II. 10. Consonat autem Gregorius PP. Reg. past. I. 1. *Ars est artium regimen animarum.*

rum omnium spiritalium filiorum, et cum his breviter de suo praesente morbo locutus, rogavit ut deliberarent ac dicerent, quemnam sibi eligerent constitui pastorem. Illis autem una veluti voce magnum Theodorum nominatim eligentibus, accersivit eum in medium Plato, verbisque et gestibus mortiferum esse morbum suum adfirmans, tum et spiritalis fratrum in Christo coetûs decretum de eo editum significans, et quod omnino opus esset eum abbatem constitutum illorum curam gerere, aegre ei persuasit ut rei demum adsensum accommodaret, cum iam tertio decimo anno sinceram in Christo obedientiam profiteretur, aetatis autem quintum supra triginta annum ageret. Sic ergo ad fratrum praefecturam accessit, metu sane et tremore perculsus, ob periculum quod subditorum animabus ex rectorum imprudentia solet accidere.

12. Nihilominus animum resumpsit, et dilectam quietem deinceps omittens, fit actuosus, et ad gregis sui rectam constitutionem accingitur: solique sapientissimo ac potenti Deo, qui infirmis vires suppeditat, et caecis ipsis dat sapientiam, confidens, assumit arma lucis, scripturarum inquam doctrinas, consistitque in medio illo sacro coetu tamquam veteranus ac fortis propugnator: magisteriique arripiens vocalissimam tubam, vocat concertatores suos ad bene compositam adversus intellectuales hostes aciem, arcus illis et lanceas, scuta et galeas, et triumphantium clamores accurate subministrans et aptans. Atque ita horum animos contra invisibiles Madianitas confirmat; demonstratque illis, qualia qualibus, quae quibus, quo modo et quando adhibenda sint, in cogitando sive deliberando vel loquendo vel agendo, ita ut, cum Dei ope, intellectualium Philistaeorum insidias effugere possent, et victoriae contra illos trophaea splendide erigere.

πνεύματι υἱῶν αὐτοῦ, καὶ τούτοις βραχέα ἅττα περὶ τῆς ὁρωμένης αὐτοῦ διεξελθὼν νόσου, ἀξιοῖ διενθυμηθῆναι καὶ εἰπεῖν τίνα αἱροῦνται καταστῆναι αὐτοῖς εἰς ποιμένα· τῶν δὲ ὥσπερ μιᾷ φωνῇ τὸν μέγαν Θεόδωρον ὀνομαστὶ προχειρισαμένων, μετακαλεῖται αὐτὸν εἰς τὸ μέσον ἐλθεῖν, καὶ δὴ λόγοις τε καὶ σχήμασιν ὡς θανατηφόρος πέλει ἡ νόσος πρὸς αὐτὸν βεβαιωσάμενος, εἶτα καὶ τῶν πνευματικοῦ συλλόγου τῶν ἐν Χριστῷ ἀδελφῶν τὴν εἰς αὐτὸν ἐξενεχθεῖσαν προσειπὼν ψῆφον, καὶ ὡς θέλημά ἐστι προηγούμενον τὴν αὐτῶν ἀναδέξασθαι φροντίδα, πείθει μόλις ποτὲ εἰς τοῦτο ἐλθεῖν, τρισκαιδέκατον ἀνάγοντα ἔτος τῆς ἀνοθεύτου αὐτοῦ ἐν κυρίῳ ὑποταγῆς, τῆς δέ γε πάσης ἡλικίας πέμπτον καὶ τριακοστόν· οὕτω τοιγαροῦν ἔρχεται εἰς τὴν τῶν ἀδελφῶν προστασίαν, φόβῳ μὲν καὶ τρόμῳ συνεχόμενος διὰ τὴν παρεπόμενον ἐξ ἀβουλίας τῆς τῶν ποιμαινομένων ψυχαῖς ὄλεθρον. f. 141. b.

ιβ'. Ὅμως οὖν διανίσταται, καὶ τῆς φίλης ἀπραγμοσύνης τὸ περιὸν ἀφειδήσας, ἐναγώνιος γίγνεται, καὶ παρασκευάζεται πρὸς τὴν καταρτισμὸν τῆς ποίμνης· καὶ δὴ τῷ μόνῳ πανσόφῳ καὶ δυνατῷ θεῷ τῷ τοῦ ἀσθενεῖς περιζωννύοντι δύναμιν, καὶ αὐτοὺς σοφοῦντι τοῦ τυφλοὺς τεθαῤῥηκὼς, ἀναλαμβάνει τὰ ὅπλα τῶν φωτὸς, τὰς γραφικὰς φημὶ εἰσηγήσεις· καὶ καθίσταται ἐν μέσῳ τῆς ἱερᾶς ἐκείνης συγκλήτου οἷά τις ἐμπειροπόλεμος καὶ κραταιὸς ὑπερτίναξ· * καὶ τῆς διδασκαλίας διαχειρισάμενος τὴν διαπρύσιον σάλπιγγα, ὑποφωνεῖ τοῖς συνασπισταῖς τὴν πρὸς τοὺς νοητοὺς δυσμενεῖς ἐπιστημονικὴν παράταξιν, τόξα τούτοις καὶ δόρατα θυρεούς τε καὶ κράνη καὶ φωνὰς τροπαιοφόρων ἀλαλαγμῶν διεσμιλευμένως ἐναρμοσάμενος· καὶ στερεοῖ οὕτω γε τὰς τούτων ψυχὰς κατὰ τῶν ἀφανῶν Μαδιηνέων, καὶ δείκνυσιν αὐτοῖς τὸ ποῖα ποίοις, καὶ τίνα τίσι, καὶ πῶς καὶ πότε κεχρῆσθαι προσήκει τῶν ἐνθυμημάτων καὶ λογισμῶν καὶ λόγων τε καὶ πράξεων, δι' ὧν σὺν θεῷ δυνήσονται τῶν νοητῶν ἀλλοφύλων τοῦ λόχους ὑπεκδραμεῖν, καὶ τὰ κατ' αὐτῶν τῆς νίκης σύμβολα περιφανῶς ἀναστήσασθαι.

* ita uterq. codex.

ιγ'. Εἶχεν μὲν οὖν ὁ ἱερὸς πατὴρ ἡμῶν καὶ τὸ οἰκεῖον βίον ἀληθῶς σιωπῶσαν ὑφαίνεσιν· καὶ τὸ κατ' ἀμφοῖν ἦ κατάστημα τῶν
f. 142. a. ἠθῶν ἀξιόπιστον προὐβάλλετο πρέσβυν, δυσωπῆσαι αὐτοὺς δυγάμενον πρὸς ἀνάληψιν τῶν ὑπὲρ ἀρετῆς πόνων· ἀλλ' ὅπῃ πρὸς τὸ ἄγαν ὑξασκῆσαι σοφίαν θείαν τε καὶ ἀνθρωπίνην, καὶ τὸ διδασκαλικὸν ἀπειλήφει παρὰ τῶν ἀεννάων ὑδάτων τοῦ πνεύματος, ὅθεν σωεχῶς τὴ λογικὴν ἀνεσόμει τῆ διανοίας εἰρήνην, καὶ τὰ ῥεῖθρα τῆ ζωηφόρει ὑξέβλυζε διδασκαλίας· καὶ ᾧ μὲν καταπιμπρᾶσθαι μέλλοντα τῇ πυριφλέκτῳ τῆς παθῶν καμίνῳ κατεδρόσιζέ τε καὶ ἀπετέφροι τοῦ τῆ ἡδονῆς ψυχοβλαβεῖς ἄνθρακας· ᾧ ἤ νοσοῦντα κῆ τῆ ἔνδον ὑκ πονηρῶν λογισμῶν ἄνθρωπον, καὶ πρὸς τὴ τῆ ἁμαρτίας ὑπὸ τούτων ἐπιγόμενον θάνατον, ὥσπερ τις οὐράνιος ἀκέσωρ ὁπισκεπτόμενος, καὶ τὴ ἀλεξίκακον τῶν σωτηρίων λόγων ὁπιδιδοὺς τῷ κάμνοντι κύλικα, τῆ κατεχούσης λώβης ὡδαδόξως ἀπήλλαττεν· καὶ οὕτως ἀμφοτέρωθεν πράξεως δὴ λέγω καὶ θεωρίας ὠφέλιμος ἦν, ὅτι τοῖς φοιτῶσι Θεόδωρος, ὧπ μὲν ἰδίᾳ ἑκάστῳ πρὸς τὴ ὑξαγγῆτικὴν ποιότητα καὶ τὰς ἀντιδόσεις ποιούμενος τοῖς κακοσίτοις· πῆ ἦ κοινοῦ ἐπ' ὑκκλησίας μῆ τῶν συμπλήρωσιν τῶν ἑωθινῶν ὕμνων, πᾶσιν ὁμοῦ διαλεγόμενος τὰ συμφέροντα, καὶ τοῦτο ζῆς τῆ ἑβδομάδος τὸ πνευματικὸν τῶν λόγου σιτηρέσιον ὡς εὐγνώμων ἐπίτροπος τοῖς συνδούλοις οἰκονομούμενος, φόβῳ τε καὶ πόθῳ τὸ πρὸς τὴ κοινὸν δεσπότην καὶ σωτῆρα τῶν ὅλων Χριστόν.

ιδ'. Ἀλλ' ἰτέον λοιπόν, τῶν καιροῦ καλοῦντος ἡμᾶς, ἐπὶ τὰ τῆ ἀθλήσεως σκάμματα τῶν μεγάλα τούτου τῆ εὐσεβείας παγκρατιαστοῦ. Κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἐβασίλευσεν μονοκρατορήσας Κωνσταντίνος ὁ τῆ φιλο-
f. 142. b. χρίστου Εἰρήνης υἱὸς, ὅστις τὸ τῆ νεότητος ἀνειμένον τε καὶ ἀπαιδαγώγητον ἔχων, καὶ τοῖς τῆ σαρκὸς ἐμπύροις ἥττηθεὶς σκιρτήμασιν, ἀθετήσας τὴ πρότερον αὐτῷ κῆ νόμῳ γεγαμημένην, καὶ ταύτην ἀποκαρθῆναι βεβιασμένως ποιήσας, ἑτέραν μοιχικῷ τρόπῳ,

13. Habebat ergo sacer parens noster vitam propriam tacitae reapse instar adhortationis, suorumque morum exactam conformationem, tamquam fide dignissimum oratorem prae se mittebat, qui illos pudore veluti adigeret ad suscipiendos virtutis ergo labores. Sed quia, praeter quam quod in divina humanaque sapientia exercitus, didascalicam etiam facultatem a perennibus Spiritus scatebris hauserat, unde perpetuo rationalem mentis pacem derivabat; fluenta quoque vivificae doctrinae effundebat: aliumque ardente cupiditatum flamma iam consumendum rore veluti refrigerabat, et animae exitiosos voluptatis carbones in cinerem redigebat: alium pravis cogitationibus interne laborantem, atque ab his ad peccati mortem impulsum, ceu quidam caelestis medicus invisens, et medicinalem salutarium verborum laboranti calicem propinans, ab insidente peste mirabiliter expediebat. Atque ita utrimque, opere inquam et doctrina, utilis fiebat; dum ad se venientibus Theodorus, modo singulis pro confessionis qualitate antidota infirmitatum suppeditaret; modo communiter in ecclesia, post matutinos hymnos expletos, cunctis simul utilem homiliam diceret; hancque ter in hebdomada spiritalem alimoniam, tamquam benivolus oeconomus conservis suis distribueret; cum timore scilicet atque amore erga communem dominum et salvatorem omnium Christum.

14. Sed iam tempus nos vocat ut ad luctae stadium, in quo magnus hic religionis pugil certavit, accedamus. Regnabat illa aetate, solus in imperio, Constantinus religiosissimae Irenes filius, qui in luxuriosa et effreni iuventa ardentibus carnis motibus victus, priore legitima dimissa coniuge, et per vim tonderi iussa, aliam adulterino modo, ceu olim Herodes, libere duxerat, nomine Theodoten: quo infelici flagitio scandalum non

Dei ecclesiae tantummodo verum etiam gentium principibus et toparchis intulerat. Et divus quidem patriarcha Tarasius concubinatum hunc improbans, nuptialem coronam his imponere recusaverat, et illegitimam copulam comprobare: etenim impuris animabus non fit conciliator Christus, ut ait alicubi nescio quis ante nos vir sanctus. Sed Iosephus quidam presbyter, et eiusdem sanctissimae magnae ecclesiae oeconomus, qui adulteris familiaris erat, negotium hoc sibi sumpsit audacter, et praevaricatores illos coronavit, divini humanique iuris fines praetergrediens. Contigitque dilatari huiusmodi malum non in regia solum urbe, verum etiam in longinquis valde regionibus. Sic enim Longobardiae rex, sic ille Gothiae, sic Bosphori princeps, huius legis violationi confidentes, adulterinis amoribus et incontinentibus cupiditatibus semet implicuerunt, Romanorum imperatoris facinus speciosae loco defensionis habentes; quasi sicut ille hoc patraverat, ita etiam patriarcha aliique cum eo episcopi idem flagitium comprobavissent.

15. His nequitiis cognitis, vir Christi charactere signatus, et omnimodae iustitiae semper aperteque tenax, et homogeneo sibi populo paternis visceribus consulere solitus, angebatur, aegre ferebat, et universalem pariter perniciem deflebat praesentium ac posterorum. Merito enim timebat ne si legis instar ab insipientibus regnantis insania exciperetur, inemendabilis haec norma agendi posteris generationibus fieret. Idcirco hoc damnum silentio non dissimulavit, sed se cum patre suo (Platone) ab illorum communione secrevit. Ecce autem istorum secundum Deum adulterii detestatio ad imperatoris aures defertur: qui initio aequanimiter tulit, neque illi oblocutioni succensuit. Verumtamen ab aliis rursus rem intelligens et ab ipsa adultera, territus aliquantum a

κῆ τ̃ πάλαι Ἡρώδην, ἀνυποστόλως ἠγάλετο, ἧς τὸ ὄνομα Θεοδότη, σκάνδαλον παρεισάξας ὁ δείλαιος μέγιστον, οὐ μόνον τῇ τ̃ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ, ἀλλὰ κὴ πᾶσι τοῖς τ̃ ἐθνῶν ἀρχηγοῖς κὴ τοπάρχαις· ὁ μὲν γὰρ θεῖος πατριάρχης Ταράσιος τὸ τοιοῦτον ἀψευδοκῶν συμοικέσιον, τ̃ εἰς αὐτοὺς στεφανικὴν ἀποστρέφεται χειροθεσίαν, τῷ ψηφισμάτι τ̃ μίξεως οὐ συμαινῶν ἐνεργήματι· ψυχαῖς γὰρ βεβήλοις ἀσυμφὴς ὁ Χριστὸς, ὥς πού τις ἔφη τ̃ πρὸ ἡμῶν ἁγίων· Ἰωσὴφ δέ τις πρεσβύτερος κὴ οἰκονόμος τυγχάνων τ̃ αὐτῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας, τ̃ μοιχωμένων τὲ συνήθης ὢν, ἀναδέχεται τολμηρῶς τὸ ἐγχείρημα, κὴ στεφανοῖ θεσμὺς, ἔξω θεσμῶν ἀποσκιρτήσας θείων κὴ ἀνθρωπίνων· κὴ γίνεται προβολὴ τ̃ τοιούτυ κακῦ οὐ μόνον ἐπὶ τ̃ βασιλευούσης, ἀλλὰ κὴ ἐπὶ τ̃ ἐξωτάτω χώραις· οὕτω γὰρ ὁ τ̃ Λογγιβαρδίας ῥὴξ, οὕτως ὁ τ̃ Γοτθίας, οὕτως ὁ τ̃ Βοσπόρυ τοπάρχης, τῇ λύσῃ ταύτης τ̃ ἐντολῆς ἐπερειδόμενοι, μοιχικαῖς ὀρέξεσι κὴ ἀκράτοις ὀπθυμίαις ἑαυτοὺς ἐβεβήκεσαν, τ̃ τ̃ βασιλέως Ῥωμαίων πρᾶξιν εὐπροφάσιστον ἔχοντες ἀπολογίαν, ὡς ἐκείνυ μὲν τῷ αὐτῷ ἐβεβηκότος, ἀποδεδειγμένυ ἢ παράτε τ̃ πατριάρχυ κὴ τ̃ σὺν αὐτῷ ἀρχιερέων.

ιε'. Ταῦτα οὖν τὰ παράνομα δήλυνους ὁ κῆ Χριστὸν Ἰησῦν χαρακτηριζόμενος ἄνθρωπος, κὴ πᾶσαν ὡς δυνατὸν ἑκάστοτε f. 143. a.
δικαιοσύνην προφανῶς ἀποπληρῶν, τ̃ τε ὁμοφύλυ γένυς πατρικοῖς προμηθούμενος σπλάγχνοις, ἠνιᾶτο, ἐδυσφόρει καθ' ἑαυτὸν, τ̃ ἁπάντων ὁμῦ ἀπωδύρετο ἀπώλειαν τ̃ τε νῦν κὴ τ̃ μῆ ταῦτα· ἐδεδείκη γὰρ εἰκότως μή πως εἰς νόμον τοῖς ἀνοήτοις ἡ τ̃ κρατῦντος ἀλογισία ψηφισθεῖσα, ἀνίατον ψηφισμάτι τ̃ ὕστερον γλυφαῖς τὸ πρακτέον· διά τοι τῦτο οὐ ψηφισιωπᾷ τ̃ μὴ ἐλέγξαι τὸ πῆμα, ἀλλ' ἀποῤῥήγνυσιν ἑαυτὸν σὺν τῷ ἰδίῳ πατρὶ τ̃ ἐκείνων εὐθὺς κοινωνίας. Ἄκυσὴ δὲ γίνεται ἡ κῆ θεὸν αὐτῶν τ̃ μοιχείας ἀποστροφὴ εἰς τὰ τ̃ βασιλέως ὦτα· ὃ δὲ πρῶτα μὲν ὑπεκύετο οὐκ ἀγανακτῶν πρὸς τὸ κακόφημον· κὴ δι' ἑτέρων τῦτο μαθὼν κὴ ὑπ' αὐτῆς τ̃ μοιχαλίδος, τρόπον

τινὰ κατεπτηχὼς τ̃ τ̃ μακαρίων διάζευξιν, ὡς τὸ ἀσύγκριτον ἐχόντων κ̀ περίβλεπτον ἐν τῇ τ̃ μοναχῶν πολιτείᾳ· ἔπειτα ὃ κινεῖται παντοίως μηχανώμενος ὅπως ἀχειρώτους χειρώσαιτο εἰς τὸ συναθέσθαι τῷ κατ' αὐτὸν μύσει, μάλιστα τοῦτ' ἐλπίσας, διὰ τὸ συγγνώμην αὐτῶν εἶναι τ̃ εἰς τὰ βασίλεια προσειλημμένην· ὅτι ἐξαδέλφη ἐτύγχανε τ̃ τ̃ παῖδος ἡμῶν Θεοδώρᾳ ἡ συνεφανωθεῖσα τῷ Κωνσταντίνῳ· ὅθεν κ̀ προεῖπετο αὐτὴν χρυσίον αὐτοῖς ἀποστεῖλαι, μ̀ δ̃ ἐπομένης ἐξ αὐτῶν προσκυνήσεως· ὡς ὃ ἐψεύσθη δ̃ ἐλπίδος, ἀνωτέρας αἰσθηθεὶς δ̃ ἑαυτῆ κολακείας ὅπου Θεοφόρους, ἑτεροίως τ̃ πρὸς αὐτοὺς ὑπετηδεύθη πάλιν· προσποιησάμενος γὰ τ̃ τ̃ αὐτομάτως γῆθεν ἀναδιδομένην θερμῶν ἀπόλαυσιν, τ̃ εἰς Προῦσαν ποιεῖται ἄφιξιν ἀνακτορικὴν, οἰηθεὶς ὡς πάντως ἐλεύσονται πρὸς αὐτὸν οἱ ἀοίδιμοι, τ̃ ἐξ
f. 143. b. ἔθους μ̀ τ̃ ἄλλων ἀπονεμοῦντες προσκύνησιν· ἐπεὶ ὃ τ̃ δοκηθέντων αὐτῷ οὐδὲν εἰς πέρας ἀπέβη, θυμαίνεται μὲν κ̀ φρένα, παλινοστεῖ ὃ ὡς τάχιστα εἰς τὰ βασίλεια, μεγάλα φυσῶν κ̀ τ̃ ἀθρόων.

ιϛ'. Καὶ δὴ μεταπεμψάμενος τ̃ ἐπὶ τ̃ σχολῶν δομέστικον, ἀποστέλλει σὺν αὐτῷ κ̀ τ̃ στρατηγὸν τ̃ ὀψικίου πρὸς ὅπου ὁσίους τὰ δ̃ κακώσεως ἐνεργήσοντας· οἵτινες καταλαβόντες τὸ μοναστήριον, μαστίζουσι μὲν βενεύροις εἰς κόρον τ̃ ἀεὶ τοῦτο διὰ χειρὸς διφῶντα, κ̀ ἑτέρους ζεῖς τ̃ τὰ πρῶτα φερόντων ἀδελφῶν· ἐξορίζουσι δ' αὐτὸν σὺν ἄλλοις δέκα τ̃ ὑπισημοτάτων δ̃ ἀδελφότητος ἐν Θεσσαλονίκῃ, προσάξαντες τοῖς ἀπάγουσιν αὐτὸς ἐγκεκλεισμένους φυλάττειν ἀσφαλῶς, οὐχ ἅμα πάντας κ̀ τὸ αὐτὸ, ἀλλ' ἀνὰ μέρος ἕκαστον κ̀ ἀποστάδην ἀλλήλων ἐν διαφόροις οἰκίσκοις, πρὸς τὸ μὴ ἐξεῖναι τ̃ τυχόντα πρὸς τ̃ ἕτερον ἀπελθεῖν· τ̃ μέντοι μακάριον Πλάτωνα ἐν τῇ τ̃ ἁγίᾳ Σεργίᾳ μονῇ ἐκπέμπουσιν ἀπρόϊτον, κ̀ αὐτὸν ἐκεῖσε μένειν ἐγκελευσάμενοι· ἀλλ' οἷον κ̀ ὅσον κατάρθωμα τῇ οἰκουμένῃ πάσῃ, ὁ τ̃ θεοφόρου πατρὸς ἡμῶν ἐκτετέλεκεν ἄεθλος, ἔξεστιν εὐθὺς σωιδεῖν· οἱ γὰ ἐν τοῖς κλίμασι δ̃ κ̀ Χερσῶνα κ̀ Βόσπορον παροικίας ἐπίσκοποι

beatorum virorum secessione, quorum summa et incomparabilis erat in monastica vita laus; coepit dare sedulam operam ut invictos vinceret, quô suo flagitio consentirent; sperans se id maxime consecuturum, per ipsorum adfinem quam in regium fastigium assumpserat: erat quippe ex sorore Theodori patris nostri nata Theodote haec quae nupserat Constantino. Quare eandem hortatus est, ut monachis aurum mitteret cum utriusque reverenti salutatione. Sed postquam spe sua falsus, excelsiores sensit esse divos illos assentatione sua, aliter pugnam instruit. Simulans enim se ad calidas aquas, quae sponte de tellure scatent fruendas pergere, Prusam cum regio comitatu venit, fore omnino putans, ut duumviri inclyti cum ceteris ad se salutandum de more venirent. Sed postquam nihil eorum quae sperabat accidit, iram mente concepit, reversusque quantocius ad regiam sedem, magnopere contra innocentes caedem minasque spirabat.

16. Accitum igitur scholae palatinae domesticum mittit cum opsicii praefecto, ut sanctos homines cruciatibus vexarent: qui ad monasterium profecti taureis abunde flagellant eum qui diu id optaverat Theodorum, tresque alios in dignitate constitutos fratres: illumque, cum decem aliis monasterii notabilioribus, Thessalonicam exulem pellunt; mandantes iis qui ducebant, ut tuta custodia observarent, nec simul omnes uno loco, sed seorsum singulos, et invicem dissociatos in variis domunculis, ne cui ad alios liceret accedere. Et quidem beatum Platonem ad sancti Sergii monasterium absque ullius accessu relegarunt, ibique manere iusserunt. Age vero quale quantumque hoc exemplum inspirati a Deo patris nostri mundo universo extiterit, statim cognoscere licuit. Ecce enim in partibus Chersonis et Bosphori regionum illarum episcopi, ac presbyteri, et monachorum religiosiores,

divi patris nostri acta audientes, sanctisque evangeliis consona iudicantes, praeclare constantiam eius in hoc bono opere aemulari coeperunt: ut tunc quoque adimpleretur illud: vestra aemulatio provocavit plures in bonum: ideoque statim ceperunt reiicere omnium illorum, qui iuniori Constantino paria agebant, dona ecclesiis Dei oblata; eosdemque a sanctis et immaculatis Christi mysteriis excluserunt. Dixeruntque ipsi quoque consona religioso Theodoro iis qui christianissimam traditionem flocci faciebant: non licet vobis habere mulieres praeter latas a Christo leges. Sed postremo et ipsi propriis ecclesiis aedibusque pelluntur, et alia pro persecutorum libito patiuntur; ira scilicet belligerante maxime, ceu atroce milite, et violentam manum intendente.

17. Abhinc tamen timor per universum propemodum Romanorum imperium occupavit talia agentes, fitque incontinentibus frenum, piorum persecutio; atque ita inhibetur huius mali cursus, quominus ulterius procedat. Etenim cupiditates, nisi castigentur, continuo in peius more anguis serpunt; cor mentemque pervadunt, et quem corripiunt prorsus enecant. Quod ne forte eveniret, sanctissimi Spiritus gratia in praedictis pugilibus elucens, publice coarguit nequitiae opus. Atque ita celebrior magnus Theodorus evasit, Praecursoris imitator visus et Eliae thesbitae, non in proximis tantum regionibus sed ubique terrarum. Nam toto imperantis Constantini tempore in urbe Thessalonica detentus, ad remotissimas usque regiones, suorum recte factorum praerogativas diffundebat. Scripsit etiam ad Papam senioris Romae, per suos discipulos quae acta fuerant significans: exceptumque fuit id viri officium magnifice, tamquam eius qui cara Deo, nunciare non omisisset: rescriptumque ab eo recepit, quo ipsius pro tuenda ho-

καὶ πρεσβύτεροι, πρὸς δὲ καὶ τῶν μοναστῶν οἱ θεοειδέστεροι, τὴν τῶν θείου παῖδος ἡμῶν ἐπακούσαντες πράξιν, καὶ συνηγοροῦσαν εὑρηκότες τοῖς θείοις εὐαγγελίοις, ζηλοῦσιν ἐν καλῷ τὴν αὐτοῦ παῤῥησίαν· ὡς πληροῦσθαι κἀνθάδε τὸ, ὁ ζῆλος ὑμῶν ἠρέθισε τοὺς πλείονας εἰς τὸ ἀγαθόν· * καὶ παραυτὰ μὲν ἀπρόσδεκτα τίθενται τὰ προσφερόμενα δῶρα τῶν τὰ αὐτὰ τῷ νεωτέρῳ Κωνσταντίνῳ πραξαμένων τῆς τῶν θεοῦ ἐκκλησίαις· ἀφορίζουσι δ' αὐτοὺς καὶ τῶν σεπτῶν καὶ ἀχράντων τῶν Χριστοῦ μυστηρίων· λέγουσι καὶ αὐτοὶ συνῳδὰ τῷ ἱερόφρονι Θεοδώρῳ πρὸς τοὺς φαυλίσαντας τὴν χριστιανικωτάτην παράδοσιν· οὐκ ἔξεστιν ὑμῖν ἔχειν γυναῖκας παρὰ τοὺς τεθέντας χριστόθεν νόμους· τέλος ἀπηγαύνονται καὶ αὐτοὶ τῶν ἰδίων ἐκκλησιῶν καὶ κατασκηνώσεων· καὶ τἄλλα δὲ πάσχουσιν, ὅσα τοῖς δρῶσιν ἐστὶν καταθύμια· θυμοῦ στρατηγοῦντος μάλιστα τῶν δεινοῦ ὁπλίτου καὶ χειρὸς βιαίας ἐπιτιθεμένης.

* II. Cor. IX. 2.

f. 144. a.

ιζ'. Ἐκ δὲ τούτου φόβος ἐπιπίπτει καθ' ὅλην μικροῦ τὴν ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων ἀρχὴν ἐπὶ τοὺς τὰ τοιαῦτα πράσσοντας· καὶ γίνεται τοῖς ἀκολασταίνουσι κημὸς, ὁ τῶν εὐσεβῶν διωγμὸς, καὶ ἀναστέλλεται ταύτῃ τοι ἡ τῶν κακοῦ τοῦδε φορὰ, τῶν μὴ πρόσω προβαίνειν· τὰ γὰρ ἀνέπληκτα τῶν παθῶν ἕρπει μὲν ἀεὶ πρὸς τὸ αἴσχιον ὡς ἔχις· καταδράττεται δὲ καρδίας καὶ νοῦ, καὶ εἰς ὄλισθον ἄγει παντηγῆ τὴν ἁλόντα· ὅπερ ἵνα μὴ γένηται, ἐν τοῖς προειρημένοις ἀθληταῖς ἡ χάρις τῶν παναγίου ἐκλάμψασα πνεύματος, ἤλεγξεν ἀναφανδὸν τῆς παρανομίας τὸ ἔργον· καὶ οὕτω μᾶλλον ὁ μέγας Θεόδωρος διαβοητότερος καθίσταται, μιμητὴς τῶν Προδρόμου δεικνύμενος, καὶ Ἠλίου τῶν θεσβίτου, οὐ μόνον ἐν τοῖς περιοίκοις, ἀλλὰ καὶ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης· ἐν γὰρ τῇ Θεσσαλονικέων τὴν ἅπαντα χρόνον τῆς Κωνσταντίνου βασιλείας περιφρουρούμενος πόλει, εἰς τὰς ἐξωτάτω χώρας τὰ τῶν ἰδίων κατορθωμάτων ἀπέπεμπε προτερήματα. Γεγράφηκε δὲ καὶ τῷ πάπᾳ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης δι' οἰκείων αὐτοῦ μαθητῶν δῆλα ταῦτα καταστησάμενος· καὶ ἀπεδέχθη παρ' αὐτοῦ μεγάλως, ὡς μὴ ὑποστειλάμενος ἀναγγεῖλαι τὰ φίλα θεῷ· παρ' οὗ καὶ ἀντίγραφα ἐδέξατο καταγεραί-

ρονται αὐτοῦ τ῀ ὑπὲρ τ῀ καλοῦ ἐνστάσίν τε καὶ ἄθλησιν, ὡς ἐξισωμένῳ τῇ τ῀ θείᾳ Προδρόμῳ ἀξιοπρεπῶς παῤῥησίᾳ.

ιη'. Ἀλλ' ἐπειδή, φησιν ἡ γραφὴ * "βασιλεὺς θρασὺς ἐμπεσεῖται εἰς κακά· καὶ αἱ ὁδοὶ τ῀ ἀνόμων σκοτειναὶ, οὐκ οἴδασι πῶς προσκόπτουσιν * „ οὐ μ῀ πολὺν χρόνον ἐπανάστασιν πρὸς τ῀ ἰδίᾳ ὑποστὰς στρατεύματος ὁ Κωνσταντίνος, ἀπορφανίζεται μὲν ἀμφοτέρων τ῀ ὀφθαλμ῀, σκρίπτεται δ' καὶ αὐτῆς τ῀ βασιλείας, ὥσπερ τι φορτίον εἰδεχθὲς καὶ δυσβάστακτον· καὶ ἀνίσταται πάλιν ἡ τούτῳ μήτηρ καὶ χριστοφιλὴς Εἰρήνη, ἣν σκεῖνος πρώην, ἀσώτατα διαπραττόμενος, τ῀ βασιλικῶν ἀλλοτρίαν ἀπέφηνεν ἐνδιατημάτων· αὕτη οὖν ἡ θεοφιλεστάτη ἄνθρωπος ἅμα τ῀ ἐπειλῆφθαι τὰ τ῀ βασιλείας πηδάλια, ἀνακαλεῖται μὲν τ῀ ἐξορίας τ῀ μέγαν Θεόδωρον, ποιεῖ δ' αὐτὸν ἑνωθῆναι τῷ ἁγιωτάτῳ πατριάρχῃ Ταρασίῳ, τ῀ Ἰωσὴφ μ῀ τ῀ σκυβολὴν Κωνσταντίνου τ῀ ἱερατικῆς ἀπογυμνωθέντος ἀξίας· καλῶς πεπραχέναι λέγουσα καὶ θεαρέστως σφῶν ἀμφοτέρους· τ῀ μὲν, ὡς τ῀ εὐαγγελικῶν δογμάτων μέχρις αἵματος καὶ ποινῶν ἀναφανέντα συνίστορα, καὶ διὰ τοῦτο τοῖς μεταγνεστέροις τ῀ καθαρὰν πραγματοσόμενον τ῀ ψυχῶν σωτηρίαν· τ῀ δ', ὡς οἰκονομήσαντα συμφερόντως, καὶ τ῀ οἰστροῦντος ἄνακτος τ῀ κακότροπον σκηπτοχλεύσαντα γνώμην, τὰ χείρω τ῀ πρὸ αὐτοῦ βασιλευκότων ἐπαπειλοῦντος ποιήσειν εἰς τ῀ τ῀ Χριστοῦ ἐκκλησίαν, εἰ τ῀ μὴ νοῦν ἀποπέσοιεν· ταῦτα δ' καὶ ὁ θεῖος Ταράσιος, ἐβεβαίωσε, συναφθεὶς τῷ καθ' ἡμᾶς παιδὶ, ὡς ἀνεγράψατο αὐτὸς οὗτος ὁ ἀθλητὴς τ῀ σωτῆρος Θεόδωρος (1)· οἷς καὶ ἡμεῖς στοιχήσωμεν, καὶ μηδέτερον μέρος κακίσωμεν, ἀλλ' ἑκατέρους ἀποδεχόμενοι, τ῀ εὐαγγελικαῖς φωναῖς πειθαρχεῖν εἰσέτι μὴ παραιτησώμεθα· τὰ γὰρ οἰκονομικῶς γινόμενα, οὐ νόμος· ἀλλ' οὐδὲ πάντα τὸ ἄψεκτον κέκτηνται· ἐπεὶ καὶ Παῦλος ᾠκονόμησε περιτεμὼν τ῀ Τιμόθεον, καὶ οὐκ εἰς νόμου τάξιν τοῦτό γε κεκράτηκεν· αὐτὸς γὰρ καὶ ταύτῃ ἀνέτρεψεν διωλύγιον σκῶβον· * εἰ περιτομὴν κηρύσσω, τί ἔτι διώκομαι;

nestate constantiam ac decertationem laudabat, qua divi Praecursoris animositatem nobiliter exaequaverat.

18. Sed quoniam ait scriptura: « rex audax in mala incidet. Et viae impiorum tenebrosae, nesciunt quomodo offendunt » haud diu post, seditionem a proprio exercitu passus Constantinus, utroque oculo privatur, ipsoque regno eiicitur, ceu invisum pondus et intolerabile: rursusque elevatur mater eius religiosa Irene, quam ipse antea, libidinosissime vivens, regali palatio ablegaverat. Haec igitur religiosissima femina, statim ac regni gubernacula cepit, magnum ab exilio revocavit Theodorum, eundemque sanctissimo patriarchae Tarasio reconciliavit; Iosepho, post Constantini depositionem, sacerdotali dignitate spoliato. Dixitque ambos illos recte, et quod Deo placitum fuerat, egisse; Theodorum quidem, quia evangelicorum dogmatum usque ad cruciatus et sanguinem adsertorem se praebuisset, ideoque posteris puram animarum salutem procuravisset; Tarasium autem, quia utili dispensatione egisset, et furentis principis perversam declinasset sententiam, qui peiora superioribus principibus se facturum minabatur adversus Christi ecclesiam, si suae mentis conceptibus obsisteretur. Haec divus quoque Tarasius confirmavit, cum patri nostro se adiunxit, ut hic ipse Salvatoris athleta scripto tradidit Theodorus. Cui sententiae nos quoque accedemus, neutramque partem improbabimus; sed tamen dum ambos admittimus, evangelicis nihilominus verbis deinceps obedire non recusabimus. Nam quae dispensative geruntur, legis loco non sunt, neque ea omnia reprehensione carent. Si quidem et Paulus dispensative Timotheum circumcidit, neque id tamen vim legis obtinuit: etenim ipse ritum illum abstulit magna voce clamans: si circumcisionem praedico, cur adhuc persecutionem patior?

(1) Confer in editione sirmondiana Theodori epistolam 53. libri I.

* f. 144. b.

* Prov. XIII. 17. gr.

Prov. IV. 19.

f. 145. a.

* Gal. V. 11.

19. Igitur spiritali gaudio fruens cum sacratissimo Tarasio parens noster Theodorus, perrexit ad monasterium suum, coeperuntque concurrere undique dispersae post eius absentiam oves. Emittitur custodia pater quoque patrum Plato sanctissimus, et huius divinitus concreti fratrum coenobii architectori: confluebatque plurima turba ad illos, tam de proximo quam de longinquo, ut tamquam generosissimos milites, de bellica pro religione acie redeuntes spectaret: magisque augebatur Saccudionis fama, et omnium ore Theodorus magnificabatur: eiusque propter Deum exilium quaqueversus in orbe innotuit. Atque omnes ab eo edocti fuerunt evangelicis obedire mandatis: quod nempe vir unius mulieris sit dominus, iuxta divini verbi statutum; pariterque mulier cum uno viro cohabitet; et quidem legitime, et non notho aliquo et adulterino contubernio. Etenim scortatio, et carnis passiones, hominem depravant, et a Dei consortio manifeste avertunt. Atque ex eo tempore multi celeberrimae huius urbis incolae, et exterorum quoque oppidorum vel suburbiorum viri, nec de nostro coetu tantummodo, verum etiam de profana institutione valde illustres, ad hunc magnum confluebant magistrum, monasticae disciplinae experimentum capere volentes: quos divus rectae pietatis doctor libenter exceptos, efficacis sapientiae suae fluentis irrigabat, haerentes animabus illorum peccati sordes purgans, et in sanctitatis atque iustitiae via, eorundem secundum Deum gressus stabiliens.

20. Sed enim impiis Agarenis per id tempus superiores regiones vastantibus, mortisque metu proximorum locorum incolas percellentibus, necessarium visum est patribus tempori utiliter se accommodare, et in regiam urbem sine cunctatione migrare: quod dum celeriter agunt,

ιθ'. Τοίνυν πνευματικῆς εὐφροσύνης συναπολαύσας τῷ πανιέρῳ Ταρασίῳ ὁ πατὴρ ἡμῶν Θεόδωρος, ἔξεισιν εἰς τὸ κατ' αὐτὸν φροντιστήριον, καὶ συνδέχεται ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἔνθεν κἀκεῖθεν τὰ διασκορπισθέντα τῇ αὐτῶν ἀπουσίᾳ πρόβατα· ἀνεῖται δὲ καὶ φρουρᾶς καὶ ὁ τῶν πατέρων πατὴρ Πλάτων ὁ ὁσιώτατος καὶ ἀρχιτέκτων ταύτης καὶ θεοσυστάτου τῶν ἀδελφῶν ἱερᾶς σκηνοπηγίας· καὶ συναλείρεται πλεῖστος ὅμιλος ὡς αὐτοὺς ἔκ τε τῶν πέλας καὶ τῶν πόρρωθεν, οἷά τινας προμάχους γηναιοτάτους ἀπὸ καὶ ὑπὲρ εὐσεβείας πολεμικῆς ἐπανελθόντας θεάσασθαι πολιτάξεως· διαφημίζεται δὲ καὶ τὸ μᾶλλον ἔτι ἡ τοῦ Σακκουδίωνος προσηγορία, καὶ Θεόδωρος ἐν τοῖς ἁπάντων ἐμεγαλύνετο στόμασιν· καὶ τὸ ἔργον αὐτῷ καὶ διὰ θεὸν ὑπεροψίας εἰς πᾶσαν διαβέβηκε τὴν ἐπουράνιον· καὶ διδάσκει πάντας ὁμοῦ τοῖς εὐαγγελικοῖς ἐπεσθαι παραγγέλμασιν, τὸ μὲν ἄνδρα μιᾶς εἶναι γυναικὸς κύριον, τοῦ θείου λόγου θεσπίσαντος· ὡσαύτως δὲ καὶ τὴν γυναῖκα, ἑνὸς ἀνδρὸς σύνοικον· καὶ ταῦτα ἐννόμως, ἀλλ' οὐ νόθῳ τινὶ καὶ μοιχικῷ συνοικεσίῳ· πορνεία γὰρ καὶ τὰ σαρκὸς πάθη κατακιβδηλεύει μὲν τὸ ἄνθρωπον, καὶ πρὸς θεὸν συναφείας προδήλως ἐξίστησιν· ἐκ τούτου πολλοὶ καὶ μεγαλωνύμου πόλεως οἰκήτορες, καὶ μέν τοι καὶ τῶν ἐξωτέρων πολιχνῶν καὶ ἀστυγειτόνων ἄνδρες, οὐ μόνον τῶν ἡμετέρων, ἀλλὰ καὶ καὶ ἀπὸ τῶν ἔξωθεν ὁρμωμένων παιδείας ἐπισημότατοι, πρὸς τὴν μέγαν τοῦτον συνερρύησαν παιδοτρίβην, μοναχικῆς φιλοσοφίας ἐν πείρᾳ γλυκεῖ προθέμενοι· οὓς ὁ θεῖος καὶ εὐσεβείας διδάσκαλος ἀσμένως ὑποδεχόμενος, τοῖς καὶ ἐμπράκτου σοφίας αὐτοῦ κατέρδουε νάμασι, τὴν ἐντετηγμένην τῶν ψυχαῖς αὐτῶν ἐξ ἁμαρτίας ἀποκαθαίρων μολυσμὸν, καὶ πρὸς ὁσιότητος καὶ δικαιοσύνης ὁδὸν τὰ τοῦ Θεὸν αὐτῶν καταρτίζων διαβήματα.

κ'. Ἀλλὰ τῶν ἀθέων Ἀγαρηνῶν καὶ τοῦτο τοῦ καιροῦ τὴν καθύπερθεν παροικίαν λῃσαμένων, καὶ φόβον θανάτου τοὺς τοῦ πλησιοχώρων ἐντεκόντων ψυχαῖς, ἀναγκαῖον ἐφάνη τοῖς πᾶσιν τὰ τοῦ καιροῦ δρᾶσαι συμφέροντος, καὶ τὴν βασιλεύουσαν πόλιν μὴ κατοκνῆσαι καταλαβεῖν· ὃ καὶ διὰ τάχους ποιή-

f. 145. b.

σαντες, ὑπεδέχθησαν φιλοφρόνως παρά τε τῷ θεσπεσίῳ ἀρχιερεῖ Ταρασίῳ, καὶ τῇ εὐσεβεστάτῃ Αὐγούστῃ· ὑφ' ὧν καὶ προτραπέντες λιπαρῶς, τὴν εὐαγεστάτην μονὴν τοῦ Στουδίου, πάλαι πρὸς αὐτοῦ οἰκοδομηθεῖσαν, καὶ ἐνδιαίτημα ὁσίων ἀνδρῶν γεγονυίαν, ὁ Κωπρόνυμος Κωνσταντῖνος οὐδ' εἰς δέκα τὸ ἀριθμὸν ἐάσας τε ἔσεσθαι, προσλαμβάνεσιν, ἱκανὴν οὖσαν πρὸς διαδοχὴν καὶ πολυανθρώπου ἐκείνης τῶν ναζιραίων πλήθους· ἕδρᾳ γὰρ ἑδρᾳ τὸ τοῦ μεγάλου Προδρόμου μιμητὴν ἀναφανέντα, καὶ τὸ νόσον καὶ μοιχείας ἐκφάνδλου ἀποκηρύξαντα, τῷ ἐπωνύμῳ αὐτοῦ κατῳκισθῆναι ναῷ· καὶ τοῦτον οὐρανὸν ἐπίγειον τοῦ ἀπαύστοις ἀποφῆναι πρὸς τὴν τριάδα δοξολογίαις· καὶ τίς γὰρ τὰ ἐνταῦθα τοῦ πα-
f. 146. a. τρὸς ἀγγελομιμήτους καταστάσεις καὶ κοινωφελεῖς διατυπώσεις καὶ λόγον εἰπεῖν ἐξισχύσειεν; ἃς ἐκεῖνος τοῖς πανταχόθεν ὡς αὐτὸν ἀφικνεμένοις προεδίδου τε καὶ ἐδίδασκεν, πρὸς μίαν ἀνάγων τὴν τῶν πολλῶν φρονημάτων εὐαγγελίου σύμπνοιαν, καθ' ὅτι φίλον ἀεὶ παντὶ τὸ ὅμοιον· οὐ γὰρ μόνον σὺν ἄρτι καὶ κοσμικῆς ἀποφοιτῶντας παρελάμβανεν χλιδῆς, ἀλλὰ καὶ σὺν ἤδη γεγυμνασμένους τοῖς καὶ ἀσκήσεως πόνοις τῇ ὑπ' αὐτὸν προσιόντας κατέταττεν ὁμηγύρει, τὸ τοῦ κυρίου πληρῶν λόγιον τὸ φάσκον, τὴν ἐρχό-
* Ioh. VI. 37. μενον πρός με οὐ μὴ ἐκβάλω ἔξω· * μὴ προτιμῶν τὸν ὑπ' αὐτοῦ κεκαρμένον ποτὲ, τοῦ ὑφ' ἑτέρου τοῦτο παθόντος, καθάπερ οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ἀφιλοσόφως ποιοῦσιν, ἰδίοις πάθεσι ψυχῆς δουλούμενοι, ἀλλὰ σὺν πάντας ἐπ' ἴσης ἀγαπῶν καὶ προμηθούμενος, καὶ πρὸς τὴν ἀρετὴν ἑκάστου τὴν τιμὴν καὶ τὸ γέρας ἀποδιδούς, ὡς ἐκ τούτου πληθυνθῆναι τὸν ἀριθμὸν τῶν μαθητῶν ἐν ταύτῃ τῇ νέᾳ Ἱερουσαλὴμ σφόδρα, καὶ μικροῦ τὸν χιλιοστὸν ἐκφθᾶσαι ψῆφον.

κα'. Οὓς δὴ καὶ καθορῶν προθυμίᾳ ψυχῆς τὸν ζυγὸν τοῦ Χριστοῦ εὐπειθῶς ὑπερχομένους, διατίθεται καὶ αὐτὸς καὶ τὸν ὑψηλὸν Μωϋσέα, καὶ δημαγωγεῖ τὸν λαὸν τοῦ θεοῦ σοφίας λόγοις καὶ ἠθῶν καθαρότητι πρὸς τὴν νοητὴν ὡς ἄριστα χειραγωγῶν καὶ ἐπαγγελίας κατάπαυσιν· καὶ γὰρ ἀρετὴν μὲν φασὶν νομο-

excepti amanter fuerunt et a venerando pontifice Tarasio, et a pientissima Augusta; quibus etiam magnopere hortantibus, perinsigne Studii monasterium, quod ab huius nominis viro olim aedificatum, et sanctorum virorum fuerat habitaculum, sed Constantinus Copronymus ne a decem quidem monachis incoli siverat, hoc inquam pergunt occupare; capax nimirum recipiendae illi numerosae nazaraeorum multitudini. Nam plane oportebat eum qui se magni Praecursoris imitatorem ostenderat, et adulterii morbum palam improbaverat, apud templum de illius nomine dictum habitare, atque hoc veluti terrestre caelum suis perpetuis erga Trinitatem laudibus efficere. Quis autem heic angelicas veluti patris constitutiones et communiter utiles regulas verbis comprehendere poterit? quas ille ad se undique concurrentibus condiscendas tradebat, ut multorum mentes ad unam evangelii concordiam traheret, prout mos est ut quisque similem sui amet. Neque vero venientes tantummodo ex mundanis deliciis suscipiebat, sed et iam in asceticis exercitatos laboribus, si qui accederent, subdito sibi coetui adgregabat, Domini effato morem gerens: venientem ad me non eiiciam foras; ab se tonsos haud anteponens illis quos alii aliquando totondissent, sicut plerique hominum irrationabiliter faciunt, proprii animi affectibus victi; sed omnes pariter caritate complectens et curans, ac singulorum virtuti reverentiam honoremque tribuens: ità ut exin multiplicaretur discipulorum numerus magnopere in hac nova Hierusalem, in tantum ut millenariam prope quantitatem exaequaret.

21. Quos quidem cernens alacri animo iugum Christi obedienter subire, disposuit ipse quoque, ritu illius excelsi Moysis, educavitque populum Dei, sapientiae verbis, et morum puritate, ad spiritalem perquam optime manducens promissionis requiem. Porro legislatoris vir-

tutem esse aiunt, quae sunt optima pervidere, atque ut constitutis uti velint populis persuadere; multitudinis vero officium est in decretis permanere, et neque in prosperis neque in adversis rebus quicquam immutare; quae est deserviendi Deo ratio sanctissima. Fit ergo eis legislator, proponens ipsis a Deo tradita iudicia, quae ipse conscenso sublimis politiae monte, tenebrasque ingressus divinae beataeque notitiae, a Deo acceperat, et quasi in cippis lapideis, in sui firmissimi cordis tabellis, Spiritûs impressa digito fuerant. Atque ut ille Dei contemplator consulenti socero obtemperans chiliarchos, centuriones, quinquagenarios, et decuriones elegit, quorum operâ occurrentia negotia expeditum exitum consequebantur, dum ipse interim huiusmodi cura vacabat; sic et noster Moyses se gessit, sumpto illinc exemplo, nominibus licet paululum immutatis. Nam ministeriorum decretis classibus, nomina officii propria imposuit, epistemonarchas, et magistros seu correctores, et observatores, appellans. Sub aliis quoque appellationibus in toto fratrum coetu constituit eminentiores aliquot; veluti secundum gradum tenentem, oeconomum, et suboeconomum, aliosque aliis nominibus. Atque his omnibus ad varia ministeria deputatis regulas perscripsit iambicis versibus comprehensas. Immo potius capto initio a praecipua primaque hegumeni dignitate, et in ultimo desinens coqui officio: tradens singulis convenientium et minime convenientium officiorum pro re proposita notitiam. Decrevitque simul castigationem, debitam sedulitatem omittentibus, et quamlibet ob causam minime legitimam ad divinorum hymnorum synaxim sero concurrentibus. Item fratribus quocumque ministerio statuta hora non fungentibus, aut vas frangentibus,

θέτῃ, τὸ τὰ βέλτιστα σωιδεῖν, καὶ πεῖσαι τὰς χρησομένας περὶ τῶν ὑπ' αὐτῶν σωτεθειμένων· πλήθυς δ', τὸ πᾶσι τοῖς δόξασιν ἐμμεῖναι, καὶ μήτ' ἐν εὐτυχίαις, μήτ' ἐν συμφοραῖς αὐτῶν, μηδὲν μεταβάλλειν· ὅπερ ἐστὶ θεοῦ θεραπείας τρόπος ὁσιώτατος· τοιγαροῦν καθίσταται νομοθέτης ἐπ' αὐτοὺς ἐξαπλῶν τὰ θεοπαράδοτα κρίματα, ἅπερ f. 146. b.
αὐτὸς πρὸς τὸ ὄρος ἀναβὰς τῆς ὑψηλῆς πολιτείας, καὶ τῷ γνόφῳ ὑπεισδὺς τῆς θείας καὶ μακαρίας γνώσεως, πρὸς θεοῦ ἀπειλήφει ὡς ἔν τισι πλαξὶ λιθίναις, τοῖς τῆς ἑαυτοῦ στερροτάτης καρδίας πυξίοις, τῷ τοῦ πνεύματος ἐνσημανθέντα δακτύλῳ (1)· καὶ ὥσπερ ὁ θεόπτης ἐκεῖνος τῷ κηδεστῇ συμβουλεύσαντι παθαρχήσας προὐβάλλετο χιλιάρχους καὶ ἑκατοντάρχους καὶ πεντεκοντάρχους καὶ δεκάρχους, οἷς τὰ τυχόντα τῶν πραγμάτων ἀναφερόμενα δεξιόν τε ἐλάμβανον τέλος, καὶ αὐτὸς τῆς ἐντεῦθεν ἀπηλλάττετο φροντίδος, οὕτω καὶ ὁ καθ' ἡμᾶς Μωϋσῆς ποιεῖ, λαβὼν ἐκεῖθεν τὰς ἀφορμὰς, εἰ καὶ μικρόν τι περὶ τὴν κλῆσιν διαφέρεται· προχειρίζεται μὲν γὰρ διακονιῶν κεφαλὰς, τίθησι δὲ τὰς ὀνομασίας οἰκείας τῷ ἐπιτηδεύματι, ἐπισημονάρχας καὶ παιδευτὰς καὶ ἐπιτηρητὰς τούτους ἀποκαλέσας· καθίστησι δὲ καὶ ἐν ἄλλαις προσηγορίαις οὐκ ἀπάσης τῆς ἀδελφότητος μᾶλλον ὑπερεξέχοντας, οἷον τὸ τὰ δεύτερα φέροντα, τὸν οἰκονόμον, τὸν παροικονόμον, καὶ οὐκ ὡς ἄλλως ὠνομασμένους· ἐκανόνισε μέν τοι καὶ πᾶσι τοῖς ἐπισπωμένοις τὰς διαφόρους διακονίας ἀνὰ μέρος, διὰ στίχων ἐκ μέτρων ἰαμβικῶν (2)· μᾶλλον δὲ σαφέστερον εἰπεῖν ἀπὸ τῆς κυριωτάτης καὶ πρώτης, φημὶ δὴ τῆς ἡγουμένης ἀρξάμενος, καὶ μέχρι τῆς τελευταίας τῶν ὀψοποιῶν καταπαύσας· ποιήσας ἐν ἑκάστῳ τόν τε ἐπιβαλλόντων καὶ τῶν μηδαμῶς προσηκόντων τὴν καθ' ὑπόθεσιν εἴδησιν· διωρίσατο δὲ συνεκδοχικῶς καὶ ποῖς διαμαρτάνουσι τῆς ὀφειλομένης ἐπωδῆς καὶ καθυστεροῦσι, κατά τινα f. 147. a.
γὰρ ἀπειρημένην αἰτίαν, ἐπὶ τῶν θείων ὕμνων συνάξεσιν· ἔτι γε μὴν καὶ τοῖς ἐπὶ πᾶσι τῆς ἀδιαφῶν ὑπερεσίᾳ συντεταγμένης ὥρας ἀπο-

(1) Constitutiones Theodori studitanas edidimus nos in hac bibl. T. V.
(2) Leguntur haec carmina in Sirmondi editione sub tomi finem.

τυγχάνουσιν, ἤτοι σκεῦος συντρίβουσιν, ἢ παροινίαν τινὰ καὶ φαυλισμὸν πρὸς τὸν πέλας ποιουμένοις, ἀνάλογον ἐπιτίμησιν τεθεικώς (1).

κβ'. Τὴν δέ γε τῶν ἐσθημάτων χρῆσιν οὐκ ἀποτεταγμένῳ, οὐδὲ καθ' τὸ βουλητὸν ἑκάστῳ προκεῖσθαι συντέταχεν· ἀλλὰ κἀν τούτῳ ἀποστολικὸν αὐτοὺς φέρειν ἐποίησε χαρακτῆρα, καθὼς ἡ τῶν πράξεων ὑποτίθεται βίβλος· " ὡς πάντες οἱ πιστεύσαντες ἦσαν ἐπὶ τὸ αὐτό, καὶ εἶχον ἅπαντα κοινά. Καὶ πάλιν· τοῦ δὲ πλήθους τῶν πιστευσάντων ἦν ἡ καρδία καὶ ἡ ψυχὴ μία· καὶ οὐδὲ εἷς τί τῶν ὑπαρχόντων αὐτῷ ἔλεγεν ἴδιον εἶναι, ἀλλ' ἦν αὐτοῖς ἅπαντα κοινά. ,, Διό τοι τοῦτο ἐφόρισεν αὐτοῖς οἰκείαν, ἐφ' ᾗ συλλήβδην ἀποτιθέμενοι τὰ δεδευκότα, καθ' ἓν σάββατον πέπλον ἀντελάμβανον ἕτερα διὰ χειρὸς τοῦ εἰς τοῦτο καθυπουργεῖν τεταγμένων ἀδελφῶν· τοῦτο δὴ τάξας αὐτοῖς, οὐκ ἀπέκεινεν τὰ ἑαυτῷ ὁ πατὴρ τοῦ κοινοῦ ἱματοδόχου ἑστίας, ἀλλ' ὡς πανταχοῦ καὶ ἐν τούτῳ τύπος ἐγεγόνει τοῦ ποιμένος· δύο σαφῶς εἰδὼς πάσης εἶναι παιδείας τρόπους, καὶ περὶ τὰ ἤθη κατασκευῆς· ὧν ὁ μὲν λόγῳ διδασκαλικῷ, ὁ ἕτερος δὲ διὰ τῆς ἀσκήσεως τῶν ἠθῶν κατορθοῦται· διὰ τοῦτο δὴ δοὺς καὶ αὐτὸς καὶ τὴν ἑβδομάδα τὴν ὑποδύτην, ἀντεδέχετο ἕτερον, οὐ διοῖσον τῶν πολλῶν, ἀλλὰ καὶ αὐτῆς ὢν ἐκείνοις ἀδρότητος ἢ τάχα γε καὶ χείρονος· μνημονεύων δὲ ἀεὶ τοῦ ἀποστόλου λέγοντος, ὅτι δωρεὰν ἄρτον οὐκ ἔφαγον, καὶ αἱ χεῖρες αὗται διηκόνησαν καὶ ἐμοὶ καὶ τοῖς σὺν ἐμοί, ἀργίας ὑπομεῖναι τάξιν
f. 147. b. ἀκίνητον οὐκ ἠνέχετο, ἀλλ' ἐκοπία αὐτὸς τῇ ἰδίαις χερσὶ γράφων δέλτους, καὶ ταύτας τοῖς τῶν ἀδελφῶν συνεισφέρων ἔργοις· ἐξ ὧν καί τινα μέχρι τοῦ δεῦρο σώζονται παρ' ἡμῖν σεβασταὶ τυγχάνουσαι, καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξιαι.

κγ'. Συνέταξε μέντοι καὶ πλείστας ὅσας βίβλους οἰκοθεν καὶ ἐξ αὐτοῦ, τὸ τάλαντον τῆς σοφίας διὰ καθαρότητος ὑπερβολὴν, καὶ αὐτὸς ἄνωθεν εἰληχώς· καὶ πρώτῳ μὲν τῷ καὶ μέχρις ἡμῶν ἐπὶ τῆς ἑβδομάδος ἐκκλησιαζομέ-

aut excessum aliquem vel contumeliam proximo suo inferentibus, congruam poenam constituit.

22. Vestium quoque usum non singulis adsignatum, neque ad cuiusque libitum praesto esse voluit, sed in hoc etiam apostolicam ipsos formam servare mandavit, sicut in actuum libro proposita est: « nempe quod omnes qui credebant, erant pariter, et habebant omnia communia. » Et mox. « Multitudinis autem credentium erat cor unum et anima una; nec quisquam eorum, quae possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. » Propterea ipsis adsignavit aedium partem ubi quisque, quae gestaverat vestimenta deponens, singulis sabbatis alia recipiebat a fratribus huic ministerio praepositis. Quam legem cum ferret, non secrevit sua propria pater a communi vestiario cubiculo, sed ut in reliquis omnibus sic in hoc etiam, regula sui gregis esse voluit: duos videlicet esse sciens cuiuslibet magisterii modos, et morum informandorum rationes; nempe et verborum doctrinam, et asceticae vitae exemplum. Quare et ipse tradita hebdomadaria veste, aliam recipiebat, minime a communibus differentem, sed aeque ac aliorum detritam, vel etiam peiorem. Memor denique semper apostoli dicentis, quod gratis panem non comedi, sed manus ipsae ministraverunt et mihi et his qui mecum sunt, otiari numquam poterat, sed laborabat ipse propriis manibus, libros describendo, eosque fratrum operibus adiungendo; quorum librorum nonnulli adhuc apud nos servantur, pretiosi admodum et omni aestimatione digni.

23. Composuit etiam plurimos marte proprio libros, ob sapientiae talentum, eximiae suae puritatis merito, desuper acceptum. Et primo quidem librum illum, ter adhuc in hebdomada in communi

(1) Haec item epitimia, sive poenas monasteriales, nos edidimus in tomo citato.

coetu legi solitum, parvarum inquam catecheseum CXXXIV. dictarum ab eo subitanea dictione in consuetis ad fratres adlocutionibus. Secundum autem et tertium quartumque librum magnarum catecheseum non subito dictarum, sed quas meditatius compositas edidit. In utrisque tamen manifeste agnoscitur diffusa in labiis eius caelestis gratia facundiae. Certe ex nullo alio inspiratorum patrum libro poterit parem utilitatem coenobita quisquam percipere, qui intelligenter legat. Quamlibet enim virtutum speciem sermones illi continent, et remedium quodvis variorum nequitiae ac multiplicium morborum sapientissime tradunt, et lumen atque compunctionem legentium animabus ingerunt. Est etiam elaboratum ab eo panegyricarum orationum volumen de nonnullis Christi ac Deiparae sollemnitatibus, nominatimque de omnibus magni Baptistae ac Praecursoris, aliorumque aliquot illustriorum sanctorum, in quibus primariis panegyristis haud inferiorem se praebet. Confecit et aliud metricum se-

νην τ̃ μικρῶν λεγομένων κατηχήσεων (1), ἑκατὸν οὐσῶν πρὸς ἑβδόμοντα κ̀ τεττάρων, σχεδιασθεισῶν αὐτῷ κ̃ τὸ σύνηθες π̃ πρὸς ἀδ̃φοὺς ὁμιλίας· δευτέραν κ̀ τρίτην κ̀ τετάρτην τ̃ μεγάλων κατηχήσεων, ἃς οὐ σχεδιαστικῶς, ἀλλὰ νενεχέστερον καθ' ἑαυτὸν συντάξας ἐκδέδωκεν (2)· πολὺν ἐν ἑκατέραις δείκνυται σαφῶς ἡ ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ ἐκχυθεῖσα θεία κ̀ οὐράνιος χάρις τ̃ λόγου· ἐδὲ γάρ ἔστιν οὕτως ἀπώνασθαί τινος ἑτέρας βίβλου τ̃ θεοσόφων πατέρων τ̀ συνετῶς μετιόντα, ὡς οἶμαι, π̃ ἐν κοινοβιακαῖς τάξεσι θεωρουμένης ὠφελείας, ὡς ἐκ τ̃ μνημονευθεισῶν ἡμῖν τ̃ παρὸς κατηχήσεων· πᾶσαν γὰρ περιέχουσιν ἀρετῆς εἰδέαν, κ̀ πᾶν ἆκος τ̃ κ̃ κακίαν ποικίλων κ̀ διαφόρων νοσημάτων ἐπισημονικώτατα διδάσκουσιν, κ̀ φωτισμὸν κ̀ κατάνυξιν τ̃ τ̃ ἀναγινωσκόντων ἐμποιοῦσι ψυχαῖς. Ἔστι δ' αὐτῷ πεπονημένη κ̀ πανηγυρικὴ, δι' ἧς περ ἑνίας τ̃ χρισωνύμων ἑορτῶν κ̀ π̃ θεομήτορος, κ̀ πάσας ἡ τ̃ μεγάλου Βαπτιστοῦ κ̀ Προδρόμου, καί τινων ἄλλων ἐπιφανεστέρων ἁγίων, οὐδὲν ἧττον λαμπροτάτας τ̃ ἀρχικωτέρων ἀπέφηνεν πανηγυριαρχῶν (3). Συντέταχεν

(1) Extant hae minores catecheses latine tantum, Livineio interprete. Nos vero etiam graece edere optamus, quandoquidem pervenusta et vetera illarum exemplaria in codicibus vaticanis sunt.

(2) Ineditae adhuc sunt hae maiores catecheses, neque in bibliotheca vaticana occurrunt, sed Parisiis alibique in codicibus, singillatimque recensentur in gr. biblioth. Fabricii ed. nov. T. X. p. 451. seqq.

(3) Octo ex his panegyricis in praedicto tomo nos recitavimus. Postremus tamen, de S. Bartholomaeo apostolo, graece mutilus erat in codice vaticano; quare Combefisii tantum latinam qualemcumque interpretationem illic continuavimus. Nunc demum in schedis Leonis Allatii vallicellianis reliquam graeci textus partem feliciter nacti, eam heic supplementi causa subtexendam curamus.

Τὰ μετέπειτα ὅσα καὶ ἡλίκα τεθαυματούργηκεν, ἢ θαυματουργῶν ἐστι πρὸς τοὺς πίστει φοιτῶντας μέχρι τοῦ δεῦρο ἐν διαφόροις νόσοις καὶ μαλακίαις ἐνισχυμένους, οὔτε πρὸς ἡμῶν τὸ λέγειν, διὰ τὸ μακρογορὲς, οὔτε πρὸς τοὺς ἀκούοντας τὸ ἀπειθὲς ἐνέχυρον, τοῦ ἑνὸς ταῖς περὶ τῶν ἄλλων συγκαταθέσεις ἔχοντος. Ἀλλὰ χαίροις ὦ μάκαρ μακαρίων τρισμάκαριστε Βαρθολομαῖε· χαίροις τὸ θεοείκελον μίμημα τοῦ καλοῦ διδασκάλου. Χαίροις τὸ θεοφεγγὲς ἀγλαΐσμα τῆς σεπτῆς ἐκκλησίας· χαίροις τὸ εὐηχέστατον ὄργανον τῆς τοῦ πνεύματος μελῳδίας· χαίροις τὸ πολύχωρον καὶ γλυκύκαρπον κλῆμα τῆς τοῦ Χριστοῦ ζωηρᾶς τε καὶ πατρογεοργήτου ἀμπέλου· χαίροις ὁ ἀξιόχρεως θεράπων τοῦ δεσπότου τῶν ἁπάντων· χαίροις ὁ ἀξιοπόθητος φίλος τοῦ ἐπουρανίου νυμφίου· χαίροις ὁ σοφόρειθρος καὶ πολύαρδος ποταμὸς τοῦ νοητοῦ παραδείσου· χαίροις ὁ ἐμπειροθήρατος ἁλιεὺς τῶν λογικῶν ἰχθύων· χαίροις ὁ θεοδύναμος τραυματιστὴς τοῦ ληστεύσαντος τὸν κόσμον διαβόλου· χαίροις ὁ εὐτεχνότατος ῥήτωρ τῆς ἀληθινῆς σοφίας· χαίροις ὁ πολυφανὴς καὶ κοσμοφανὴς ἑωσφόρος τῆς θεολογίας· χαίροις ὁ θεοφανὴς καὶ πυροειδὴς στύλος τῆς ὀρθοδοξίας· χαίροις ὁ ἐξ ἀνατολῶν ἐπὶ δυσμὰς θαλαττοβαδίσας παραδόξως· χαίροις παμφαέστατε ἥλιε τῆς οἰκουμένης· χαίροις πολύγλωττον στόμα τῆς θεοσοφίας· χαίροις ἀενναόβρυτε πηγὴ τῶν ἰαμάτων· χαίροις διωκτὴρ φοβερώτατε τῶν δαιμόνων· χαίροις τῆς Ἀρμενίας τὸ πολύευκτον ἐγκαλλώπισμα· χαίροις τῆς Λιπάρεως τὸ ἀσπασίαστον καὶ πολυπροσκύνητον αὔχημα· χαίροις ὁ τὴν θάλασσαν καθαγίασας ταῖς πορευτικαῖς μεταβάσεσι· χαίροις ὁ τὴν γῆν καταπορφυρώσας τῇ ἐρυθρότητι τῶν παναγίων αἱμάτων σου· χαίροις ὁ τὸν ἀέρα κατευωδιάσας ταῖς ἱεροπνεύστοις θεορρήμοσύναις σου· χαίροις ὁ εἰς οὐρανοὺς φοιτήσας, καὶ τοῦ ὁμοστοίχου θιάσου μεσόχορος ἐκλάμπων ἐν ἀπροσίτῳ δόξης λαμπρότητι, ἐν ἀγαλλιάσεως ἀχορέστῳ θυμηδίᾳ· αὐτόθεν ἡμᾶς ἐποπτεύοις εὐμενέστατα· αὐτόθεν εὐλογοῖς τοὺς σὲ μακαρίζοντας· αὐτόθεν δοξάζοις τοὺς σὲ ἀναμέλποντας· αὐτόθεν ὁμονοῖς τὴν οἰκουμένην εἰρηνεύουσαν· ἱερεῖς δικαιο-

ἢ κ᾽ ἑτέραν ἔμμεζον ἰδιαζόντως ἰαμβικὴν
f. 148. a. χρησιμωτάτῳ πάνυ, καθ᾽ ἣν τήν τε διάπλασιν κ᾽ τ᾽ ἔκπτωσιν ὑπηγόρευσε τ᾽ γ᾽ ἀρχε· πρὸς ἣ κ᾽ τ᾽ ἁμαρτίαν κ᾽ τ᾽ φθορὰν ὡς θέμις ἐξεζαγώδησεν· εἶτα διηρημένως τ᾽ Κάϊν τ᾽ κ᾽ τ᾽ Ἄβελ φθόνον κ᾽ φόνον κατεκωμώδησεν· κ᾽ μέν τοι κ᾽ τ᾽ Ἐνὼχ κ᾽ τ᾽ Νῶε, ⁊ ὅσ᾽ ἐξ αὐτοῦ φύντας θεοφιλεστάτους ζεῖς πατριάρχας διεζευγμένως κ᾽ ἀκολούθως ἑκάστῳ· κ᾽ τὰς σφῶν ἀοιδίμους συνεύνους κ᾽ τὸ εἰκὸς ἀπεσέμνυνεν (1). Ἔτι γε μὴν κ᾽ πᾶσαν αἵρεσιν ἀπηριθμήσατο, κ᾽ τῷ ἀναθέματι καθυπέβαλεν, στίχοις ὡς ἔφην τριμέτροις κ᾽ καθαροῖς· τινὰς ᾗ αὐτῶν κ᾽ παντελῶς ἀνέτρεψεν.

κδ᾽. Αἱ δ᾽ ἔτι τ᾽ ὀπισολῶν αὐτὸ βίβλοι πέντε μὲν ἕως τ᾽ παρόντος σώζονται παρ᾽ ἡμῖν (2)· τοσούτῳ γε μὴν τῇ τ᾽ ἐννοιῶν σεμνότητι κ᾽ τῇ καθαρότητι τ᾽ λέξεων ὑπερηρμένον ἔχουσι τὸ κάλλος κ᾽ τ᾽ ἐπισολιμαῖον χαρακτῆρα δι᾽ ἀκειβείας ἠκονισμένον, ὡς μηδεμίαν ἀδακρυτὶ μετιέναι τόν γε μὴ λιθίνην πάντη τ᾽ καρδίαν ἔχοντα. Ἔστι ᾗ πρὸς ταύταις κ᾽ ἑτέρα δογματικὴ διὰ πεζῆς λέξεως πραγματεθεῖσα, καθ᾽ ἣν ἐν τεισὶν ἀντιῤῥητικοῖς λόγοις, ὥσπέρ τις ἄλλος Δαυὶδ τ᾽ ἀλλόφυλον Γολιὰθ, ἤτοι τ᾽ ἔκφυλον τ᾽ ἀληθείας τ᾽ εἰκονομάχων ⁊κσφενδονήσας κατέβαλεν αἵρεσιν (3), κ᾽ τ᾽ δανότατον ὀνειδισμὸν τ᾽ ἐκκλησίας ἐξῆρεν· ἀλλὰ γὲ κ᾽ τὸς ἄμφω βασιλεῖς ὡς τῆσδε εἰρημένης βλασφήμου αἱρέσεως κεφαλὰς, φημὶ ᾗ τ᾽ Κοπρώνυμον Κωνσταντίνον, κ᾽ τ᾽ θηριόγνωμον, μᾶλλον ᾗ θηριώνυμον, Λεόντα οἷόν τισι δόρασι
f. 148. b. τοῖς ⁊πλιτευτικοῖς ὑψῦ μετεωρίσας λόγοις ἐθριάμβευσέν τε κ᾽ παρεδειγμάτισεν, κ᾽ τὰς αὐτῶν ἀνοσιουργίας τοῖς μ᾽ ταῦτα διηρη-

paratum volumen plane utilissimum, ubi creationem et lapsum descripsit primi hominis; ibidemque peccatum et consecutam inde corruptionem lugubriter cecinit. Mox seiunctim Cainum, et invidiam erga Abelem, et caedem convicio traduxit. Postea Enochum et Noë et ab eo genitos Deo carissimos tres patriarchas seorsum et ex ordine singulos; nec non illorum venerandas uxores, prout par erat, celebravit. Denique cunctas haereses seriatim numeravit, et anathemate perculit, versibus inquam trimetris ac puris; nonnullas etiam plenissime refutavit.

24. Epistolarum vero eius libri quinque ad hanc usque diem apud nos servantur. Hae autem ob sensuum altitudinem et elocutionis nitorem, summum exactumque habent epistolarem characterem cum venustate, ut nullam sine lacrymis legerit quicumque cor lapideum non habet. Est et alia eiusdem prosa oratione condita lucubratio, in qua tribus antirrheticis sermonibus, ceu alter David alienigenam Goliam, id est alienam a veritate Iconomachorum funda prostravit haeresim, et hoc gravissimum dedecus ab ecclesia exterminavit. Sed et ambos imperatores, ceu dictae blasphemae haereseos antesignanos, Copronymum inquam Constantinum, et ferinae mentis, immo potius et appellationis, Leonem, quasi lanceis infamiae alte elatos, sermonibus tuis, triumphaliter circumgestavit, publiceque traduxit, eorumque impia opera posteris singillatim explorata fecit. Ergo omnes

σύνην ἐν ὁσιότητι ἀμπέχεσθαι, βασιλεῖς ἀγαθοεργίαν ἐν ὀρθοδοξίᾳ κατὰ βαρβάρων ὁπλίζεσθαι· μονάζοντας πολιτείαν τὴν ἰσάγγελον ἀκαπήλευτον διασώζεσθαι· ἄνδρας γυναιξὶ, καὶ ἔμπαλιν, νόμῳ τῷ προσήκοντι φυλάττεσθαι· πατράσιν υἱοῖς, δούλοις, δεσπόταις, ἄρχουσιν, ἀρχομένοις, δανείζουσιν, ὀφείλουσι, συναλλάσσουσιν, ὠνουμένοις, πᾶσι τὰ τῆς
*cod. τὸν προφημον. εὐνοίας ἐπιλεύσει τελεία τοῦ κοινοῦ, καὶ εὐαρεστήσει θεοῦ ὀφειλόμενα πρυτανευόμενος· καὶ μέντοι τῶν τροφίμων * τῆς καλλωπιζομένης Λιπάρεως, τοῦ ποιμένος τε καὶ τοῦ ποιμνίου, τοῦ ἐπικτίσαντός σου τὸ ἱερὸν τέμενος, καὶ τοῦ ὑμνήσαντός σε διὰ βραχέως ἄγαν· ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις, σὺν τῷ παντοκράτορι πατρὶ, καὶ τῷ ἁγίῳ καὶ ζωποιῷ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

(1) Est in deperditis hoc Studitae opus de patriarchis etc. Item quod sequitur de haeresibus.

(2) Duo tantum extant libri in sirmondiana editione. Tota tamen epistolarum collectio in parisiensibus incolumis est codicibus, eaque pariter recensetur apud Fabricium tomo cit. p. 439. seqq.

(3) Legitur hoc luculentum contra Iconomachos opus in editione sirmondiana.

menti suae inditas in divinis rebus vires exercens, et diu noctuque indesinenter legem Domini meditans, caelorumque regnum intra se suosque adseclas constituere, quantum pote, conatus; immo potius quasi altero caelorum regno, ob actae vitae similitudinem, celebri illo Praecursoris monasterio effecto; erat ipse tamquam sol in multitudine spiritalium siderum medius, propriaeque virtutis atque sapientiae radios vibrabat, contubernales suos illuminans, et ad meliora commutans et transferens.

25. Sed enim qui semper malo gaudet, invidiae pater, nigerrimus inferorum corvus diabolus, non tulit tantam patris nostri virtutem in opulenta metropoli celebrari; neque servatorum ab eo praeclare et in rectam viam reductorum multitudinem incolumem esse sivit, nec tale tantumque asceticae vitae speculum in numerosissima civitate spectari; praesertim cum saepe multumque a magni viri militia vulneratus fuisset. Quae ergo adversus illum machinabatur, nunc in rem conferre diutius non distulit. Qui per id tempus regni sceptrum tenebat Nicephorus, specie quidem haud procul aberat ab orthodoxis ante eum imperatoribus, re tamen vera longe iis dissimilis erat; siquidem fidem absque operibus mortuam esse in confesso est. Quum ergo hoc invenisset tetricum et nequitiae plenum vas is qui iustorum bona opera semper odit diabolus, cor eius permovit, ut innocentem declarari vellet hominem illum qui adulterinum coniugium antea ratum fecerat; eundemque sacerdotali rursus ordini adiungi, ceu qui pacis auctor publicaeque utilitatis fuisset. Itaque religiosum conveniens patriarcham princeps hic, qui serpentis suggestionem admiserat, orat cogitque ut excommunicatione Iosephum absolvat, qua eum sanctissimus patriarcha Tarasius ligaverat; et sic eo relicto, ad Deum migraverat. Promittebat autem ei

μένως προφανεῖς κατεσήσατο· τοιγαροῦν πᾶσαν τ̃ νοὸς ἔμφυτον τοῖς θείοις ἐνασχολήσας δύναμιν, κ̀ διὰ πάσης ἡμέρας κ̀ νυκτὸς τ̀ νόμον τ̃ κυρίυ ἐμελετήσας, κ̀ τ̀ βασιλείαν τ̃ οὐρανῶν ἐντὸς ἑαυτοῦ τε κ̀ τ̃ ἑπομένων ὡς οἷόν τε κατασησάμενος, μᾶλλον δ̀ βασιλείαν οὐρανῶν τ̧ ταυτότητι τ̃ πολιτείας, τ̀ θειώνυμον τ̃ Προδρόμυ ἐκτετελεκὼς μονήν, ἣν αὐτὸς οἷά τις ἥλιος ἐν μέσῳ τ̃ πλήθυς τ̃ νοητῶν ἀστέρων, τὰς τ̃ ἰδίας ἀρετῆς κ̀ σοφίας ἀκτινοβολῶν ἀστραπὰς, κ̀ θεοῦ περὶ αὐτὸν καταφωτίζων, κ̀ πρὸς τὸ κρεῖττον ἐξαλλοιῶν κ̀ μεταποιούμενος.

κε'. Ἀλλ' οὐκ ἤνεγκεν ὁ ἀεὶ χαιρέκακος κ̀ πατὴρ τοῦ φθόνυ, ὁ μελαντάτης ὄντως κ̀ βαθὺς κόραξ διάβολος τ̀ τοσαύτην τοῦ πατρὸς ἀρετὴν κ̃ τὸ εὐδαίμονα δοξαζεσθαι, οὐδὲ τ̃ τ̃ ὑπ' αὐτὸν σωζομένων καλῶς κ̀ διϊθυνομένων πλῆθυν ἀνεπηρέαστον παρεᾶσαι, καὶ τηλικοῦτον ἀσκητικῆς εἴδος βιώσεως, ἐν μέσῃ πολυανδρούσῃ ἐπιδείκνυσθαι πόλ. καί τοι πολλάκις κ̀ διαφόρως ταῖς τ̃ μεγάλυ καταβληθεὶς στρατηγίαις· ἀλλ' οἷα κατ' αὐτοῦ μεμελέτηκεν, κ̀ νῦν ἐπιτηδεύειν οὐκ ἀναβάλλεται· τ̀ γὰρ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τὰ τ̃ βασιλείας ἐπειλημμένον σκῆπτρα, Νικηφόρῳ δ' ἦν ὄνομα, ὃς τὸ μὲν δοκεῖν οὐ πόρρω τ̃ εὐσεβῶν βεβασιλευκότων ὑπῆρχεν, τῇ δ̀ ἀληθείᾳ μακρῷ τ̃ τοιούτων ἀποδιώκεσο· εἴπερ ἡ πίστις χωρὶς τ̃ ἔργων νεκρὰ εἶναι καθωμολόγηται· τοῦτον τοιγαροῦν εὑρηκὼς σκεῦός τι σοβαρόγνωμον καὶ πονηρίας μεμεστωμένον, ὃ τοῖς ἀγαθοῖς ἔργοις τ̃ δικαίων ἀεὶ ἐπαινόμυ, ὑποβάλλ αὐτοῦ τῇ καρδίᾳ τοῦ ἀθέσον ἀποφῆναι τ̀ τ̀ μοιχοζυξίαν πρόλυ αὐτουργηκότα, καὶ τῷ ἱερατικῷ βαθμῷ ἐγκαταλέξαι, ὡς ἀναίτιον γεγονότα εἰρήνης, φησὶ, καὶ τ̃ λυσιτελοῦντι φρονήσαντα· καὶ δὴ τῷ ἱερόφρονι συντυχὼν πατριάρχῃ ὁ τ̀ ὑποθήκλυ τ̃ ὄφεως ἀναδεξάμενος ἄναξ, ἀντιβολεῖ καὶ βιάζεται λυθῆναι ὑπὸ Ἰωσὴφ τοῦ χωρισμοῦ, τοῦ δήσαντος αὐτὸν ἁγιωτάτυ Ταρασίου οὕτως ἐάσαντος, κ̀ πρὸς τ̀ θεὸν ἐκδημή-

f. 149. a.

σαντος· ὑποσχόμενος αὐτῷ ὡς βασιλικαῖς ἐπικουρίαις συνελάσειεν ἅπαντας εἰς τὴν τοιαύτην καθυφεῖναι οἰκονομίαν· οὕτως οὖν πείθῃ ἄκοντα πάντη καὶ μὴ βουλόμενον καὶ νοῦν τὸν τῆς νίκης ἐπώνυμον πατριάρχην πρὸς τὸ δέξασθαι συλλειτουργὸν τὸν ἀνίερον. Καὶ γίνεται πάλιν διαφωνία καὶ γνωμῶν σύγχυσις καὶ προσώπων διαίρεσις ἔν τε τοῖς ἱεράρχαις καὶ τοῖς μονάζουσιν, τοῦ μὲν μὴ προσκρούσαι τῷ ἄνακτι ἕνεκα τούτου καλῶς ἔχειν ὑπονοούντων, τὸ δὲ περὶ τὸν μέγαν Θεόδωρον ἀντιφασκόντων, ὡς δίκαιον ὂν τὸ ἐξενεχθεῖσαν πρὸς τὸν Θεσπεσίου Ταρασίου ἐπὶ τῷ Ἰωσὴφ κρίσιν ἀνατραπῆναι, ἐπὶ λυσιτελείᾳ τοῦ παντὸς τηνικάδε γεγονυμένην· ἡ γὰρ ἐπὶ τοιούτων οἰκονομία, φησὶν, τὴν μοιχοζωξίαν προφανῶς συνίστησιν· πρὸς ἣν καὶ τὴν δικαίαν κρίσιν τοῦ Θεοῦ τὸν καὶ τοῦ νεωτέρου Κωνσταντίνου ἤδη προφθοῦσαν, ἄξιον συνιδεῖν, καὶ μὴ λήθῃ ταύτην ὑφαπέμψαι· κἀντεῦθεν σοχάσασθαι τὸ βούλημα τῆς θείας νομοθεσίας, ὡς ἂν μὴ ἀποικίλῳ γνώμῃ καὶ ἀχαλινώτοις διανοίας ὁρμαῖς, οἰκονομίας
f. 149. b. λόγους ἀναπλάττοιμεν, οὓς οὔτε γεγονότας πω, οὔτε τὸν ὅλως ἁπλῶς τῇ ὑφηλίῳ σκηποιήσαντας, πρὸς ὄλεθρον τῶν ἡμετέρων ψυχῶν· ἐξ ἧς τούτου ἀσύμβατοι μείναντες πρὸς τὰς κρίσεις, ἀλλήλων διέστησαν, καθά ποτε Παῦλος τε καὶ Βαρνάβας ἐν τῇ περὶ τὸν Ἰωάννην τὸν καλούμενον Μάρκον διαφωνίᾳ,
* Act. XV. 39. καθὼς γέγραπται· * " ἐγένετο δὲ παροξυσμὸς, ὥστε ἀποχωρισθῆναι αὐτοὺς ἀπ' ἀλλήλων, τόν τε Βαρνάβαν παραλαβόντα τὸν Μάρκον ἐκπλεῦσαι εἰς Κύπρον· Παῦλος δὲ ἐπιλεξάμενος Σίλαν ἐξῆλθεν, παραδοθεὶς τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν. " Ὅπερ ἐφθακὼς ὁ θεῖος Χρυσόστομος ἐν τῇ τοῦ πράξεων θεοφεγγεῖ ἑρμηνείᾳ, τάδε φησί· " τίς μὲν οὖν αὐτῶν ἐβουλεύσατο βέλτιον, οὐχ ἡμῶν ἀποφήνασθαι. "

κς'. Ἡμεῖς δὲ περὶ τῶν προκειμένων φαμὲν, ὡς ἀμφότεροι καλῶς πεποιήκασιν· καθὰ δὴ καὶ Ταράσιος ὁ ἀοίδιμος ἐν τῇ κατ' αὐτὸν ἀποφήνατο οἰκονομίᾳ· καὶ γὰρ δὴ καὶ αὐτὸς τότε τὸ θυμικὸν καὶ ζέον τοῦ ἄνακτος ὑφορώμενος, καὶ εἰδὼς ὡς λίαν ἐστὶν εὐπά-

princeps, curaturum se regali adiutorio, ut ceteri omnes dispensationi huic consentirent. Sic ergo adducit invitum prorsus ac mente dissentientem patriarcham, victoriae eponymum (Nicephorum), ut exsecratum illum ad ecclesiae ministerium revocet. Fit igitur novum dissidium, et opinionum confusio, et personarum secessio tam episcoporum quam monachorum, aliis quidem putantibus, negotii huius causa non esse offendendum imperatorem, magno tamen Theodoro contradicente, aequum non esse ut sententia a venerabili Tarasio in Iosephum publicae causa utilitatis prolata, nunc abrogaretur: etenim haec dispensatio, aiebat, adulterinum coniugium manifeste defendit. Insuper iustam quoque ultionem adversus iuniorem Constantinum iam peractam, prae oculis habendam esse, non oblivione premendam: atque hinc potius divinae legis voluntatem esse intelligendam, non vero rudi opinione et libero mentis impetu, doctrinam dispensationis confingendam, quae neque aliâs audita est, neque ullam utilitatem mundo attulit, immo noxia prorsus animabus nostris est. Exin itaque in iudicii diversitate manentes, invicem dissidebant; sicut olim Paulo et Barnabae contigit, in dissidio propter Iohannem cognomento Marcum, uti scriptum est. « Facta est autem dissensio, ita ut discederent ab invicem; et Barnabas quidem assumpto Marco navigaret Cyprum: Paulus vero electo Sila profectus est, traditus gratiae Dei a fratribus. » Quem locum tractans divus Chrysostomus in actuum splendidissima interpretatione, sic ait: « Uter vero eorum melius deliberaverit, non est nostrum pronunciare. »

26. Iam nos super hoc argumento dicimus, ambos bene se gessisse; sicut etiam illustris Tarasius in sua se gessit dispensatione. Namque et hic veritus tunc iracundiam principis et excandescentiam, sciensque quantopere ad maleficia pro-

nus esset, eiusque ad peccandum proclivitatem, ne quid acerbius adversus Dei ecclesiam faceret, laxavit rigoris habenas, et tolerato minore ac particulari malo, rem universalem sapienter conservavit; implens effatum illud: redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Sic etiam nunc existimandum est dispensative egisse beatum Nicephorum, nolentem quidem, sed a principe adactum. At vero parens noster Theodorus, exactum divinarum legum retinuit praescriptum, divinitus motus, non malo aliquo affectu victus: nolens scilicet illegitimam copulam legis locum occupare apud eos beluinos homines qui indomitis cupiditatibus indulgent; atque ut ostenderet sine ullo cuiusquam respectu eos agere solere qui Deo omnino confidunt; neque personas cum animae suae detrimento subvereri, ut Domini praeceptum prodant, propter principis potentiam iniustissime iubentis. Nempe iuxta Davidis carmen: « et loquebar in testimoniis tuis coram regibus, et non erubescebam. » Sane quod in prosperum statum ecclesiae regimen sub his duobus principibus haud devenerit, ipsi quoque manifeste agnoverunt divi patriarchae. Neque enim magnum Theodorum Thessalonica reversum, recte egisse dixisset orthodoxiae antesignanus Tarasius, nisi ipsum scivisset verae evangelii viae absque errore institisse. Neque item eum admisisset victoriae eponymus (Nicephorus) pontifex, nec laudibus ceu veritatis pugilem ornasset, nisi rectam in fide doctrinam habere cognovisset. Dictis hactenus addam, quod nisi utrique patriarchae persuasum fuisset, non recte factum quod ad sacerdotii honorem metu principum, adulterini coniugii copulatorem receperint, haud profecto post principum obitum, peractamque a Deo adversus eos pro sacro Theodoro celerem ultionem, haud inquam audacem illum sacerdotali choro rursus expulissent. Ergo hinc pii homi-

ροις ἐπὶ τὸ πεφυκὸς ἀδικεῖν, καὶ νοσεῖ τὸ εἰς ἁμαρτίαν εὔκολον, ἵνα μή τι δριμύτερον ἐν τῇ τοῦ θεοῦ κατεργάσηται ἐκκλησίᾳ, ὑπενδίδωσι τὰς τῆς ἀκριβείας ἡνίας· καὶ ὠδάσχων τὸ ἧττον καὶ μεικρὸν, τὸ καθολικώτερον φιλοσόφως ἐνεπορεύσατο, πληρῶν τὸ * ἐξαγοραζόμενοι τὸν καιρὸν, ὅτι αἱ ἡμέραι πονηραί εἰσιν· οὕτως οὖν κἀνταῦθά ὄξιν λογίσασθαι, ὅτι ᾠκονόμησεν ὁ μακάριος Νικηφόρος, μὴ βουλόμενος, ἀλλὰ βιασθεὶς ὑπὸ τοῦ ἄνακτος· ὁ δέ γε πατὴρ ἡμῶν Θεόδωρος τὴν ἀκριβῆ τῶν θείων νόμων φυλάττῃ κατάσασιν, θεόθεν κινηθεὶς, καὶ οὐ πάθῃ κακίας κρατούμενος· ὡς ἂν μὴ τὸ ἄθεσμον τῆς κοίτης, χώραν μὴ λάβοι νόμιμα ἐν τοῖς ἔχεσι τὸ ἐν ἀθραύστοις ὁρμαῖς ὀρεκτικὸν βοσκηματώδεσιν ἀνθρώποις, καὶ τὸ ἀπροσωπόληπτον δεχθῇ τοῦ εἰς θεὸν ὁλικῶς πεποιθότων καὶ μὴ λαμβανόντων πρόσωπα κατὰ τῶν ἑαυτῶν ψυχῆς, ὥστε πῶ ἐντολὴν τοῦ κυρίου προδιδόναι χάειν κράτος βασιλέως ἀδικώτατα δυναστεύοντος· καὶ τὸ τοῦ Δαυὶδ μυθόδημα· * " καὶ ἐλάλουν ἐν τοῖς μαρτυρίοις σου ἐναντίον βασιλέων, καὶ οὐκ ᾐσχυνόμην· " ἐπεὶ ὅτι γε μὴ καλῶς εἰς τοῦτο τάξεως ἦλθε τὰ τῶν ἐκκλησιαστικῆς διοικήσεως ἐπὶ τῶν ἡμερῶν τουτωνὶ τοῖν δυοῖν βασιλέων, καὶ αὐτοὶ σαφῶς ᾔδεισαν οἱ θεόληπτοι πατριάρχαι· οὐδὲ γὸ ἂν καλῶς δεδρακέναι τὸ μέγαν ἔλεγχον Θεόδωρον ἐκ Θεσσαλονίκης ἐπανυθόντα ὁ τῶν ὀρθοδοξίας πρόμος Ταράσιος, εἰ μὴ αὐτὸν ᾔδει τὴν ἀληθῆ τρίβον τοῦ εὐαγγελίου ἀπλανῶς ὁδεύοντα· οὐδ' αὖ πάλιν ἀπεδέχετο αὐτὸν ὁ τῶν νίκης ἐπώνυμος ἱεροθέτης, καὶ ὡς ἀθλητὴν ἀληθείας τοῖς ἐπαίνοις κατέσεφεν, εἰ μὴ ὀρθοτομοῦντα διεγνώκει τὸν λόγον τῶν πίστεως· πρὸς ᾧ τοῖς εἰρημένοις καὶ τοῦτο θετέον, ὅτι εἰ οὐκ εἶχεν ἕκαστος αὐτῶν μὴ εὖ πεποιηκέναι τὸ δέχασθαι εἰς ἱεροσύνης τιμὴν τὴν μοιχοζεύκτου διὰ βασιλικὸν φόβον, οὐκ ἂν μυρίᾳ θάνατον τῶν ἀνάκτων, καὶ τὴν παρὰ θεοῦ εἰς αὐτοὺς γεγονυῖαν τοῦ ἱεροῦ Θεοδώρου παρὰ πόδας ἐκδίκησιν, τοῦ χοροῦ τῶν ἱερέων τὴν τολμητίαν ἐχώριζον· ἐντεῦθεν οὖν σκοπεῖν ὄξιν τοῖς φιλοθέοις τὰς

* Ephes. V. 16.

*Ps. CXVIII. 46.

τ̃ πραγμάτων φύσεις, κ̀ μηδ' ἕτερον μέρος ἐκζέπεσθε τ̃ θεσπεσίων τούτων ἡμ̃ν καθηγεμόνων.

κζ'. Πλὴν ὡς εἶδεν ὁ ὑψηλόφρων μέδων τ̃ ἰδίαν ψῆφον ὑπὸ τ̃ ἡμετέρων βδελυχθεῖσαν πατέρων, κ̀ οὐδενὸς λόγου ἀξιωθεῖσαν, κελεύ̃ μετ' ὀργ̃ς τόν τε μέγαν Θεόδωρον,
f. 149. b. κ̀ τ̃ τούτου σύμφρονα κ̀ Χριστοῦ ἱεράρχ̃ Ἰωσ̀φ ἅμα τ̃ θείῳ αὐτῶν κ̀ καθηγεμόνι Πλάτωνι, τὰς πρὸ τ̃ ἄσεως οἰκεῖν νήσους, ἐχ ἅμα κ̀ κ' τὸ αὐτό, ἀλλὰ διεζευγμένως τούτων ἕκαστον εἰς ἄλλ̃ κ̀ ἄλλην φ̃ φυλάττεσθ· τὸ γ̀ ἀδ̃φότητος πλῆθος ὑπὸ στρατιωτικ̃ς ἐν τ̃ ἰδίῳ μοναστηρίῳ τηρεῖσθαι φάλαγγος· αὐτὸς δ̀ μετά τινας ἡμέρας φ̃ φυλασσόμενος ἐν τοῖς τ̃ Ἐλευθερίου βασιλικοῖς μυ̃άθροις (1), προσκαλεῖται ἅπαντας ἱστορίας ἕνεκα· εἶτα διαστ̃σας τούτων φ̃ μείζοτέρους, πειρ̃ται λόγοις τισὶ πιθανότητος, τ̀ φυσικ̃ς τούτους μεταστ̃σαι βουλ̃ς· ὡς δ̀ τ̃ προβολὴν εἶδεν τ̃ ἑαυτ̃ ῥημάτων καθάπέρ τι βέλος ἀκίδνον τ̃ ἀντιτυπίᾳ τ̀ στερεμνίας αὐτῶν ἀποκρουσθεῖσαν ἀντιφράσεως, πρὸς τὸ πλῆθος γίνεται τ̃ ἀδ̃φῶν κ̀ φησὶ πρὸς αὐτούς· ὅσοι τ̃ ἡμετέραις βούλεσθε πειθαρχεῖν φ̃ δογμάσι, κ̀ κοινωνικοὶ εἶναι τ̃ τε πατριάρχ̃ κ̀ τ̀ καθολικ̃ς ἐκκλησίας, ἐν τοῖς δεξιοῖς μου ἀφορίσθητε· ὅσοι δ' αὖ τ̃ προκατεχούσ̃ ὑμᾶς γνώμ̃ ἐμμένειν κεκρίκατε, τ̃ ἐξ εὐωνύμων στάσιν ἐκλέξασθε· σοφιζόμενος ἐν τούτῳ, ὡς ᾤετο, φ̃ ἀσοφίστους μὲν λόγων φ̃ σκιαῖς τινὰς αὐτῶν ὄντας, βίου δ̀ κ̀ γένους κ̀ τ̃ ζ̃ν αὐτοῦ καταφρονοῦντας ἅπαντας ὑπὲρ τ̀ κατ' ὑπακοὴν θείαν ἀνεπιλήπτου ζωῆς· τότε δὴ πάντες ὁμοθυμαδὸν τ̃ εὐωνύμου κατειληφότες χώραν, λέγουσι πρὸς αὐτὸν μ̃ παῤῥησίας· ἡμεῖς ἀκριβῶς ἐπιστάμεθα, ὦ βασιλεῦ, ὅτι οἱ πατέρες ἡμ̃ν ἐκ τ̀ θεοπνεύστου γραφ̃ς ἅπαντα μυηθέντες, κ̀ πνεύματι ἁγίῳ φερόμενοι, τὰ κρείττω κ̀ σωτηρίας ἐγγὺς κ̀ σεφρονήκασι κ̀ ἐδίδαξαν· διὸ κ̀ αὐτοὶ ἀνενδοιάστως τοῖς αὐτῶν ἐξακολουθοῦντες ἴχνεσιν, τ̃ παρ' ὑμῶν

nes rerum actarum naturas cognoscant, neutramque partem venerandorum horum praesulum nostrorum damnent.

27. Verumtamen ubi superbus regnator sententiam suam a nostris reiectam patribus vidit, nulloque in pretio habitam, iubet iracunde, magnum Theodorum eique consentientem Christi episcopum Iosephum, cum ipsorum avunculo et duce Platone, in insulis, quae sunt e regione urbis habitare, nec simul nec uno in loco, sed separatim singulos aliis atque aliis custodiis teneri: fratrum vero reliquam multitudinem intra proprium monasterium militari manipulo obsideri. Ipse vero post aliquot dies progressus ad Eleutherii regium palatium, cunctos interrogandi causa vocavit. Deinde praepositos illorum seorsum ductos, conatus est suasoria oratione a patris abstrahere voluntate. Sed ubi verba in cassum se proiicere agnovit, ceu debile telum ab illorum contradicente firmitate retusum, ad multitudinem fratrum conversus ait: quotquot nostris obtemperare hortatibus vultis, et cum patriarcha et catholica ecclesia communicare, ad dexteram meam secedite. Quotquot vero in priore manere sententia censetis, sinistram partem eligite; callide sic decipiens, ut existimabat, homines quorum pars quidem verborum artificii ignara erat, sed tamen omnes mundum et prosapiam et vitam ipsam contemnebant, propter agendam sub Dei obedientia vitam irreprehensibilem. Tunc ergo omnes sinistrum eius latus turmatim occupantes, fiduciaaliter illum sic alloquuntur: nos accurate scimus, o imperator, patres nostros a divina scriptura omnia edoctos, et a sancto Spiritu ductos, meliorem doctrinam et saluti propinquiorem tenuisse, ac ceteros docuisse. Quare et nos illorum vestigiis indubitanter insistentes, vestram

(1) Palatium Eleutherii appellatum, quod portui eiusdem nominis ad Propontidis littus adiaceret, aedificavit Irene imperatrix Leonis Chazari coniux. Cangius Const. christ. ed. Paris. p. 130.

nuper excogitatam opinionem non admittimus. Ille autem libera huiusmodi sanctorum virorum responsione exterritus, mandat ut illic dispersi nec non in proximis urbi monasteriis detineantur sub tutissima nimirum custodia ceu reatui obnoxii, et adversus regia atque episcopalia mandata contumaces.

28. At enim haud diu ipsius insania desaeviit. Brevi enim divina ultio hunc quoque cum universo exercitu in extera regione pessum dedit. Namque adversus Scythas stultus hic Nicephorus expeditione suscepta, hostili manu confoditur: ut ex hoc etiam manifestum fieret, quod divi patris nostri pro veritate obluctatio, neque temeraria neque improvida esset, sed ex Dei testimonio et olim et nunc firmitatem haberet. Sic ergo infelix princeps occumbens, grande evasit tragoediae argumentum, et maiorem comoediam Romanorum imperium lusit. Completumque in eo est Oseae prophetae vaticinium: « et vos domus regia auscultate, quia vobis iudicium est; quoniam laqueus facti estis speculationi, et tamquam rete expansum in itabyrio, quod venatores defixerunt. Et cadent principes eorum propter imperitiam linguae ipsorum. Haec subsannatio ipsorum in terra Aegypti in sinum ipsorum: quia irritum fecerunt foedus meum, et adversus legem meam impie egerunt. » Iam vero et quod magnus Theodorus contra eundem vaticinatus fuit, praedictis subiungere operae pretium est. Namque in superbiam elatus tum a propriis stipatoribus tum suapte ingenio caesar Nicephorus, et contra Scythas effreni impetu procedens, sacrum nostrum parentem Theodorum in suburbanum locum advocans, orabat eum et per quos-

καινοτομηθεῖσαν οὐ προσιέμεθα δόξαν. Ὁ δὴ καταπλαγεὶς ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ τοῦ ὁσίων ἀνδρῶν πεπαρρησιασμένῃ ἀπολογίᾳ, προστάσσει κατανεμηθῆναι αὐτοὺς εἰς τὰ αὐτόθι, καὶ πρὸς σύνεγγυς τοῦ ἄστεως μοναστήρια φυλαχθησομένους δηλαδὴ ὑπὸ ἀσφαλεστάτην φρουρὰν ὡς κειτοὺς καὶ ἀνηκόους βασιλικῶν τε καὶ ἱεραρχικῶν διατάξεων.

κη'. Ἀλλ' οὐκ εἰς μακρὰν αὐτῷ τὰ τῆς ἀπονοίας ἀπέβη· σωτόμως γὰρ ἡ θεία δίκη καὶ τοῦτον μετελθοῦσα παντρατὶ ἐπὶ τῆς ξένης παρέλυσεν· πρὸς Σκύθας γοῦν ὁ μάταιος στρατοπηδεύσας Νικηφόρος, πολεμικῆς αὐτόθι ἔργον γίνεται χειρός· ὅπως οἶμαι κἂν τούτῳ προφανῶς ἀποδειχθῇ, ὡς ἡ τοῦ θεοφόρου πατέρος ἡμῶν ὑπὲρ ἀληθείας ἔνστασις, οὐκ εἰκαία οὐδ' ἀπρονόητος, ἀλλ' ὑπὸ θεοῦ μαρτυρεμένη καὶ πάλαι καὶ νῦν καὶ τὸ βέβαιον αὐτόθεν ἔχουσα· οὕτως οὖν πεπτωκὼς ὁ δείλαιος ἄναξ, μεγάλης μὲν τραγῳδίας ὑπόθεσις, μείζονος δὲ κωμῳδίας ἡ ῥωμαϊκὴ γέγονεν ἀρχή· καὶ πεπλήρωται ἐπ' αὐτῷ ἡ τοῦ προφήτου Ὡσηὲ προρρησις· * "καὶ ὁ οἶκος τοῦ βασιλέως ἐνωτίσασθε, διότι πρὸς ὑμᾶς ὅτι τὸ κρίμα· ὅτι παγὶς ἐγένεσθε τῇ σκοπιᾷ (1), καὶ ὡς δίκτυον ἐκτεταμένον ἐπὶ τὸ ἰταβύριον, ὃ οἱ ἀγρεύοντες τὸ θήραν κατέπηξαν. Καὶ πεσοῦνται * οἱ ἄρχοντες αὐτῶν διὰ ἀπαιδευσίαν (2) γλώσσης αὐτῶν· διότι ὁ φαυλισμὸς (3) αὐτῶν ἐν γῇ Αἰγύπτῳ εἰς κόλπον αὐτῶν· ἀνθ' ὧν παρέβησαν τὴν διαθήκην μου, καὶ κατὰ τὸν νόμου μου ἐσέβησαν. „ Ὅπερ δὴ εἰς αὐτὸν προεφήτευσεν καὶ ὁ μέγας ὄντως Θεόδωρος, τοῖς εἰρημένοις ἄξιον ὑποσυνάψαι· ὑπερεφρόνει γὰρ ἐπῆρτο μέγα φρονεῖν, καὶ ὑπὸ τῶν ἰδίων ὑπασπιστῶν καὶ ὑπὸ τοῦ φυσικοῦ φρονήματος ὁ καίσαρ Νικηφόρος, καὶ τὴν ὁρμὴν εἶχεν κατὰ τῶν Σκυθῶν ἀνεπίσχετον, μεταστελάμενος τὸν ἱερὸν πατέρα ἡμῶν Θεόδωρον ἐν τοῖς περὶ τὴν πόλεως τόποις, ἠξίου καὶ κατεβιάζετο αὐτὸν διὰ μέσων τινῶν μεγιστάνων

* Os. V. 1. gr.

* Os. VII. 16. et VIII. 1.

(1) Theodorus mopsuestenus in commentario ad Os. a nobis edito: σκοπιὰν, τῶν προφητῶν τὸν σύλλογον λέγει: *speculationem* (seu *speculam*) *dicit prophetarum collegium.*

(2) Mopsuestenus explicat: *ὑπὲρ ὧν ἀπαιδεύτως ἐφθέγγοντο κατ' ἐμοῦ: ob ea quae imperite adversus me locuti sunt.*

(3) Mopsuestenus explanat: οἱ κατὰ τὴν Αἴγυπτον ἐφαύλιζον τὰς εἰς αὐτοὺς γεγενημένας παρὰ τοῦ θεοῦ δωρέας: *qui in Aegypto contempserunt collata ipsis a Deo dona.*

ὀπισθοῦναι ἑαυτὸν τῇ ὑπ' αὐτοῦ ἐφευρεθείσῃ δῆθεν οἰκονομίᾳ· ὁ δὲ ὅσιος ἔνθεος ὥσπερ τῷ πνεύματι ζωόμενος, δηλοῖ αὐτῷ τάδε· σὲ μὲν χρεὼν ἐφ' οἷς πεποίηκας μεταμελεῖσθαι, καὶ μὴ προσιθῆναί τι τῇ καθ' ἡμᾶς πρὸς ⟨Θν⟩ ὅμοιον ἐφέλκειν ὄλισθον· ἐπεὶ δὲ μηδὲν τοιοῦτον βεβουλευμένος τῇ ὧδε ἀποδέχεις, "τάδε λέγει κύριος παντοκράτωρ, ὡς ἐπιστρέφων οὐκ ἐπιστρέψεις τῇ ὁδῷ ᾗ σὺ πορεύῃ σήμερον ἐκεῖ *. „ Ἀμέλει τοι ἀπειθοῦς τούτοις μέδοντος καὶ τὴν προφητείαν τοῦ Θεοφόρου ποιμένος ἡμῶν, ἐν τῇ τῶν Βουλγάρων χώρᾳ τὸν ζῆν μεταστρέψαντος, καὶ Σταυρακίου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ μόλις ἐκεῖθεν τραυματίαν πρὸς τὴν βασιλεύουσαν ἀνακάμψαντος, καὶ ἐν ὅλοις δύο μησὶ τὴν ἀρχῆς κρατήσαντος καὶ παρῳχηκότος, ὁ τούτου ἐπ' ἀδελφῇ γαμβρὸς (1) ἀρχαγγελώνυμος τὴν τοῦ κουροπαλάτου ἀμφέπων ἀξίαν, τὸ βασίλειον διεδέξατο. Ὅστις Μιχαὴλ χριστιανικώτατος ὑπάρχων καὶ πιστὸς ἐν κυρίῳ, ἀνακαλεῖται τοῦ ἐξορίας εὐθὺς σὺν περὶ τὸν μέγαν Θεόδωρον· ἀνεῖσθαι δὲ κελεύει καὶ σὺν καὶ τὰ μοναστήρια ὑπὸ φρουρὰν ὄντας αὐτῷ μαθητάς· ⟨ γίνεται πρέσβυς χρισομίμητος καὶ μεσίτης τῶν διεστώτων, σὺν τῷ πάπᾳ τοῦ πρεσβυτέρας Ῥώμης· καὶ συναύνεσιν ἄμφω, ὁ μὲν δι' ἐπιστολῶν ⟨ἀ⟩παινετικῶν, ὁ δὲ δι' αὐτοπροσώπου συνομιλίας καὶ ⟨ἀ⟩παρακλήσεως, τόν τε ἁγιώτατον πατριάρχην καὶ τὸν θεοπέσιον πατέρα ἡμῶν εἰς ὁμονοίας πρεπωδεστάτην συνάφειαν· τὸν δὴ μοιχοζευξίαν τετολμηκότα τοῦ λειτουργείας ἀπείρξαντες καὶ τὸ ἔμπροσθεν ἐπ' αὐτῷ γεγονυῖαν κρίσιν τοῦ ἀοιδίμου καὶ μεγάλου Ταρασίου· καὶ ὅτω πάλιν Χριστοῦ τοῦ ἀγαθοῦ θεοῦ ἡμῶν χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ, γίνεται γαθερὰ γαλήνη ἐν τῇ αὐτοῦ ἁγιωτάτῃ καὶ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, ἐκ μέσου τῶν σκανδάλων ἀφανισθέντων.

κθ'. Ὁ τοίνυν πατὴρ ἡμῶν Θεόδωρος αὖθις τὴν οἰκείαν μονὴν τοῦ Στουδίου ⟨ἀ⟩παλαβὼν, καὶ τῶν διασπαρέντων αὐτοῦ φοιτητῶν αὐτόθι συνδεδραμηκότων, εἶχετο τοῦ τε πρὸς τὸν πανίερον ⟨πα⟩τριάρχην φιλαιτάτης ὁμοφροσύνης τε καὶ συνδιαθέσεως, καὶ τοῦ πρὸς ⟨θν⟩

* III. Reg. XIII. 9.

f. 152. a.

dam proceres vehementer urgebat, ut excogitatae ab se dispensationi demum consentiret. At vir sanctus divino quasi spiritu instinctus sic illi respondit: te potius oporteret factorum tuorum paenitere, non autem ad mali cumulum nos quoque ad parem lapsum pertrahere. Nunc quia nullo huiusmodi consilio admisso, hinc discedis, haec dicit Dominus omnipotens: « non revertêris per hanc viam qua nunc illuc proficisceris. » Reapse incredulo hoc principe, secundum divi pastoris nostri prophetiam, in Bulgarorum regione occiso, filioque eius Stauracio, graviter vulnerato, ad regiam urbem aegre reverso, et vix bimestre imperium tenente, et mox moriente; sororis eius coniux, archangeli nomen gerens, dignitate curopalata, imperium capessivit. Michaël, inquam, cum christianissimus esset, et in Domino fidelis, revocavit statim ab exilio magnum Theodorum; pariterque dimitti iussit quotquot in monasteriis sub custodia erant eiusdem discipuli: fitque legatus, Christi exemplo, et mediator inter dissidentes, suffragante senioris Romae papa. Dantque ambo operam, hic quidem per litteras monitorias, ille personali alloquio et adhortatione, ut sanctissimus patriarcha, et divus parens noster, honestissimo concordiae vinculo iungantur: denique adulterini coniugii copulatorem sacro ministerio interdicunt, iuxta latam antea in illum sententiam ab inclyto et magno Tarasio. Atque ita denuo, per Christi clementis Dei nostri gratiam et benignitatem, fit pax stabilis in sanctissima et catholica ipsius ecclesia, scandalis de medio ablatis.

29. Ergo parens noster Theodorus rursus in Studii monasterium se recipiens, et dispersis eius discipulis illuc confluentibus, fovebat cum sacratissimo patriarcha amicissimam concordiam et unanimitatem, et docendis more solito discipulis

(1) Michaël hic habebat uxorem, Nicephori filiam Procopiam, Stauracii sororem. Erat ergo Nicephori, non Stauracii, γαμβρός.

suis operam navabat, mores eorum didactica oratione ad perfectae obedientiae habitum informans, et incidentes illis, lapsu temporis, proprii amoris sordes, adhortationum spongia diligenter abstergebat: atque ita rursus Dei verbum crevit, et discipulorum turba magnopere proficiebat augebaturque. Eratque vere hic decentissimus locus varii instar atque uberis horti, omne genus rationalium plantarum habens, in quibus quaelibet scientiae species, quasi maturus fructus utiliter spectabatur. Etenim una cum summa coenobiticae disciplinae practicaeque quantum licet philosophiae perfectione, ne liberalium quidem artium expertes erant. Sed et grammaticae apud eos accurata doctrina tradebatur, qua recte scribendi forma studentibus imprimitur, et legendi usus ingeritur: insuper philosophiae artificium, et paternorum dogmatum memoriter recitatio: quibus adiumentis ad cuiusvis haereseos nugas evertendas acumen disserendi adquirebant, veracibus syllogismis utendo et conclusionibus. Ex qua disciplina scitissimi calligraphi, hieropsaltae, contaciarii, et canticorum auctores, poëtae, lectores eximii, melodi, et versificatores in Christo emerserunt. Similiter artium quoque plebeiarum exercitia omnium propemodum apud ipsos reperiebantur; unde textores, sartores, sutores, tabernaculorum vel stragulorum factores, minutorum operum artifices, architecti, canistrorum, et delicatarum rerum opifices; item qui igne ac ferro vasa utensilia operantur, in hoc terrestri caelo conspiciebantur; qui omnes bene composito ordine ac regula in officinis quisque suis sedebant, et divinas Davidis cantilenas manuum labori admiscebant. Eratque videre vineam Domini sabaoth late frondentem, et mundanae potentiae montes umbra sua cooperientem;

ἑαυτοῦ μαθητὰς ἐξ ἔθους διδασκαλίας, τὰ τούτων ἤθη τῷ διδακτικῷ λόγῳ πρὸς ὑπακοῆς τελείας ῥυθμίζων διάθεσιν, καὶ τὴν παρεμπεσόντα αὐτοῖς ἐκ τῆς χρόνου τῆς αὐταρεσκίας ῥύπον, τῇ τῆς νουθεσίας ἐμμελῶς ἀπαλείφων σπογγιᾷ· καὶ οὕτω πάλιν ὁ λόγος τοῦ θεοῦ ηὔξανεν, καὶ τὸ σίφος τῶν μαθητῶν ἐβελτιοῦτο αὐξανόμενον σφόδρα· καὶ ἦν ἀληθῶς ὁ εὐπρεπέστατος οὗτος χῶρος οἷά τις ποικίλος καὶ εὐθαλὴς παράδεισος, ἐκ παντὸς γένους φυτῶν λογικῶν ἐν ἑαυτῷ φυλάττων, ἐν οἷς πᾶν εἶδος ἐπιστήμης ὥσπερ τις καρπὸς ὡσπέρους χρησίμως ἐθεωρεῖτο· μὴ γὰρ εἰς ἄκρον κοινοβιακῆς εὐταξίας καὶ πρακτικῆς ὡς ἔνι φιλοσοφίας, ἀλλὰ τῶν λογικῶν ἀμέτοχοι καθεστήκεσαν τεχνῶν· ἀλλὰ καὶ γραμματικῆς παρ' αὐτοῖς ἐφιλοπονεῖτο κατόρθωσις, δι' ἧς ἥ τε πρὸς τὸ γράφειν ὀρθῶς ἐγγίνεται τοῖς πεπονηκόσιν εἴδησις, καὶ ἡ πρὸς τὴν ἀνάγνωσιν ἐντυποῦται αὐτοῖς ἠθικότης· καὶ φιλοσοφίας ἢ τεχνολογία καὶ δογ- f. 152. h.
μάτων πατερικῶν ἀποστήθησις, δι' ὧν πάσης αἱρέσεως φληνάφους ἀνατρέπειν εἶχον ἰσχνομυθίας, συλλογισμοῖς ἀληθείας καὶ συμπεράσμασι γρώμενοι· ἐξ ὧν σοφώτατοί τε καλλιγράφοι καὶ ἱεροψάλται, κονδακάριοί τε, καὶ ἀσματογράφοι, ποιηταί τε καὶ ἀναγνῶσται πρώτιστοι, μελισταί τε καὶ ἀοιδόποροι ἐν Χριστῷ ἐξεφάνθησαν· ὁμοίως ἢ καὶ αἱ τῶν βαναύσων τεχνῶν ἐπιτηδεύσεις καθ' ὅλα ὡς εἰπεῖν παρ' αὐτοῖς ηὑρίσκοντο· ὅθεν ὑφάνταί τε καὶ ῥαφεῖς, σκυτοτόμοι τέ καὶ σκηνοποιοί, λεπτουργοί τε καὶ οἰκοδόμοι, κανοποιοί τε καὶ μαλακουργοί, καὶ οἱ διὰ πυρὸς καὶ σιδήρου τὰ λειτουργικὰ κατασκευάζοντες σκεύη, παρὰ τῷ ἐπιγείῳ τούτῳ ἐθεωρῶντο οὐρανῷ· πάντων μὴ εὐταξίας καὶ ῥυθμοῦ ἐν τοῖς τόποις καθεζομένων τῶν ἰδίων οἰκονιῶν αὐτῶν, καὶ τὰ θεῖα τοῦ Δαυὶδ τῷ τῶν χειρῶν ἔργῳ ἀναμιγνύντων τερετίσματα (1)· καὶ ἦν ἰδεῖν τὴν ἀμπελῶνα κυρίου σαβαὼθ εὐκλήματοῦσαν, καὶ ὄρη κοσμικῆς δυναστείας ὑπὸ τῆς σκιᾶς αὐτοῦ καλύπτοντα· ἀλλὰ καὶ τὰς νοητὰς αὐτοῦ ἀναδενδράδας ὑπερηρ-

(1) Confer apud nos in tomo quinto epitimia et constitutiones monasterii Studii. Sapienter sane prisci monachi corporali etiam labori instandum censebant; nihil enim deterius otio est.

μένας τῶν κέδρων τῶν θεοῦ, καὶ ἕως θαλάσσης τὰ κλήματα αὐτοῦ ἐκτεταμένα, καὶ ποταμῶν ἄχρι τὰς παραφυάδας αὐτοῦ· ἔνιοι γὰρ τῶν προβεβηκότων πόνων τὲ ἀρετῆς καὶ ἡλικίᾳ γήρως τῆς αὐτοῦ μεγίστης μαθητείας, ἀφορμὴν ξενητείας τὴν ὑπόθεσιν τῆς προειρημένης ἐπιδραξάμενοι διαστάσεως, μετὰ τὸ ἀφεθῆναι αὐτοὺς τῶν καθείρξεων, ἢ καὶ πρὸ τούτων διεσπάρησαν κατὰ διάφορα τῆς ὑπουρανὸν κλίματα, ἐν οἷς καὶ σκηνώσαντες, κάλλιστα τῇ συνεργείᾳ τῶν ἁγίου πνεύματος συνεστήσαντο μοναστήρια, τὴν ἐπωνυμίαν τοῦ Στουδιώτου μέχρι τῶν νῦν ἐπιφερόμενα.

f. 153. a. λ'. Οὕτω τοιγαροῦν εὐδρομούσης τῆς τῶν Χριστοῦ ποίμνης, καὶ ἐκκλησιῶν τῶν θεοῦ τοῖς ὀρθοδόξοις τῆς πίστεως δόγμασι καλῶς ἰθυνομένων καὶ αὐξανομένων, ὗς τις κάκιστος ἐκ δρυμοῦ τῆς Ἀρμενίων φύτλης ἀποῤῥαγεὶς ἐκώμασε, καὶ ἀθρόον ταύτην ὡς οἷα μονιὸς κατενεμήσατο ἄγριος. Λέων γὰρ ὁ τῆς ἀνατολῆς στρατηγὸς, ἐκτετιμηκὼς μᾶλλον τὸ ἔξω φέρεσθαι τῶν καθήκοντος, τὴν ὑπὸ χεῖρα αὐτοῦ δωροδοκήσας στρατὸν, καὶ σὺν τούτων ἀρχηγοὺς τῶν ὑποσχέσεσι τῶν μειζόνων σύμφρονας ἑαυτοῦ καταστησάμενος ἀξιωμάτων, ἀνταρσίαν ὠδίνει κατὰ τῶν φιλοχρίστου ἄνακτος Μιχαήλ· ἐλθὼν δὲ ἐπὶ τὰ θρᾳκῶα μέρη οὐ πόῤῥω τῆς βασιλευούσης, ἀνακηρύττεται ὑπὸ τῶν δῆθεν μακεδονικὴν εὐστάθειαν ἐπιδεικνυμένων, Αὔγουστος· ἐκεῖθεν τὲ ἀπάρας, μηδενὸς ἀντιπράττοντος εἰσγαύνει εἰς τὰ βασίλεια, βασιλεὺς εἰκονοκλάστης πρὸς τῶν ἰδίων δορυφόρων ἀναφανδὸν φημιζόμενος· οὕτω τοίνυν ἐπιδραξάμενος τῆς βασιλικῆς ἀρχῆς ὁ βίαιος σὺν θρᾷξ (1), ἅτε δὲ ὅλως τῷ τῆς ὑποκρίσεως τεθωρακισμένος προβλήματι· αὐψευδὴς γὰρ ὁ εἰρηκὼς " οὐχ ἁπλοῦν γένος εὑρίσκω σὺν Ἀρμενίους, ἀλλὰ καὶ λίαν κρυπτὸν καὶ ὕπουλον (2) „ ἐν ἀρχῇ τῆς ἑαυτοῦ τυραννίδος, οὐ γὰρ εἴποιμι βασιλείας, εὐσέβειαν ὑποκρίνεται· ἔπειτα μετὰ τὸ περιγενέσθαι τῶν

sed et spiritalia eius arbusta cedros Dei superare, et usque ad mare palmites eius extensos, et propagines eiusdem usque ad flumina. Nonnulli enim ex iis, qui eximio Theodori magisterio exculti, et virtutum labore inveterato exerciti, occasionem peregrinandi ex praedictis publicae rei perturbationibus nacti sunt, postquam custodiis emissi fuerunt, immo et antea per diversa orbis climata discurrentes, ibique habitantes, pulcherrima sancto Spiritu cooperante monasteria condiderunt, quae Studitani nostri appellationem adhuc gerunt.

30. Sic igitur Christi ovili felici statu utente, et orthodoxis fidei dogmatibus ecclesiis Dei praeclare rectis et auctis, quidam de silva sus pessimus, Armeniorum de trunco erumpens pullulavit, subitoque vineam tamquam aper ferus depopulatus est. Leo scilicet orientis praefectus, ditionis propriae fines egredi permissus, facta exercitui suo pecuniae diribitione, ducibus autem maiorum graduum promissione in suam sententiam adductis, contra religiosum Michaëlem imp. rebellat, et in thracicas partes haud procul urbe regia progressus, ibi ab iis qui macedonicum praesidium constituebant, Augustus proclamatur. Indeque digrediens, nemine resistente, regium palatium occupat, princeps iconoclasta a suis ipsismet stipatoribus publice famigeratus. Sic igitur occupato imperio violentus hic thrax, quum esset totus hypocriseos lorica munitus; verax est enim qui dixit: « haud simplex esse comperio genus Armeniorum, sed valde arcanum et subdolum » initio suae tyrannidis, non enim regni dicam, orthodoxiam simulat. Mox rerum politicarum, ut volebat, potitus, hypocriseos persona

(1) Cur dicitur *thrax* Leo gente armenius? Quia scilicet relictus a Michaële imp. in Thracia ob eam provinciam tutandam, ipse seditionem molitus inde se commovit adversus legitimum principem, et Constantinopolim cum exercitu veniens, imperium occupavit. Cedrenus ed. Paris. T. II. p. 484. Id ipsum aliis verbis noster quoque biographus innuit. *Thrax* igitur hoc loco quasi contemptim dicitur, propter seditionis originem.

(2) S. Gregorius naz. or. XLIII. 17.

abiecta, impudenter nudat pravi cordis sui morbum reconditum; seque furoris execrandi Constantini Copronymi, impietatisque et adversus Christum odii, successorem ostendit; dicens, non oportere Christi imaginem venerari, neque eius quae illum immaculata ratione peperit sanctae semperque Virginis, neque ceterorum iustorum atque sanctorum, quoniam eae idolorum similitudinem gererent.

31. Nesciebat nimirum stultus, quod quorum prototyporum contrarium subiectum est, horum sine dubio etiam adiectiva contrarias habent appellationes: et quarum rerum bonarum nomina usurpamus in prototypo, ea pravarum in archetypo adhibitarum appellationum destructiva omnino sunt. Quamobrem et horum adiectiva, ratione homonymiae prototypis assimilata, ipsorum videlicet appellationem gerent, bonorum bonam, malorum malam. Quum igitur dominus ac Deus noster Iesus Christus, falsi idolorum polytheismi extinctor fuerit, huius profecto gloriosa imago idolico subiecto aliena erit: neque boni prototypi adiectivum, rei malae umquam subserviet. Sicut vice versa fit. Illa enim quae contraria est physicae archetyporum qualitati pictura, congruam trahet et accommodabit adiectivo suo appellationem ac vim: nam neque ignis qualitas umquam refrigerabit, neque mellis natura amaritiem utenti ingeret. Proptereaque nemo intellectu ac ratione praeditus, contraria de contrariis praedicabit, neque haec sibi invicem causas fieri prorsus dicet. Potest insuper ex ipsa etymologia differentia eorum ac diversitas cognosci. Etenim idolum dicitur quasi idea doli: est quippe dolus et fraus, falsus idololatriae polytheismi cultus, lon-

πολιτικῶν ὡς ἐβούλετο πραγμάτων, τὸ τῆς ὑποκρίσεως ἀποῤῥιφάμενος προσωπεῖον, ἀναίδην ἀπογυμνοῖ τῆς πονηρᾶς αὐτῷ καρδίας τὸ ἀπόθετον νόσον· ὃς τῆς τῶν ἀλιτηρίων ἐμπληξίας Κωνσταντίνου τοῦ Κοπρωνύμου, θεοεχθείας καὶ χριστομανίας, διάδοχον ἑαυτὸν ἀποδεικνὺς, καὶ φάσκων μὴ δεῖν προσίεσθαι τὴν εἰκόνα τοῦ Χριστοῦ, μήτε τῆς ἀχράντως αὐτὸν τεκούσης ἁγίας ἀειπαρθένου, καὶ τῶν λοιπῶν δικαίων καὶ ὁσίων, ὡς τοιούτων ἀφομοιωμάτων εἰδώλοις προσεοικότων. f. 153. b.

λα'. Οὐκ εἰδὼς ὁ παράφρων, ὡς ὢν τὰ πρωτότυπα ἀντικειμένην ὑπόληψιν ἔχουσιν, τούτων προδήλως καὶ τὰ παράγωγα προσηγορίας ἀποίσεται τὰς ἐναντίας· καὶ ὧν περ ἀγαθῶν τὰ ὀνόματα λαμβάνομεν πρωτοτύπως, ἀναιρετικὰ πάντως πεφύκασιν τῶν ἀρχετύπως λαμβανομένων πονηρῶν ὀνομασιῶν (1)· τοίγαρτοι καὶ τούτων παράγωγα τῷ λόγῳ τῆς ὁμωνυμίας τοῖς πρωτοτύποις παρεοικότα, τὴν ἐκείνων ἔξωσιν ὀνομασίαν δήπουθεν, ἀγαθὴν ἀγαθοῦ, καὶ πονηροῦ πονηράν· οὐκοῦν ἐπειδὴ ὁ κύριος ἡμῶν καὶ θεὸς Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ἀναιρετικὸς πέφυκεν τοῦ πολυθέου τῶν εἰδώλων πλάνης, ἀλλότριον ἔσται δηλονότι καὶ τὸ τούτου εὐκλεὲς ἐπιμαγεῖον τῆς εἰδωλικῆς ὑπολήψεως· καὶ οὐκ ἄν ποτε ἀγαθοῦ πρωτοτύπου παράγωγον, γένοιτ' ἂν κακίας συνήγορον· ὥσπερ οὖν καὶ ἔμπαλιν· ἡ γὰρ κατ' ἐναντίωσιν φυσικῆς ποιότητος τῶν ἀρχετύπων γραφὴ, πρὸς κατάλληλον ἕλξει καὶ προσαρμόσει τῷ ἰδίῳ παραγώγῳ κλῆσίν τε καὶ ἐργασίαν· οὐδὲ γὰρ ἂν ποιότης πυρὸς ψύχειν ποτὲ καταδέξοιτο, οὐδὲ πάλιν μέλιτος ἐνέργεια πικρότητα ἐμποιήσει τῷ κεχρημένῳ· καὶ τούτου χάριν οὐδείς πω τῶν ἐχόντων σύνεσιν καὶ λογισμὸν ἐπιδεχομένων, τἀναντία τοῖς ἐναντίοις κατηγορήσειεν, καὶ ἀλληλαίτια ταῦτα προσείποι τὸ σύνολον· ἐνὸν ἦ καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς ἐτοιμολογίας τῶν διαίρεσίν τε καὶ ἑτερότητα τῶν

(1) Summa ratiocinii haec est: bonarum rerum bonae sunt imagines et reverendae; malarum autem (puta idolorum) imagines quoque malae sunt et detestandae. Haec autem multo uberius et enucleatius tractat apud nos S. Nicephorus in antirrhetico I. n. 28. et seqq. Et videsis etiam adnotationes nostras ad lat. eiusdem auctoris interpretationem.

τοιούτων συνιδεῖν πάλιν· εἴδωλον μὲν γὰρ
f. 151. a. εἴρηται ὡς εἶδος δόλε· δόλος γὰρ ἀληθῶς
καὶ ἀπάτη ψευδώνυμος καὶ εἰδωλολατρείας
πολυθεΐα, πόρρω βάλλεσα τοῦ κατὰ φύσιν
ὄντος Θεοῦ, καὶ πρὸ κτίσιν ἐπανιστᾶσα κατὰ
τοῦ δημιουργήσαντος αὐτὴν δεσπότου· ὅθεν
οὐκ ἂν τὸ τοιοῦτον, εἰκὼν πρὸς τὸ ὑγιῶς
ἐχόντων τὸ φρονεῖν ὀνομασθήσεται· καὶ
πῶς ἔσαι ταυτὸν εἴδωλον καὶ εἰκὼν, συνι-
δεῖν οὐκ ἔχω· εἰκὼν ἢ λέγεται παρὰ τὸ
ἐοικέναι τῷ ἀρχετύπῳ, εἴτε ὁσίε ὁσία, εἴτε
ἁγίε ἁγία· καὶ τοσοῦτον γε ἔχουσα τὸ εἰκὸς
ὡς καὶ τῇ τοῦ παραδείγματος ταυτίζεται προσ-
ηγορίᾳ· πολλάκις γὰ ἐπὶ τοίχε γραφῆς δέν-
δρων ἢ ὀρνέων εἰκόνας ἰδόντες, οὐ φαμὲν
ὅτι φοίνικος εἰκὼν τόδε, ἢ ὅτι γεράνε τυ-
χὸν σκεύασμα τὸ ὁρώμενον· καίπερ τοῦτο
(οὐ) ταῦτα, ἀλλὰ φοίνιξ καὶ γέρανος· οὕτω
γοῦν καὶ σαυρᾶ τύπον ἰδόντες, σαυρὸν ὀνο-
μάζομεν· ὡσαύτως ἢ καὶ ἐπὶ τῶν ἁγίων εἰκό-
νων, ἢ καὶ τῶν ἑτέρως ἐχόντων· ἡ γὰ εἰκὼν τοῦ
Χριστοῦ, Χριστὸς ὀνομάζεται καὶ τὸ ἀνάλο-
γον· καὶ ἡ τοῦ ἁγίε Γεωργίε φέρε εἰπεῖν, ὁ
ἅγιος Γεώργιος κεκλήσεται· ὥσπερ οὖν καὶ ἡ
τοῦ βασιλέως εἰκὼν, βασιλεὺς ὀνομάζεται,
κατ' οὐδὲν διενηνοχυῖα οὗ ἔστιν εἰκὼν, ἢ καὶ
τὸ κατ' οὐσίας οὐχ ὁμοχυές.

λβ'. Ὧν οὐδὲν ὁ Θυμολέων ἐκεῖνος καὶ
τὸ φρένα παχὺς ἐπισάμβους, εὑρὼν σκεύη
ὀργῆς κατηρτισμένα εἰς ἀπώλειαν, ἡλικάς
τινας ἀπερρωγότας ἀργοὺς καὶ ἐθάδας κα-
κῶν, μειρακείων τὲ ὡς ἀληθῶς ἀπατεῶ-
νας, καὶ τὰ σώματα πρὸς κάλλος ἀσκοῦν-
τας, συμβαίνοντας τοῖς αὐτοῦ θυμήμασιν,
προσφθείρεται αὐτοῖς (1), καὶ δι' αὐτῶν
τὸ ἀθέμιτον καὶ Θεοστυγὲς διαγγέλλῃ
τοῖς πᾶσι κήρυγμα· ἐν οἷς ἐξῆρχεν ἄλλος
f. 154. b. τις Ἰαννὴς, ἀλλ' οὐχὶ Ἰωάννης καλεῖσθαι
ἄξιος, ὡς ἐν τῷ λαβυρίνθῳ φέρεται πρῶ-
τος, καὶ Ἀσυρίους ἀναφυεὶς ἐκ γῆς ἄν-
θρωπος, μύθῳ οὐκ ἀληθείᾳ, πρωτοπα-
γὴς αὐτοῖς ληρῳδούμενος, ὁ δικαίως ἐπι-
κληθεὶς λεκανόμαντις· ἅτε γραμματικῆς
ἐμπειρότατος ὢν ὑπὲρ τοὺς λοιποὺς, καὶ

ge a veri Dei natura recedens, et creaturam domino ipsius creatori opponens. Quamobrem res huiusmodi ab iis, qui sana mente sunt, numquam imago appellabitur. Et quomodo idolum idem sit atque imago, intelligere nequeo: namque imago dicitur, quia hinc imaginamur archetypum, sive veneranda venerandi, sive sancta sancti. Quae quidem tantam habet congruentiam, ut exemplari suo appellatione aequiparetur. Saepe enim pictarum in pariete arborum aut avium imagines intuentes, haud dicimus, haec est palmae pictura; aut quod gruis, puta, figura sit quae spectatur: sed quamquam haec ita re vera sint, attamen palmam gruemque dicimus. Sic itaque crucis etiam typum spectantes, crucem eam appellamus. Pari ratione utimur etiam circa sanctas imagines, vel diversum quodlibet: nam Christi imago, Christus nominatur propter analogiam; et sancti Georgii, exempli gratia, imago, sanctus Georgius appellabitur; veluti regis quoque imago, rex nuncupatur, quia nihil ab eo differt cuius est imago, nisi quod substantiâ constat haud homogeneâ.

32. Quorum nihil reputans rabidus ille Leo et mente crassus, nactus etiam vasa irae ad perniciem fabrefacta, coaetaneos aliquot dissolutos, otiosos, et vitiis assuetos, atque adolescentulorum ut vere dicam deceptores, corpora sua ad venustatem componere solitos; hos inquam voluntatibus suis habens obnoxios, cum iisdem corrumpitur, perque ipsos illicitum et Deo odibilem doctrinam publice proponit. Inter quos erat Iannes alter, non vero Iohannes vocari dignus, veluti in labyrinthum primus ingreditur, homo terrae filius, Assyria oriundus, fabularius potius quam verax, novus apud istos scurra, et merito dictus Lecanomantis (patinarius vates); prae ceteris grammaticae

(1) Sic loquitur de Leonis armenii moribus etiam Georgius monachus in novis imperatoribus num. 12.

peritus, et pessimae omnium falsitatis daemoniacum apprime organum; improbissimi denique ingenii homo, et magnis turbandis rebus idoneus. Ac primo quidem (Leo) rectâ aggreditur munitissimam et victoriae homonymam (Nicephorum) turrim orthodoxae fidei, sententiam eius explorando; ut eum timidum atque elinguem inter consectaneos suos efficeret; modo mundanarum rerum promissiones, non tamen secundum Deum viventibus gratas, obiiciendo; modo autem tentationum nimbos, et vitae huius laboriosas aerumnas. Postquam vero constantiam praeclari praesulis sensit, eumque spem suam supereminere experimento cognovit; imperator in throno residens, sancto patriarcha ad se vocato, supercilio ritu leonis adducto, eructavit abditam impurae animae suae faecem, aberrasse a fide dicens veritatis sacerdotes, et divinarum rerum doctores; ideoque nunc de dogmatibus sermones commoveri oportere; ut dissidentium opinionum facta ventilatione, rectum a pravo, suffragiis dinumeratis discernatur, ratumque habeatur. Post haec, prout quisque paratus erat, ex his qui vocati fuerant, imperatori respondit, absurdas refutans fabulationes, testimoniisque de sacra scriptura petitis, et dogmaticis patrum doctrinis, sacrarum imaginum cultum defendens. Postquam vero, his auditis, in medium produxit homines malorum horum auctores, et mendacii studiosos, adhortans ut disputatio ab utraque parte coram se de proposita quaestione fieret, patres nostri insanabilem eius mentem satis cognoscentes, in colloquium venire cum hominibus cavillari per iocum solitis non oportere iudicarunt, praesertim incorrupto iudice non inter-

τῆς πάντων ἀφυεστάτης ψευδολογίας δαιμονιώτερον ὄργανον· πονηρότατός τε πεφυκὼς ἄνθρωπος, καὶ ταράξαι μεγάλα πράγματα φύσιν ἔχων (1). Καὶ πρῶτα μὲν προσβάλλει ἀμέσως τῷ ὀχυρωτάτῳ καὶ τροπαιονύμῳ πύργῳ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, ἀπόπειραν ποιούμενος τῆς αὐτοῦ γνώμης, δειλὸν αὐτὸν καὶ ἄστομον πρὸς τὰ ἰδίων σιγηθεὶς συμφασιστῶν, πῆ μὲν ὑποσχέσεσι κοσμικαῖς ἀλλ' οὐ κατὰ θεὸν ζῶσιν αὐτῷ προτεινόμενος· πῆ δὲ πειρασμοῖς νιφάδας καὶ τὰς βίου τοῦδε πολυπόνους ἐπιφοράς· ὡς ὃ τὸ ἀκράδαντον ἤσθετο τοῦ γενναίου ἱεροφάντορος, καὶ πολὺ πλεῖον ἐλπισθέντων ὑπερανεστηκότα τοῦτον τῇ πείρᾳ κατέμαθεν, καθίσας ἐπὶ θρόνου, καὶ θεὸν ἀμφὶ τὸν ἅγιον πατριάρχην μετατέμπτους ποιησάμενος, ἠρεύξατο λεοντιδὸν ἐπηρμένῃ ὀφρύϊ τὰ ἄρρητα τῆς ἐναγοῦς ψυχῆς αὐτοῦ, ἐσφάλθαι λέγων θεοῦ τῆς ἀληθείας μύστας καὶ τῶν θείων εἰσηγητὰς κατὰ τὴν πίστιν· καὶ διὰ τοῦτο χρῆναι θεοῦ περὶ δογμάτων ἐπὶ τὸ παρόντος ἀνακινεῖσθαι λόγους· ὅπως τῇ ἐποπτίᾳ τῶν διαφόρων δοξῶν, τὸ κρεῖττον ἀπὸ τοῦ χείρονος τῇ τῶν πολλῶν ἐγκρινόμενον ψήφῳ τὸ κύρος λάβοι· πρὸς δὴ ταῦτα ὡς ἕκαστος ἦν παρεσκευασμένος τῶν εἰσκληθέντων, ἀπελογεῖτο τῷ βασιλεῖ, τὰς αὐτοῦ ἐκτόπους ἀνασκευάζοντες μυθολογίας γραφικαῖς μαρτυρίαις καὶ πατρικαῖς δογματοθεσίαις τε τῶν σεπτῶν εἰκόνων παριστῶντες προσκύνησιν· ἐπεὶ δὲ μὴ τὸ ἀκέσασθαι ταῦτα, θεοῦ ἐφευρετὰς τῶν κακῶν καὶ τῷ ψεύδει χαίροντας εἰς μέσον προὐβάλλετο, παρεγυμνῶν διάλεξιν ἀμφοτέρων ἐπὶ αὐτοῦ περὶ τῶν προκειμένων γενέσθαι, οἱ καθ' ἡμᾶς πατέρες τὸ ἀνίατον αὐτοῦ τῆς γνώμης προγινώσκοντες, μὴ δεῖν εἰς λόγους ἐλθεῖν μὴ πρὸς ἐρεσχελεῖν ἠθέως συνηθισμένων ἔκριναν, μάλιστα κριτοῦ μὴ μεσάζοντος ἀδεκάστως (2)· f. 155. a.

(1) Ita etiam Simeon magister in annalibus ed. Paris. p. 403. Ἰωάννην τὸν λεγόμενον γραμματικόν, ἄλλον Ἰωάννην μᾶλλον etc. Hic etiam patriarchatum aliquamdiu tenuit. Ephraemius chron. v. 10012.

(2) Reapse publicarum cum haereticis disputationum raro aliquis fructus existit; quia hi praeiudicatam aemulamque mentem gerentes, veritatis argumentis sunt impervii. Privata utilius colloquia cum eis miscentur, aut didacticis libris agitur.

πρὸς οὓς ἀγαναχτικῶς φερόμενον τὸν ὠμότατον, ὁ πυρίπνους θεωρῶν στύλος τῆς εὐσεβείας Θεόδωρος τάδε φησὶ πρὸς αὐτὸν ἀποτόμως.

λγ'. Τί δήποτε καὶ ὅτε χάριν, ὦ βασιλεῦ, τὴν ἐκκλησίας τοῦ θεοῦ εἰρηνευούσης, κλύδωνα καὶ ζάλλω ἐν αὐτῇ ἀναρριπίζειν προήχθης; τί τὰ καλῶς ἐκριζωθέντα τῆς ἀσεβείας ζιζάνια καταφυτεύειν καὶ αὐτὸς ἐν μέσῳ τῷ θείῳ καὶ ἐκλεκτοῦ τοῦ κυρίου λαοῦ, ἀδιακρίτως ἐπείγῃ; οὐκ ἤκουσας τοῦ μακαρίου Παύλου τοῦ ἀποστόλου Τιμοθέῳ γράφοντος * "παράγγελλε αὐτοῖς μὴ ἑτεροδιδασκαλεῖν μηδὲ προσέχειν μύθοις καὶ γενεαλογίαις ἀπεράντοις, αἵτινες ζητήσεις ματαίας παρέχουσι μᾶλλον ἢ οἰκονομίαν (1) θεοῦ τὴν ἐν πίστει". „Καὶ πάλιν *. "Εἴ τις ἑτεροδιδασκαλεῖ, καὶ μὴ προσέρχεται ὑγιαίνουσι λόγοις καὶ τῇ κατ' εὐσέβειαν διδασκαλίᾳ, τετύφωται μηδὲν ἐπιστάμενος, ἀλλὰ νοσῶν περὶ ζητήσεις καὶ λογομαχίας, ἐξ ὧν γίνονται φθόνοι, ἔριδες, βλασφημίαι, ὑπόνοιαι πονηραὶ, διαπαρατριβαὶ κατεφθαρμένων ἀνθρώπων τὸν νοῦν, καὶ ἀπεστερημένων τῆς ἀληθείας, νομιζόντων πορισμὸν εἶναι τὴν εὐσέβειαν· ἀφίστασο ἀπὸ τῶν τοιούτων". „Καὶ αὖθις *. "Ταῦτα ὑπομίμνησκε διαμαρτυρόμενος ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, μὴ λογομαχεῖν εἰς οὐδὲν χρήσιμον ἐπὶ καταστροφῇ τῶν ἀκουόντων· ἀλλὰ καὶ τὰς βεβήλους καινοφωνίας περίστασο, εἰδὼς ὅτι γυμνῶσι μάχας". „Συνέπεται τούτοις καὶ ὁ θεοφόρος Ἰγνάτιος (2)· "προφυλάσσω ὑμᾶς, λέγων, ἀπὸ τῶν θηρίων τῶν ἀνθρωπομόρφων αἱρετικῶν· οὓς οὐ μόνον οὐ δεῖ ὑμᾶς ἀποδέχεσθαι, ἀλλ' εἰ δυνατὸν μηδὲ συναντᾶν". „Τούτων τοιγαροῦν οὕτω διωρισμένων, καὶ τοῦ πρὸς αὐτοὺς δυσεβεῖς αἱρετικοὺς ὁμιλίας ἡμᾶς ἀπαγόντων, τίς λοιπὸν πεῖσαι ἡμᾶς δυνήσεται ἐλθεῖν εἰς λό-

* I. Tim. I. 3.

* I. Tim. VI. 3.

* II. Tim. II. 14.

f. 155. b.

veniente. Contra quos indignatum cernens crudelissimum tyrannum, ignea orthodoxiae columna Theodorus, sic eum adamussim fidenterque allocutus est.

33. Cur vel quam ob causam, o imperator, in pacifica Dei ecclesia turbinem ac tempestatem concitare voluisti? Cur egregie extirpata impietatis zizania, tu quoque plantare in medio Domini populo pretioso et electo temere studes? Non audisti beatum Paulum Timotheo scribentem? « Praecipe ne aliter doceant, neque intendant fabulis et genealogiis interminatis, quae quaestiones stultas praestant magis, quam dispensationem Dei, quae est in fide. Et rursus. Si quis aliter docet, et non acquiescit sanis sermonibus, et ei quae secundum pietatem est doctrinae, superbus est, nihil sciens sed languens circa quaestiones et pugnas verborum: ex quibus oriuntur invidiae, contentiones, blasphemiae, suspiciones malae, conflictationes hominum mente corruptorum, et qui veritate privati sunt, existimantium quaestum esse pietatem. Haec tu fuge. » Et denuo. « Haec commone, testificans coram Domino, ne contendant verbis, quae ad nihil utilia sunt, nisi ad subversionem audientium. Sed et profanas vocum novitates devita, sciens quod pugnas gignunt. » Adstipulatur his divus quoque Ignatius. « Cavendum vobis aio a beluis in figura hominum haereticis, quos nedum ad consortium admittere, ne in conspectum quidem nostrum venire, si possibile est, oportet. » His ita constitutis, et colloquio cum haereticis nobis interdicto, quis de cetero nobis persuadere poterit, ut sermones seramus cum canonum et prisca-

(1) Vulgatus latinus legebat οἰκοδομίαν *aedificationem*.

(2) Biographus sirmondianus non dixerat hoc esse Ignatii martyris dictum, sed cuiusdam antiqui. Nunc noster vero nomine Michaël biographus citat nominatim Ignatium. Videtur autem Theodorus in sermone suo respexisse ad verba Ignatii in epistola ad Ephesios n. 7. ubi de haereticis: οὓς δεῖ ὑμᾶς ὡς θηρία ἐκκλίνειν· εἰσὶν γὰρ κύνες λυσσῶντες, λαθροδήκται, οὓς δεῖ ὑμᾶς φυλάσσεσθαι. Ceteroqui nos Script. vet. T. VII. p. 22. locum Ignatii recitavimus ex epistola ad Tarsenses, qui in editis non apparebat. Hoc autem adnotamus propter renatam nuper apud Anglos de varietate epistolarum Ignatii in codicibus editisque libris controversiam.

rum fidei regularum violatoribus, et divinis scripturis audacter ad multorum deceptionem abutentibus? Nam quemadmodum Iannes ac Iambres obstiterunt famulo Dei Moysi, sic et isti veritati contradicunt proprio ambitu inescati, et illo, quod plurimorum pernicies est, turpi lucro. Sed non ultra proficient, ut ait scriptura; insipientia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut et illorum fuit. Verumtamen hoc ipsum hactenus extra debitum officium fecimus, de illorum scilicet insipientia vel modicum hodie coram te disserendo. Nam de eo, qui contrariam multitudinis sensui sententiam prae se fert, sollicitum esse, stultum est, sicut etiam in profano proverbio est.

34. At vero tyrannum his auditis magnopere indignatum aiunt dixisse: ergo inutilia facere videor tibi, domne Theodore? Prope mihi persuades, ut verbum aliquod tibi sane non utile proferam, ne omnino in monasterium reverti queas. Quibus verbis oblique iactis vel exilii sententiam, vel quodlibet necis genus innuere voluit. Sed non persuadebis mihi, prosecutus est, ut inconsiderate quod tu optas faciam; neque de me testificaberis prout tu iam animo comparatus es. Patienter itaque adhuc perferam, a vobis licet contemptus: tantum disputare ne detrectetis cum his qui vestram fidei communi contrariam opinionem criminantur. Quod si renuitis, satis patet vosmet victos iam confiteri; id quod vos vel invitos coget illorum voluntatibus adhaerere. Tunc enimvero totus episcoporum coetus cum divo pastore nostro, una voce, disputationem cum iam damnatis abnuit, et Pauli verba dicebat: nobis autem pro minimo est, ut a designatis hominibus iudicemur, aut ab humano die; ab illis quidem, utpote sacerdotali dignitate prorsus carentibus; ab hoc autem, quia neque nosmet ipsos iudicamus, propter nostrae fidei pu-

γες μὴ τῶν ἀθετικότων κανόνας καὶ σάθμας τῆς ἀρχαίας πίστεως, καὶ τὰς θείας γραφὰς ἀφόβως εἰς πολλῶν ἀποπλάνησιν βεβαδεργηκότων; ὃν γὰρ τρόπον Ἰαννὴς καὶ Ἰαμβρῆς ἀντέστησαν τῷ θεράποντι τοῦ Θεοῦ Μωϋσεῖ, οὕτω καὶ οὗτοι ἀνθίστανται τῇ ἀληθείᾳ, δελεαζόμενοι τῇ τε παρὰ σφισι προκαθεδρίᾳ καὶ τῇ πλείστης ἀπολλυούσῃ αἰσχροκερδίᾳ· ἀλλ' οὐ προκόψουσιν ἐπὶ πολύ, ὡς ὁ λόγος φησίν· * ἡ γὰρ ἄνοια αὐτῶν ἔκδηλος ἔσται πᾶσιν ὡς καὶ ἐκείνων ἐγένετο· ἀλλ' οὖν γε τοῦτο ἔξω τοῦ πρέποντος πεποιήμεθα, τὸ περὶ τῶν ἐκείνων φρενὶ ἀξυνεσίας κἂν ποσῶς γοῦν ἐπὶ σοῦ τήμερον ἀπολογήσασθαι· τὸ γὰρ τοῦ τυχόντος ἐναντία τῶν πολλῶν δόξαις ἀποφαινομένης φροντίζειν, εὐηθες, ἦ, φησιν καὶ ἡ τοῦ ἔξω παροιμία (1).

λδ'. Τὸν ἓν τούτων ὑπακούσαντα τῶν λόγων, καὶ δῆθεν μεγάλως δυσχεράναντα φάναι· καὶ πῶς ἐγώ σοι δοκῶ, κύρι Θεόδωρε; μικροῦ καὶ πείθεις μοι λόγον σοι εἰπεῖν πρεπτὸν ἀληθῶς, ἵνα μηδαμῶς ὑποστρέψαι δυνηθῇς εἰς τὸ καθ' σὲ μοναστήριον· ἤτοι τὸ ὑπερόριον ἀπόφασιν, ἢ καὶ τὸ ὁπωσοῦν μόρον διὰ τοιούτων πλαγίως ὑποσημηνάμενος προβλημάτων· ἀλλ' οὐ πείσεις μέ, φησιν, ἀπρεπισκέπτως δράσαι τὸ σοὶ καταθύμιον· οὐδέ γε ἐπὶ ἐμοῦ μαρτυρήσεις εἰς τοῦτο πυθόμενος· ἀνεξικάκως ἂν μακροθυμήσω καὶ καταφρονούμενος ὑφ' ὑμῶν· μόνον εἰ δύναλεχθῆναι μὴ παραιτήσεσθε μετὰ τῶν ἐνδιαβαλλόντων ὑμῶν τὸ καθ' τὴν κοινὴν πίστιν φρόνημα· εἰ δὲ τοῦτο οὐ βούλεσθε, πρόδηλοι ἔστε τὴν ἑαυτῶν καθομολογοῦντες ἥτταν· ὅπερ ἀναγκάσει ὑμᾶς τοῖς ἐκείνων ἀκολουθῆσαι καὶ μὴ βουλομένοις θυμήμασιν. Τοῦ δὲ συλλόγου παντὸς τῶν ὁπισκόπων σὺν τῷ θεοειδεῖ ποιμένι συμφώνως παραιτουμένων τὸ πρὸς οὐ κατεγνωσμένους συνομιλίαν, καὶ τὰ τοῦ μακαρίου Παύλου λεγόντων, ἡμῖν δὲ εἰς ἐλάχιστόν ἐστιν ἵνα ὑπὸ τῶν δηλουμένων προσώπων ἀνακριθῶμεν, ἢ ὑπὸ ἀνθρωπίνης ἡμέρας· * τὰ μὲν, ὡς οὐκ ἐχόντων ἱερατικὸν ἀξίωμα τὸ παράπαν· τὰ δέ, ὅτι περ οὐδὲ ἑαυτοὺς ἀνακρίνομεν, ἀλλὰ εἰλικρινῶς ἡμεῖς εἵνεκα πίστεως,

* II. Tim. III. 9.

f. 156. a.

* I. Cor. IV. 3.

(1) Horatius I. Sat. III. 66. *Communi sensu plane caret. Inquimus: eheu.*

τὸ πρόσωπον ἐνιξαμένων· καὶ τοῦ ἄνακτος τοῦ λεγομένων μὴ συνιόντος τὴν δύναμιν, πάλιν ὁ μέγας Θεόδωρος ἀναλαβὼν τὴν τοῦ πνεύματος μάχαιραν, ἐμβριθέστερον ἀποκρίνεται, τὴν αὐθάδειαν τοῦ ἑαυτὸν εἰς κριτοῦ τάξιν καθιστῶντος ἐντέψαι βουλόμενος, καὶ φησίν. Βασιλεῦ, πρόσχες τοῖς παρὰ τοῦ θεσπεσίου Παύλου δι' ἡμῶν σοι λεγομένοις περὶ ἐκκλησιαστικῆς εὐταξίας, καὶ μαθὼν ὡς οὐκ ἔξεστιν βασιλέα ἑαυτὸν κριτήν τε καὶ δικαστὴν ἐν τοῖς τοιούτοις παρεισφέρειν, στοίχησον καὶ αὐτὸς, εἴπερ εὐσεβεῖν συνέγνωκας, τοῖς ἀποστολικοῖς κανόσι· λέγει γὰρ οὕτως· * « ἔθετο ὁ θεὸς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ πρῶτον ἀποστόλους, δεύτερον προφήτας, τρίτον διδασκάλους· „ ἰδοὺ οὗτοί εἰσιν οἱ τὰ περὶ πίστεως διατιθέντες καὶ ἀνερευνόμενοι κατὰ τὸ τῷ θεῷ δοκοῦν, καὶ οὐ βασιλεύς· οὐδὲ γὰρ ἀπεμνημόνευσεν ὁ ἱερὸς ἀπόστολος βασιλέα διοικεῖν τὰ τῆς ἐκκλησίας. Πρὸς ταῦτα ὁ καίσαρ ἀπεκρίνατο· οὐκοῦν ἐκβάλλεις με σήμερον τῆς ἐκκλησίας, ὦ Θεόδωρε; Καὶ ὁ ὅσιος πρὸς αὐτόν· οὐκ ἐγώ, φησιν, ἀλλ' ὁ μνημονευθεὶς νυμφοστόλος αὐτῆς καὶ θεῖος ἀπόστολος Παῦλος· εἰ δὲ ὡς τέκνον ἐθέλεις εἶναι ταύτης, τὸ κωλύσον οὐδέν· μόνον ἕπου κατὰ πάντα τῷ πνευματικῷ πατρί σου, τῇ δεξιᾷ χειρὶ τὴν ἁγιώτατον καθειποδείξας Νικηφόρον. Τούτων οὖν ἕως τοσούτου γυμνασθέντων, ἀλλοιωθεὶς ὥσπερ τὰς φρένας ὁ ἀλιτήριος, ἐξάξαι λόγον εὐθῆ τῇ ὑπερβολῇ τῆς μανίας οὐκέτι οἷός τε ἦν· ἐκρήξας δὲ φωνὴν χολερὰν μετὰ κραυγῆς αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ παρὰ τὸ εἰκὸς ἐκφωνεῖ τὸ, ἐξέλθετε ἔνθεν. Οὕτω τοιγαροῦν πρὸς τὴν πατριαρχικὸν οἶκον ὁμοθυμαδὸν οἱ τῆς ὀρθοδοξίας ἐπανεσθόντες ἀλεῖπται, περιεκύκλουν τὴν μέγαν τῆς εὐσεβείας προαγωνιστὴν Θεόδωρον, τοῖς διὰ λόγων γεραίροντες ἐράνοις· ὡς ἄτε δὴ τὴν κοινὸν ἐχθρὸν ἐν τῷ θεῷ, τῷ κράτει τοῦ ὀξυτάτων αὐτοῦ ἐκκεντήσαντα λόγων· καὶ ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ κατὰ τὸ μᾶλλον ἐξουδενώσαντα τοὺς ἐπανισταμένους αὐτοῖς.

λε'. Ἀμέλει πρὸς τοῦ ὑπάρχου τῆς πόλεως τοὺς ἰδίους θᾶττον καταλαμβάνειν προστασσόμενοι τόπους οἱ μάκαρες, καὶ μηκέτι τολμᾷν αὐτόθι παῤῥησιάζεσθαι, ὁ ἄθραυστος

* I. Cor. XII. 28.

f. 156. b.

ritatem; sic hominem dicto verberantes. Sed verborum vim imperatore nequaquam intelligente, rursus magnus Theodorus, sumpto spiritus gladio, vehementius respondet, audaciam hominis, qui se in iudicis gradu constituebat, compescere volens, aitque: audi, imperator, quae divinus Paulus ore nostro tibi dicit de ecclesiastica constitutione; cognoscensque non licere regi semet iudicem ac definitorem rerum huiusmodi obtrudere, subscribe tu quoque, si recte credere consentis, apostolicis regulis. Sic enim ait: « posuit Deus in ecclesia primum quidem apostolos, secundo prophetas, tertio doctores. » En hi sunt qui res fidei disponunt, non autem rex; et quae sunt Deo placita inquirunt: neque enim memorat sacer apostolus quod ecclesiae negotia rex tractet. Ad haec Caesar respondit: ergo ne hodie me ecclesia eiicis, o Theodore? Et vir sanctus ad illum: non ego, inquit, sed supradictus ecclesiae pronubus divusque apostolus Paulus. Quod si tamquam filius ecclesiae vis esse, nihil obstat; tantum obsequere in omnibus spiritali patri tuo, dextera simul manu sanctissimum indicans Nicephorum. His eatenus disceptatis, mente veluti alienatus scelestus ille, sanum ullum pronunciare sermonem prae nimia iracundia iam nequibat; sed in furiosum verbum cum clamore, impetu proprio, indecore erumpens, elata voce dixit: exite hinc. Sic ergo ad patriarchales aedes simul reversi orthodoxiae pugiles, circumstabant magnum rectae fidei antesignanum Theodorum, laudum praeconiis eum munerantes, ceu qui communem hostem, Deo favente, vi suorum acutissimorum confodisset sermonum, et in eiusdem praecipue nomine, ad nihilum redegisset adversarios ipsorum.

35. Protinus urbis praefecto ad suas quemque stationes reverti iubente beatos viros, neque ulterius illic audere versari, inconcussum confessionis domicilium

Theodorus, intimantes antevertens, si parens noster, inquit, et communis consentientium in fide dominus, haud nos advocabit, absque etiam vestro mandato, hoc agere non aggrediemur: secus vero, vestrum a nobis praeceptum nullo modo observabitur; sed ego et veniam, et prout res postulabit, colloquar. Quod reapse beatus vir faciebat, omni humano timore seposito, et omnino ad patiendum paratus. Etenim ad suum reversus monasterium, et discipulis adhortatorio sermone ad imminens certamen confirmatis, erectisque illorum mentibus ad defendendum usque ad verbera et necem orthodoxae fidei dogma, post dies aliquot ad sacratissimum patriarcham rursus venit consolandi illum causa, qui in moerore versabatur propter ecclesiae subversionem ac dissolutionem: eique demonstrabat maximam ipsimet gloriam ob id a Deo reservari. Quid porro dicebat aut agebat venerandus Nicephorus, quod Theodori iudicio non regeretur, firmitatemque ab eo acciperet? idque sive ob praesentis temporis utilitatem, sive etiam ex qualibet causa. Adeo illi venerabilis erat divus parens noster, ut etiam secundus ab eo in episcoporum synodo, sapientia et pietate in Deum ab omnibus reputaretur. Reapse post breve tempus inclytus patriarcha pontificali sede die martii vigesima deiectus noctu fuit, et ad proprium monasterium seu sanctuarium relegatus, quod ipsemet in Asiae montibus aedificaverat in freti partibus. Reliqui pariter sacerdotes eadem sententia perculsi, alii ad alias regiones et oppida missi fuerunt; infaustis interim Christomachis ecclesias occupantibus, et sacras quae in ipsis erant imagines, o auditu horrendum! impavide subvertentibus; vel etiam denuo sacerdotes ungentibus, novaque et stulta circa reliquos orthodoxiae alumnos excogitantibus.

36. Iam postquam advenit palmarum Salvatoris nostri triumphalis sollemnitas,

τῆς ὁμολογίας οἶκος Θεόδωρος πρὸς αὐτὸν λέξαντας ὑποφθάς· εἰ μὲν ὁ πατὴρ ἡμῶν καὶ κοινὸς τῶν ὁμοφρόνων δεσπότης, φησὶν, οὐ προσκαλέσεται ἡμᾶς, καὶ δίχα τῆς ἡμετέρας f. 157. a.
κελεύσεως, τοῦτο ποιῆσαι οὐκ ἀναδυόμεθα· εἰ δὲ μή γε, παρ' ἐμοὶ ἡ ὑμετέρα προσταξις οὐ φυλαχθήσεται τὸ παράπαν· ἀλλὰ κἀγὼ ἐλεύσομαι, κἀγὼ τὰ ἀνήκοντα συμφράσω· ὅπερ ἂν κἀγὼ ἐποίουν ὁ μακρίτης πάντα φόβον ἀνθρώπινον ἐξ ἑαυτοῦ ἀπωσάμενος, καὶ πρὸς τὸ παθεῖν ὅλος πυρεπισμένος· εἰς γὰρ τὸ ἴδιον ὑποστρέψας μοναστήριον, καὶ τοὺς μαθητὰς παρακλήσεως λόγοις πρὸς τὸ προκείμενον θαρακίσας ἀγῶνα, καὶ διεξείρας αὐτῶν τὰ φρονήματα μέχρι θανάτου καὶ πληγῶν ἀντιποιεῖσθαι τὸ δόγμα τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, μετά τινας ἡμέρας πάλιν ἀπῆλθε πρὸς τὸν ἱερώτατον πατριάρχην, θαμυθούμενος αὐτὸν συμπεπτωκότα ἤδη τῇ θλίψει διὰ τὴν τῆς ἐκκλησίας ἀναστοπὴν καὶ κατάλυσιν· καὶ ὅτι μέγιστον κλέος ἐντεῦθεν αὐτῷ παρὰ θεῷ ἀποκείσεται· καὶ τί γὰρ ἦν λεγόμενον ἢ πραττόμενον παρὰ τῷ θεσπεσίῳ Νικηφόρῳ, ὃ μὴ τῇ κρίσει τοῦ Θεοδώρου ὑπήγετο καὶ τὸ ἔμπεδον αὐτόθεν ἐλάμβανεν; εἴτε ὡς καὶ συμφερόσης μοίρας ὑπάρχον, εἴ τε καὶ ὡς ἄλλως ἐχούσης· τοιούτως ἦν αὐτῷ αἰδέσιμος ὁ θεῖος πατὴρ ἡμῶν, καὶ τὰ δεύτερα μετ' αὐτὸν ἐν τῇ συνόδῳ τοῦ ἐπισκόπων φέρων, σοφίᾳ τε καὶ τῇ περὶ τὸ θεῖον εὐσεβείᾳ πάντων ὑπεκλημένος· καὶ γὰρ μὴ βραχὺν χρόνον τοῦ ἀοιδίμου πατριάρχου τοῦ ἱεραρχικοῦ θρόνου καὶ τῆς εἰκάδος τοῦ μαρτίου νύκτωρ κατενεχθέντος, καὶ εἰς τὸ οἰκεῖον ἐξορισθέντος σεμνεῖον, ὅπερ αὐτὸς ἐδείματο ἐν τοῖς κατ' Ἀσίαν ὀρινοῖς τοῦ στενοῦ μέρεσιν· ὁμοίως δὲ καὶ τῶν λοιπῶν ἱερομυστῶν τὰς αὐτὰς ἀποφάσεις κομισαμένων, καὶ κατ' διαφόρους χώρας τε καὶ πολίχνας διαπεμφθέντων, καὶ τοὺς δυσωνύμων χριστομάχων τὰς f. 157. b.
ἐκκλησίας κατασχόντων, καὶ τὰς ἐν αὐταῖς ἱερὰς τῶν ἁγίων εἰκόνας, ὦ τοῦ φοβεροῦ ἀκούσματος, ἀφοβητὶ καταστρεφομένων, ἢ καὶ ἀναχριόντων καὶ μιγετώντων κενὰ καὶ μάταια καὶ τὰ ὑπολοίπων καὶ ὀρθοδοξίας βοφίμων.

λς'. Ἐπεὶπερ ἦκεν ἡ τῶν βαΐων νικηφόρος τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἑορτὴ, ὁ πατὴρ ἡμῶν

Θεόδωρος ὁ συνήθη τῷ Χριστῷ ἀπαντὴν μετὰ συνέσης αὐτῷ ἐκποιούμενος ὁμηγύρεως, προσέταξε τοῖς τὰς σεπτὰς εἰκόνας φέρουσιν ἀδελφοῖς, ὑψοῦ σὺν πίνακας ἀνέχειν, καὶ οὕτω γε θρασυδειλίαν τὴν ἔγκιστα καὶ μονῆς ἀμπελῶνα, μηδένα φόβον ἔχοντας χάριν τῆς ἐνσκηψάσης χριστομανίας· ὅπερ παρὰ τῶν πονηρῶν γειτόνων ἐποπτευθὲν, καὶ εἰς τὸ μέσον τῆς ἕω θριαμβευθὲν, ἦλθεν καὶ μέχρις αὐτῆς τῆς τυραννογνώμονος ἀκοῆς· ὁ δὲ τοῦτο μαθὼν, καὶ λίαν εἰς διάνοιαν κινηθεὶς, δηλοῖ τῷ ἱερῷ παιδὶ ἡμῶν δι' ἑνὸς τῶν μεγιστάνων· οὐκ ἠρεμεῖς; οὐ καθέζῃ μεθ' ἡσυχίας, ἀλλὰ τοῦτο κἀκεῖνο εἰς ἐμὴν δῆθεν ἐπίπληξιν θρασυνοεῖς; ἴσθι τοίνυν, ὡς εἰ μὴ τῆς φρονήματος λωφήσας, καὶ ὑποσαλεὶς τῇ διδάσκειν ἔτι τὰ περὶ πίστεως, τάχιστά σε μόρῳ καθυποβαλὼν τοῖς ἐν ᾅδου ὁμέσιον κατασήσω· ταῦτα ἀκούσας ὁ ἀκλόνητος πύργος τῆς ὁμολογίας, οὐ μόνον οὐκ ἐνέδωκεν τῇ τῆς πίστεως ζήλῳ, ἀλλὰ καὶ σὺν ἀνὰ τὸ ἄστυ καθημένους θορυβαλόντας αὐτῷ μετὰ ἁγίαν καὶ λαμπροφόρον τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ τριήμερον ἐκ νεκρῶν ἔγερσιν, γνώμης ἕνεκεν περὶ τῆς κατεπειγούσης αὐτοὺς συνηθείας τὴν ἄφιξιν πρὸς τὸν πατριαρχικὸν οἶκον ποιήσασθαι, ἐδέξατο καὶ τὰ χρηστὰ καὶ θεῷ ἐράσμια συνεβούλευσέν τε καὶ διεπράξατο, χαράξας ὕστερον 158. a.
ολὴν πρὸς σὺν θορυβαθεῦσαι τὴν ἀλήθειαν ἐγκεχαρηκότας, ἧς ἡ ἀρχή (1). " Νόμοις θείοις καὶ κανονικοῖς ἑπόμενοι θεσπίσμασι τοῦ μὴ δεῖν παρὰ τὰ τοῦ οἰκείου ὑπερβαίνειν γνώμην πράττειν τί ἢ λέγειν τῶν ὅσα εἰς ἐκκλησιαστικὴν φέρει εὐταξίαν, πολλῷ γε εἰπεῖν εἰς δογματικὴν ἐξέλκει συζήτησιν· τούτου χάριν καὶ ὑμετέρας ἐξουσίας καὶ ἅπαξ καὶ δὶς ἐκκαλεσαμένης πρὸς τὰ τοιαῦτα τὸ καθ' ἡμᾶς εὐτέλειαν, οὐκ ἐτόλμησεν ἔξω τι τῶν νενομισμένων πράττουσα θορυβεῖν, ὡς ὑπὸ τὴν ἱερὰν χεῖρα Νικηφόρου τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου πνεύματι θείῳ τελοῦσα, καὶ τὰ ἑξῆς· „ ταύτῃ δυσὶν ἀδελαντοῖς μᾶλλον τῶν συνελθόντων ἐγκεχαρηκότες προσώπων,

parens noster Theodorus consuetam pompam, cum praesente sibi turba ducens, mandavit sanctas imagines gestantibus fratribus, ut sublimiter erectas haberent picturas, atque ita proximam monasterio vineam circumirent, nihil verentes ob ingruentem adversus Christum persecutionem. Quae res ab improbis vicinis observata, et media in urbe famigerata, ad tyranni quoque aures pervenit; qui re cognita, nec mediocriter animo commotus, sacro patri nostro per quendam e proceribus ita significat: non cessas? non in silentio quiescis? sed hoc et illud in offensionem meam excogitas? Scito igitur, nisi hunc mentis tumorem deprimas, et res fidei docere desinas, quantocius te neci addictum contubernalem ad inferos meo iussu demissum iri. Haec audiens immobilis confessionis turris, non modo nihil de fidei zelo remisit, sed etiam urbanos hegumenos (qui ad eum venerant, post sanctam et splendidam servatoris nostri Christi triduanam a mortuis resurrectionem) petendi consilii causa, circa urgentem ipsos consuetudinem eundi ad aedes patri archales; ille eos recepit, et bona Deoque cara consilia suggessit, et re ipsa peregit, scribens epistolam ad eos qui veritatem falsare susceperant, cuius initium est. « Divinis legibus canonicisque decretis obsequentes, quae praeter episcopi proprii sententiam in iis quae ad ecclesiasticam disciplinam pertinent, nedum quae ad dogmaticas quaestiones deducunt, nihil agi vel dici oportere; propterea, quamvis semel et iterum vestra potestas humilitatem nostram ad res huiusmodi evocaverit, haud ausi sumus quicquam praeter constituta agentes, isthuc venire, quandoquidem sacrae manui Nicephori sanctissimi patriarchae a divino Spiritu supposiți fuimus; et reliqua. » Hanc epistolam duobus ex his qui convenerant animosiori-

(1) Est haec epistola prima libri II. in editione sirmondiana.

bus traditam, ad furibundos Christomachos miserunt; qui lecta contextûs sententia, vehementius excanduerunt, et alapis eos, qui attulerant, exceptos, cum ignominia et conviciis de Secreti aula pepulerunt, dira omnia praeter praeterita eisdem interminati. Itaque hi quidem ibant gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habiti fuissent pro nomine Christi contumeliam pati.

37. At vero parens noster Theodorus non cessavit posthinc, quominus alias aliis cumularet epistolis; atque ad fortitudinem proximos et longinquos excitando, maxime se conspicuum furenti haeretico fieri volebat, et quod flocci minas eius faceret, neque mortem verae religionis causa metueret: cui vehementius succensens pravae mentis Leo, exilium huic quoque decernit. Ergo sacer parens noster, qui orthodoxiae magisterium numquam erubuerat, diu optato decreto eiusmodi accepto, convocatae discipulorum multitudini praeficit duos supra septuaginta moderatores, atque ut sub iis spontanea voluntate fratres omnes distribuerentur, adhortatus, mandansque illis, ut post ipsius discessum nemo illic remaneret, qui veram vitam vellet, et diligeret dies videre bonos, sicuti sanctus canit David; ipse a regio misso susceptus, in adiacentem Apolloniadis lacui arcem, cui nomen Metopa, laetus retruditur. Verumtamen ne ibi quidem vinctus Christi custoditus, pares omisit religiosos actus; sed denuo per suas litteras, cunctos, qui ubique terrarum rectam pietatem retinere maluerant, in hac ipsa confirmabat, atque ad bonam frugem cohortabatur. Quod denuo cognoscens saevus Leo, alium mittens aulicum Nicetam, cognomento Alexium, pium prorsus et christianissimum, quamquam belua talem esse ignorabat, ministerio eius sacrum praeconem ad anatolicum thema transferendum curat, in

πρὸς τοὺς χριστομαχεῖν δεδιψηκότας ἐκπέμπουσιν· οἱ δὲ τῶν ἐγκειμένων ἀναμαθόντες τὴν νοῦν, χαλεπαίνουσιν ἔτι σφοδρότερον· καὶ ῥαπίσμασι τοὺς κεκομικότας περιβαλόντες μετὰ ὕβρεων καὶ ἀτιμιῶν, τῶν σεκρέτου ἐξελαύνουσιν, τὰ πάνδεινα αὐτοῖς πρὸς τοῖς φθάσασιν, ἐπατειλησάμενοι· οὗτοι μὲν οὖν ἐπορεύοντο χαίροντες ἀπὸ προσώπου τῶν συνεδρίου ὅτι κατηξιώθησαν ὑπὲρ τῶν ὀνόματος τῶν Χριστοῦ ἀτιμασθῆναι *. * Act. V. 41.

λζ'. Ὁ δέ γε πατὴρ ἡμῶν Θεόδωρος οὐ διέλειπεν ἔκ τοτε, ἀλλ' ἐπαλλήλους χαράττων ἐπιστολὰς, καὶ διεγείρων πρὸς ἀνδρείαν τοὺς ἐγγὺς καὶ τοὺς πόῤῥωθεν, ἐμφανῆ ἑαυτὸν τῷ λυσσῶντι τὴν αἵρεσιν ἐντεῦθεν μᾶλλον καταστῆσαι βουλόμενος· καὶ ὡς οὐ ποιεῖται λόγον τῶν αὐτοῦ ἀπειλῶν, οὔτε μὴν δέδειεν τὴν ὑπὲρ εὐσεβείας θάνατον· εἰς ὃ, καὶ μανεὶς περισσωτέρως ὁ κακογνώμων Λέων, ἐξορίαν καὶ αὐτὸν καταδικάζει· δεξάμενος τοίνυν ὁ ἱερὸς πατὴρ ἡμῶν καὶ τῆς ὀρθοδοξίας ἀνεπαίσχυντος εἰσηγητὴς τὴν περιπόθητον αὐτῷ καὶ ἐκ πολλοῦ ἐφετὴν ἀπόφασιν, προσκαλεσάμενος τὸ πλῆθος τῶν μαθητῶν, καθίστησιν ἐν αὐτοῖς δύο καὶ ἑβδομήκοντα ἀρχηγοὺς, ὑφ' οὓς καταμερισθῆναι τὴν ἀδελφότητα αὐθαιρέτῳ γνώμῃ προτρεψάμενος, δεδωκώς τε αὐτοῖς ἐντολὴν ὥστε μετὰ τὴν ἔξοδον αὐτοῦ μὴ ἐναπομεῖναι αὐτόθι τινὰ τῶν θελόντων τὴν ἀληθῆ ζωὴν, καὶ ἀγαπώντων τὰς ἀγαθὰς ἡμέρας ἰδεῖν, καθὼς ψάλλει ὁ ἅγιος Δαυὶδ *, αὐτὸς πρὸς τῶν ἀποσταλέντος βασιλικοῦ παραληφθεὶς, τῷ ἐγκειμένῳ φρουρίῳ κατὰ τὴν Ἀπολλωνιάδα λίμνην, καλουμένῳ Μέτωπα, γεγηθὼς περιορίρεται. Ἀλλὰ καὶ ἐνταῦθα δέσμιος Χριστοῦ φρουρούμενος, τῆς ὁμοίας οὐκ ἀφίστατο θεοφιλοῦς πράξεως· ἀλλ' αὖθις δι' οἰκείων συλλαβῶν τοὺς ἁπανταχοῦ γῆς εὐσεβεῖν προαιρουμένους, εἰς τοῦτο αὐτὸ ἀπεστήριζεν, καὶ πρὸς τὸ ἀγαθὸν παρώτρυνεν· ὅπερ πάλιν διαγνοὺς ὁ ἀνήμερος Λέων, ἕτερον βασιλικὸν πεπομφὼς Νικήταν τοὔνομα κατ' ἐπωνυμίαν τῶν Ἀλεξίου λεγόμενον, τὰ πάντα μὲν εὐσεβῆ καὶ χριστιανικώτατον, ἠγνοημένον δὲ τῷ θηρὶ τοιοῦτόν γε ὄντα, μετατίθησι δι' αὐτοῦ τὴν ἱεροκή- f. 158. b. * Ps. XXXIII. 13.

ρυκα ἐν τῷ τῶν ἀνατολῶν θέματι, εἰς ἕτερον ὀχύρωμα τὴν προσηγορίαν Βόνιταν, διαστειλάμενος τῷ πατρὶ διὰ τῶν ἐξυπηρετουμένων αὐτοῦ τοῖς προστάγμασιν, μηδένα μηδαμῶς ὁρᾶν, μήτε μὲν ἐκδιδάσκειν διὰ γραμμάτων τὰ περὶ πίστεως· οὓς ὁ ἀποστολικὸς ἀνὴρ καὶ τὴν φρένα καὶ τὴν πολιτείαν, ἀποστολικοῖς ἀντημείβετο λόγοις· " εἰ δίκαιόν ἐστι, φάσκων, ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, ὑμῶν ἀκούειν μᾶλλον ἢ τοῦ

f. 159. a. θεοῦ, κρίνατε· οὐ δυνάμεθα γὰρ ἡμεῖς ἃ ἴδομεν καὶ ἀκούσαμεν μὴ λαλεῖν· καθότι πει-

* Act. IV. 19. et V. 29. θαρχεῖν δεῖ θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις *. "

λη'. Ταῦτα ἀκούσας ὁ ἄναξ, καὶ ἐπιμεμψάμενος τὸν φιλόχριστον Νικήταν, ὡς μὴ πεποιηκότα ἐξ αὐτῆς τὴν ἐκδίκησιν τῆς βασιλείας αὐτοῦ, ἀποστέλλει αὐτὸν ἐκ δευτέρου βουνευρίσαι τὸν ὁσιομάρτυρα ἑκατὸν μάστιξι διωρισμένος· ὃς ἀναβαδίσας καὶ τῷ ἀθλητῇ τοῦ Χριστοῦ τὴν ψῆφον τοῦ βασιλέως ἀπογυμνώσας, προτρέπεται μᾶλλον παρὰ τοῦ ὁσίου ἀνενδοιάστως ποιῆσαι εἰς αὐτὸν τὸ τοῦ κρατοῦντος θέλημα· ἑωρακὼς δὲ τὸν δίκαιον ἑτοίμως ἑαυτὸν σχηματίσαντα, καὶ ἄνευ τῆς ἑτέρων βίας πρὸς ὑποδοχὴν τῶν μαστίγων εὐτρεπισθέντα, ἐκλάσθη πρὸς ἔλεον ὁ θεοφιλὴς καὶ τῆς νίκης ἐπώνυμος ἄρχων, μάλιστα τὰς καταμαρανθείσας ὑπὸ τῆς ἀσκήσεως τοῦ θεσπεσίου κατιδὼν γεγυμνωμένας σάρκας· καὶ ἐξουδενώσας κατὰ διάνοιαν τὸ τοῦ λυμαιῶνος μισάγιον πρόσταγμα, ἐνέγκας δορὰν προβάτου, καὶ ταύτην τοῖς ὤμοις τοῦ πατρὸς περιθεὶς, εἰς αὐτὴν ποιεῖται τὰς τῶν μαστίγων ἐπιφορὰς, μονώτατος μετὰ τοῦ ἀοιδίμου ἀποληφθεὶς ἐν τῇ κέλλῃ τοῦ πατρός· καὶ τῇ βελόνῃ τὸν ἑαυτοῦ αἱμάξας βραχίονα, τὸ ἄκρον τῆς μάστιγος τῷ ἰδίῳ καταφοινίσσει αἵματι· εἶθ' οὕτως ἐξελθὼν ἐκεῖθεν πνευστιῶν, ἐκεῖνο μὲν πρὸς γῆν ἀπέρριψεν, αὐτὸς δὲ ὡς κεκοπιακὼς δῆθεν ἐπὶ τοῦ εὐτρεπισθέντος αὐτῷ καθισματίου ἐγένετο. Τοῦτο τὸ σόφισμα καταθρήσας ὁ πατὴρ ἡμῶν, ὑπερηγάσθη μὲν τήν τε πίστιν καὶ φρόνησιν τοῦ ἀνδρὸς, οὐ μὴν δὲ τῶν τυραννικῶν ἀπειλῶν χάριν ἀπέσχετο τοῦ κατεργάζεσθαι πρὸς τὸ ἑξῆς τὸ ἔργον κυρίου ἐνδελεχῶς θερμοτέ-

f. 159. b. ραις ψυχῆς προθυμίαις, καὶ σφριγώσῃ διανοίᾳ καὶ νῷ διεγειγερμένῳ· ἀλλὰ καὶ αὐτόθι ἐν

aliam arcem Bonetam dictam, districto praecepto mandans patri per ministros suos, ut neminem omnino videret, neminem per epistolas in fidei causa doceret. Quibus vir et mente et vita apostolicus, sic apostolicis verbis respondit: « Si iustum est, inquiens, in conspectu Dei, vos potius audire quam Deum, iudicate. Non enim nos possumus quae vidimus et audivimus non loqui quia obedire oportet Deo magis quam hominibus. »

ξζ'. Τῆς τοίνυν ἀκοῆς ταύτης μέχρι πολλοῦ διαδοθείσης, παρεγένετο πρὸς αὐτὸν πλῆθος πολὺ, οὓς εὐλογῶν καὶ κατασφραγίζων, ἀσπαζόμενός τε καὶ ἠρέμα προσφθεγγόμενος ἀπέλυεν· τοῦτο δ' ἐποίει ἐπὶ δύο ἡμέρας· καὶ τῇ κυριακῇ ἐν ᾗ ἡ μνήμη ἐξετελεῖτο τῶν ἁγίου καὶ ἐνδόξου μάρτυρος Μηνᾶ, ἐψαλκὼς τὰ συνήθη, καὶ τῶν ἁγιασμάτων μετασχὼν, καὶ ἐπαλειψάμενος κατὰ τὸ ἔθος τὰ μέλη αὐτοῦ, ὑψοῦ τε τὰς χεῖρας ἄρας καὶ προσευξάμενος, περὶ ὥραν ἕκτην ὡς ᾔσθετο ἑαυτὸν ἠτονηκότα, προσέταξεν ἡσυχῇ κηραψίαν γενέσθαι· καὶ οὕτω τῶν ἀδελφῶν ἀρξαμένων τῆς ψαλμῳδίας τῶν ἀμώμου, καὶ φθασάντων ἐν τῷ στίχῳ τῆς δευτέρας στάσεως τῷ

f. 176. a.

f. 176. b.

(1) Extat in sirmondiana editione Theodori nostri testamentum.

λέγοντι, εἰς τ̃ αἰῶνα οὐ μὴ ἐπιλάθομαι τ̃ δικαιωμάτων σε, ὅτι ἐν αὐτοῖς ἔζησάς με*, αὐτόθι διατριβόντων αὐτῶν, παρέδωκεν τ̃ ἁγίαν αὐτοῦ ψυχήν· καὶ προσετέθη τοῖς ἐξ αἰῶνος δικαίοις ὁ παρὰ πάντα τ̃ ἑαυτοῦ βίον ὑπὲρ δικαιοσύνης διωγμένος· τοῖς ὁσίοις, ὁ τ̃ ὁσιότητος ἐραστὴς καὶ ἐργάτης· τοῖς μάρτυσιν ὁ φιλομάρτυς καὶ συναθλητὴς καὶ πολύαθλος· τοῖς ἀποστόλοις, ὁ τ̃ αὐτὸν ἐκείνοις δρόμον σταδιεύσας πίστεως· τοῖς προφήταις, ὁ τῷ ἴσῳ τετιμημένος παρὰ θεῷ χαρίσματι, καὶ τὰς ἐκείνων σφραγισάμενος διὰ πραγμάτων προρρήσεις· ὡς ἅτε τ̃ τ̃ Ἐμμανουὴλ ἐνανθρώπησιν διὰ συμβόλων ἱερῶν πάντη καὶ πάντως τιμᾶσθαι βεβαιωσάμενος· πᾶσι τοῖς ἁγίοις ἀγγέλοις, ὁ παντὶ σθένει τ̃ ἐκείνων ἐζηλωκὼς μὴ σαρκὸς πολιτείαν· τῷ παντοκράτορι θεῷ καὶ κυρίῳ τ̃ δόξης καὶ βασιλεῖ τ̃ ἁπάντων, ὁ τὰς ὑπηγείους καὶ μεικτὰς βασιλείας διὰ τ̃ ἐκείνου φόβον ἀντ' οὐδενὸς λογισάμενος, καὶ πᾶσαν ἀνθρωπίνην δόξαν ὡς πηλὸν καταπατήσας, καὶ γενόμενος τῷ δυνατὸν θεοειδὴς καὶ χριστοείκελος.

ξη'. Οὗ καὶ τὸ πανίερον καὶ πανπαθὲς σκήνωμα, τ̃ προρρηθείσης χερονήσου πρὸς τ̃ Πρίγκηπον τηνικάδε μετακομισθέν, αὐτόθι τ̃ ἁρμόδιον ψαλμῳδίαν τε καὶ κατάθεσιν δέχεται· ἐν ὀκτὼ πρὸς δέκα ἔτεσιν τῇ αὐτῇ διαφυλαχθὲν νήσῳ, καὶ συντηρηθὲν ὑπὸ τ̃ τ̃ ἐν αὐτῷ κατεσκηνωκότος ἁγίου πνεύματος ἀσυνὲς καὶ ἀδιάλυτον, καὶ οὕτως ὡς μηδὲ τ̃ δορᾶς αὐτοῦ καθάψασθαι τ̃ φθοροποιὸν f. 177. a. ἐνέργειαν· εἰ καὶ τ̃ τὸ ὠδοδένδρου λαχούσης φύσεως σύμφυλον ἦν τὸ μακάριον· μετετέθη δὲ ἐνδόξως πρὸς τ̃ ἰδίαν αὐτοῦ ποίμνιον τ̃ Στουδίου ἐν ἀρχῇ τ̃ καθ' ἡμᾶς ὀρθοδοξίας (1) ἐπὶ τ̃ λειτουργίας Μεθοδίου τ̃ ἁγιωτάτου πατριάρχου, καὶ καθαιρέτου τ̃ τ̃ ἡμιχρίστων αἱρέσεως (2)· καὶ κατετέθη τῇ σορῷ τ̃ τ̃ θαυμασίου Πλάτωνος καὶ ἡγουμένου αὐτοῦ, ἅμα Ἰωσὴφ τῷ ἀρχιεπισκόπῳ Θεσ-

* Ps. CXVIII. 93.

in aeternum non obliviscar iustificationum tuarum, quia in ipsis vivificasti me, ibi his adstantibus sanctam animam suam emisit, appositusque est iustis a saeculo, is qui in tota vita sua pro iustitia persecutionem passus fuerat; sanctis, sanctitatis amator et operator; martyribus, martyrum studiosus et certaminum socius ac patientissimus; apostolis, qui eundem ac illi fidei studium decurrerat; prophetis, qui pari ornatus fuerat a Deo charismate, eorumque confirmaverat rebus suis gestis vaticinia; quandoquidem Emmanuhelis incarnationem sacris symbolis omnino esse honorandam adseruerat; sanctis angelis cunctis, qui omni conatu aemulatus fuerat, carne licet vestitus, conversationem illorum; Deo denique omnipotenti, et gloriae domino, regique universali, is qui terrena omnia circumscripta regna, prae Dei timore flocci fecerat, et quamlibet humanam gloriam ceu lutum calcaverat, factus denique quantum licebat Deo Christoque similis.

68. Sacratissimum et patientissimum corpus eius ex supradicta peninsula ad Principum insulam tunc delatum, ibi congruam psalmodiam et depositionem nactum est. Annis octodecim illa in insula retentum fuit, et a sancto Spiritu, qui in eo habitaverat, incolume et incorruptum conservatum, adeo ut ne cutem quidem illius corruptelae vis violarit; etiamsi eâ naturâ erat beatissimum illud corpus, quae putrescere solet. Translata postea fuere sollemniter Theodori lipsana ad eius ovile Studii initio hebdomadae orthodoxiae nostrae, liturgiam celebrante (vel pompam cohonestante) Methodio sanctissimo, et Semichristianorum haereseos destructore. Depositusque fuit Theodorus in loculo Plaonis sanctissimi et hegumeni olim sui, et

(1) De dominica et hebdomada orthodoxiae legatur Allatius de cons. col. 1432. Fiebat autem festum orthodoxiae, ob instauratum ss. imaginum cultum contra Iconomachos. De hoc festo plures extant Graecorum orationes, quas inter vidi ms. etiam Macarii Chrysocephali.

(2) Legesis de hoc pleno orthodoxiae triumpho Cuperum in hist. chron. patr. Const. in Methodio.

Iosephi Thessalonicae archiepiscopi germani fratris. Deo ac servatore nostro Iesu Christo sic volente, ut hos habentes curatores ac medicos nostrarum animarum, atque apud sanctam simplicem increatam et consubstantialem Trinitatem intercessores, liberemur semper ipsorum precibus ab omni divina ira, detrimento, ac damno visibilium hostium et invisibilium; laudantes Patrem et Filium ac sanctum Spiritum, unum Deum nostrum, per saecula saeculorum. Amen.

σαλονίκης καὶ ἰδίῳ αὐτοῦ ἀδελφῷ· τ. θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ οὕτως εὐδοκήσαντος, ἵνα τούτους ἔχοντες προμηθέας καὶ ἰατροὺς τῆς τε ψυχῶν καὶ σωμάτων ἡμῶν, καὶ μεσίτας πρὸς τ. ἁγίαν καὶ ἀῤῥαλῆν καὶ ἄκτιστον καὶ ὁμοούσιον τριάδα, λυτρώμεθα ἀεὶ τ. αὐτῶν πρεσβείαις ἀπὸ πάσης ὀργῆς θεηλάτου, βλάβης τε καὶ ἐπηρείας ὁρατῶν καὶ νοουμένων ἐχθρῶν, δοξάζοντες πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα τ. ἕνα θεὸν ἡμῶν εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

DE SEQUENTE LAUDATIONE FUNEBRI

MONITUM.

Matrem suam Theoctistam supremo morbo laborantem peramante piaque epistola consolatus fuerat Theodorus, quae est libri prioris sexta. Idem mox extinctam funebri oratione prosecutus est, et quidem insigni, quam memorant duo biographi, noster cap. 2, *et sirmondianus p.* 3. *Iam vero cum in catalogo impresso codicum mss. bibliothecae regiae parisiensis T. II. p.* 338. *legissem servari in codice* 1491. *hanc Studitae orationem de matre sua, eamque nondum editam viderem; iusta mihi cupiditas oborta est, quandoquidem complura alia Studitae scripta edideram, hoc epitaphicum pariter in lucem protrahendi: etenim sanctae feminae encomium a sancto filio recitatum, quem non delectet? Rogavi igitur per litteras virum equestri dignitate ornatum, atque editis libris clarissimum, mihique iamdiu amicitia devinctum, Paulum Drachium, ut praedictam Studitae lucubrationem, mei causa ex parisiensi codice exscribendam curaret; quod ille per egregium calligraphum Sypsomum pure eleganterque conficiendum sategit. Igitur graeco accepto exemplari, latinam confestim translationem adieci, ut pius hic commentarius plurimis prosit. Erit igitur hoc de Theoctista scriptum adiungendum illi, quod de Platone, pientissimae eiusdem feminae fratre, suo nempe avunculo, et in spiritalibus patre, idem Studita exaravit, et Bollandiani in primo aprilis volumine append. p.* 46–54. *ex vaticano codice iamdiu evulgarunt.*

ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΚΑΙ ΟΜΟΛΟΓΗΤΟΥ

ΘΕΟΔΩΡΟΥ

ΚΑΤΗΧΗΣΙΣ ΕΠΙΤΑΦΙΟΣ ΕΙΣ ΤΗΝ ΕΑΥΤΟΥ ΜΗΤΕΡΑ.

SANCTI PATRIS NOSTRIS ET CONFESSORIS

THEODORI

CATECHESIS FUNEBRIS IN MATREM SUAM.

Cod. parisiensis 1491. f. 94. a.

α'. Ἤνεγκεν ὁ καιρὸς, ὦ τέκνα καὶ ἀδελφοὶ, ἀγγελίαν ὑμῖν ἀναγγεῖλαι ἀπροσδόκητον, ἥτις ἐστὶν ὁ θάνατος τῆς ἀοιδίμου ἀδελφῆς τ̃ κοινοῦ πατρὸς ἡμῶν (1)· αὕτη γὰρ τῇ ὡρισμένῃ βουλῇ τ̃ ζωοπλάστου θεοῦ λειτουργήσασα τῷ παρόντι βίῳ, μετακεχώρηκεν εἰς τὰ ὑπερκόσμια· οὐ λύπην ἡμῖν καταλιποῦσα ἀλόγιστον, ὡς ἄν τις οἰηθείη, ἀλλὰ χαρὰν ἐμποιήσασα, διὰ τ̃ εὐελπίστου αὐτῆς μεταβάσεως. Θέλετε γὰρ διηγήσομαι ὑμῖν ὥσπερ καὶ τοῖς ἐνταῦθα (ἐπειδὴ καιρὸς οὐ τ̃ σιγᾶν, ἀλλὰ τοῦ λαλεῖν, κ̃ τ̃ κελεύουσαν ἐντολήν· * μὴ ἐπαινέσῃς ἄνδρα ἕως τ̃ ἐξόδου αὐτοῦ) ὅσα ἐποίησεν ἡ μακαρία ἐκείνη ἔτι ἐν σαρκὶ οὖσα καλά τε κ̃ ὅσια, καὶ τῆς τ̃ οὐρανῶν βασιλείας ἐπάξια· θέτε δὴ οὖν τὰς ἀκοὰς ὑμῶν, τέκνα μου, κἀγὼ ὑφηγήσομαι ὑμῖν, ἔξω τ̃ ψεύδους παντελῶς φερόμενος, καὶ χρήσεται ὑμῖν ἡ περὶ ταύτης ἀπαγγελία, ἀντὶ κατηχήσεως (2) οὐκ ἀνόντος, ὡς οἶμαι, ἀλλὰ κ̃ μάλα ὠφέλιμος.

* Eccli XI. 30.

1. Tempus exigit, o filii ac fratres, ut inexpectatam notitiam obitûs inclytae communis patris nostri sororis nunciemus. Haec enim postquam iuxta praefinitam creatoris Dei voluntatem praesente vita defuncta fuit, ad supermundialia se transtulit; haud luctum nobis ineptissimum relinquens, ut forte aliquis existimabit, sed laetitiam potius, ob eiusdem plenam spe migrationem. Vultis enim narrari a me vobis aliisque heic praesentibus (quandoquidem haud tacendi sed loquendi tempus est, prout illa praescriptio iubet: ne laudes hominem ante obitum eius) vultis, inquam, narrari quicquid beata illa anima, adhuc in carne versans, boni sanctique egerit, et caelestis regni praemio digni. Ergo favete auribus, filii mei, dum ego procul omni mendacio narrationem instituam: eritque vobis feminae huius notitia, catecheseos non inutilis instar, immo et valde proficuae.

β'. Ἐκ γονέων μὲν ἦρχθαι αὐτῆς τ̃ ἀρετὴν, ὥσπερ καὶ ⓦ βίον, οὐκ ἔχω λέγειν· ἐπεὶ μηδὲ τὰ πρὸ ἐμοῦ, ἀλλὰ τὰ μετ' ἐμὲ πρόηγμαι συγγράφειν· καὶ ἐξότε πεῖραν εἰλήφυῖα ἦν τῆς διαγνώσεως τοῦ καλοῦ καὶ μὴ οὕτως ἔχοντος· ἵνα οὖν τὰ τῆς πρώτης καὶ δευτέρας μεθηλικιώσεως παρῶμεν, ἀπὸ τοῦ καιροῦ τῆς συμβιώ-

2. Utrum ea quidem a parentibus initium virtutis, sicut et vitae, sumpserit, dicere nequeo: praesertim quia non res ante me, sed post me natum, gestas scribendas suscepi; atque ab eo tempore, quo ipsa recti pravique discretionem adsecuta fuit. Pueritia igitur atque adolescentia omissis, ex coniugii eius tempore

(1) Platonem dicit, summum monasticae familiae praesidem ante Theodorum.
(2) Catechesim proprie appellat hanc orationem etiam biographus noster loc. cit.

narrandi exordium capiamus. Et quamvis conformis huic nostrae professioni non est mundana egregiae parentis nostrae vita, tamen ex principio finem prospeximus, ideoque illam vitae partem necessario connectam. Fuit ergo illius prima virtus, Deum colere ac medullitus adamare: ita ut, quamquam viro in coniugium tradita, nihilo tamen minus enitesceret meliorem quoad fieri poterat vitae cursum sectari. Quamobrem cum primum nos peperit, non aeque atque aliae mulieres locuta est; neque ut illae se gessit, quae recens natis, diabolico impulsu, claviculas et ligaturas atque alia praestigia ad sellulas et cubilia adhibent, torques etiam et amuleta collis iniicientes; sed satis ei erat salutaris crucis signo nos communire, atque hac quasi armatura et inexpugnabili scuto protegere. Itaque cum aliae feminae venerabundae assurgerent conspecta qualibet auctrice et initiatrice ac magistra huiusmodi praestigiorum, sola mater nostra, neque caput his inclinare, neque eas invocare, neque ullatenus superstitiones participare passa est; saepe licet ab illius professionis feminis minas experta. Sed reapse iustorum animae in manu Dei sunt, neque tanget eos tormentum. Et qui confidit in Domino, sicut mons Sion, ut scripturae aiunt.

3. Posthinc divino amore in eius corde crescente, quia sine litteratura, ut orphana, relicta fuerat, ipsa litteris semet sapienter imbuit instruxitque, et psalterium egregie brevissimoque tempore memoriae mandavit. Id autem quomodo? Equidem haud interdiu huic occupationi vacans, ne viro molestiam crearet, aut minorem domui curam impenderet, sed ante et post somnum, ardente lucerna sedulo lucubrans, res quae erant in manibus non negligebat; sed modo huic modo alteri curae intenta, et domum re familiari augebat, et doctrinis simul animum excolebat. Atque ex eo nimirum

σεως ἀρξώμεθα τῆς διηγήσεως· καὶ εἰ μὴ οἰκείως ἡμῖν ἔχῃ ὁ κοσμικὸς βίος τῆς καλλιμήτορος, ὅμως ἐκ τῆς ἀρχῆς τὸ τέλος κατίδωμεν, ἀναγκαίως τοῦτον προσθήσομαι· ἐκείνης τοίνυν πρῶτον κατόρθωμα, τὸ τὸν θεὸν σεβασθῆναι καὶ ἀγαπῆσαι ἐξ ὁλοκλήρου· ὥστε εἰ συνήφθη ἀνδρὶ, ἀλλ' ὅλῳ ἑαυτὴν ἐβιάζετο τῆς κρείττονος μοίρας γένεσθαι· διὰ τοῦτο γνησασα ἡμᾶς πρώτως, οὐκ εἶπε τὸ ταῖς ἄλλαις γυναιξὶν, οἷα ἐκεῖναι ἐπὶ τοῖς νεογόνοις εἰώθασι τῆς δαιμονικὴν κίνησιν κεχρῆσθαι κλειδονισμοῖς καὶ φυλάμμασιν καὶ ἄλλαις τισὶν ἐπῳδαῖς εἴς τε σοῦ δίφρους καὶ σοῦ κοιτωνίσκους, φυλακτηρίά τε βάλλουσαι καὶ περίαπτα, ἀλλ' ἠρκεῖτο μόνον τῇ σφραγίδι τοῦ ζωοποιοῦ σταυροῦ τετειχίσθαι ἡμᾶς, ἀντὶ ὅπλου τινὸς καὶ θυρεοῦ ἀμαχωτάτου τοῦτο προβαλλομένη· διὰ τοῦτο πασῶν τῶν ἄλλων γυναικῶν προσκυνουσῶν καὶ ἀπανισταμένων ἐξ αὐτῆς ὄψεως τῇ αὐτουργῷ καὶ μυσταγωγῷ καὶ διδασκάλῳ τῶν τοιούτων, μόνη οὐκ ἠνείχετο ἡ ἡμετέρα μήτηρ, οὔτε κεφαλὴν κλῖναι ποτε, οὔτε προσδραμεῖν, οὐδ' αὖ μετασχεῖν τῆς γοητείας· καίπερ ὑπὸ τῶν τελουμένων ἀπειλουμένη πολλάκις· ἀλλ' ὄντως ψυχαὶ δικαίων ἐν χειρὶ θεοῦ, καὶ οὐ μὴ ἅψηται αὐτῶν βάσανος· * καὶ ὁ πεποιθὼς ἐπὶ κύριον ὡς ὄρος Σιὼν, ὡς τὰ λόγια φησίν. I. 94. b.

* Sap. III. 1. Ps. CXXIV. 1.

γ'. Δεύτερον, τοῦ θείου πόθου αὔξοντος αὐτῆς ἐν τῇ καρδίᾳ, ᾧπερ ἦν ἀγράμματος ἐξ ὀρφανίας ἀγομένη, γραμματίζει ἑαυτὴν ἡ σοφὴ καὶ συνετίζει, καὶ τὸ ψαλτήριον ἀποστηθίζει κάλλιστά τε καὶ συντομώτατα· καὶ τοῦτο πῶς; οὐκ ἐν ἡμέρᾳ σχολάζουσα τῇ μελέτῃ, ὡς ἂν μὴ ἀνδρα δυσαλυπήσῃ, ἢ τὸν οἶκον ὑπελαττώσῃ, ἀλλὰ πρὸ ὕπνου τε καὶ μεθ' ὕπνον φωταγωγούσης κανδήλης κάμνουσα τόνῳ, τὸν ἐκ τῶν χειρῶν ἔργου, οὐκ ἠμέλει· ἀλλὰ πῇ μὲν τοῦτο προσέχουσα· πῇ δὲ τὸ ἕτερον εἶδος μεταχειριζομένη, καὶ οἶκον ηὔξησε, καὶ τῶν μαθημάτων ἐπελαμβάνετο· ἔκ τοτε τοίνυν οὐκ ἐπαύσατο ὁμιλοῦσα τῷ

θείῳ Δαυὶδ ἡμέραν ἐξ ἡμέρας, καὶ ταῖς θείαις ἀναγνώσεσι προσέχουσα· ἐκεῖθέν τε καιομένη πῶς καρδίαν, ἢ πρὸς τὸ μέλλον ἀγαθὸν ἀναλάμπουσα, τί ποιεῖ καὶ τί ἐργάζεται ἡ θαυμασία; ἀποκοσμήσασα ἑαυτὴν ἧ ματαίων, καὶ ὡς χηρωτικόν τι σχῆμα ἀναλαβοῦσα, οὕτως εἰς ὑπόδειγμα καλὸν προὔκειτο ταῖς γνωρίμοις, μήτε ὀμνύουσα τὸ καθόλου, μὴ δ' αὖ ψευδομένη, μήτε τὰ πολλὰ κρεοφαγοῦσα, ἐν τῷ μάλιστα τεσσαρακοστίζειν· ἀλλὰ ἢ εἴ ποτε εἰς εὐωχίαν προὐκαλεῖτο γαμικὴν, λανθανόντως ὑπεξῄρχου ἑαυτὴν μηδόλως ἁπτομένη κρεῶν, μηδὲ τὸ ὄμμα αἴρουσα εἰς τὰ θυμελικὰ παίγνια· καὶ γὰρ ἦν σώφρων εἰ καί τις ἄλλη, ἕνα ἄνδρα γνωρίσασα, ἢ τὴν ψυχὴν μᾶ τὴν ἀποταγὴν τοσοῦτον εἰς ἄκρον ἀγνεύσασα, ὡς ἢ μέχρι λογισμοῦ τυραννήσεως ἀκριβεύεσθαι.

δ'. Τίς οὖν ἐκείνῳ ἔλαθεν μεσονυκτίου καιρός; ἐπειδὴ ἔργον τὸ λόγιον ἐπλήρου· * μεσονύκτιον ἐξεγειρόμην τοῦ ἐξομολογεῖσθαί σοι ἐπὶ τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης σου· τίς ἦ ὄρθρου ἐξέγερσις; τίς ἦ ἑτέρας διωρισμένης εὐχαριστίας ὥρα παρελείπετο; οὐδαμῶς· ἀλλὰ καὶ τῆς οἰκουρίας ἀντεχομένη λίαν, ἢ ὡς οὐκ ἂν τις τῆς φιλοπόνων, πλουσιωτέραν ἢ ἐν τοῖς ἀγαθοῖς ἔργοις εἰσεποιεῖτο ἐπίδοσιν, ῥυθμίζουσα τῷ καθ' ἑαυτὴν ὑποδείγματι, καὶ ⟨τὸν⟩ ὁμόζυγον, καὶ παῖδας, καὶ θεραπαινίδας· ⟨ἣ⟩ μὲν, μετὰ τῶν ἄλλων καὶ εἰς ὑπόμνησιν φέρουσα τῶν θανατικοῦ χωρισμοῦ· καὶ διὰ τοῦτο συμβουλεύουσα ἢ παρακαλοῦσα πῶς ἀπ' ἀλλήλων στέρησιν· ἢ μέν τοι πείθει· ἢ πείσασα ἐπὶ μιᾶς εὐνῆς ὅλοις πέντε ἔτεσιν ἢ ἢ πρὸς, οὐκ ἔγνωσαν ἑαυτοὺς, τὸ παραδοξότατόν τε ἢ δυσεύρετον· πῶς γὰρ ἂν ἢ οὐχ ὁμιλήσειεν τὸ πῦρ τῇ παρακειμένῃ καλάμῃ, εἰ μὴ ὑπερφυῶς ὅτι τὸ γινόμενον; ἢ εἰ ὁ Βοὸζ τὴν Ῥοὺθ ἐάσας ἀνέπαφον συγκαθεύδησασαν ἐν μιᾷ νυκτὶ ἐπαινεῖται, πῶς οὐκ ἀμφότεροι εἰκότως σωφροσύνης ἀπενέγκονται κλέος; ἀλλ' ἔστω μὲν τοῦτο τοῖν δυοῖν ἐγκώμιον· παραπολαύσῃ γὰρ ἐνταῦθα οὐκ ἀκαίρως ἢ ὁ γυ-

* Ps. CXVIII. 62.

f. 95. a.

tempore numquam destitit cum Davide versari, divinis quotidie lectionibus operam navans. Quibus cor incensa, ac futuri boni spe exardescens, quid adgreditur, quidve agit admirabilis femina? Vanis sibi detractis ornamentis, et viduali quodam amictu assumpto, praeclarum semet exemplar familiaribus praebebat: neque iurabat umquam, neque mentiebatur, neque carnibus plerumque vescebatur, quadragesimali praesertim tempore. Sed et si quando ad nuptiale convivium evocaretur, dissimulanter se continebat, intactis carnibus, oculosque ad thymelicos lusus minime attollens: erat enim cum primis pudica, unum virum agnoscens, animumque suum post consortii renunciationem usque ad summam cogitationum ipsarum castigationem purificaverat.

4. Quod ergo illam mediae noctis tempus praeteriit? Re sane vera sacrum effatum complebatur: media nocte surgebam ad confitendum tibi super iudicia iustificationis tuae. Quae autem matutina consurrectio, quaenam alia praefinita gratiarum Deo agendarum hora praetermittebatur? Nulla prorsus. Sed et domûs custodiae magnopere dedita, prae laborioso quolibet, uberius bonorum operum exemplo proprio incrementum efficiebat in viro, in liberis, in ancillis. Et illi quidem, praeter cetera, futuram quoque mortis causa separationem in memoriam revocabat; ideoque admonebat et adhortabatur, ut invicem abstinerent: quam rem ei persuasit in tantum, ut uno lectulo utentes, quinquennio et ultra inter se non cognoverint; quod est admirabile ac rarum. Quî enim fieri possit, ut ignis adiacenti stipulae non admisceatur, nisi hoc forte supranaturale fuit? Quod si Boosus, qui condormientem Rutham una nocte reliquit intactam, laudatur; quid ni uterque parens meus meritam temperantiae gloriam referat? Esto igitur hoc amborum encomium: etenim hac in re non improprie

pater meus laudem matris participabit. Iam vero liberos plenissima virtutis femina monitis et adhortationibus erudiebat. Et modo rationali virga percutiens, modo sedulitate deducens, urgens, ac provehens ad perfectiora. Quid inde? Filiolam roborant stupendi matris mores, quae nec illam ad virorum conspectum adducebat, nec feminea monilia et dextralia purpureasque vestes eidem ostendebat; sed ad pietatem potius erga Deum impellebat, et in sacris litteris erudiebat, pauperes hospitio excipere docebat, quin etiam leprosorum ulcera propriis manibus cogebat abstergere. Postremo ad Deum caelestesque pulchritudines ex his humi repentibus mentem puellae transferens, Deo consecrat. Et lautos quidem hoc optimae educationis argumentum commentarios mihi suppeditaret; sed ne quem satietate onerem, heic sistam. Unum tamen, quod recte reticeri nequit, adiiciam: quod nimirum quotidie, postquam se liberi in lectis composuerant, haud ante ipsa cubitum ibat, quam superveniens crucis signo membra illorum signasset. Rursusque cum surgerent, saepe nos exstimulans atque expergiscens, ad preces compellebat: scilicet ut non ipsa tantum, sed et filii, Dei servitio assuescerent.

5. Age vero de famulis famulabusque multus mihi sermo oboriretur, si exponere vellem, quomodo illos sibi conciliaret, aleret, potaret, vestiret, quantum nemo alius vel clementissimus. Neque, ut fit, panis tantum et vini ac lardi diurnum victum suppeditabat; sed saepe et sollemnibus plerumque diebus, recente carne nutriebat, piscibus, et altilibus, et mulsorum propinationibus: quia nempe haud ipsa sola his frui volebat. Nonne haec dilaudanda sunt et rara? nonne peculiares sanctae illius animae praerogativae? Credo equidem id mihi adsentiemini quotquot auditis. Sed illud quoque recte me dicturum puto, quod etiam minitabatur,

νήσας, τὸν τεκούσης ἐπαίνου· τὰ δὲ τέκνα ἡ πανάρετος παιδεύῃ ἐν νουθεσίαις καὶ ὑφηγήσεσιν, τῇ μὲν ῥάβδῳ λογικῇ πλήσσουσα, τῇ δὲ ἐμμελείᾳ ἄγουσα καὶ προσάγουσα καὶ αὔξουσα εἰς τὰ τελεώτερα· ἐξ οὗ τί γίνεται; καταρτίζῃ τὸ θυγάτριον καὶ ὁ τρόπος θαυμαστός· οὔτε εἰς ὄψιν ἀῤῥένων φέρουσα, οὔτε τὰ γυναικεῖα ἐμπλόκια καὶ ψελιοθήκια καὶ ψελιοπόρφυρα ὑποδεικνύουσα· πρὸς δὲ θεοσέβειαν ἀνάγουσα, καὶ τὰ ἱερὰ γράμματα ἐκπαιδεύουσα, καὶ τοὺς πτωχοὺς ὑποδέχεσθαι ἐκδιδάσκουσα, καὶ τῶν λωβῶν τὰ ἕλκη ἐκ- I. 96. a.
μάσσεσθαι αὐτοχείρως ὑπαναγκάζουσα· καὶ τέλος, εἰς θεὸν καὶ τὰ ἐπουράνια κάλλη ἀπὸ τῶν ἐνθένδε χαμαιζήλων νοῦν τῶν κορίων μετάγουσα, θεῷ ἀνατίθησιν· ἀλλὰ πολλά με λέγειν ἡ ὑπόθεσις τῆς καλλίστης αὐτῆς παιδοσοφίας ὑπομνήματα παρεχομένη, διὰ κόρον ἐνταῦθα στήτω· ὃ δέ με καταλιπεῖν οὐ καλὸν, τοῦτο προσθείλω· ὅτι ἑκάστοτε μετὰ τὸ καθευδῆσαι τοὺς παῖδας, οὐ πάντως ἦν αὐτὴν κοιτασθῆναι, πρὶν ἂν ἀπιοῦσαν σημειοῦσθαι τὰ σφῶν μέλη τῇ τοῦ σταυροῦ σφραγίδι· εἶτα πάλιν μετὰ τὸ ἔγερσιν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ νύσσουσαν καὶ ἀφυπνοῦσαν ἡμᾶς καὶ πρὸς προσευχὴν προτρεπομένην, ἵνα μὴ μόνον ἐκείνη, ἀλλὰ καὶ τὰ τέκνα θεῷ λατρεύειν παιδεύωνται.

ε'. Ἂ δὴ περὶ δούλων καὶ δουλίδων, πολὺς ὁ λόγος, βουλομένῳ μοι φράζειν, ὅσα ἐκείνη ὠμήρετο, διέτρεφεν, ἐπότιζεν, ἐνεδίδυσκεν, ὡς οὐδεὶς πολὺ τῶν ἄλλων, καὶ εἰ λίαν φιλανθρώπων· οὐχ ὡς ἔτυχεν ἄρτῳ καὶ οἴνῳ καὶ λάρδῳ δεξιουμένη, τὸ ἐφημερήσιον σιτηρέσιον, ἀλλὰ πολλαχῶς καὶ ἐν ἑορτασικαῖς ἡμέραις, καὶ προσφάτῳ κρέει δια-τρέφουσα, ὄψοις τε καὶ ὀρνέοις καὶ καρυκευτικοῖς προπόμασιν, οὐ φέρουσα τὰ τῶν τοιούτων μετάληψιν ἐφ' ἑαυτῆς μόνης ἰσαμένην· ἆρ' οὐκ ἐπαινετὰ ταῦτα καὶ ζηλούμενα, καὶ τῆς ἁγίας ψυχῆς ἐκείνης προτερήματα; συμφήσετε οἶδ' ὅτι οἱ σωτιζόμενοι· ἀλλ' ἐμοί γε εὖ ἂν ἔχοι πρὸς τούτοις εἰπεῖν, ὅτι καὶ ἠπείλει, καὶ ἠσφαλίζετο, καὶ μάλιστα

τοῖς ἐγγύθεν, οὐκ οἶδ' ὅτι ἐν μέρει ψόγου ἢ ἐπαίνου θήσομαι, τὸ καὶ ἐρράπιζε καὶ ἐφύ-
f. 96. b. βριζε, καὶ προσέτυπτε διὰ τὸ ὑπὲρ σωφροσύνης καὶ ἀκλοπίας καὶ ἄλλης ἀρετῆς ταῦτα γίνεσθαι, καὶ τῷ θυμῷ ἐπλήττετο ἡ ἀπειδαιόψυχος, ἐπειδὴ καὶ φύσεως ἦν ὀξυτέρας, ζήλῳ θεοῦ τὰ πολλὰ τιτρωσκομένης· ἐκείνης δέ ὄζιν τὸ μετὰ τὸ τετυφέναι εἰσερχομένης εἰς ✠ κοιτωνίσκον, καὶ ἑαυτῆς ἀντιτυπτούσης τὰς παρειάς, εἰ μονοίης ἑαυτῇ ἐπιλεγούσης, κἀκ τούτου ἀνακοπτομένης πρὸς μετάμελον, καὶ τὴν τυφθεῖσαν προσκαλεμένης καὶ γονυπετούσης, καὶ αἰτουμένης συγχώρησιν· καὶ ὦ τῆς εὐαγοῦς ἐπανακλήσεως· κἂν γὰρ τὸ πρότερον δοίη τις κατηγορούμενον, ἀλλά γε τὸ δεύτερον παραδόξως γινόμενον, ὁ αὐτὸς ἐπαινέσειεν· ὅθεν καὶ κεράσασα τῷ φόβῳ ✠ ἔλεον, καὶ σέργεσθαι παρ' αὐτῶν ἐγνωρίζετο, καὶ φρεῖν αὐτὰς πρὸς σωφρονισμὸν ὑπεδείκνυτο· καὶ ἑκατέρωθεν τὸ κράτιστον ἐκέκτητο. Ἀγάπησιν ἡ παρὰ τῶν γειτνιαζουσῶν, ἐλεημοσύνῃ δὲ πρὸς σοῦ ἐνδεεῖς, τίς ὑπερέβαλεν ἐκείνῃ; ἔχουσαν τὸ μὲν ἐκ τοῦ συμμετριάζειν, μάλιστα ταῖς ὑποδεεστέραις· τὸ ἢ ἐκ τοῦ ἄγαν συμπαθοῦσα, κἂν ὅσον τὸ δαψιλὲς τῆς προθέσεως, οὐκ εἴα προφαίνεσθαι ἡ μετριότης τῆς ὑπάρξεως· πλὴν μάρτυρες τῆς ἀληθείας οἱ πολλοὶ καὶ πολλάκις καὶ ἀποτεταγμένως, ὀρφανοί τε καὶ χῆραι, ξένοι τε καὶ αὐτόχθονες, νοσεροί τε καὶ γέροντες, καὶ οἱ τῆς ἱερᾶς νόσου λαχόντες, παρὰ τῆς πτωχοτρόφου δεξιᾶς θεραπευόμενοι. Καὶ γοῦν καὶ τοῦτο αὐτῆς τὸ ἐξαίρετον, τὸ σύνδειπνον καὶ ὁμοτράπεζον ✠ Χριστὸν ἔχειν, ἡνίκα μάλιστα παρῆν καιρὸς τῆς ἑορτάζειν· ταῦτα οὐ μικρά μοι καταφαίνεται τοῖς προληφθεῖσι τῷ γάμῳ πρὸς σωτηρίας ἐφόδιον· εἰ καὶ ἔτι λέγειν οὐκ ἔχομεν μείζονα περὶ τῆς εὐφημουμένης.

ς'. Τοιγαροῦν ὅπερ ἤνεγκεν ὁ καιρὸς τὸ τοῦ μοναδικοῦ σχήματος ἀνάκλησιν, τίς πρὸ ἐκείνης, ἢ ὑπεδέξατο σοῦ Χριστοῦ θεραπαίνας, ἢ ἐξενοδόχησεν, ἢ ἐθεράπευσεν; μάλιστα καὶ ἐκ τῆς οἰκείας ἀδελφοῦ συν-

corrigebat, et praecipue domesticis (quod haud scio utrum vitio an laudi vertam) alapas impingebat, obiurgabat eos et verberabat: quia haec honestatis docendae causa, a furtis absterrendi, aliarumque virtutum studio fiebant; eiusque rectitudinis amans animus iracundia percellebatur, cum et alioqui satis irritabili natura esset, zelo Dei saepe compuncta. Verum eadem post verberationes cubiculum suum ingressa, sibi genas pulsans, et utinam doleas! sibi dicens, atque ad paenitentiam inflexa, vocatâ ad se quae vapulaverat famulâ, flexo genu veniam petebat. O sanctam resipiscentiam! Certe si forte aliquis priora vituperaverit, is haec mirabiliter facta posterius commendabit. Sic metui misericordiam admiscens, et ab ancillis palam amabatur, et illarum se custodire honestatem monstrabat: et rem utramque optimam obtinebat. Iam amore erga circumstantes, et eleemosyna ad egenos, quis eam superavit? Et amor quidem ex eius moderatione apparebat, praesertim erga infirmiores: misericordia autem ex eius nimia compassione: quamquam voluntatis huius copiam, facultatum nostrarum mediocritas effulgere non sinebat. Sed tamen testes veritatis sunt multi et saepenumero et statutis vicibus, orphani ac viduae, peregrini et indigenae, aegroti ac senes, et sacro morbo correpti, qui eius nutrice pauperum manu adiuti fuerunt. Atque hoc etiam excellens in ea fuit, quod convivam in mensa habere Christum (pauperem aliquem) praesertim tempore sollemnitatis, solita fuit. Haec haud levia mihi videntur in iis qui nuptialem statum ad salutis viaticum praesumpserunt; etiamsi forte maiora alia de hac benedicta femina dicere non haberemus.

6. Quamobrem postquam lapsu temporum monachalis habitus restitutus fuit, quis ante illam Christi famulos suscepit, hospitio fovit curisque refecit, a fratre praesertim ad id inducta? Unde etiam, ut

multa compendio intercipiam, viro suadet, liberis pariter consuadet curis multis, monitis, ac promissionibus, mox etiam viri fratribus: et iam rebus bene compositis, domo egreditur populum integrum Deo offerens, quatuor nempe filios, tres viri sui fratres, secumque ipsum domûs caput. O mirabilis novitas! o inexpectata conversio! Id sane peregrinum tunc visum est reginae, stupore affecit consanguineas, notas quasvis admiratione suspendit, compunxit denique non cernentes tantum sed et audientes; quod nempe coniugio medium adhuc cursum tenente, ipsa rebus ad vitam satis instructa, dignitate aulica, quaestoria scilicet fulgens, filios habens aetate florentes, non fuisset horum amore commota, non desiderio successorem stirpis relinquendi, non consanguineorum affectu, neque domus derelictione, neque servorum destitutione; sed regios omnes proiecisset honores, vitae delicias calcasset, seque gladio spiritus a carnalibus consuetudinibus praecidisset, Dei placitum magnanima cum voluntate exsecuta. O abramitica vere anima atque virilis! Merito aliquis cum Maccabaeorum strenuissima matre hanc connumeraverit, quae ascetico certamini partus suos hostiam obiecit: itemque cum Anna samuelitide, quia non unum ex voto, sed universum uteri sui fructum Domino consecravit. Sed gratificabor vobis auditoribus adhuc aliquid fortasse sanctius, discessum eius enarrando. Nam definito tempore domo iam decedens, ceu si festum diem ageret, ad se omnes convocavit adfines: quorum viri quidem dolebant, feminae etiam plorabant, peregrinum hoc videntes spectaculum voluntarii discessus; ac reputantes mysterii magnitudinem, rem praeconiis extollebant. Nam utrique observabant, patrem quidem fa-

ελκομένη· ὅθεν ἵνα τὰ πολλὰ σωτέμω, εἰς πόθον ἐλθοῦσα τ̃ ἀσκητικῆς ζωῆς, πείθει τ̃ ἄνδρα, συμπείθει θ̃υ παῖδας πολλαῖς ἐπιμελείαις τ̃ νουθεσίαις κ̀ ὑποσχέσεσιν, ἔπειτα θ̃υ τ̃ ἀνδρὸς ἀδελφούς· κ̀ τὰ πάντα εὖ διατεθεμένη, ἐξέρχεται τ̃ οἰκίας, δῆμον ὅλον τῷ θεῷ π̃ροσήσασα· τέτταρα μὲν τὰ τέκνα (1), τρεῖς θ̃υ ἐξ ἀνδρὸς ἀδελφοὺς (2), κ̀ μεθ' ἑαυτῆς τ̃ κεφαλήν· ὧ τ̃ θαυμασίας καινοτομίας· ὧ τ̃ π̃ροδόξου μετα-τάσεως· τοῦτο ἐξένισε μὲν κ̀ τ̃ ἡμέραν τ̃ βασιλίδα, ἐξέπληξε δ̀ τὰς συγκλίδας, ἐθάμβησε δ̀ τὰς γνωρίμους, κατένυξεν δ̀ οὐ μόνον θ̃υ ὁρῶντας, ἀλλὰ καὶ ἀκούοντας, ὅτι συζυγία ἔτι μεσηλικιοῦσα, αὐταρκεμένη τε κ̀ τ̃ βίον, ἀξιώματι βασιλικῷ κ̀ ταμιευτικῷ τιμωμένη, θ̃υ παῖδας ἡλικιώτας ἔχουσα, οὐχ εἵλχθη μὲν τῷ τούτων φίλτρῳ, οὐ τῷ καταλιπεῖν διάδοχον τοῦ γένους, οὐ δ̀ τῷ αἵματι τ̃ ἀγχιστείας, οὔτε τῇ τ̃ οἰκίας ἀποστερήσει, οὐ μὴν οὐδὲ τῇ τ̃ θεραπείας ἀλλοτριώσει, ἀλλ' ἔῤῥιψε μὲν τὰς ἐκ βασιλέων τιμάς, κατεπάτησε δ̀ τὰ τοῦ βίου τερπνά, διέκοψέ τε τῇ τ̃ πνεύματος μαχαίρᾳ ἑαυτὴν ἐκ τ̃ σαρκικῶν σχέσεων, κ̀ τὰ δόξαντα θεῷ πέπραχε μεγαλοβούλως· ὦ ὦ τ̃ ἀβραμιαίας ψυχῆς ὡς ἀληθῶς κ̀ ἀνδρειόφρονος· εἰκότως ἄν τις αὐτὴν μ̃ τ̃ μακκαβαϊκῆς ἀρίστης μητρὸς σωτάζειεν θύσασαν τῇ ἀσκητικῇ ἀθλήσει τὰς ὠδῖνας· κ̀ μ̃ Ἄννης τ̃ σαμουηλίτιδος, οὐχ ἕνα τ̃ ἐξ ἐπαγγελίας, ἀλλ' ὅλον τ̃ καρπὸν αὐτῆς ἀφιερώσασαν τῷ κυρίῳ. Χαρίσομαι δὲ ὑμῖν τοῖς ἀκροαταῖς τάχα τί ὁσιώτερον, κ̀ τ̃ τ̃ ἐκβάσεως αὐτῆς τρόπον διηγησάμενος· ἐπεὶ γὰρ τῇ ὡρισμένῃ τ̃ οἰκίαν ἐξαλλάξασα, ὡς οἷον ἄγουσα ἑορτάσιμον ἡμέραν, οὕτω προσκαλεῖται θ̃υ τ̃ γένους ἅπαντας· κ̀ οἱ μὲν ἤλγουν, αἱ δ̀ ἐθρήνουν, ξένον τι ὁρῶσαι θέαμα τ̃ ἐθελοντὶ χωρισμὸν, κ̀ ἐν ἑαυταῖς δοκιμάζουσαι τ̃ μυστηρίου τὸ μέγεθος, ἀνύμνουν τὸ γινόμενον· κ̀

f. 97. b.

(1) Nempe Theodorus, Iosephus postea arch. thess., Euthymius, et filia una, de qua iam sermo fuit.

(2) In vita Theodori cap. 5. p. 298. in interpr. lat. *σφάλμα cum tribus sororibus* corrige *cum tribus fratribus*, ubi iam non fuerit emendatum.

γὸ ἑώρων ἀμφότεροι, τ̃ μὲν ἐξιόντα σ̃ οἰκίας, τ̃ ᾗ πρὸς μικρὸν ὑπεμένεσαν, εἶτα ἀπιοῦσαν πρὸς τὸ ἀσκητήριον, κ̀ αὐτὴν τ̃ οἰκίαν ἀπεμπωληθεῖσαν κ̀ διανεμηθεῖσαν τοῖς ἐνδεέσιν. Ταῦτα εἰσὶν σ̃ ἡμετέρας μητρὸς σ̃ κοσμικῆς βιώσεως τὰ ἐπίσημα, κ̀ ταῦτα διῆλθον οὐχ ἵνα μόνον ὑμεῖς, ἀλλ' εἰ καί τινες τ̃ ἐν τῷ κόσμῳ φθάσωσιν ἐπανιέναι, ἔχωσιν ὠφελεῖσθαι τοῖς καλλίστοις διηγήμασιν Θεῷ ἀνθομολογούμενοι.

ζ'. Δεῦρο δὴ λοιπὸν τ̃ ἑξῆς ἐχώμεθα πρὸς ἃ μάλιστα κ̀ οἰκείως ἡμῖν ἔξεστιν ὁ λόγος, ἠγαπημένοι· ἀλλοιοῦται τ̃ καλὴν ἀλλοίωσιν, τὸ ἰσάγγελον σχῆμα μεταμφιασαμένη ἡ περίκοσμος· κινεῖ γοῦν πολλῶν
f. 98. a. δάκρυα ἐπὶ τῷ γεγαμημένῳ συναγηλυθότων κ̃ τ̃ ἡμέραν, ἔστιν ὧν κ̀ ἀκλήτως, ἵνα μόνον θεάσωνται τὸ μυστήριον τελούμενον· παρῆμεν ἢ κ̀ ἡμεῖς σὺν τῷ κοινῷ πατρὶ, τί κ̀ φῶ, ἑορτάσοντες ἢ θρηνήσοντες; τήν τε μητέρα ἀποβεβληκότες, οὐκέτι μ̃ σ̃ αὐτῆς παῤῥησίας, οὔτε προσομιλοῦντες, οὔτε προσιόντες, τόν τε ἀπ' αὐτῆς χωρισμὸν ὀπτανοούμενοι, κ̀ καταβαλλούμενοι· κ̀ γὸ μελλόντων ἡμῶν μ̃ τ̃ συμπληρώσειν τ̃ καιροῦ ἀπαίρειν πρὸς τὸ κ̀ ἡμᾶς τελεσθῆναι μ̃ τ̃ γονήτορ, ἔγωγε μὲν ὡς ἅτε ἐξ ἀγελείων εἰς ἄνδρα τελῶν, ἀλγεινῶς μὲν κ̀ ὀδυνηρῶς· πῶς γὸ οὔ; πλὴν ἔφερον μετ' εὐχαριστίας τὸ πάθος· τοῖν δυοῖν ἢ ἀδελφοῖν, ὁ σφέτερος κομιδῆ νέος ὢν (1), ὅτ̃ παρῆν ἡ σ̃ ἐκδημίας ἡμέρα, οἵ τε ὡξιτήριοι λόγοι κ̀ προπεμπτήριοι, αἵ τε ἀνακλήσεις, αἵ τε οἰμωγαὶ, αἵ τε περιπλοκαὶ, ἐπέτρεχεν, εἰσεκολποῦτο, δυσαποσπάστως εἶχε σ̃ μητρὸς, ὡσανεὶ μοσχάριον τ̃ διάζυξιν ἀπαναινόμενον, ἐξήτει ἔτι ὑπμένειν πρὸς βραχὺ τῇ μητρὶ, εἶθ' ὕστερον πληροῦν αὐτῆς τὸ βούλημα ἐπήγγελτο· ἆρ' οὖν κατεμαλακίσθη ἡ ἀδαμαντίνη καρδία ἐκείνη, ἢ συνέπεσεν, ἢ συνώκλασε τοῖς τ̃ παιδὸς κλαυθμυρίσμασιν; οὐμενοῦν· ἀλλ' οἷον τὸ ὅσιον αὐτῆς ἐπίφθεγμα; μετά τινος ἐμβριθοῦς ἕξεως ὑπερνικήσαντ ὁ σ̃

milias domo iam exeuntem; matrem autem parumper subsistentem, mox ad asceterium transeuntem, post divenditam domum pretiumque pauperibus distributum. Haec sunt matris nostrae in mundana vita facinora; atque haec exposui, ut non vos soli, sed et siqui in saeculari mundo cognoverint, habeant quo iuventur pulcherrimis his narrationibus, et Deo laudem tribuant.

7. Sed agesis reliqua persequamur, in quibus praecipue proprieque sermo noster versabitur, o dilecti. Pulcram facit mutationem, angelicum induens habitum ornatissima femina: multorum eo facto lacrymas elicit, qui illa die vocati convenerant, vel etiam sponte concurrerant, ut hoc tantummodo spectarent mysterium peragi. Aderamus et nos cum genitore communi, festum ne acturi an ploraturi? matrem amittentes, neque iam confidentia solita eam alloquentes aut adeuntes, sed de ipsius discessu cogitantes moesto cum corde. Nam cum et nos ipsi post certum temporis intervallum abituri ad professionem essemus cum genitore; ego quidem utpote ex imberbi aetate iam in virum progrediens, dolens utique moerensque eram; quid ni enim? Attamen cum gratiarum actione hanc moestitiam ferebam. Sed duorum fratrum unus admodum adolescens, statim ac adfuit discessus hora, et postremum vale iam dicebatur, et compellationes ploratusque atque amplexus fiebant; ille, inquam, ad matris sinum convolans inseparabiliter haerebat, quasi vitulus seiungi se renuens, rogabatque ut parumper cum matre maneret; tum eius postea voluntatem expleturum se promittebat. Num igitur cor adamantinum mollitum est, aut concidit, aut pueri ploratibus fractum est? Minime gentium. Quidnam vero sancte respondit? Cum quadam vultus torvitate, potentis-

(1) Erat hic nomine Euthymius, de quo infra in adnot. pag. seq.

simum maternorum viscerum vincens affectum; nisi sponte, inquit, fili, abieris, ego te manu propria in navim imponam. Cessit itaque puer, et seorsum discessimus. Illa autem, ut puto, par quiddam patrasset, ac in quadraginta martyrum supplicio sancta mater, quae celebrem illum spirantem adhuc filium suum in plaustrum attollens imposuit.

8. Quid vero postea? Optabat praeclara femina sub obedientia magis vivere, quod et aequum erat. Sed quia ex praeterito temporum turbine, neque monasterium adhuc erat constructum, neque monialis aderat quae prudenter ceterarum coetum regere posset, propterea a fratre cogitur cellulanorum more vivere, cum filia iam antea tonsa, aliaque cognata. Statimque patientem vitam experta est, necessarioque tristem, quia et spiritali duce carebat, et quasdam nacta est sodales pietati adversas, in tantum ut etiam sacro illo loco expelleretur. Cur autem vel cuius opera, pudet dicere, ut audientium auribus parcam. Attamen virtutis causa, et propter Dominum afflicta, patienter se gerebat. Nec quo pacto recitem scio alias ex aliis vitae eius calamitates et vices, nostrasque ab adfinibus et ab imperio pressuras, adflictiones, et adversitates. Summa rei fuit, famosum imperatoris adulterium, quod matri quoque nostrae causa doloris extitit. Nunc quia publicum facinus commemoravi, probe scitis quam aegre illa tulerit, cum nos de monasterio abstractos vidit, quippe quae ad illam horam convenerat. Sed quamvis in luctu erat, sodalitio praesertim nostro spoliata, non est indignata, neque indecorum quicquam locuta, neque tunicam scidit,

μητρώων σπλάγχνων τὸ τυραννικώτατον, εἰ μὴ ἑκὼν φησὶν ὦ τέκνον ἀπέλθοις, ἐγώ σε τῇ νηὶ αὐτοχειρὶ ἐμβαλοῦμαι (1)· εἶξεν οὖν ὁ παῖς, καὶ διέστημεν ἀμφότεροι· κἀκείνη ὡς δοκῶ, ἐφάμιλλόν τι τῶν ἐπὶ τοῦ τεσσαράκοντα μαρτύρων ἁγίας μητρὸς ἀδομένη ἐπὶ τῇ τῶν ἀμάξης ἔτι ἐμπνέοντος οἰκείου υἱοῦ ἅρσει τε καὶ ἐμθέσει, ἐξετέλεσεν (2). f. 98. b.

ιʹ. Ἀλλὰ τί τὰ ἐξῆς; ἐπόθει τοίνυν ἡ γενναία ἄρχεσθαι μᾶλλον, ὥσπερ καὶ ἦν δίκαιον· ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἦν πρὶν διαλῦσαι, οὔτε μοναστήριον ἦν συνιστάμενον, οὐδ' αὖ ψυχὴ ἐμπεπονώς δυναμένη ἀφηγεῖσθαι πολλῶν, ἐκ τούτου βιάζεται ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ κελλιωτικῶς (3) βιῶσαι μετὰ τῆς προκαρθείσης θυγατρίδος καὶ ἑτέρας συγγενίδος· ζῇ μὲν αὐτίκα ὑπομονητικῶς· ζῇ δὲ ὀδυνηρῶς, πῶς γὰρ οὔ; τὴν χειραγωγοῦντα μὴ κεκτημένη, καὶ τὰς ἀντιπραττούσας τὸ εὐσεβεῖν ἐφελκομένη, καὶ τοσοῦτον, ὥστε καὶ τῷ σεμνείῳ ἐξορίζεσθαι· αἰδοῦμαι εἰπεῖν ὑπὲρ τίνος καὶ διὰ τίνος, φασὶ τοῖς ἀκροωμένοις· ὅμως φέρει ὑπὲρ τοῦ καλοῦ πάσχουσα καὶ διὰ κύριον πελαζομένη· καὶ οὐκ οἶδ' ὅπως ἀπαγγείλω τὰς ἐπαλλήλους ὀπφορὰς καὶ μεταγωγὰς τῆς ζωῆς αὐτῆς, καὶ τὰς ἐπισυμβάσας ἡμῖν, ἔκ τε συγγενείας ἔκ τε βασιλείας θλίψεις καὶ ὀδύνας καὶ ἐκβιάσεις· τὸ δὲ συναγόμενον ἦν, ἡ θρυλλουμένη μοιχεία τοῦ αὐτοκράτορος, ὑπὲρ ἧς καὶ τὸ πάσχειν ἦν αὐτῇ· * ἐπεὶ ἡ τοῦ οἰκουμενικοῦ τολμήματος ἐμνήσθη, ἴσε οἷον ὀδυνηρὸν ἔλαβεν, ἡνίκα ἑώρα ἡμᾶς ἐκ τοῦ μοναστηρίου ἁρπαζομένους, συνελθοῦσα κατὰ πὼ ὥραν· ἀλλὰ εἰ καὶ τὸ θρηνεῖν ἦν αὐτῇ μονουμένῃ μάλιστα ἐξ ἡμῶν, οὐκ ἠγανάκτησεν, οὐ προῖετο ῥῆμα ἀγλυές, οὐδὲ ἔρρηξε χιτῶνα, οὐκ ἠλάλαξε τοῖς κωκυτοῖς, * cod. αὐτή. f. 99. a.

(1) Sanctorum facta admiremur, qui omnia pio mentis affectu egerunt; quamquam non aeque omnia imitari debemus. Certe adolescentis Euthymii non satis firmum religiosi instituti suscipiendi propositum mox matri fratrique sollicitudinem gravem creavit, ut post dicetur. Impositura autem fuisset in navim Theoctista filium, quia transeundum erat ultra Bosphorum ad Saccudionis in Asia monasterium. Vit. Theod. cap. 5.

(2) Extant pulcherrimae de his XL. MM. orationes ss. Basilii, et Greg. nysseni.

(3) Cellulani seu celliotae monachi aut moniales extra monasterium in cellis habitantes, de quibus satis Cangius in lexico, citatis graecis auctoribus, et praesertim Allatio.

ἀλλ' ἄπιτε φησὶν ὦ παῖδες καὶ σώζοισθε ἐν κυρίῳ, ὅπου περ ἂν ἀπάγοισθε, καὶ ὁποῖα ποτ' ἂν πάθοιτε, διὰ νόμον αὐτοῦ τοῦτο προελόμενοι· ἀγαθὸν γὰρ ὑμῖν ὅ τι ἂν καὶ ὑποσταίητε δεινὸν μέχρι καὶ αἵματος, ἢ προσήκαδαγ μοιχεύσαντα, καὶ δι' αὐτὸ προδοῦναι πρὸς ἀλήθειαν· ὦ τῆς τολμηρᾶς καὶ γενναίας ψυχῆς· εὐθὺς οὐ κατέπεσεν ὥσπερ ἦν εἰκὸς ἁθαμαλωτέρας καὶ ἀνάνδρου παθεῖν· ἀλλὰ τί; συνεξεδήμησε, συνωδοιπόρησε, συνέθραυσε τὸ ἁπαλώτατον σαρκίον, τῇ τοῦ ὄρους ὑπερβάσει· οὐδὲ πρόθυμον συνοδοιπόρον εὑραμένη· αἰ, αἰ, πῶς γεγόνασι πάντες τοῦ καιροῦ ἀπανθρωπότεροι· καὶ μᾶλλον τινὲς καὶ προσεπεμβαίνοντες καὶ προσονειδίζοντες τὴν ὑποχειρίων, ὡς πληρωθῆναι τὸ εὐαγγελικὸν ὅτι ἐχθροὶ τοῦ ἀνθρώπου οἱ οἰκιακοὶ αὐτοῦ· * ἔφθασε γοῦν ἡμᾶς καὶ αἰκισθέντας ἡ μακαρία.

* Matth. X. 36.

Θ'. Καὶ μή τις ἐν τῷδε λογίσηται ἑαυτοὺς ἡμᾶς ἐγκωμιάζειν, οὐκ ἔχοντάς τι τῶν ἐπαινεμένων· ἄλλοι γὰρ οὐχ ἡμεῖς οἱ ἀνδρισάμενοι, καὶ τῷ κοινῷ πατρὶ ἐπιγραπτέον τὸ κατόρθωμα (1)· ἵνα δὴ συγγνώσεσθε εἰς ὃν περὶ τῆς ἡμετέρων ἐκείνων λόγους, ὡς οὐ βεβιαλήμεθα· ἀλλὰ μέγας ὁ κύριος ἡμῶν καὶ μεγάλη ἡ ἰσχὺς αὐτοῦ· * ὡς ἐκείνη λανθανόντως ὑπεισήει ἐν τῷ φρυρίῳ τὰς πληγὰς ὁρῶσα, καὶ ταύτας ὑπαλείφουσα, καὶ τῷ θεῷ δόξαν καὶ αἶνον ἐν τῷ δι' ἐντολὴν αὐτοῦ ταῦτα ὑφίσασθαι τὰ αὐτῆς ἔγγονα ἀναπέμπουσα· οὕτως ἡμᾶς εὐκτικῶς καὶ κλαυθμυρικῶς καὶ φιλοχαρῶς ἐν μεταιχμίῳ τῶν δύο παθῶν, ἐκ τοῦ ἐκεῖσε πρὸς τὰ ἐπέκεινα δι' ἀπαλωγῆς προπέμπουσα ἐθαυμάζετο, θεῷ τε καὶ τοῖς εὐσεβεστέροις τῶν ἀνθρώπων μακαριζομένη· οὕτως προέφθασεν αὖθις παλινστροφήσαντας ἐκ τῆς Καθαρὰ (2), καὶ πρὸς Θεσσαλονίκῃ ὑπερορι-

* Ps. CXLVI. 5.

f. 99. b.

neque clamores lugubres sustulit; sed abite, inquit, filii, et in Domino salvi estote, quocumque demum ducemini, et quaelibet perpetiemini, quandoquidem legis illius gratia propositum hoc suscepistis. Melius enim vobis est, grave quodlibet usque ad sanguinem pati, quam adulterum in communionem admittere, atque ita veritatem prodere. O intrepida anima et generosa! Ibi minime concidit, ceu par fuisset contingere infimae alicui et enervi. Quid vero? Nobiscum discessit, nobiscum iter suscepit, delicatum attrivit corpusculum in montis ascensu, nullum alacrem viae comitem nacta. Heu! heu! quomodo omnes occasionibus fiunt inhumani! Quin et nonnulli insultabant et conviciabantur qui fuerant de famulitio, ut evangelicum illud compleretur: inimici hominis domestici eius. Itaque ad nos in cruciatibus quoque positos beata haec adventavit.

9. Nemo autem, quaeso, reputet nosmet ipsos a nobis praedicari, qui revera nullam partem huius laudis attingimus. Quippe alii, non nos, strenue egerunt, et communi potius patri res bene gesta vertenda est. Ignoscite autem, si dum laudatae feminae certamen exponimus, inviti in rerum illarum narrationem incidimus. Sed magnus Dominus noster, et magna virtus eius! Illa itaque clam in custodiam ingressa, visis plagis easque osculata et medicamine ungens, Deo gloriam laudemque obtulit, quia filii sui propter eiusdem legem talia paterentur. Sic illa nos cum precibus, gemitibus, simulque hilaritate, inter has duas animi passiones, ab illo loco ad ulteriora abductos comitans admirationi erat, et a Deo piisque hominibus beatae nomen consequebatur. Sic nos rursus praevenit redeuntes Catharis et Thessalonicam in exilium pulsos,

(1) Ipse Theodorus patrem suum spiritalem Platonem ad constantiam in adversitate, exempli ceteris praebendi causa, magnopere hortatus fuerat epist. lib. I. 1. et 2.

(2) Post verberationem missus fuit a Constantino imp. exul Thessalonicam Theodorus cum aliis monachis, cuius itineris prima mansio fuerunt *Cathara*, ut ipsemet scripsit epist. lib. I. 3. Loci *Cathara* mentio fit etiam lib. II. ep. 12.

hora brumali et vespertina in taberna rustica, clandestino et incognito adventu, ut nos videret et tota ferme nocte nobiscum versaretur, dum nos invicem in Domino testamenta conderemus. Statimque summo mane, quod erat acerbum et miserabile, separatis invicem, illa vale dicens, et tamquam in animae commendatione oscula singulis corporis membris imprimens, cum gemitu, ego, aiebat (ut eius locutione utar) iam nunc o filii suprema verba morientibus dicere videor. Cuilibet autem rationali mente praedito cuiusmodi id negotium fuerit, coniectare licet. Nam si amanter inter se copulatis, et mox dissociatis fit, iuxta magnum theologum Gregorium, unius corporis in duo dissectio, et utriusque mortificatio; vel si boum simul educatorum, eidemque iugo subditorum, non sine lugubri mugitu fit dissociatio, separari non patientium; quid quale quantumque in re praesenti contigisse concedemus? Sane utrimque, ob Dei timorem, doloris acerbitatem reprimebamus: sed id quidem quale quantumque fuit, magnanimitati eius adscribatur.

10. Porro ad res vestras quod attinet, Fratres, ipsi vos narrastis, qui beneficentia fruiti estis, quo tempore vos collegit ad nos veniens, et ceu pullos nido excussos, in suum claustrum recepit. Deinde reversa singulos consolata est, ad urbem se conferens; illucque utcumque intromissa, ingemiscendo, orando, et hunc hospitem excipiendo, alium roborando, alium sustentando, alium subducendo: et more optimi oeconomi et secundum Deum praesidentis, partim alens, partim administrans, velut nova Natalia, et Priscillae aemula. Testes vos, beneficia experti, qui et lingua commoditates acceptas fatemini

ζομένης εἰς χαμερινὴν καὶ ἑσπεραίαν ὥραν ἐν χωριακῷ καταλύματι, φόβῳ πολλῷ κρυπτοφανῶς καὶ ἀδιαγνώστως θεάσασθαι, καὶ συντυχεῖν ἡμῖν δι' ὅλης σχεδὸν τῆς νυκτός· διαθεμένων ἡμῶν διαθήκας (1) τὰς ἐν κυρίῳ πρὸς ἀλλήλας· καὶ εὐθὺς ἕωθεν οἷον ἦν ἀλγεινὸν καὶ ἐλεεινὸν διαζευγνυμένων ἡμῶν ἀπ' ἀλλήλων, κἀκείνης τὸ συντακτήριον λόγον ποιούσης, καὶ ὡς ἐξόδια τοῖς φιλήμασιν προσεπιτιθεμένης ἡμῖν καὶ πᾶν μέλος τοῦ σώματος μὴ κλαυθμῶν· ἐγὼ γάρ φησιν ἄρτι, τέκνα, ἵνα καὶ αὐτόλεκτον αὐτῆς λόγον εἴπω, ἐξοδιάζειν ὑμᾶς δοκῶ (1)· ἔξεστι στοχάσασθαι τοῖς ἐχέφροσιν· εἰ γὰρ ἐπὶ τοῖς συγκραθεῖσιν ἀγαπητικῶς πρὸς ἀλλήλους, καὶ διϊσταμένοις γίνεται καὶ τὸ μέγαν θεολόγον Γρηγόριον ὥσπερ ἑνὸς σώματος εἰς δύο τομὴ καὶ ἀμφοτέρων νέκρωσις· ἡ μόσχων συντρόφων καὶ ὁμοζύγων διάζευξις γοερῶν μυκωμένων ἐπ' ἀλλήλοις καὶ οὐ φερόντων τὴν ἀλλοτρίωσιν· τί καὶ πόσον καὶ ἡλίκον δοίημεν ἐπὶ τοῦ παρόντος; καὶ κατεκρατῶμεν ἀμφότεροι φοβοθείᾳ καὶ δριμυπαθείας, ἀλλὰ τοῦτο μὲν δὴ τοιοῦτον καὶ τηλικοῦτον ὄν, καὶ μεγαλοψυχίας αὐτῆς τιμάσθω.

ι'. Τὸ ἧ ὑμέτερον, ἀδελφοί, αὐτοὶ ἐξηγήσασθε, οἱ καὶ τὰς εὐεργεσίας ἀπολαύσαντες, ὡς συμβέβληκεν ὑμᾶς ἐξερχομένη πρὸς ἡμᾶς, καθάπερ νεοττοὺς ἐκριφέντας ἐκ καλιᾶς, εἰς τὸ οἰκεῖον φροντιστήριον· ἔπειτα ὑποσρέψασα καθάπερ ἕκαστον παρηγορήσατο πρὸς τὰ ἐν ἅσῃ πορδομένη· κἀκεῖσε ποδαπῶς εἰσῳθοῦσα ἀμφιέτρυζεν, ἀντιβόλῳ, τὴν μὲν προσδεχομένη, τὴν ἧ ὑπαλείφουσα, τὴν ἧ ἐρείδουσα, τὴν ἧ ὑπεξάγουσα· καὶ οὓς μὲν τροφδομένη, οὓς δὲ διοικουμένη, ὡς ἂν τις ἄριστος οἰκονόμος καὶ τῷ θεὸν παρεσάτης, ἡ ὄντως νέα Νατάλια, ἡ Πρισκίλλης (3) ὁμόζηλος· καὶ μάρτυρες ὑμεῖς, οἱ εὖ παθόντες, καὶ διὰ γλώσσης τὸ εὐ- f. 100. a.

(1) Theoctistae cum fratre deportato nocturnum colloquium cognoscimus etiam ex ep. 3. lib. I. p. 184.

(2) Piorum huiusmodi testamentorum, habemus exemplum apud ipsum Studitam ed. Sirm. p. 65. seqq.

(3) Priscilla nota est ex act. apost. et ex Pauli epistolis. De Natalia sic Baronius in martyrologio 1. decembris. *Sanctae Nataliae, uxoris beati Hadriani martyris, quae sub Diocletiano imp. ss. martyribus Nicomediae in carcere detentis multo tempore ministravit; impletoque eorum certamine, Constantinopolim profecta, ibidem in pace quievit.* Videsis reliqua de ea documenta a Baronio citata.

συμπάθητον φερόμβρον ἔχοντες καὶ θαυμαζόμβρον· ἠξιώθη τοιγαροῦν τηνικαῦτα ἡ θαυμασία καὶ τῷ τελευταίου μακαρισμοῦ ἐπιτυγχάνουσα, ὀνειδιζομένη ὑπό τινων, ὧν τὰ ὀνόματα ἑκὼν ὑπερβήσομαι· καὶ μέντοι διωκομένη ἕνεκεν δικαιοσύνης καὶ ἀληθείας· ἀπόκρινέ μοι κἀ αὐτὸς, ὦ πάτερ, ὅ τι καὶ ὑπέσχη διὰ σὲ πεφρουρισμένη σὺ ἕνεκα ἡ πολύαθλος, ἐν τῇ συζητήσει, ἐν τῇ φροντίδι τῶν ἀναγκαίων· λέγε τὴν ἁρπαγὴν τοῦ κρατοῦντος, τὰς ἀπειλὰς, τὰς ἀνέτασιν· οὐχὶ καὐτὴ συμπέπονθέν σοι τριακονθήμερον μείνασα φρουρουμένη ὑπὸ τεττάρων τῶν σωασκευμένων, ἃ ταῦτα διηρημένων τῶν εἱρκταῖς; κἀκεῖ ἐῶ λέγειν ὅσα ὑπὸ τῶν δουλίδων τῆς φρυρέως ὑπέσχη, κἀ ὅσα ἐταλαιπωρήθη κἀπὸ τῆς ζωῆς ἀφορμὴν, κἄρτον ὀδύνης ἐσθίουσα κἀ πόμα θλίψεως πίνουσα· κἀ οὐ τῶν παρόντος καιροῦ τὰ τηνικάδε τετολμημένα κἀ γεγλυμμένα δηλωσημαίνειν· ἀλλὰ συγχωρείσθω τοῖς δεδρακόσιν, ὅ τι κἀ πεπράχασιν· οὕτω γὰρ εἰπεῖν ἁρμοδιώτερον, εἰ καὶ κρίμασιν οἷς παρεχώρησεν ἢ ᾠκονόμησεν, ἵνα ἐγκόπτηται κακία, κἀ μὴ εἰς νόμον ἔρχεται τὸ παρανομούμβρον, θεὸς τὸν διωγμὸν ἀνεκαλέσατο· κἀ γὰρ ἐπανήκομβρ οἱ ὑπερορισθέντες καὶ διασκορπισθέντες εἰς ταυτὸν, ὡς ἴστε, δεξιᾶς τυχόντες κἀ ἐπανελεύσεως παρὰ κἀ κρατούσης.

I. 100. b.

ια'. Ἀλλὰ τί ἔτι τῇ θεοτιμήτῳ μητρὶ πρὸς τοῖς εἰρημένοις προσθείημβρ, κἀ τί προσερεσόμεθα ἁρμοδιώτερον; ὦ δακρύων ὀχετοὶ, ὅσοι ἐκ τῶν ἐκείνης ὀφθαλμῶν ἀενάως προεχέοντο διὰ τὸν ἄνδρα, διὰ τῶν παίδων τὸν σφαλερώτερον (1), διὰ τὸ ποίμνιον, διὰ τοὺς ὀλισθαίνοντας, διὰ τὸν καθ' ἕκαστον συνοικισμόν· ὡς μήτηρ πνευματικὴ τὸ ἐλεεῖν εἶχεν· κἀ ὡς ἀδελφὴ ὑπὲρ ἀδελφῶν κἀ κύριον ἀεὶ ἠγωνίζετο, κἂν οὐ συνῳκίζετο· ὦ ψυχῆς οἰκτίρμονος κἀ ἐλεήμονος ἐπίδοσις· κἀ ὦ σπλάγχνων συμπαθῶν κένωσις, οὐ φερόντων τὸν προσιόντων σύνωσιν· ὥστε κἀ δέεσθαι αὐτὴν ὑπὲρ τοῦ δεο-

ac celebratis. Tunc vero mirabilis haec femina postremam quoque beatitudinem consequi digna fuit, conviciis nimirum a quibusdam affecta, quorum nomina sponte reticeo; et persecutionem propter iustitiam passa ac veritatem. Responde tu mihi, o pater, quid pro te carceri mancipato patientissima haec sustinuerit, cum accusareris, cum quaestio de te fieret, postremo ob rei necessariae ministrationem. Dic tyranni rapinas, minas, examinationes. Nonne ipsa socia tibi dolorum triginta diebus fuit in custodia detenta, cum quatuor asceseos consortibus, et quidem per carceres distributis? Ibique omitto dicere quanta fuerit passa a custodis ancillis, quanta in angustia fuerit quod adtinet ad vitae sustentationem, panem doloris comedens, et calicem bibens tribulationis. Sed non est huius temporis omnia quae tunc ausa et acta fuerunt significare. Ignoscamus malorum auctoribus quicquid egerunt. Sic enim dicere convenientius est; quandoquidem iudiciis suis permissionis aut providentiae, ut malum abrumperetur, et ne lex fieret quod erat illegitimum, persecutionem Deus sedavit: nam et exules, reversi sumus; et dispersi, denuo convenimus; felicem, ut scitis, reditum abs regnante Domina consecuti.

11. Age vero quid adhuc venerandae matris laudibus addemus, aut quid convenientius attexemus? O lacrymarum rivuli, quotquot ex eius oculis perenniter fluxerunt, propter virum, propter unum e filiis lubrico magis obnoxium, propter ecclesiae gregem, propter lapsos, dum singulos solidare conatur! Namque ut spiritalis mater, clemens erat; ut soror, pro fratribus in Domino numquam non sollicita, etiamsi contubernalis non esset. O anima misericordiae et eleemosynae semper parata! O viscerum benignorum effusa caritas, quae neminem acceden tem

(1) Intelligit Euthymium, quem ad constantiam multis verbis roborabat ipse Theodorus lib. I. ep. 1: ἀνδρίζου οὖν καὶ αὐτὸς, ἀδελφὲ κῦρι Εὐθύμιε: *viriliter age et tu domine frater Euthymi* etc.

angustiis angi sinebat! ita ut egeret ipsa pro indigentibus, versuram faceret pro redimendis aliorum versuris, gestiret denique pretium pro aliorum redemptione persolvere, trapeziticam etiam saepissime Christi imitatione exercens. Pauperibus quoque feminis ad se convocatis propriis manibus ministrabat; namque in deliciis ei fuit erga inopes benignitas largitasque. O venerandum os, quod divina eloquia semper meditabatur, et incessabilem usque ad mortem liturgiam obivit! O venerandorum pedum ad ambulandum indesinenter ad Deum malleoli firmi semper atque parati! O non vespere tantum sed et mane et nocte media sanctarum manuum ad Deum elevatio, et certa postulatorum impetratio! O nocturnorum somniorum revelationes! Etenim ob circumstantes molestias saepe Deus futura praemonstravit, famulam suam consolans. O totius corporis ob asceticam vitam dissolutio, vilisque et male ab hiberno frigore protegens vestis! O lectule rigide, anguste curteque, frigidique discubitus! O indifferens et inconciliabilis erga cuiuslibet viri aspectum animi habitus! O constans et enixa ipsius cum Deo solitudo! Quare et cum tristitia conflictans, neque nos saepe aspicere valens, neque alium qui spiritaliter recrearet, moerori cedens, egressiones aliquas et peregrinationes faciebat: verumtamen in his ipsis sollemnem precum ordinem accurate observare se demonstrabat. O diurni nocturnique laboris summus amor! O digitorum ex opere durities, et naturalis teneritudo in corii asperitatem conversa! quia videlicet non pro se tantum, id enim minime curabat, sed pro totius fere coenobii indumentis operabatur, ut vos auditores scitis.

12. Singularis quippe in hoc femina fuit praeter cetera; ita ut siqua in re reprehendi ut homo potest, hinc ansa arri-

μένων, καὶ δανείζεσθαι ὑπὲρ τῶν δανείων ἀπαλλάξαι· καὶ χαίρειν καὶ ἑαυτὴν πριᾶσθαι ὑπὲρ τῶν ἑτέρων ἀπολυτρώσεως, τραπεζοποιουμένη αὖ πλειστάκις χριστομιμήτως· καὶ τὰς πενομένας συγκαλουμένη καὶ ταῖς ἰδίαις χερσὶν ὑπηρετοῦσαν, διότι ἔρως ἦν αὐτῇ, τὸ τῆς φιλοπτωχίας δώρημα· ὦ τιμίου στόματος τῶν ἐκ τῶν θείων λογίων ἀενάου ἐκμελετήσεως, καὶ ἀπαραλείπτου μέχρι θανάτου λειτουργήσεως· ὦ τιμίων ποδῶν ἀποσφυρώσεως, ἐκ τῆς ἐντευκτικῆς πρὸς θεὸν ἀενδότου πήξεώς τε καὶ βαστάσεως· ὦ οὐ μόνον ἑσπερινῆς, ἀλλὰ καὶ ὀρθρινῆς καὶ μεσονυκτινῆς ὁσίων χειρῶν πρὸς θεὸν ἐπάρσεως καὶ λιτανευτικῆς τῶν αἰτηθέντων ἐπιτεύξεως· καὶ ὦ νυκτερινῶν ἐνυπνίων λιτασαφήσεως· ὦ πρὸς τὰ παρισάμβια λυπηρὰ, πολλάκις αὐτῇ θεὸς τὸ μέλλον προμεμήνυκεν, βραμυθούμενος τὴν αὐτοῦ θεράπαιναν· ὦ τῆς ὅλου σώματος ἐξ ἀσκήσεως, βαλύσεως· καὶ ὦ εὐτελοῦς καὶ ἀθάλπτου ἐν καιρῷ κρύους ἐνδύσεως· καὶ ὦ ῥωμυνῆς λιξήρου στενῆς τε καὶ κολοβῆς, καὶ ψυχούσης ἀνακλίσεως· ὦ τῆς ἀφίλου καὶ ἀσυνδυάστου πρὸς πᾶσαν ὄψιν ἀρρένων λιθέσεως· καὶ ὦ τῆς ἐπιμόνου καὶ τεταμμένης αὐτῆς πρὸς θεὸν μονώσεως· διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἀκηδίᾳ παλαίουσα, καὶ μήτε ἡμᾶς ὁρᾶν ἔχουσα συχνότερον, μήτε ἄλλον τῶν βιωματικῶς ὑπαλείφοντα, ἡττᾶτο ποιουμένη τὰς τινὰς προόδους καὶ ἀποδημίας· ἀλλὰ κἂν τούτῳ τὸν κανόνα φυλάττουσα ἀπαράλειπτον ἀπεδείκνυτο· ὦ φιλεργίας ἀνυπερβλήτου νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν διακοπώσεως· καὶ ὦ δακτύλων τῶν ἐργασικῶν ἀποσκληκώσεως καὶ εἰς βύρσης σκληρότητα μεταποιηθείσης τῆς φυσικῆς ἁπαλότητος· μὴ ὅτι πρὸς τὸ ἑαυτὴν ἐξαρκεῖν ἐργαζομένης, τοῦτο γὰρ μηδενὸς λόγου πρὸς αὐτῆς, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ ὅλον κοινόβιον σχεδὸν ἐνδιδύσκειν ὡς ἐπίστασθε οἱ ἀκούοντες (1).

ιβ'. Καὶ γὰρ ξένη τίς ἦν γυναικῶν ἐν τούτῳ ὤφθη μὴ τῶν ἄλλων· ὥστε καὶ εἴ τι ὡς ἄνθρωπον αὐτὴν ἔστι μωμεῖσθαι, ἐντεῦθεν

f. 101. a.

f. 101. b.

(1) Id adfirmat Theodorus etiam in epistola ad matrem lib. II. 6.

τὰς ἀφορμὰς προσεῖναι, καὶ ἐκ τῆς ἄλλης αὐτῆς περὶ τὰ καλὰ θερμότητος, ὀπτατικὴν ὡς τὰ πολλὰ οὖσαν καὶ ἀκριβολογουμένῳ πρὸς τὰς σωασκημένας ὑποχαρίους, καὶ θυμουμένῳ ἔστιν ὅτε ἐν ταῖς ἐλλείψεσιν εἴτε τῆς ἔργων, εἴτε τῶν ψαλμῳδιῶν, εἴτε τῶν ὑπηρεσιῶν, ὡς καὶ νικηθῆναι αὐτὴν οὐ πολλάκις, ὠθῆσαί τε νυσταζούσας, ἢ καὶ ῥαπίσαι ἀνηκοούσας· ἀλλὰ καὶ εἰθ' οὕτως εἶχε τὸ ἀγαπᾶσθαι μᾶλλον ὑπὲρ ὀλίγα ὁμαλωτάτους, διὰ τὸ ἐξ ἀγαθοῦ αὐτὴν κινεῖσθαι πρὸς ταῦτα, καὶ πάντοτε ἀπογινώσκουσα καὶ ζητοῦσα ὑποτάσσεσθαι· καὶ μέντοι διὰ τοῦτο (Ν) θεὸν ἱλεούμενη, ὡς ἡμεῖς αὐτοὶ τὰς συγχωρήσεις εἰκότως ἐποιούμεθα· καὶ γὰρ μετὰ τὴν κάθειρξιν τοῦ πατρὸς, τοσοῦτον ὑπετάγη μου τῇ ταπεινώσει καὶ ὑπεδέδωκεν εἰς ὑπακοὴν, ὥστε καὶ δούλῃ ἑαυτὴν ὀνομάζειν, καὶ τῆς ἀναξίων μου ποδῶν ἐφάπτεσθαι, ἐξαγορεύειν τε τὰ κρυπτὰ τῆς καρδίας, καὶ εἰς οὐδὲν ὁτιοῦν μὴ ἀντιτείνειν τῆς ὁπταγμάτων· αἰδοῦς τοίνυν πληροῦμαι ἔγωγε ὁ τάλας ὁσάκις ἂν καὶ ἀναλογίσωμαι, ὅπως τέ με ὠνόμαζε κύριον καὶ πατέρα, καὶ ὅπως ἐσέβετο συμμίξασα τῷ φόβῳ τὸ πόθον, καὶ οὐχ ὡς μήτηρ, ἀλλ' ὡς τέκνον πειθαρχοῦσα.

ιγ'. Πρὸς ταῦτα ἐγκρατείας μὲν ὅρον, τὸ μὴ εἰς κόρον φαγεῖν εἶχεν· τῆς δὲ ποιότητα τῶν βρωμάτων συγεῖλαι ἡ ὑποταγὴ
f. 102. a. οὐκ εἴα· καί περ προσκαμένῳ ἐπὶ τοῦτο σφοδρῶς καὶ μὴ εἰσακουομένῳ· ἦν τοίνυν μονοσιτοῦσα καὶ πρὸς δύσιν τῆς ἡλίου ὡς τὰ πολλὰ, μεταλαμβάνουσα λιτήν τινα καὶ σχέδιον, ἀνέλαιόν τε καὶ ἄοινον τὴν τροφήν· κἂν ὁπότε δὲ κατέλυεν ἐν τῶν ὡρισμέναις ἡμέραις, οὐ πᾶν πλησμονὴν, ἐξ ὀλίγου δὲ καὶ μικρὸν λαμβάνουσα ἠρκεῖτο· ἀκτημοσύνης δὲ δεῖγμα, τὸ μηδὲν ἔχειν αὐτὴν, μήτε θεραπαινίδια, μήτε χρυσίον, μήτε ἀργύριον, μήτέ τι τῶν αἰῶνος τούτου, ἢ μόνον τὰ τρίχινα ῥακκία ἃ περιβέβλητο, καὶ τὰ δύο πενιχρὰ σκεπάσματα (1)· ἀμέλει τοι-

piatur, atque ex reliquo eiusdem erga virtutem fervore; quo fiebat plerumque vehemens et nimia erga socias asceseos ac subditas exactrix. Immo et iracundia succendebatur in defectibus sive operum, sive psalmodiarum, sive ad officia adsiduitatis; raroque in his a quapiam superabatur, socordesque urgebat, et alapis etiam inobsequentes pulsabat. Sed tamen sic etiam magis diligebatur, quam illi qui plus nimio indulgentes sunt; quia non nisi recti bonique amore iis motibus percellebatur: alioquin prorsus ab his abhorrens, et subesse aliis deposcens: interim Deum sibi misericordem implorans, sicut nos aliis pariter condonamus. Reapse post patrem (Platonem) custodia inclusum, adeo mihi ob suam humilitatem subiecta erat, seque in obsequium tradiderat, ut et famulam se appellaret, et indignis pedibus meis advolveretur, et cordis arcana mihi patefaceret, et nullatenus a meis praescriptis discederet. Pudore igitur miser ego suffundor, quoties reputo quomodo illa me dominum patremque nominaret, et quomodo me coleret, amorem timori admiscens, neque ut mater sed ut filia morem gereret.

13. Praeterea lex illi vel limes continentiae fuit, numquam comedere ad satietatem: sed tamen ciborum qualitatem coërcere per obedientiam ei non licebat; etsi in hoc magnopere repugnabat, neque exaudiebat. Semel itaque in die vescebatur, et quidem circa solis occasum plerumque, sumens tenuem et simplicem sine oleo vinoque cibum. Et siquando statutis diebus ieiunium omittebat, non sane ad repletionem, sed parum quid brevique degustans, satis ei erat. Religiosae vero paupertatis demonstratio erat, quod nihil omnino habebat, non famulam, non aurum argentumve, neque mundanum aliquid, sed vestimenta cilicina, et pauper-

(1) Confer praedictam Theodori ad matrem epistolam.

cula duo tegumenta. Haec mortis causa mihi et fratri largita, ceteris sepulturae reservatis, sic nuda substantiis et mundi affectibus, laeta tamquam ad propria proficiscens rebus humanis excessit, bene nobis salubriterque precata, praesentes quoque omnes crucis symbolo signans; nam multi inventi sunt ibi fratres, eius obitum spectaturi.

14. Sed o veneranda et desideratissima mater, ad te enim sermonem converto, dulcis mihi res et nomen, desiderabilis amabilisque conspectus, mater simul et filia, quae bis me peperisti, bis genitrix, ubinam nos reliquisti? quonam tu migrasti? quos in fines translata es? quaeve loca nunc habitas? quibus in sedibus diversaris? quales nunc contubernales spectas? Nam principem quidem aëris huius certo scio te bonis tuis operibus devicisse, ibique te esse unde dolor et moeror et luctus exulant: ubi sanctorum omnium incolatus est beatorum: ubi strepitus chorusque sollemnizantium atque laetantium est: ubi nostri communes fratres, quos et amasti et consortes habere exoptasti. Nunc enim praesentes adhuc carnis proprietates discrimen convictûs efficiunt. Neque mei obliviscaris filiorum tuorum minimi: ne, inquam, oro quaesoque, pusilli gregis tui curam omittas neque magni. Sed securitatem adepta, credo enim te illa potitam, adesto, indulge, propitiare. Ora et exora nunc maxime enixius; dirige, firma, custodi me miserum a peccandi periculo, a telo volante iniquitatis, ab omni reliquo diaboli nocumento. Pasce me, compasce, urge, commone, spiritali praesentia visita, corrige in singulis, atque observa quomodo surgam, quomodo cubem, quomodo corpore animoque commovear: ut

νυν ὅτε ἀπετράπη, ἐμοί τε καὶ τῷ ἀδελφῷ ἐχαρίσατο ταῦτα, καὶ τὸ λοιπὸν εἰς ἐνταφιασμὸν ἔσχατα, οὕτως γυμνὴ καὶ τῶν ὑλικῶν καὶ τῶν κόσμου προσπαθείαις, χαίρουσα καὶ ὡς πρὸς τὰ ἴδια χωροῦσα, ἀπεδήμησεν ἐκ τοῦ ἐνθένδε, ἐπιφθεγξαμένη ἡμῖν εὐκτήρια καὶ σωτήρια, καὶ κατασφραγίσασα ἕκαστον τῶν παρισταμένων, ὅπου καὶ πολλοὶ τῶν ἀδελφῶν εὑρέθησαν θεώμενοι τὴν κοίμησιν (1).

ιδ'. Ἀλλ' ὦ μῆτερ σεβασμία καὶ πολυπόθητε, πρὸς σὲ γάρ εἰμι ἐπιστρεφόμενος, τὸ γλυκύ μοι καὶ πρᾶγμα καὶ ὄνομα, τὸ ποθητόν μοι καὶ ἐράσμιον θέαμα· ἡ μητρότεκνος μᾶλλον δὲ δικτοκος με δημήτηρ· ποῦ ποτε ἡμᾶς ἀπολέλοιπας; ποῦ ποτε μετακεχώρηκας; πῆ ἦ μεθωρίσθης; πῆ ἦ καὶ ἐν ποίοις τόποις ἐναυλίζῃ; ἐν ποίαις ἐπαύλεσι συγχωριάζεις; ὁπηλίκας κατοπτεύεις; τὸν γὰρ ἄρχοντα τοῦ ἀέρος τούτου εὖ οἶδα ἐκ τῶν ἀγαθῶν σου πράξεων ὑπερνικήσασαν, ἐκεῖσε εἶναι ἔνθα ἀϊδρα ὀδύνη λύπη καὶ στεναγμός· ἔνθα τῶν ἁγίων πάντων ὄχλος εὐφραινομένων ἡ κατοικία· ἔνθα ἦχος καὶ χορὸς ἑορταζόντων καὶ ἀγαλλιωμένων· ἔνθα καὶ οἱ κοινοὶ ἡμῶν ἀδελφοὶ οὓς καὶ ἐπόθησας καὶ συγκοινωνεῖν ἤρω· ἄρτι γὰρ τὰ ἰδιώματα τῆς σαρκὸς παρόντα διαφορὰν ποιοῦνται τῆς συμβιώσεως· μὴ δὴ ἐπιλάθῃ ἡμῶν τῶν σῶν ἐλαχίστων τέκνων· μὴ παρακαλῶ, μὴ ἀντιβολῶ, μὴ ἐπιλήσῃ τοῦ ποιμνίου σου τοῦ μικροῦ τε καὶ τοῦ μεγάλου· ἀλλὰ παῤῥησίας τυχοῦσα, πίστευσον ὅτι καὶ ἐπιτετύχηκας, σπεῦσον καὶ ἵλεως καὶ ἐξιλάσκου· προσεύχου καὶ ὑπερεύχου καὶ μᾶλλον ἄρτι ἐκτενεστέρως, παιδαγωγοῦσα καὶ στηρίζουσα καὶ φρουροῦσα με τὸν δείλαιον ἀπὸ φόβου ἀμαρτιτικοῦ, ἀπὸ βέλους πετομένου ἀνομίας, ἀπὸ πάσης ἄλλης ἐπηρείας δαιμονικῆς· ποιμαίνουσα καὶ συμποιμαίνουσα, νύσσουσα καὶ προσυπομνήσκουσα διὰ ψυχικῆς ἐντεύξεως· ἐπισκεπτομένη τε καὶ ἐπανορθουμένη ἑκάστοτε, καὶ θεωμένη πῶς ἀνίσταμαι, πῶς κεκίνημαι ψυχῇ τε καὶ σώματι, ἵνα παν- f. 102. b.

(1) Auctor chronicae synopseos vitae Theodori in editione Sirmondi ad an. 795. putat epistolam ad matrem scriptam fuisse ante suam profectionem in exilium ad urbem Thessalonicam; quod si ita se haberet, Theoctista quoque per id tempus obiisset; quod a veritate plane abhorret. Nam Theoctista comes illius itineris filio fuit.

τοίῳ λόγῳ ῥυθμιζόμενος καὶ καταρτιζόμενος, καὶ σκοπόν τε βαίνων τῆς ἀληθείας, φθάσω εὐαρεστεῖν θεῷ διὰ τῆς ἀγαθῆς ἀφηγήσεως, καὶ τύχω μετὰ τῶν τῇδε βίον σὺν τοῖς ἑπομένοις μοι ὑπὸ τὴν σκέπην σου εἶναι καὶ συμμετασχεῖν σου ὡς τέκνον ἐλάχιστον τῆς ἐκ δεξιῶν Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν ὁμηγύρεως· ταῦτα μοι, τέκνα, ἠνάγκασεν ἡ ἀλήθεια διηγήσασθαι καὶ ὑμῖν παρὰ ῥεῦσιν τὰ τοιαῦτα κελεύσασιν.

omnimodis directus et perfectus, ex norma veritatis incedens, Deo placere bono vitae tramite queam; et post hanc vitam impetrem ut cum adseclis meis sub tuo patrocinio fiam, et filius minimus tecum sortiar in dextera Christi Dei nostri consistere. Haec me, o filii, eloqui veritas coëgit, vobismet scilicet talia cursim perorare me iubentibus.

FINIS.

DE THEODORO ALANIAE EPISCOPO.

De hoc Theodoro, vel potius de eius scriptis, dixit Allatius in diatriba n. CXV. Ea scripta omnia nos prae manibus habemus in codice vaticano; ex quibus interim delegimus typis vulgandum iter eius Constantinopoli per Bosphorum cimmerium in Alaniam, quia hanc prae ceteris lucubrationem lectoribus iucundam fore speravimus. De Alania et Alanis non semel Constantinus porphyrogenitus in op. de adm. imp. Est autem ea regio ultra Maeotim circa Tanaim, atque ut Constantinus ed. paris. p. 113. *affirmat,* τῶν ὀρέων καυκασίων ἄνωθεν ἡ χώρα τῆς Ἀλανίας. *Itidem noster infra n.* 5. *Denique copiose optimeque describit Alaniam Cellarius in geogr. antiq., multis veterum citatis auctoritatibus. Ad eius sedem episcopalem quod adtinet, ea in catalogo Leonis sap. erat metropolis sexagesima secunda, at in illo Andronici senioris numeratur quarta supra septuagesimam:* ὁ Ἀλανίας· καὶ αὐτὴ ξβ' οὖσα, οὗ γέγονεν *(post Codin. ed. paris. p.* 402.*) Haec de Alania. De ipso autem Theodoro nihil fere cognoscebatur praeter id quod ex Dosithei hierosol. historia adnotaverat Lequinius Or. ch. T. I. col.* 1348, *nempe eum fuisse episcopum tempore Germani II, qui fuit patriarcha constantinopolitanus ab anno* 1222. *ad* 1240. *Nunc demum ex hoc luculento Theodori sermone plura et quidem historiae utilia comperimus. Namque et Alaniae fines vicesque describit, et miserandam populi conditionem, cum religionis amore vix tamen christiani:* χριστιανοὶ δὲ μόνον ὀνόματι Ἀλανοὶ (*n.* 24.), *propter pastorum scilicet raritatem, et infirmam rei sacrae constitutionem. Prorsus est hoc alanicarum antiquitatum rarum monumentum nec contemnendum. Lepida autem est illa Lazorum episcopi in Alaniam excursio, eiusque supina in conferendis sacris ordinibus inscitia et irreverentia, quem pravum morem apud haereticos quoque Habessinos vigere, a nostris orthodoxiae illic praeconibus audivi. Ceterum de non facile repetendo sacramenti illius ritu, prudenter auctor loquitur. Incommoda sua et pericula praesertim Chersone, et a latronibus, et ab illarum regionum satrapis memorat. Item suum pastorale regimen modeste exponit. Quaedam tamen, initio praesertim, non sine aenigmate dicuntur. Sacra saepe biblia, canones interdum, nec non ipsum Homerum, utpote homo graecis disciplinis imbutus, recitat. Ceteroqui stilus Theodori plerumque durior est, narratio veluti abrupta, prout ipse interdum fatetur, et nullo artificio contexta, et mihi interpreti aegre quandoque pervia. Sed rem heic quaerimus, bonae elocutionis exempla aliunde petemus.*

ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΑΝΙΑΣ

Λόγος ἐπιστολιμαῖος πρὸς τὴν Κωνσταντινόπολιν καὶ τοὺς ἐνδημοῦντας τῶν ἐπισκόπων· εἰ καὶ διὰ τὰ συμβάντα παρεκτέταται, καί τοι τὰ πλείω συντέμνων. Ἐπιγέγραπται δέ, μετὰ τὴν χειροτονίαν, ἢ

ΑΛΑΝΙΚΟΣ.

THEODORI EPISCOPI ALANIAE

Sermo epistolaris ad Constantinopolim morantesque in ea episcopos; qui propter rerum eventus prolixus evasit, quamquam pleraque sunt breviata. Inscribitur autem: post ordinationem episcopi, sive

ALANICUS.

1. Quaenam fuerit itineris nostri ratio, iamdiu scio, vos et antea cognoscere expetisse, et nunc potissimum, o magne pastor, et post primum proxime, nec non vos compastores; qui nimirum fuerit longae peregrinationis exitus, quid in ea gestum sit, praecipue vero quomodo nos Spiritus deduxerit; a quo, etsi non semper permoti fuimus, nunc certe postquam nobis unctionem largitus est. Num ergo felicius iter nacti simus, rectaque ad gregem nostrum venerimus? an in latrones delapsi, animae retinendae causa fugerimus? Qui status rerum sit, et num satis bene nobis evenerit? Num fortunae impetus vix demum desiverit, an adhuc in cursu simus? Et horum duorum utrum teneamus? et num hactenus scopo prorsus aberraverimus? Haec ergo vobis considerare contingit, et inter vos disquirere. Sane arbitror grave esse negotium, et non minima cura dignum, si quis velit nostra diligentius inspicere. Quamquam, ut in his solet contingere, alia quaelibet, nihilque publice satis probatum, popularis fama divulgat. Ego vero si certe tan-

α'. Πῶς ἡμῖν ἂν ἔχοι τὰ τῆς ὁδοῦ, ἐκ πολλοῦ οἶδ' ὅτι καὶ πρότερον μαθεῖν ἐζητεῖτε, καὶ νῦν ἔτι μᾶλλον, σύ τε ὁ μέγας ποιμὴν, καὶ μετὰ τὸν πρῶτον εὐθὺς (1), καὶ ὑμεῖς οἱ συμποίμενες, πῶς τὰ τῆς μακρᾶς ἐκδημίας, καὶ τίς ἡ ταύτης ἐργασία, μᾶλλον δὲ τῆς ὁδηγίας τοῦ πνεύματος· ὥσπερ, εἰ μὴ καὶ ἀεὶ, κεκινήμεθα, ἀλλά γε νῦν ἐκ τοῦ χρίσαντος· ἆρα χρηστοτέρας τῆς ὁδοιπορίας ἐτύχομεν, καὶ πρὸς εὐθὺ τῆς ποίμνης ἐτέμνομεν; ἢ λῃστὰς ἐμπεσόντες, πρὸς περὶ ψυχῆς ἐτραπόμεθα; ὡς δ' ἂν ἔχοιεν, εὖ τε καὶ ἄλλως τὰ συμπεσόντα ἡμῖν; ἆρα μόλις ἔσπευσε τῆς ὁρμῆς, ἢ καὶ εἰσέτι φερόμεθα; καὶ ποῦ ποτε δυεῖν θάτερον; καὶ τέως εἰ μὴ πάντη τοῦ σκοποῦ διημάρτομεν; Ταῦτα μὲν οὖν ὑμῖν σκοπεῖσθαι συμβαίνει, καὶ καθ' ἑαυτοὺς ἐρευνᾶν· καὶ πείθομαι ὡς ἔστι σπουδαῖον τὸ πρᾶγμα, καὶ τῷ οὐχ ἥκιστα φροντίδος τετυχηκότων, εἴ που τί τῷ ἡμετέρων ἀκριβολογοῖτο τινί· καίπερ ὁποῖα φιλεῖ συμβαίνειν ἐν τοῖς τοιούτοις, ἄλλο ἕτερον καὶ κοινῇ κατηκριβωμένως οὐδὲν, ἡ πάνδημος φήμη προφέροι ἄν· ἐγὼ δὲ εἰ μὲν οὕτως εὐκαιρίας καὶ σπα- Cod. f. 29. b.

(1) Confer sermonis clausulam. Utroque enim in loco primus pastor videtur intelligi Christus.

σκευῆς εἶχον, ὡς πάντα λέγειν καὶ γράφειν, κἂν τῇδ' ἐμοὶ σπουδαζομένων τὸ ἔργον ἦν, διηγουμένῳ τὸ βελτίον εἰς παράψυχὴν καὶ συμπαθὲς τοῖς ἀκούουσι· νῦν δὲ οὐκ ἐστι· πολλῶν γὰρ ἂν ἡμῖν λόγων ἐδέησεν· πονεῖν ἢ ἄρτι ὡς ἐν συγγράμμασιν, ἶδιον ἂν εἴη ὥσπερ εἴτις ἐν νυκτομαχίᾳ, τὸ δεξιῶς ὡπλισθῆναι, καὶ τοιῶσδε ἐπιβαίνειν σκοπεῖ· καί τοι καὶ ἄλλως οὐδ' ἂν διυναίμην, πεπλανημένῳ ἤδη πῃ ἔννοιαν ὑπὸ τοῦ μεταμανθάνειν τὰ βάρβαρα· εἰ δὲ καὶ ταῦτα μὴ παρῆν φιλοκαλοῦντα με σιωπᾷν, ἀλλὰ τὸ διήγημα ἴλιγγον ἔχοι οὐ φορητὸν, ὡς καὶ ἠπειρώτῃ ναυτία, καὶ τοῖς τρυφῶσι καὶ θρυπτομένοις τὰ φάρμακα.

β'. Ποθοῦσι ἢ ὑμῖν, ὦ πάτερ καὶ ὅμιλος ἀδελφῶν, οὓς σμικρύνῃ καὶ διεσπασμένους τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐκ οἶδ' ὅπως ἐπίσχω τὴν ἡμετέρων τὴν γνωριμοτάτην. Καὶ μή πω τίς Ἰωσὴφ ἐνταῦθα; ὁ γὰρ πατριάρχης Ἰακὼβ θῆλος πενθῶν οἶδ' ὅτι τὸ ὕστατον ἐν υἱοῖς καὶ πνευματικὰ φελλίζοντα ἔτι· καὶ παρὰ τοῦτο καὶ ἀγαπώμεθα· ἐγεώργουν μὲν οὖν οἱ μείζους ἀδελφοὶ τὸν ἄσταχυν τῆς ζωῆς, καὶ εἰς διακονίαν αὐτὸς ἐτετάγμην ὑπηρετούμενος ὁπόσα προσέτταττεν ὁ πατήρ· οἱ δ' ἀπεμπολοῦσιν, οὐκ οἶδ' ὅ τι παθόντες· πλὴν ὅμως, καὶ τραγωδία τὰ ἐντεῦθεν οὐδ' ἀπαράλληλα· πλὴν ὅ τι γνωρίσω μὲν ἐμαυτὸν, εἰ καὶ σκιωδῶς οὐδ' ἀποδακλύπτως· ἀποδαδραμοῦμαι γὰρ τὰ πολλά· βασιλεύω ἢ οὐκέτι τῶν αἰγυπτίων διὰ τὸν Φαραὼ, εἰ καὶ ἀποχωρηκέναι τινὸς δυνασείας οὐ βούλεται μὲν, πείθεται δὲ ὑπὸ τῶν ὁράσεις διδόντος καὶ ἐνυπνιάζοντος πνεύματος· ὑποχωρεῖ γὰρ ἡ αἴσθησις τῷ νοΐ, παρ' αὐτοῦ διδαχθεῖσα ὅσα συμβολικῶς ὑποδέχεται· οὐ γὰρ ἡ νὺξ τοῦ βίου κεχώρηκε τὴν ἀλήθειαν· εἶεν.

γ'. Τὴν μὲν οὖν ὁδὸν ἅπασαν ἐξ ἀπαρχῆς ἀναλέγεσθαι, ὑπὲρ τὸν παρόντα καιρόν ὄσι, καὶ τὸν τοῦ λόγου πόθην· ὅσα τε ὑπενεγκόντας ἡμᾶς ζῆτος ἑώρακεν ἥλιος· καὶ μήν γε τούτων οὐ πολλοσὰ αἰτησαμένοις τι-

tum otii et commoditatis haberem, omnia dicerem ac scriberem; etsi praecipuam curam gererem meliora narrandi ob solatium mutuumque affectum audientium. Nunc id non licet, quia longo mihi sermone opus foret. Laborem autem scribendo impendere, perinde nunc esset, ac si quis ad nocturnam pugnam eleganter se armis exornaret, atque ita ornatus procederet. Sed et alioqui id minime possem, mente adhuc vaga, dum res barbaricas discere incipio. Iam quamvis haec me ad silentium non compingerent, narratio tamen intolerabilem vertiginem crearet, veluti homini mediterraneo fit in mari nausea, et sicut delicatis et mollibus pharmaca accidunt.

2. Ceterum cupientes vos, o pater et fratrum coetus, quos licet distantes sanctus Spiritus congregat, nescio quomodo celem rem inter nostras longe notissimam. Et numquid heic est Ioseph aliquis? Patet enim quod patriarcha Iacob luget postremum ex suis filiis, qui adhuc spiritu infans est; et idcirco diligimur. Excolebant igitur maiores fratres vitae messem, atque ego ipse ministerio fui addictus, operam impensurus prout pater imperavisset. Illi autem vendiderunt nescio quo animi pravo instinctu permoti: sed certe tragoedia heic fuit, nec veteri dissimilis. Novi tamen me ipsum, quamquam in umbra nec sine velamine. Etenim multa praetereo. Neque impero iam Aegyptiis per Pharaonem, qui etsi cedere alicui potentiae renuit, persuadetur tamen ab eo qui visiones et somnia immittit spiritu. Cedit quippe sensus intellectui ab illo edoctus quidquid per symbola suscipit. Neque enim nox mundi, veritatem comprehendit. Sed haec missa faciamus.

3. Igitur viam quidem universam iam inde ab initio describere, praeter huius temporis spatium est, et praeter sermonis officium; et quanta nos perpessos tertius sol viderit. Et quidem horum haud

f. 30. a.

pauca postulantibus nonnullis cursim significavimus, transitorie narrando, nisi haec forte vestram curiositatem fugerunt. Primus viarum custos vexavit me, comprehenditque persequens, et spolia divisit, etsi cupiditatem suam non explevit. Secundus vastator, magis adhuc malitia abundans, sed tamen non praevaluit. Nam prodigia rursus patrat Deus famigeratis illis haud minora: mare divisit, deduxit inermes homines, non tam persequentibus quam iam comprehendentibus hostibus, quod pluris est. Caecitate percussit secundum: erat enim etiam apud nos confidentissimus Paulus, gentium apostolus, qui prae evangelio cuncta flocci aestimabat, zelo flagrans, mysteriorum Spiritûs gnarus, pastor meus, immo vero pater potius spiritalis quam corporalis. Erepti vinculis aeque ac Petrus, transivimus primam alteramque custodiam. Ut autem divinae dispensationis mos est, parumper ea remisit, ut mox maiora prodigia patraret. Haec nos breviter exposuimus; neminemque fore credimus, qui si inquirat, minime ei manifesta appareant.

4. Res porro heic gestas, novit Cherson et scythica regio, quae nos liberaliter viatores tractavit, auditis nostrarum calamitatum casibus. Nam postquam is qui improborum malitiam irritam reddit, persuasit tyranno nostro, ut contra suam voluntatem ageret, ille nos exules expulit et vinctos, civitas autem liberos esse sivit. Verumtamen hoc eius non placuit animo, misitque malos nuncios ad magistratus, et gravia verba addidit. Et hi quidem nullo vetito interposito, civibus permittebant, ut pro suo libito nobis uterentur. Sed Deus aderat cohibens, qui unum de Chersonis proceribus permovit, hominem prorsus celebri Iohanni parem: qui tamen libertatem fugiendi periculum non concessit, quia plebis impetum metuebat, ne forte a sanguinario illo viro occideretur, contraque se commoveretur populus qui unsὶν ἐκδεδώκαμεν, ὅπλ ρομάλλω διεξελθόντες ἐκ τοῦ παρήκοντος, εἰ μὴ καὶ πῶ ὑμετέραν φιλοπολιτίαν παραδελράμηκεν. Ὁ πρῶτος ὁδοσατήσας ἐξέθλιψέ με· κατέλαβέ με πλιώξας, πλεμερίσατο σκύλα· εἰ κὴ μὴ τ̃ ὅπθυμίαν ἐνέπλησεν. Ὁ δεύτερος λυμεὼν, εὐπορίστερος ἐν κακοῖς, εἰ κὴ μὴ κατίσχυσε· τερατουργεῖ γὸ κὴ πάλιν θεὸς τ̃ ὑμνεμένων οὐκ ἔλαττον, θάλασσαν ἔτεμε, διήγαγεν ἀόπλους ἄνδρας, οὐδὲ διωκομένους, ἀλλὰ κατεχομένους τὸ μεῖζον· ἀορασίᾳ πλήττ τ̃ δεύτερον· ἦν γὰρ καὶ παρ' ἡμῖν παῤῥησιαζόμενος Παῦλος ὁ τ̃ ἐθνῶν ἀπόστολος, ὁ τῷ εὐαγγελίῳ μικροῦ τὰ πάντα περιλαβὼν, ὁ ζηλωτὴς, ὁ θεωρὸς τ̃ μυστηρίων τοῦ πνεύματος, ὁ ἐμὸς ποιμὴν, καὶ μᾶλλον ὁ πνεύματι πατὴρ ἢ τῷ σώματι· ἡρπάγημεν τ̃ δεσμῶν μ̃ Πέτρου, διήλθομεν πρώτλω φυλακὴν κὴ δλτέραν· ὡς δὴ νόμος τῆς θείας οἰκονομίας, μικρὸν ἐνδίδωσιν ἵνα μείζω θαυματουργῇ· ταῦτα μὲν οὖν ἐν μικρῷ τε ἡμεῖς ἐκδιεδλώκαμεν· καὶ τ̃ ἐρωτωμένων οἶμαι μηδένα εἶναι, ὥπερ οὐκ ἂν εἴη ταῦτα γε δῆλα.

δ'. Τὰ δ' ἐντεῦθεν οἶδε Χερσὼν κὴ γῆ σκυθικὴ, φιλοξενοῦσα θ̃ παροδεύοντας, τοῖς τ̃ ἡμετέρων παθημάτων ἀκούσμασιν· ὅτ̃ γὰρ ὁ σφάλλων πῶ τ̃ πονηρῶν πανουργίαν, ἔπειθε καὶ Ⓐ ἡμέτερον τύραννον τὰ τῇ γνώμῃ πράττειν ἀντίθετα, ὁ μὲν ὑπερορίους ἔπεμπεν ἡμᾶς κὴ δεσμώτας, ἐλευθέρους ἢ ἡ πόλις ἐδίδου· ἀλλ' οὐκ ἐκείνῳ ἥνδανε θυμῷ· * κακοὺς ἢ ἀγγέλους ἠφίει τῷ πολιτεύματι, κρατεροὺς δ' ἐπὶ μύθοις ἔτελλε· * κὴ οἱ μὲν ἀντέτεινον οὐδ' ἐπὶ μικρὸν εὐθὺς ἐνδιδόντας αὐτοῖς ὅ τί ποτε πράττειν βεβουλημένοις ἡμᾶς· θεὸς ἢ ἦν ὁ ἀνέχων, κινήσας τ̃ τινα φιλανθρωπῶν ἐν Χερσῶνι, κὴ οἷος οὐκ ἄλλος, Ἰωάννλω τ̃ πάνυ· ἐδίδου μὲν οὐδ' οὕτως ἐλεύθεριον ἡμᾶς τὸ ἀποδράναι τὰ χείρω, ὑφορώμενος τ̃ ὁρμὴν τ̃ δήμου, μήποτε κατασφάζοιτο παρὰ τ̃ μιαιφόνου ἀνδρὸς, κὴ κατ' αὐτοῦ κινοῖτο δῆμος ὢν ἑτεροβριθὴς καὶ φερό-

* Iliad. I. 24.

* v. 25. f. 30. Ib.

μῳ πάντοθεν· ἐτήρᾳ ἢ μέσης ἐλευθερίας τε καὶ δεσμοῦ· τί δὲ ὁ πάντα ποιῶν καὶ μόνῳ τῷ βούλεσθαι; ἦν μὲν κἀνταῦθα σιδηρᾶ κάμινος, Αἴγυπτος ἄλλη, καὶ Ἰσραὴλ καταδυλούμενος ὁ ἐλεύθερος, καὶ Μωσῆς μυστηρίων μειζόνων μύστης καὶ θεωρός· πέμπεται γὰρ καὶ οὗτος, ἵνα τοῦ πηλοῦ καὶ τῆς πλινθείας ἐλευθερώσῃ με, κἂν ἀντιτύπῃ ὁ δυναστεύων Φαραὼ ὁ σκληρὸς, καὶ πρὸς τὰς θεοσημείας τυφλώττων· ἐγγὺς ἦ ὀλοθρεύτης· καὶ ἡ πόλις μὲν ἐπένθει τὰ οἰκεῖα κακά· ἠτέκνει γὰρ μάχαιρα ἔξωθεν τῆς ἐθνῶν, καὶ ἔνδοθεν ὁ ἐμφύλιος ἀνέκυπτε πόλεμος· ἡμεῖς δ' εὐθὺς ἀποφεύγομεν.

ε'. Ἴσταται μὲν οὖν οὐδὲ μέχρι τούτου ὁ κάκις ἀπολούμενος ἐκεῖνος, καὶ τῆς ἀριστερᾶς μοίρας ὄντως ἄξιος· ἀλλ' ἐπειδήπερ ἡ Χερσῶνος ἐγγὺς ἐν ἀλανικῷ χωρίῳ φυγάδες ἦμεν· (πολυσχιδὲς γὰρ τὸ ἔθνος τοῦτο, καὶ διῆκον μὲν ἀπὸ τῶν καυκασίων ὀρῶν ἐς Ἰβῆρας, τὸ ἀρχαῖον καὶ πάτριον ὅριον· ἀγαπᾷ ἢ καὶ μετοικεσίας πολλοστὰς τινας πέμπειν· ὡς μικροῦ Σκυθικήν τε πᾶσαν καὶ τὴν Σαυρομάτων ἐκπληρῶν·) κἀντεῦθεν ἡμᾶς ἐδίωκε πολλοῖς ὅ τι πανουργήμασί τε καὶ μηχανήμασι, ζητῶν ἤδη καὶ θανατῶσαι· ἦν γὰρ τὸ λειπόμενον οὐδὲν ἕτερον· καὶ κατέδραμε ὁ θεοστυγὴς, γνόμενός τε εἰς Χερσῶνα, πόλεμον ἠπείλει τοῖς μικροῖς Ἀλανοῖς, μόνον εἰ μὴ προδῶσιν ἡμᾶς· οὕτως ἐκεῖνος πονηρὰ φύσις ἦν ὁ γελοῖος Τζαμάνης καὶ τοῦ μηδενὸς ἄξιος, πλὴν ὅτι κακίας πλήρης καὶ τοῦ πονηροῦ ὑπηρέτης· ἠγνόησε γὰρ ὁ πᾶν ὅ τι κακὸν εἶναι τε γὰρ σπουδάσας καὶ λέγεσθαι ἄξιος, ὡς Θεοῦ ἡμεῖς ἀπόστολοι, νεανιεύομαι γὰρ, καὶ θεὸς τερατεργεῖ ἡμῖν· ὁ γὰρ διατεμὼν καὶ σώσας πάλαι ἐρυθράν· καὶ τὸ μὲν, φυγάδα διασώσας λαὸν, τὸ δὲ, Ⓜ διώκοντα καταποντίσας, τέμνει πάλιν πόλιν τὸ πρότερον οἰκείῳ πολέμῳ καὶ ἀλλοτρίῳ καὶ τὸ διεχὲς ἐκείνης, ἐδίδου ἡμῖν τὴν δίοδον· σώσαντι δὲ πάλιν τῇ ὁμοφωνίᾳ, ὡς μικροῦ κινδυνεῦσαι τὸν ἀλιτήριον βουλόμενον κατατυραννεῖν, εἰ μὴ

dique alieno impulsu agebatur. Itaque medios inter libertatem et vincula retinebat. Quid porro is qui omnia sola sua voluntate perficit? Erat enim et heic ferrea fornax, nova Aegyptus, et Israhel de libero captivus, et Moyses maiorum mysteriorum mysta et cognitor. Nam et hic missus fuit, ut ex luto et opere lateritio me liberaret, invito licet regnante Pharaone duro, et coram divinis prodigiis caeco. Prope aderat exterminator; et civitas propria mala deflebat: namque orbam reddebant foris quidem ethnicorum gladius, intus autem bellum consurgebat civile. Nos vero statim fugam arripuimus.

5. Neque vero heic substitit perditus ille, et sinistra parte vere dignus. Sed quoniam haud procul Chersone in alanica regione exules eramus: (etenim dispersa admodum gens alanica est, atque a caucasiis montibus usque ad Iberas pertingit, qui erat illorum priscus patriae finis; solet autem et nonnullas colonias emittere, ita ut Scythiam prope universam et Sarmatiam impleverit;) illic etiam nos persecutus est calliditate sua et machinationibus, necem adeo inferre conatus; nihil enim aliud iam insuper erat. Discurrit igitur hic Deo odibilis Chersonem, et pusillis bellum Alanis interminatus est, nisi nos dederent. Tam improbae naturae erat ridiculus iste Tzamanes et nulla re dignus, nisi quatenus malitia plenus erat, et diaboli administer. Porro ignorabat hic, nihil praeter nequitiam sapiens, et flocci faciendus, nos esse Dei apostolos, dicam enim audacter, et Deum pro nobis miracula operari. Qui enim divisit recollegitque Erythraeum, et fugitivum populum servavit, et persecutorem pari tempore aquis submersit; civitatem hanc in partes scidit, bello concitato simul civili et extraneo; idque discidium ansam nobis evadendi obtulit. Sed civitatem Deus rursus ad concordiam reduxit, ut parum a periculo abfuerit perditus ille, qui tyranni-

sem affectabat, nisi fuga saluti suae conduluisset. Haec hactenus.

6. Quae autem mala a sacro etiam illata nobis sunt bello, ea pariter narranda sunt, utpote quae vim tyrannicam in nos exercuerunt; quae res nullo alio nomine appellari potest, nisi pravae conspirationis: ut blasphemiae nimirum turris in altum attolleretur sub dignitatis munimine. Et quidem prope abfuit a linguarum confusione; vel quaedam fuit sacerdotum ignominiae adversus Eliam adgressio. Erat enim quidam zelotes apud nos, etsi et hunc interficit gladio spiritus. Vel contra Hierusalem Assyriorum exercitus, periculose semet inferens, nec tuto revertens. Res ita se habuit, ut breviter calamitatem narremus. Habitant prope Chersonem etiam Alani, non minus expetiti quam volentes, ut sint circa eam urbem quasi vallum quoddam et custodia. Hos ego vidi, illique admodum exhilarati, ad patrium suum pastorem accurrebant, eumque circumsistebant, volentesque nos apud eos hospitari, nullum officii genus praetermittebant. Nos vero vicissim adhortationis verbum adhibebamus, ut digne Christi vocatione viverent. Erant autem (neque me pudebit dicere, neque offensionem quandam subverebor) grex palans in montibus locisque desertis et foveis, neque ovile neque caulam habens, ideoque ferarum devorationi expositus; neque enim aderat qui ei pastoralem curam impenderet, etsi multorum erat ambitio. Ceteroqui ne volentibus quidem id licuisset; quia nondum, qualem oporteat esse episcopum, cognoverant. Quamvis Paulus clamat, magna tuba, gentium doctor, ideoque noster. Sed illi existimant deliciosum quid esse episcopatum, et mundanis curis deditum.

7. Nostis Chersonis episcopum; cur enim gnaris verba multa faciam? Senex hic et priscus episcopus mori sibi videbatur, quia Alani apud nos essent, vel potius quia nos Chersone morabamur.

δρασμῷ τὴν σωτηρίαν ἐπραγματεύσατο· οὕτω δὴ ταῦτα.

ϛʹ. Ἃ δ' οὖν καὶ ὁ ἱερὸς ἡμῖν ἀνερρίπισε πόλεμος, λεγέσθω γὰρ καὶ οὕτως ὥσπερ τυραννικὸς, τί χρὴ καὶ λέγειν, ἀλλὰ κακὴν ὁμόνοιαν; ἵνα πύργος βλασφημίας ἀνυψωθεὶς τοῦ ὕψους περιφρουρουμένου [f. 31. a.] τοῦ ἀξιώματος· εἰ καὶ ἡ τῆς γλώσσης ἐγγὺς σύγχυσις· ἡ συνδρομὴ τῶν τῆς αἰσχύνης ἱερέων κατά τινος Ἠλίου· ἦν γὰρ ὁ ζηλωτὴς παρ' ἡμῖν, εἰ καὶ κατασφάττει τοῦτο τῇ μαχαίρᾳ τοῦ πνεύματος· ἡ κατὰ τῆς Ἱερουσαλὴμ τῶν Ἀσσυρίων παρεμβολὴ ἐπισφαλῶς ἐπεισφρήσασα, καὶ ἐπικινδύνως ἀνθυποστρέψασα· τὸ δὲ ἦν, ἵνα μικρόν τι ἐνδιατρίψωμεν τοῖς παθήμασι· παροικοῦσι τῇ Χερσῶνι καὶ Ἀλανοὶ, οὐχ ἧττον θεληθέντες ἢ θελήσαντες, ὡς οἷόν τι περιτείχισμα ταύτῃ καὶ περιφρούρημα· τούτους ἐγώ τε εἶδον, καὶ περιχαρῶς αὐτοὶ τὸν πάτριον ποιμένα περιέτρεχόν τε καὶ περιΐσταντο· βουλόμενοί τε παρ' αὐτοῖς ἡμᾶς ξενισθῆναι, πάντα ἐποίουν τὰ ἐπιτήδεια· ἡμεῖς δὲ ἀντεισήγομεν τὸν τῆς παραινέσεως λόγον, ὡς ἂν βιῶεν ἀξίως τῆς κλήσεως τοῦ Χριστοῦ· ἦσαν δὲ ἀληθῶς (οὐ γὰρ ἂν αἰσχυνοίμην λέγειν· μηδέ μοι γένοιτο ὑφορᾶσθαι μικροψυχίας τινὸς) ποίμνιον ἐσκορπισμένον εἰς ὄρη καὶ ἐρήμους καὶ βάραθρα, οὐκ ἔχον μάνδραν οὐδὲ καλύβην, ἕτοιμον εἰς κατάβρωμα τοῖς θηρίοις· οὐ γὰρ ἦν ὁ ποιμαίνων, εἰ καὶ πολλῶν τὸ ἐπάγγελμα· καίτοι καὶ βουλομένοις οὐδ' ἂν ἐξέσται· ὅτι μὴ πρότερον, οἷον εἶναι δεῖ τὸν ἐπίσκοπον, ἤκουσαν· εἰ καὶ Παῦλος ἐκβοᾷ *, ἡ μεγάλη σάλπιγξ, [* I. Tim. III. 2.] ὁ τῶν ἐθνῶν διδάσκαλος, καὶ διὰ τοῦτο ἡμέτερος· οἴονται δὲ τρυφερὸν εἶναι τὸ ἐπισκοπεῖν καὶ σπουδάζον τὰ κοσμικά.

ζʹ. Οἴδατε τὸν Χερσῶνος· καὶ τί ἂν ἀκριβολογοίμην εἰδόσιν· οὗτος ὁ γέρων καὶ ἀρχαῖος ἐπίσκοπος, θανατᾷν ἔδοξεν ὅτι παρ' ἡμῖν Ἀλανοὶ, ἢ μᾶλλον ὅτι παρὰ Χερσῶνι ἡμεῖς· καὶ ὁ τῆς ἐνορίας

λόγ῾ εὐθύς· καὶ ὡς ἐγχώρι῾ ἐπισκοπῇ, ᾗ τὸ ἐμὸν παροδῦτὸν ᾗ παρόριον· τὰ γνώριμα ταῦτα ἦμ῾ νῦν ἐπισκόπων τῆς μικροψυχίας καὶ τοῦ φθόνυ ἐγκαλύμματα, ἵνα μὴ λέγω καὶ τῆς ἀβελτηρίας γνωρίσματα· οἴδασι δὲ οὐδὲ τοὺς θεσμοθετοῦντας κανόνας, καὶ ὅ τί ποτε βουλομένοις ἐκείνοις ἔστιν· οὐ γὰρ δημοσίᾳ τοῦ διδάσκειν προέστημεν, οὐ χειροτονίαν ἥρπάσαμεν, ὡς δοκεῖν ἐκεῖνον ἐνδιαβάλλειν· ἐρομένοις δ᾽ τισὶν ἴσως Ἀλανοῖς, ἐπὶ γωνίας ἀπεκρινάμεθα· δι᾽ ὀσθῶ δὲ καὶ δημοσιεῦσαι ἡμᾶς ῟ λόγον τῆς πίστεως· οὐ γὸ ἂν παρεσείλαμεν ῟ κηρύττοντα· θανόντα δὲ τὸν λόγον καὶ ἀναστάντα βλέπειν τοῦτον ἐδώκαμεν ἄν· μαρτύρομαι τὴν ἀλήθειαν· ἔφλεγε μὲν ἡμᾶς ὁ ζῆλ῾· ἐκεκαυχῶντο γὰρ παῤῥησίᾳ ὡς ἐξ ἀσεβοῦς μοίρας καὶ ἄλλως αἱρεσιῶται, ὅτι μηδεὶς ἀντιλέγειν ᾗ δύναιτο· οὐκ ἐδίδου δὲ ὁ καιρός· ὥστ᾽ ἐπαῤῥησιασάμεθα εἰς οὐδέν· ἦν μὲν ἐπ᾽ ἐκ-
f. 31. b. κλησίας ὁ πάντα καλὸς ᾗ ἀγαθὸς ἐκεῖν῾ ἀρχιερεὺς, καὶ πολὺ περὶ αὐτὸν τὸ συνέδριον· συνωμοσία τίς τάχα καὶ συμπαιγνία ὡς ἐπὶ Στεφάνου τοῦ πρωτομάρτυρ῾· οὐ γὰρ προσωτέρω τολμήσω· καὶ εἰλκόμην εἰς κρίσιν αὐτὸς, οὐκέτι μὲν ὡς ὁ Παῦλ῾, πλὴν ἀλλὰ δέσμι῾ ἐν Χριστῷ.

ιη΄. Καὶ τὰ τ῀ δικαστοῦ βήματ῾ ἐφεξῆς· ὁ τῆς δίκης προστάτης πέων ἐμπύριον, οἱ παρεδρεύοντες, οἱ παρεστῶτες, ὅσον ὑπηρετεῖν καὶ πρὸς τὰ κελδόμενα ἕτοιμον· ᾗ ὁ κατάκριτος ἐγὼ παρεστάμενος, ᾗ τ῀ ἀπόφασιν ἐκδεχόμενος· τίς πόθεν ἡμῖν φησὶν ἐπεισήφρησας; ὥσπερ εἰ ἑτέρυ δόγματ῾ ἔφλω ἦν ἐγὼ ᾗ κηρύγματος, ἀλλὰ μὴ δ῀ αὐτῆς ἐκκλησίας ᾗ τ῀ αὐτοῦ ἀρχιποίμενος ἦμεν· ἀλλ᾽ ἐς κόρακας ἔῤῥε σὺ ἀσεβεῖς Ἀλανοὺς ᾗ ἀθέους, οἳ ᾗ Σκυθῶν εἰσὶ χείρονες· τί οὖν, αὐτὸς ἔφλω, ᾗ δρᾶν ἡμᾶς δίκαιον, ἀλλ᾽ ἢ φέρειν τ῀ ἀποστολὴν, ᾗ σύν γε τῷ πρωτοκλήτῳ (1); ἀλλὰ τι βελόμεν῾ τ῀ ἐμὴν

Statim ergo de iurisdictionis limitibus sermo, et quod episcopatus loci proprius esset, meum vero officium transitorium et extraneum. Noti sunt hi hodiernorum episcoporum praetextus, quos suae pusillanimitati et invidiae obtendunt, ne dicam nequitiae evidentia indicia. Sed neque canones norunt; quidve per hos liceat: neque enim nos publice docuimus, neque sacras ordinationes invasimus, ita ut videremur illi negotium facessere: sed interrogantibus nonnullis Alanis, responsum privatim dedimus. Sed esto fidei doctrinam publice nos nunciaverimus; neque enim praedicantem cohibuimus: sed doctrinam mortuam, et modo resurgentem spectandam exhibuimus. Testor veritatem: urebat nos zelus: etenim iactabant se audacter irreligiosae partis homines et alioquin iam haeretici, quia nemo contradicere poterat, propterea quod tempus non patiebatur, ideoque nihil fiducialiter ausi sumus. Erat in ecclesia praeclarus ille et bonus praesul, multumque cum illo synedrium: coniuratio quaedam et conspiratio, ceu quondam adversus protomartyrem Stephanum; neque enim plus dicere audeo; atque in iudicium sum pertractus, haud quidem ut alter Paulus, sed tamen in Christo vinctus.

8. Ecce autem quae apud tribunal gesta sunt. Iudicii praeses ignem spirans: consessores et adsistentes, ad ministrandum atque imperata facienda parati: ego reus in medio, et sententiam expectans. Quis tu, et unde ad nos obrepsisti? Quasi ego, tunc dixi, alieni dogmatis et doctrinae homo sim; et non ambo potius ecclesiae eiusdem, et sub eodem pastorum principe. At tu in malam rem, inquit, cum impiis Alanis et irreligiosis, qui Scythis quoque peiores sunt. Quid ergo, inquam ego, nos agere aequum est, nisi apostolatum Protocleto favente circumferre? Atqui, inquit ille, cur hanc meam ci-

(1) Id est sancto Andrea, quem Byzantini ecclesiae suae fundatorem volunt adserere, ut eam aposto-

vitatem concursare prorsus audes? Sane, inquam ego, si tu, o bone, te geris episcopum, recte ais, recte reprehendis, et damnare poteris: sin potius heic te ceu mercatorem et advenam geris, vel omnes expelle vel me quoque tolera: immo vero quia invitus ego huc excurri, miseratione potius dignus sum, ob ea quae patior: nihil autem sponte ago: quî enim id vinctus queam? Ad haec graviter torviterque aspiciens, haud scio utrum ut basiliscus quidam an ut leo, non tam ob cetera quae tamen graviora erant, sed audaciae potius nos reos pronunciavit, quia liberius quid dixeramus. Qui vero adstabant, tantum non in oculis nos percusserunt. Interim alius hinc, alius inde, nos reiiciebant, urgebant et repellebant ioculariter simul et iracunde, et conviciis onerabant, capto a iudice exemplo. Et volebat sane damnare, sed non potuit; non enim tantas habuit nequitia vires; attamen iis qui nos interficere avebant cooperabatur. Sed Deus liberator aderat. Talis in nos extitit frater, tam iucundus, tam favens, atque humanus; peregrinis scilicet, is qui suam patriam tenebat; reis, is qui iudicii arbiter erat, ut cetera omittam, prout par est.

9. Age vero postquam aliquam libertatis partem nacti fuimus, de via cogitavimus prout quisque itineris sui scopum habebat, rectaque ad Bosphorum tetendimus. Timebatur vero et mediae hiemis tempus, et Scytharum circa Bosphorum praesens incursio impedimento erat: nihilominus nos vi iter arripuimus, quamvis successu fortasse carituri. Quis mala scythica narret? quis satis defleat, quae vidimus aut passi sumus? Sed enim neque clavum regere, neque navigare gubernator desiit, quibuslibet repugnantibus ventis, donec navim in portum deduxisset. Idem nobis scopus erat: ideoque rursus itineris cura atque apparatus: rursusque

ταύτην πόλιν ἀφανίσαι ἐπολέμησας ὅλως; Καὶ μήν, ὦ ἀγαθέ, εἰ μὲν ἐπισκοπεῖς, εὖ λέγεις· καὶ φανερῶς ἐλέγξας, εἶτα κατάκρινε· εἰ δ' ὡς ὅδε τις ἔμπορον, καὶ ὅδέ τις ἔπηλυς, ἢ πάντας δίωκε, ἢ καὶ ἡμᾶς ἀνάσχου· πλέον ἦ, ὅτι καὶ ἀκουσιάζω τὸ ἐνταῦθα ἀφιδρομὴν, ἐλεεῖς τε μᾶλλον ἂν ἀξιοίμην ὡς πεπονθώς· ἑκὼν δὲ πράττω οὐδέν· πῶς γὰρ ὁ δέσμιος; πρὸς ταῦτα σφοδρὸν ἰδών τι καὶ βλοσυρὸν, καὶ οἷον βασιλικὸν καὶ λεόντειον, ὃ ὡς ἂν εἴπω, πλὴν οὐκ ἐν τοῖς ἄλλοις τοιοῦτο καὶ μάλιστα δέεσι, καὶ τόλμης ἡμᾶς ἐγράφετο, ὅτι κἂν τι λέγειν ἐθρασυνάμεθα· οἱ δὲ ἀφιεσῶτες, μικροῦ καὶ κόρης ἡμᾶς ἔπαιον· τέως ὁ μὲν ἔνθεν, ὁ δ' ἔνθεν παρέῤῥιπτον, ὤθουν τε καὶ ἀντώθουν παιγνιμόνως καὶ μετ' ὀργῆς, ὕβρεσί τε βάλλοντες ἦσαν ἐκ τοῦ δικαστοῦ λαβόμενοι τῆς ἀρχῆς· ἡ δ' ἀπόφασις, ἐβούλετο μὲν, οὐκ ἠδύνατο δέ· οὐ γὰρ ἐπὶ τοσοῦτον ἡ κακία κατίσχυσε, πλὴν ἀλλὰ συνήργει τοῖς θανατοῦν ἡμᾶς βουλομένοις· θεὸς δὲ ὁ ἐξαιρούμενος ἦν· τοιοῦτος ἡμῖν ὁ ἀδελφὸς, οὕτως ἡδὺς, οὕτως ἀντιληπτικὸς καὶ φιλάνθρωπος, τοῖς ξένοις ὁ ἐπιχώριος, τοῖς κατακεριμένοις ὁ καὶ τοῦ κρίνειν κύριος ὤν· ἐῶ τἄλλα· δίκαιον γάρ.

Θ'. Ἀλλ' ὅπως τινὸς ἐλευθερίας λαβόμενοι, καὶ τὴν ὁδὸν ἐσκοποῦμεν ὡς ἂν ἕκαστος σκοπὸν τῆς ἀφετηρίας ἴδοι, τὴν ἰθὺ Βοσπόρου ἐτέμνομεν· ἐδείδου δὲ ὅ τε καιρὸς χειμῶνος ἄγων τὰ μέσα, καὶ τῶν Σκυθῶν ἡ καὶ τῶν Βοσπόρου τηνικαῦτα ὁρμὴ διεκώλυεν· f. 32. a.
εἰ μὴ ἡμεῖς ἐβιάζομεν τὴν ὁδὸν, ἐξ οὗ μὴ συνελέγχημεν ἄπρακτοι· τίς ἂν εἴποι τὰ σκυθικά; τίς θρηνήσῃ ἃ τε ἴδοιμεν, ἃ τε πάθοιμεν; ἀφίσταται δ' ἄρα οὔτε τοῦ κυβερνᾶν καὶ ναυαγεῖν ὁ ναύαρχος, κἂν ὅσα τοῖς ἀνέμοις ἐκπεπολέμωται, μέχρις ἂν εἰς λιμένα καταγάγοι τὸν ναῦν· καὶ αὐτὸν ἡμεῖς σκοπὸν εἴχομεν· καὶ πάλιν ὁδοῦ φρουτὶς, καὶ ὅσα παρόδια· καὶ πάλιν τὰ πρῶτα πάθήματα ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς·

licam esse iactent, et romanae opponant. Quare et illum catalogum tot episcoporum ante Metrophanem fabricaverunt. De re hac dixi in adnotationibus ad Ephraemium chronographum Script. vet. T. III. p. 226.

ἐντὸς ἡ νόσος ξενιτείει, καὶ ἀπορία συμβαίνουσα, καὶ τὸ σκοπιμένου μᾶλλον διαμάρτειν· καὶ αὐτὸς μὲν ἦγον τὸ συμβεβηκὸς ὡς ἂν ἔχοι· τὸ δὲ πατέρα καὶ πάλιν πρὸς τὰ οἰκεῖα ζέχειν ἠνάγκαζον· τίνα τὰ ἐπὶ τούτοις; μόνος ὁ πρέσβυς ἀρχιερεὺς, καί γε σὺν τῷ ὑστάτῳ τῆς τέκνων ἐπὶ Βόσπορον ἄπεισι.

ι'. Καὶ πάλιν ἑτέρα συμφορὰ καὶ κάκωσις ἄλλη· οὐ γὰρ ἐδέχθη τῷ ἄρχοντι· οἴδατε πάντες τὸ παλαιὸν ἐκεῖνο κακὸν, τὴν ἀρχαίαν ἔχθραν καὶ πρώτιν, καὶ τὸ δεινότερον, καὶ ὅπερ ἐκ πάσης καρδίας ἐκκαλοῖτ' ἂν καὶ δάκρυα· ἐγειτόνει ὁ ποιμὴν καὶ τοσοῦτον ὅσον ὁρᾶσθαι τε καὶ ὁρᾶν· καὶ ὁ μὲν τῷ καλάμῳ θρηνῶδες μέλος ἐνέπνει καὶ ἀνακλήτως· τὸ δὲ παρεστρέχειν μὲν ἤθελε τὰ ποιμένα καὶ παρεσκαίρειν· ἦκουε γὰρ τῆς φωνῆς καὶ ἐγίνωσκεν· ἠδύνατο δ' οὐδαμῶς· φασὶ πανσυδὶ τὴν πόλιν προσιέναι τῷ δυναμένῳ· καὶ ἢ τεθνηκέναι πάντως αἰτήσασθαι, ἢ τὸν ἀρχιερέα λαβεῖν· οὐκ ἔκαμπτε δ' τοῦτον οὐ πρέσβυς πενθῶν, οὐκ ἀνὴρ σκυθρωπάζων, οὐ παῖς ἀλαλάζων, οὐδὲ ὀλοφυρομένη γυνὴ, οὐ πόλις ὅλη τῷ πάθει νικηθεῖσα καὶ δυσωποῦσα· τίνος ἕνεκεν; ὅτι ζῆλος ἄνδρα κατέφαγε, καὶ ὅτι σκληρὸς καὶ ἀντιτυπὴς, οὐδ' ὡς τὰ πολλὰ τοῖς ἄρχουσιν ἀπειθής· εἰ μὲν ἀκαίρως τε καὶ ἀλόγως, δεινὸν τὸ πρᾶγμα, καὶ οὐδ' ἡμεῖς ἐπαινέσομεν· εἰ δὲ ἀθλητικῶς καὶ γενναίως, καὶ ὡς τῆς πρόσθεν ἐπευδόμεθα κλέα ἀνδρῶν *, μετ' ἐκείνων ἂν ὡς ἂν συμπέσοι τὰ πράγματα.

* Iliad. IX. 520.

ια'. Ἐπεὶ δ' ἀπειρήκειμεν τὸ ἐκεῖθεν ἐλθεῖν, ἑτέραν μείζονα πολλῷ καὶ σκληροτέραν, τί γὰρ ἂν καὶ πάθοιμεν, ἐτραπόμεθα· καὶ ὁ μὲν πατὴρ αὐτοῦ τέως μένοι παρὰ τοῖς ὀλιγοστοῖς Ἀλανοῖς, πάντα φέρων, πενίαν, ὀνειδισμοὺς, χλευασμούς· οὐ γὰρ χωροῦσι πάντες τὸν λόγον τοῦ πνεύματος, καὶ εἰσὶ κριταὶ τῶν τεταγμένων μᾶλιστα κρίνειν· καὶ τὸ χεῖρον, ὅτι καὶ κατακρίνουσιν· ἡμεῖς δὲ μέσην Σκυθίαν ἠλαύνομεν, ὅλην ἑξηκοντά-

priores aerumnae viae comites. Et nobiscum quidem morbus peregrinabatur, et quae solet comitari egestas, et a proposito scopo aberratio. Porro res ego prout se dabant ferebam; sed patrem denuo in patriam redire cogebam. Quid vero postea? Solus senex praesul, cum postremo filiorum ad Bosphorum venit.

10. Et en rursus alia calamitas atque afflictio: quippe a principe receptus non fuit. Nostis omnes antiquum illud malum, priscam et primam inimicitiam; quodque gravius, et lacrymas de corde exprimit, in propinquo erant pastor et grex, in tantum ut invicem cernerent: et ille quidem fistulâ lamentabilem sonum invitandi causa edebat; grex autem accurrere quidem volebat ad pastorem et circumsistere; nam vocem eius audiebat atque agnoscebat; neque tamen poterat. Aiunt globatim civitatem ad potentem virum accessisse, se vel mori velle dicentem, vel praesulem suum recipere: quin tamen illum flecteret sive senex flens, sive vir maestus, sive puer eiulans, sive mulier lamentans, sive universa civitas dolore consternata et lugubris. Cur id, inquam? Quia livor hominem consumebat, et quia durus contumaxque erat, neque pro more suo principibus non obsequens. Quod si intempestive atque absurde egit, grave negotium est neque a nobis laudandum. Sin potius fortiter atque strenue, ac veluti priscorum audimus facinora virorum, cum his simus utcumque res evenerint.

11. Postquam vero prohibiti fuimus illuc accedere, ad aliam longe ampliorem atque asperiorem, quicquid passuri essemus, conversi regionem sumus. Et pater quidem illic remansit interim apud exiguum Alanorum numerum, aerumnarum omne genus ferens, egestatem, contumelias, convicia. Neque enim omnes capiunt spiritûs sermonem; et fiunt iudices illorum qui iudicando potissimum sunt praepositi; et quod peius est, illos condem-

nant. Nos autem mediam in Scythiam progressi sumus, sexaginta omnino dierum itinere, homines pauperes, et omni re necessaria destituti. Verumtamen hoc fuit tolerabile, quod haud procul apostolico primo itinere recessimus; Deoque vestris precibus annuente, o pater et fratres, desiderata mihi sodalitas et nomen, gregem videmus, rem mihi carissimam et prae omnibus aestimatam. Quid ni? quoniam a Deo mihi hereditas ista, et quidem optima.

12. Hactenus mihi sermo facile decurrit, et ordine ferme suo processit. Verum quae supersunt, ea ab alio dici malim, ipse autem silentium tenere: nam neque lingua eloqui patitur, neque manus scribendo operam facilem praebet. Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est! ut in execrandos dies iam fortasse inciderimus, in quibus ipse quoque Antichristus fortasse emersurus est. Iam enim fumus eius mordaci nos humore contigit, unde et lacrymari coepi, neque dum a plorando desino, ausimque dicere me neque desiturum. Heu iam nostra mala inceperunt, et nunc primum fortasse nobis inflammabitur supremae calamitatis fornax, minutis succensa sarmentis! Nonne enim illico arbores corripiet, quoniam sinceriorum quoque fidem Satanas subvertit? Heu mihi, quia facti sumus quasi in principio, cum non dominareris nostri, dicit scriptura! Heu mihi, quia super fundamento apostolorum paleae et arundo aedificatae sunt, et igni statim consumptae fuere! O quis heic gemebundus propheta nos defleat sicut olim Hierusalem! Certe nec ego, o vos qui adestis, neque sermo meus mendax est; non, inquam; per fornacem hanc iuro calamitatis quam media in anima recepi.

13. Ad hanc partem sermonis cum devenerim, ad lacrymandum tantum permoveor, et dolore perturbor, nec qui sim, nec quali narratione utar, explico: sentio autem me nonnisi abrupte rem narδα τῆ ἡμερῶν, πέντητες ἄνδρες, οὐδὲ τῆ f. 2
ἀναγκαίων εὐπορούντες· πλὴν ἀνεκτὸν, ὅτι μὴ πολὺ πόρρω τῆς ἀποστολικῆς καὶ πρώτης ὁδοῦ· καὶ θεοῦ διδόντος νεῦμα τῷ ὑμᾶς εὔξασθαι, ὦ πάτερ καὶ ἀδελφοὶ, τὸ ἐπιθυμητὸν ἐμοὶ καὶ πρᾶγμα καὶ ὄνομα, τὴν ποίμνιόν ὁρῶμεν, ἀγαπητὸν ἐμοὶ χρῆμα καὶ παντὸς τιμώμενον ἄλλου· πῶς γάρ; ἐπειδὴ παρὰ θεοῦ κληρονομία μοι αὕτη, εἴη δὲ καὶ κρατίστη *. * Ps. XV 6.

ιβ'. Μέχρι μὲν οὖν τούτων εὔδρομος ἦν ἡμῖν ὁ λόγος, καί πως εὐτάκτως φερόμενος· τὰ δ' ἐντεῦθεν, ἑτέρῳ μᾶλλον ἐβουλόμην εἰρῆσθαι, ἢ ἡσυχίαν ἄγειν αὐτός· οὔτε γὰρ ἀνεκτῶς ἔχει λέγειν ἡ γλῶσσα, ἢ ἡ χεὶρ οὐκ ἂν ὑπηρετῆσαι ῥᾳδία· οἴμοι ὅτι ἡ παροικία μου ἐμακρύνθη *, * Ps. CXIX. 5.
ὡς τὰς ἐπαράτους ἡμέρας ἤδη καταλαβεῖν, ἐν αἷς ἴσως καὶ ὁ Ἀντίχριστος ἀναφήνηται· ἤδη γὰρ ὁ ἐκείνου καπνὸς ἡμᾶς ἐδρίμυξεν· ὑφ' οὗ καὶ δακρύων ἀρξάμενος, ἐπαυσάμην οὐδέπω, καὶ πείθομαι λέγειν οὐδὲ πεπαύσομαι· οἴμοι ὅτι ἀφ' ἡμῶν κατήρξατο τὰ δεινά· καὶ τάχα γε πρῶτον ἡμῖν ὑπαναφθήσεται καὶ ἡ τῆς ἐσχάτης συμφορᾶς κάμινος, μικροῖς ὑπανακαιομένη φρυγάνοις· οὐ γὰρ ἂν εὐθὺς τῆ δένδρων ἐφάψοιτο, ἐπειδὴ καὶ τὰ ἀφελεστέρων τὴν πίστιν ὑποσκελίζει ὁ Σατανᾶς· οἴμοι ὅτι ἐγλυπήθημεν ὡς τὸ ἀπ' ἀρχῆς ὅτε οὐκ ἦρξας ἡμῶν, φησὶν ἡ γραφή· * * Is. LXIII. 19.
οἴμοι ὅτι ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῆ ἀποστόλων ἄχυρα καὶ καλάμη ἐπωκοδόμητο, καὶ τῷ πυρὶ εὐθὺς εἰς φροῦδον ἐγένετο· ὦ τίς ἐνταῦθα θρηνητικὸς προφήτης καὶ ἀποδύρατο ἂν ἡμᾶς ὡς τὴν Ἰερουσαλήμ· ὡς ἐγὼ γε, ὦ πάροντες, καὶ οὐ ψεύδηις ὁ λόγος, οὐ μὰ τὸν κάμινον τῆς συμφορᾶς ἣν ἐδεξάμην κατὰ μέσης ψυχῆς.

ιγ'. Ἐνταῦθα τ̃ λόγε γεγόμενος, μόνον δακρύειν παρακινοῦμαι, ἢ ὑπὸ τ̃ πάθους συγκέχυμαι, ἢ οὐκ ἔχω τίς γένωμαι, ἢ ὅπως τῷ διηγήματι χρήσομαι· ἢ οἶδα ὡς ἀδιάρθρωτά μοι τὰ τ̃ πράγματος

λαληθήσεται· ἔχω γὰρ οὐ τὴν τυχόντα θόρυβον· οὐδ' ἐν ὅσῳ κυβερνᾶται ὁ νεὼς τὴν ψυχήν·
* Hier. XII. 10. ποιμένες, φησὶ, διέφθειράν μου τὸν ἀμπελῶνα·* νυνὶ δὲ ψευδοποιμένες τὴν ἐπιθυμητὴν Χριστοῦ μερίδα κατήσχυναν· καὶ οὐκ ἂν ἀρνήσαιμι λέγων, ὅτι ἐν ἐρήμοις καὶ ἀνύδροις τόποις τῆς διδασκαλίας ὕδατος ζῶντος, καὶ ἀβάτοις τοῖς τῆς εὐαγγελιζομένων ὡραίοις ποσὶ, τὸ ῥόδον ἠνθεῖ τῆς πίστεως, μόνον ὑπὸ τῆς ῥίζης τοῦ πρώτου κηρύγματος ἀρδευόμενον· ὑφ' οὗ τάχα καὶ ἡμεῖς πρὸς ἔρωτα ἀνεκαύθημεν, ἵνα τὸ πολλοῖς ἀπόῤῥητον ἐκκαλύψω, καὶ τὴν
f. 33. a. ἀντιλεγομένην αἰτίαν τῆς ἐμῆς ταύτης ἐκδημίας ὑπαναπτύξω· εἰ φυτηκομοίην γεώργιον ἄνυδρον ἐν ὑδρῶτι προσώπου, καὶ τῆς ζωῆς ἐκκαλαμᾶσθαι δυναίμην τὴν ἄσαχνον ἐμπαλιν, ἢ τὸ τῆς παλαιᾶς κατακρίσεως· θεοῦ δὲ εἴη ἂν, εἰ καὶ τῆς προθυμίας οὐ δεύτεροι ἀπαντῶμεν ἐν τῇ μιᾷ τοῦ ἐπαγγέλματος, τὸ πῦρ τοῦ ζήλου ὑπανακαίοντες.

ιδ'. Ἤνεγκε μὲν οὖν ὁ χρόνος πολλὰ, καὶ ὅσα περ οὐδ' ἂν ἀριθμῆσαί τις ἔχοι ῥᾳδίως· καινοτομεῖν γὰρ οἶδε τὰ πράγματα· τοῖον δὲ οὐδέποτε ἤνεγκεν· ἔξ ἀνωνύμου χώρας ποθὲν καὶ τελματώδους τῷ χειμῶνι τῆς ἀπιστίας ἀγνώς τι πνεῦμα ἐκτινάχθη, καὶ τὴν ἐθνῶν ταύτην διετάραξε θάλασσαν, καὶ τὸ ὁλκάδα τῆς ἐκκλησίας, οὐ γὰρ ὁ κυβερνώμενος ἦν, ἐπὶ μικραῖς ἐλπίσι σαλεύσασαν ἤδη καὶ εἰς βυθὸν κατήνεγκεν ἀπογνώσεως· οἰοῦ, οἰοῦ· ἠλίκον τὸ τόλμημα; πῶς ἂν ἐμοὶ καὶ γνήσεται ἔκφορον πρᾶγμα; οἶδ' ὅτι πιθοῦς ἁπάσης ἀνάξιον· εἶχε μὲν ἡ τῶν Ἀλανῶν ἐκκλησία τῆς κεφαλῆς τὸν κόσμον ἀφαιρεθεῖσα, τὸν ἱερὸν ἐκεῖνον λέγω ποιμένα καὶ τὸν ἀπόστολον μὴ ψευσάμενον· αὐτῷ γὰρ καταλύσαντι βίον ἀγωνίσας καλῶς· εἶχε δὲ καὶ κακίας πρόβολος γυμνῇ ὃ δὴ λέγεται κεφαλῇ τὸ κατ' αὐτὴν ἀπερυθριάσας ἀγῶνα· καὶ οἷα τὰ ἐκείνου μηχανήματα καὶ προβλήματα, τὸ φιλοχρήματον λύσαν ὑπανακαίει, τὸ τινι πρὸς ὑπουργίαν ἐκείνῳ ὀπτηδείων, τὸ τὸ ἔθνους ἀφέλειαν προδεικνύς, καὶ τὸ δυσπραγὲς τοῦ καιροῦ, καὶ ὅτι ῥᾴδιον Ἀλανοὺς εὐθὺς ὑποσύροιτ' ἄν.

raturum. Sum enim non mediocriter conturbatus, neque pote est, ut mens animam regat. Pastores, inquit scriptura, demoliti sunt vineam meam. Nunc autem pseudo-pastores desiderabilem Christi portionem ignominia affecerunt. Neque dubito adfirmare, quod in desertis et carentibus viva doctrinae aqua locis, et qui erant impervii evangelizantium speciosis pedibus, rosa fidei efflorescebat, ex radice primae vix praedicationis humore irrigata. Unde et nos forsitan, ad eius amorem accensi fuimus, ut ignotam plerisque rem revelem, et controversam huius meae peregrinationis causam aperiam: nempe ut arvum inaquosum in sudore vultus colerem, et rursus struere vitae culmum possem, vel antiquae damnationis. Utique id Deus concedat! si modo haud remisso animo curam suscepti muneris arripuimus, zeli flammam suscitantes.

14. Multa vero tempus attulit, quae nec enumerare quis facile queat. Solent enim tempore rerum vices semper innovari; sed rem huic parem numquam obtulit. Ex anonyma quadam regione et per hiemem coenosa, infidelitatis ignobilis quidam spiritus commotus, hoc populorum mare conturbavit, et ecclesiae navim, gubernatore carentem, iam levi cum spe periclitantem in desperationis abyssum coniecit. Heu, heu! quantum facinus! Quomodo rem enarrare queam? Sentio enim prorsus esse incredibilem. Erat quidem Alanorum ecclesia capitis honore spoliata, sacro inquam pastore illo, qui minime mentiebatur apostolum: illic enim is vitam finivit, praeclare functus officio. Erat etiam quidam nequitiae protector, impudens nudo ut aiunt capite pro illa bellum gerens. Et quae eius artificia et machinae esse solent, avaritiae rabiem succendit nonnullorum ministerium illi praebentium, gentis simplicitatem in primis praetendens, et temporis difficultatem, et quod Alanorum gens facile seduceretur.

15. Erat quippe apud eos homo praedictus non obscurus, genere pastorem illum attingens. Hic consilium init capite suo dignum, et vere inconsultum. Etenim secum assumens, velut ille in evangeliis iam devictus daemon septem alia daemonia, circumstantes pastori lupos, et quod mirere, viros illius conversatione indignos, quorum alii aliunde fugitivi erant, et nihil omnino sanum habebant; nec non quendam ex Lazorum aliquo angulo emersum, idoneo ut videtur habitu ornatum, nec indecoram ut aiunt barbam gerentem; hic inquam Alanorum ecclesiam scopis mundatam inveniens, et illo qui omnia replet bono Spiritu vacuam; libero pede ingreditur, et fiunt novissima peiora prioribus: nam neque illa satis sana fuerant. Quibus ego verbis improbi illius incursionem narrem, et quibus vestigiis institerit, et illud nactus fuerit non aspernandum digniorum hominum obsequium? Date mihi veniam, o qui adestis, mentem turbatam habenti, et orationem recto cursu provehere impotenti. Et quidem festinanter, sic dolore animi, et ob varium negotii cursum anceps, video me nihil adhuc dixisse: nam pleraque silentio premere coactus fui: quo fiet, ut mihi et omnibus in perplexitate versari contingat. Interim ingrediuntur egregii illi; et ille quidem pestilens lazus, episcopus nominatur: isti autem aperte et praemia exposcunt, quod Alaniam absque pastore esse non siverint, sed cum omni patientia ac labore tali gratuito dono sponsum munerati sint.

16. Ergo primo statim in limine, tamquam aegyptiaca quaedam plaga incumbit; nisi quod heic prima fuit, quae illic postrema et gravior. Nam primogenita, et quae Deo consecrari sanctum erat, haec iste exterminator circumibat. Neque aliquis aderat sapiens Moyses, ut illius ungentis mysterium explanaret, de agni videlicet sanguine: neque ulla tutela, sed internecivum exterminium. Venit enim fur,

ιε'. Ἦν γὰρ αὐτοῖς οὐκ ἀφανὴς ὁ ἀνὴρ, ἐγγὺς τοῦ γένους ἔχων πρὸς ᾧ ποιμένα ἐκεῖνον· οὗτος σκέπτεται βουλὴν τῆς ἑαυτοῦ κεφαλῆς ἀξίαν καὶ ὄντως ἄβουλον· παραλαβὼν γὰρ μθ' ἑαυτοῦ ὡς ὁ ἐν εὐαγγελίοις * ἐκεῖνος θηριαμβολόμβυος δαίμων ἑπτὰ δαιμόνια ἕτερα, οὓς περὶ ᾧ ποιμένα λύκους τὸ πλὲ παράδοξον, ἄνδρας τῆς σὺν ἐκείνῳ ἀναστροφῆς ἀναξίους, ἄλλως ἀλλαχόθεν φυγάδας, ᾗ τὸ πᾶν οὐδὲν ὑγιὲς, καί τινα λαζόθεν ποθὲν, μετενδυτοῦντα μόνον τάχα που καὶ ἐπαίτηδες, καὶ σεσαρωμένην εὑρὼν, ᾗ τοῦ τὰ πάντα πληροῦντος ἀγαθοῦ κενὴν πνεύματος, εἴσεισιν ἐλευθέρῳ ποδὶ, καὶ γίνεται τὰ ἔσχατα χείρονα τῶν πρώτων· ἦσαν γὰρ οὐδ' ἐκεῖνα πῶς ὑγιῆ· πῶς ἂν εἴποι τὼ τοῦ πονηροῦ προσβολὴν, καὶ ὅπως ἴχνους ἐλάβετο, καὶ τὼ ἀξιολογουμένην τὸ ὑπηρεσίαν; δότε μοι συγγνώμλω, ὦ παρόντες, συγκεχυμένῳ, καὶ τὸ λόγον ἰθυτενῶς προσάγειν [μὴ] δεδυνημένῳ· καί τοι γε σπεύλοντες οὕτως ὑπὸ τοῦ πάθους καὶ τῆς πολυελίκτου φορᾶς τοῦ πράγματος ἠμηχάνησα· καὶ οἶδα εἰρηκὼς οὐδὲν ἔτι· καὶ f. 33. b.
συσκιάζειν γὰρ τὰ πλείω ἠνάγκασμαι· ὑφ' οὗ καὶ ἡμῖν ἂν ἀπορεῖν συμβαίη καὶ πᾶσι· τέως εἰσιᾶσιν οἱ γοργάλλαι· καὶ ὁ μὲν, ὁ λυμεὼν ἐκεῖνος λαζὸς, ἐπίσκοπος ὀνομάζεται· οἱ δ' ἀτεχνῶς καὶ γέρα αἰτοῦσιν, ὅτι μὴ τὴν Ἀλανίαν οὕτωσὶ περιεῖλλον ἀποίμαντον, ἀλλὰ πάντα καμόντες καὶ πάντ' ἐνεγκόντες, πλὴν ἀλλὰ ταύτῃ προῖκι ᾧ νυμφίον πλεκλώρηνται.

ις'. Πρώτῳ μὲν οὖν εὐθὺς τῷ βατῆρι, ὡς αἰγυπτιακή τις ἐπισκήπτει πληγή· πλὴν ὅτι μὴ ᾗ ἡ πρώτη, ἥ γε μὴν ὑστάτη ὅσα ᾗ βαρυτέρα· τὰ γὰρ πρωτότοκα ᾗ ἅπερ ἁγιεροῦσθαι ὡσίωται, ταῦτα δὴ ὁ ὀλοθρευτὴς ἐφιέδραμλν· ἦν ᾗ ἄρα οὐδέ τις σοφὸς Μωϋσῆς, ἵνα τὸ τοῦ χρίσαντος προερμηνεύοι μυστηριῶδες περὶ τοῦ αἵματος τοῦ ἀμνοῦ· ᾗ προφυλακὴ μὲν οὐδεμία, ᾗ ἄρδην ὁ ὄλεθρος· ἔρχεται γὰρ ὁ κλέπτης ἵνα λήψῃ

* Matth. XII. 45.

καὶ θύσῃ καὶ ἀπολέσῃ· * ὡς ἀπόλοιτο ἡ κακία, ἣν παρυφισταμένην οἶδα τῇ ἀμελείᾳ τοῦ κρείττονος· εἰ γὰρ ἐγρηγόρει ὁ οἰκοδεσπότης, οὐκ ἂν ὁ κλέπτης πᾶν οἰκίαν κατώρυξε· βούλεσθε μικρὸν ὑμῖν καὶ τὰ τῆς ποιμαντικῆς ἀναλέξομαι; τί γὰρ ἡ τοῦ Παύλου, ὃς μηδενὶ χεῖρας ταχέως ἐπιτιθέναι νομοθετεῖ *; ἀλλ' οὗτοι ἡμερῶν ὀλιγοστύ τινῶν μυρμηκιὰς ἱερέων ἡμῖν ἀνέωξε· τ' εἰκοσάδα ταύτην φασὶν παρόδιος ἱπποτὴς ἐχειροτόνησε, μικράττα ψιθυρίσας καὶ ὑποδόντινα καὶ τέως ἀνήκουστα· ἦσαν γὰρ χειλέων ἧσαν ἀνέκφορα· καὶ πᾶν πεντηκοντάδα ἐκείνην, δειπνασόμενος ἐπὶ ζαπέζης, καὶ τῇ χειρὶ κυλικοφορῶν· ἑτέρους νύκτωρ ἐπὶ στρωμνῆς· ἑαυτοῖς ἐπαρῶνται τὰ φρυκώδη, οἱ λέγοντες ὡς οὐδὲ τῆς κοίτης ἐξανιστάμην· καὶ τί ἂν τὰ πλείω διερευνῶμην, ἐμοί τε λέγειν οὐ ῥᾴδια, καὶ ὑμῖν ἀκούειν οὐ φορητά; τέως οὕτω δράσας, οὕτω καὶ διαπέφευγεν ἐν τῇ Λαζικῇ, καὶ πάλιν τῇ σκαπάνῃ φιλοτιμούμενος· οὐ γάρ ἐστιν ἀφανὴς ἐκεῖ παροδεύουσιν ἐμπόροις ἴσως τισίν.

β'. Εἰ δὲ καὶ μόνιμος ἦν, τί τὴν ψυχὴν ὠφελῆσαι ἴσχυσεν ἄν; πάντως οὐδέν· ἀλλὰ καὶ καταβλάπτει τὰ μέγιστα, δούλους ποιοῦσα, καὶ δούλους ἀργυρωνήτων χείρας· δοῦλος οὐχ ἑνὶ δεσπότῃ μόνον, ἀλλὰ καὶ δυσὶ καὶ τρισὶ καὶ μυρίοις διάφορα ἐπιτάττουσιν ὑπακούοντας· πόσῳ τοίνυν βέλτιον, ἐλεύθερον εἶναι ἢ δοῦλον; καὶ τῷ ἀνθρώπων δουλείας ἐλεύθερον ὄντα, δοῦλον εἶναι τοῦ θεοῦ δεσποτείας; ὅλως δὲ εἰ βουλόμεθα δόξης ἐρᾶν, δόξης ἐρῶμεν, ἀλλὰ τῆς ἀθανάτου· καὶ γὰρ λαμπρότερον αὐτῆς τὸ θέατρον, καὶ μεῖζον τὸ κέρδος· οὗτοι μὲν γὰρ κελεύουσιν ἡμᾶς δαπανωμένους ἀρέσκειν αὐτοῖς· ὁ δὲ Χριστὸς τοὐναντίον ἅπαν· καὶ γὰρ ἑκατονταπλασίονα δίδωσιν ἡμῖν τῶν παρ' ἡμῶν διδομένων, καὶ ζωὴν αἰώνιον τούτοις προσίθησι· τί γοῦν βέλτιον; ἐν τῇ γῇ ἢ ἐν τοῖς οὐρανοῖς; ὑπὸ ἀνθρώπων ἢ ὑπὸ θεοῦ θαυμάζεσθαι; ἐπὶ ζημίᾳ, ἢ ἐπὶ κέρδει; στεφανοῦσθαι πρὸς μίαν ἡμέραν, ἢ πρὸς ἀπείρους αἰῶνας; τὰ γὰρ ἀνθρώπινα πράγματα, ὅσον ἂν ἐπαρθῇ καὶ λάμψῃ, τοσούτῳ μείζονα τὴν πτῶσιν ἐργάζεται, οὐ τὰ τῶν ἀρχομένων μόνα, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν βασιλευόντων αὐτῶν· οὐδὲ γὰρ ἂν εὕροι τις οἰκίαν ἰδιωτικὴν τοσούτων ἐμπεπλησμένην συμφορῶν, ὅσον τὰ βασίλεια γέμει κακῶν· ἢ γὰρ οὐ νοοῦμεν τὸ τῆς ἐνταῦθα τιμῆς καὶ τῆς δόξης εὐμάραντον, καὶ ὅσον ἐντεῦθεν τίκτεται τὸ κακόν; καὶ τὸ δὴ χαλεπώτατον τούτων, ὅτι τὰ μὲν ἐξ αὐτῶν κακὰ, ἀθάνατα μένει, ἡ δὲ ἡδονὴ οὔπω ἐφάνη, καὶ ἀπέπτη.

γ'. Λοιπὸν οὖν διακρουσώμεθα δόξαν, ἵνα μᾶλλον λάβωμεν δόξαν· εἰ γὰρ διώκομεν δόξαν, ἐκπεσούμεθα δόξης· τίς γὰρ νοῦν ἔχων ἰδὼν ἐζωγραφημένον ἄρτον, κἂν μυελάκις ὑπὸ λιμοῦ κατέχηται, τῇ γραφῇ ἅψεται; ⁂ αὐτὸν οὖν τρόπον καὶ ἡμεῖς δόξης ἐρῶντες, μὴ πρὸ τῆς δόξης σκιὰν, τοιαύτη γὰρ ἡ παροῦσα δόξα, ἀλλ' αὐτὴν πρὸ ἀληθειαν, ὅλῃ ψυχῆς προθέσει ζητῶμεν· καὶ τὰς ἀρχὰς γε καὶ ἐξουσίας, καὶ τὸ μεγάλα δύνασθαι κατὰ κόσμον, ὥστε φέρειν ἅπαντα καὶ ἄγειν ὅπου βουλόμε-

f. 276. a.

f. 276. b.

2. Sed etiamsi ea gloria stabilis foret, quid animam iuvare posset? Nihil omnino. Immo et plurimum nocet, quia servos facit, et quidem pecunia coëmptis deteriores; servos inquam non uni domino tantum, sed duobus ac tribus et innumeris, diversa imperantibus, obedientes. Quanto ergo melius est liberum esse, quam servum? ab hominum inquam servitio esse liberum, et servum domini Dei? Prorsus autem, si volumus gloriam amare, utique gloriam amemus, sed immortalem: nam splendidius huius est theatrum, et lucrum maius. Mortales enim domini iubent nos cum impensa ipsis placere; Christus contrarium prorsus; nam centuplicatum nobis reddit quod ipsi contulimus, vitamque aeternam superaddit. Quid ergo melius? in terra an in caelis esse? apud homines existimatione frui, an apud Deum? cum damno, an cum lucro? coronari uno die, an per saecula infinita? Nam res quidem humanae quanto altius attolluntur et splendent, eo maiore lapsu ruunt, neque subditorum tantummodo, verum etiam regum ipsorum. Nam nec quisquam domum privatam ullam tot calamitatibus implicitam comperiet, quot regia palatia malis redundant. Nonne vero intelligimus praesentis honoris et gloriae fragilitatem, et quantum inde generetur malorum? Quodque omnium gravissimum est, parta hinc mala immortalia sunt, at voluptas vix ostensa avolat.

3. Reliquum ergo est ut gloriam recusemus, ut sic potius gloriam nanciscamur. Quod si gloriam sectamur, gloria excidemus. Quis cordatus, panem pictum videns, etiamsi sexcenties fame corripiatur, picturam gustabit? Pari modo nos quoque si gloriae amore stimulamur, ne gloriae umbram, cuiusmodi est praesens gloria, sed veritatem ipsam toto animi proposito conquiramus. Principatus et potestates, et magnam in mundo potentiam, qua omnia sus deque pro nostro libito ver-

sare vellemus, item inimicos vexare, et assentatoribus bene facere; haec, inquam, omnes fugiamus; unum hoc spectantes, ut in virtute ac philosophia versemur. Nam potestates ac principatus multa quae Deo non placent, agere suadent: opusque est virili admodum animo, ut recte utamur data potestate aut principatu. Nam qui principatu spoliatus fuerit, invitus quidem sed tamen philosophatur: qui autem illo fruitur, idem fere patitur atque ille qui cum puella habitans speciosa pulchraque, lege vetetur quominus ad illam impudice respiciat. Haec nimirum est principatus conditio. Ideo multos vel invitos ad iniuriam faciendam impulit, multis iracundiam commovit, et linguae frenum laxavit, et oris ianuam patefecit: idem tamquam flatu animam ventilat, et in extremum malorum barathrum scapham demergit. Nam principatûs sublimitas his qui non digne illo vivere eligunt, additamentum poenae est. Nam gratiosum fieri ac provehi in populo, quanto splendiorem reddit, tanto maiora pericula habet, et curas, et timores. Nam respirare et consistere omnino nequit, tam acerbum gravemque habens dominum. Quid dico consistere ac respirare? Quamvis innumera recte facta hic habeat, aegre introibit in regnum Dei. Nihil enim aeque praecipitem dare hominem solet, ut potestatis comes apud vulgus gloria. Certe ignobilitatem aequo animo ferre, magnum quid est et nobile; sed qui in gloria versatur, forti animo et maximo indiget, ut dum gloria fruitur, cervicem non frangat.

4. Porro haec aio, non quia esse principes nolim; nec quia potestatem criminer, sed eos qui male illa utuntur, vel ad absurdos appetitus ac voluptates. Non est enim est potestas nisi a Deo, ait scriptura. Nam principatus esse, et alios imperare, alios imperari, neque temere omnia tamquam fluctus agitari, populis modo huc modo illuc circumactis, Dei sapientiae ne-

Θα, καὶ οὐκ ἐχθροὺς λυπεῖν, καὶ οὐκ κολακεύοντας εὐεργετεῖν, φυγῇ πάντες φεύγωμεν· ἓν δὲ τοῦτο σκοπεῖντες μόνον, ὅπως ἂν ὦμεν ἐν ἀρετῇ καὶ φιλοσοφίᾳ· αἱ γὰρ ἐξουσίαι καὶ αἱ ἀρχαὶ πολλὰ τῷ θεῷ μὴ δοκούντων πείθουσι ποιεῖν· καὶ σφόδρα νεανικῆς δεῖ ψυχῆς, ὥστε εἰς δέον χρήσασθαι τῇ δεδομένῃ ἐξουσίᾳ τε καὶ ἀρχῇ· ὁ μὲν γὰρ ἀπεστερημένος ἀρχῆς, καὶ ἄκων φιλοσοφεῖ· ὁ δὲ ἀπολαύων αὐτῆς, τοιοῦτον τι πάσχει, οἷον ἂν εἴ τις κόρῃ συνοικῶν εὐειδεῖ καὶ καλῇ, νόμος δέξηται μηδέποτε πρὸς αὐτὴν ἀκολάστως ἰδεῖν· τοιοῦτον γὰρ ἡ ἐξουσία· διὸ πολλοὺς καὶ ἄκοντας εἰς τὸ ὑβρίζειν ἐνέβαλε, καὶ θυμὸν ἤγειρε, καὶ χαλινὸν γλώττης ἀφεῖλε, καὶ θύραν ἀνεπέτασε στόματος, ὥσπερ ὑπὸ πνεύματος τῷ ψυχὴν ἀναῤῥιπίζουσα, καὶ εἰς τὸ ἔσχατον τῶν κακῶν βυθὸν τὸ σκάφος καταποντίζουσα· ἀρχῆς γὰρ μέγεθος τοῖς οὐκ ἀξίως τῆς ἀρχῆς, ζῆν προαιρεμένοις, προσθήκη τιμωρίας ἐστί· τὸ γὰρ εὐδοκιμεῖν καὶ προκόπτειν ἐν δήμῳ, ὅσῳ λαμπρότερον ποιεῖ, τοσούτῳ μείζους οὗτος κινδύνους ἔχει, καὶ τὰς φροντίδας καὶ τὰς ἀθυμίας· ἀναπνεῦσαι γὰρ καὶ στῆναι ὁ τοιοῦτος ὅλως οὐ δύναται, οὕτω πικρὸν ἔχων καὶ βαρὺν τὸν δεσπότην· καὶ τί λέγω στῆναι καὶ ἀναπνεῦσαι; κἂν μυρία ἔχῃ κατορθώματα ὁ τοιοῦτος, δυσκόλως εἰς τὴν τοῦ θεοῦ βασιλείαν εἰσέρχεται· οὐδὲν γὰρ οὕτως ἐκτραχηλίζειν εἴωθεν, ὡς ἡ παρεπομένη τῇ ἐξουσίᾳ παρὰ τῶν πολλῶν δόξα· τὸ μὲν γὰρ ἀτιμίαν ἐνεγκεῖν, μέγα καὶ γενναῖον· τὸ δὲ δόξης μεταστῆναι, νεανικῆς δεῖται ψυχῆς καὶ σφόδρα μεγάλης, ὥστε δόξης ἀπολαύοντα, μὴ ἐκτραχηλισθῆναι. I. 277. a.

δ'. Ταῦτα δὴ λέγω, οὐ τὸ εἶναι ἄρχοντας ἀναιρῶν, οὐδὲ τὴν ἐξουσίαν διαβάλλων, ἀλλὰ σὺν κακῶς ταύτῃ χρωμένους, καὶ πρὸς ἀτόπους ὀρέξεις καὶ ἡδονάς· οὐ γάρ ἐστιν ἐξουσία, εἰ μὴ ὑπὸ θεοῦ, φησίν· * πᾶσα γὰρ ἀρχὴ εἶναι, καὶ οὗτος μὲν ἄρχειν, οὗτος δὲ ἄρχεσθαι, καὶ μὴ ἁπλῶς ἀνέδην ἅπαντα φέρεσθαι ὥσπερ κυμάτων, τῇδε κἀκεῖσε τῶν δήμων διαγομένων, σοφίας ἔργον ἐστίν· ὅπερ γάρ * Rom. XIII. 1.

εἰσιν ἐν τ῀ οἰκίαις τ῀ ξύλων αἱ ἱμαντώσεις, τοῦτο οἱ ἄρχοντες ἐν τ῀ πόλεσιν ὑπάρχουσι· ⁊ καθάπερ νηὸς ἐὰν ἀποσήσῃς τ῀ κυβερνήτην, κατεπόντισας τὸ σκάφος· ⁊ στρατὸν, ἂν [στρατηγὸν] ἀπαγάγῃς τ῀ στρατοπέδου, δεδεμένους τοῖς πολεμίοις παρέδωκας οὐ στρατιώτας, οὕτω ⁊ τ῀ πόλεων ἂν οὐ ἄρχοντας ἀνέλῃς, θηρίων ἀλόγων ἀλογώτερον βιωσόμεθα βίον· διὰ τοῦτο ⁊ σφοδρὸς ἐστὶ τιμωρὸς ὁ Θεὸς, τούτων καταφρονουμένων, ⁊ δίκην οὐ τ῀ τυχοῦσαν, ἀλλὰ ⁊ σφόδρα μεγίστην ἀπαιτεῖ τ῀ παρακούοντα· ⁊ μάλα εἰκότως· ὁ μὲν γὰρ τοῖς ἄρχουσιν ὑποτασσόμενος, οὐ τοῖς ἄρχουσιν ὑποτάσσεται, ἀλλὰ τῷ Θεῷ τῷ ταῦτα νομοθετήσαντι πείθεται· ὁ δὲ μὴ ὑπακούων ἐκείνοις, τῷ Θεῷ πολεμεῖ.

ε'. Ὥσπερ δὲ τὸ ἀρχὰς εἶναι, καλὸν ⁊ θεῖον τῷ ὄντι δῶρον, οὕτω δεῖ πάντως ⁊ ἕκαστον ἄρχοντα τ῀ θεόθεν αὐτῷ δοθείσης ἀρχῆς ἀξίως πᾶσιν ἀνεπίληπτον εἶναι· ⁊ κρατεῖν μὲν θυμοῦ ⁊ φθόνου ⁊ ἡδονῆς, πάντα δὲ ὑπὸ τοῦ τ῀ Θεοῦ νόμους ἄγειν· ⁊ τ῀ νοῦν ἐλεύθερον τηρεῖν, ⁊ μηδ' ὅλως ἐᾶν ἐνδυναστεῦσαι τῇ ψυχῇ τ῀ δεσποτείαν τ῀ f. 277. b. ἡδονῶν· ⁊ οὕτως ἀληθῶς ἄρχοντα εἶναι· ⁊ γὰρ ὁ μὲν τοῖς πάθεσι τ῀ ψυχῆς τ῀ λογισμὸν ὑπήσας, ῥᾳδίως ἂν ὑπήσαιη ⁊ ἀνθρώποις μὴ τ῀ θείων νόμων, ὥστε αὐτὸν ἐν πατρὸς τάξει τοῖς ἀρχομένοις εἶναι, μὴ πάσης ἡμερότητος ὁμιλοῦντα τοῖς ὑπ' αὐτὸν ταττομένοις, ⁊ πάντας ἐντεῦθεν ἐρασὰς ἑαυτοῦ καθιστῶντα, ⁊ μετ' εὐνοίας περὶ τ῀ ἀρχὴν διακεῖσθαι πείθοντα, τὸ δυσκατόρθωτον ὄντως πρᾶγμα, ⁊ μάλιστα πάντων δεικνύον τ῀ ἄρχοντα· οὐ γὰρ εὐκόλως τοσούτων ἀνδρῶν διάθεσιν δυνήσεταί τις ἑαυτὸν ὑποσώσασθαι, κἂν χρήματα ἀναλώσῃ μυρία, κἂν μυρία νικήσῃ στρατόπεδα, κἂν ὁτιοῦν ἕτερον ἐργάσηται· ⁊ οὐδὲν οὕτω δείκνυσι τ῀ τ῀ ἀρχὴν ἔχοντα, ὡς ἡ περὶ τοὺς ἀρχομένους φιλοστοργία· ⁊ γὰρ πατέρα, οὐ τὸ γεννῆσαι μόνον ποιεῖ, ἀλλὰ ⁊ τὸ φιλεῖν, μᾶλλον τὸ γεννῆσαι· εἰ δὲ ἔνθα φύσις ⁊ ἀγάπης χρεία, πολλῷ μᾶλλον ἔνθα χάρις ὑπάρχει. ὁ δὲ ἀνθρώπων μὲν ἄρχειν δοκῶν, θυμῷ δὲ ⁊ φιλαρχίᾳ ⁊ ἡδοναῖς

gotium est. Nam quod sunt in aedificiis trabium connexiones, id principes vel magistratus in civitatibus praestant. Et sicut remoto gubernatore, navem demerseris; et exercitum si e castris ducem submoveas, vinctos hostibus milites tradideris; sic etiam de civitatibus si principes aut magistratus abstuleris, feris irrationabilibus nos vivemus irrationabilius. Propterea severus vindex est Deus, si hi spernantur; et ultionem non mediocrem, sed plane maximam, de transgressore capit. Et iure sane optimo. Nam qui principibus subditus est, non principibus sed Deo, qui sic res ordinavit, obedit: qui autem illis non obtemperat, Deo adversatur.

5. Sicut autem principatus esse, bonum divinumque donum est, ita omnino oportet quemque principem, prout decet datam divinitus potestatem, cunctis irreprehensibilem semet praebere: cohibere iram, invidiam, voluptatem, atque omnia ex legum divinarum norma agere, mentem liberam conservare, neque omnino sinere, ut animae suae dominetur voluptatum potentia, atque ita vere principem esse. Nam qui perturbationibus animae rationem praefecerit, facile etiam hominibus praeerit cum divinis legibus; ita ut ipse in patris loco subditis sit, cum omnimoda mansuetudine in populo suo versans, sicque omnes sibi amore devinciens, et benivolentiam illis erga principatum suadens, rem aedepol difficillimam, et quae praecipue facit principem esse. Haud enim facile tot hominum affectum poterit quis ad se attrahere, etiamsi innumeram pecuniam largiatur, etiamsi plurimos exercitus debellarit, quicquid denique aliud patraverit: nec quicquam est quod adeo principem denotet, ut ipsius erga subditos amor. Nam neque patrem generatio tantummodo facit, sed et amor erga genitos. Quod si ubi natura est, ibi amorem esse oportet, multo magis ubi gratia est. Secus vero qui hominum princeps esse videtur, iracundiae autem et am-

bitioni et voluptatibus servit, primo quidem ridiculus subditis apparebit, quia coronam gemmis interstinctam et auream gestat, temperantia autem non est redimitus: et purpurâ totum corpus splendet, sed animam inornatam habet. Deinde ne quomodo quidem principatum administret sciet: nam qui sibi ipsi imperare nequit, quomodo alios poterit dirigere legibus?

6. Quamobrem non quasi principatum vituperantes, aut quemquam cum potestate esse nolentes, dicimus haud debere nos principatus ambire. Nam multi praeclare imperio usi, Deo placuerunt; quam rem testantur Moyses, Iosue, David mitissimus, et cum aliis Constantinus magnus et par apostolis, cuius vitam, ut oblectamento et exemplo futuris regibus foret, peculiari nos scripto tradidimus, piis viris rogantibus; narrantes ex illius actibus multis paucos, quamquam praesenti lucubratione occupati. Sed rei consideramus summam arduitatem; quoniam omnis dominatio difficilis, hominum autem maxime; quanto scilicet vel fera intractabilior est homo, prout dixit sapiens, propter ingenii profunditatem. Simulque observavimus damnum hinc socordibus eveniens, qui sibi minime attendunt, et pulchra re non utuntur pulchre; et Deum irritant, non in futuro tantum saeculo, verum etiam in praesenti, qui hos remuneratur iuxta opera ipsorum. Quod ne patiamur, malimus potius tuto imperari quam periculose imperare. Sic enim vitabimus tum in praesenti vita imperii pericula, et repositam illic indigne viventibus incessabilem punitionem; atque aeternis finemque nescientibus bonis fruemur. Quae utinam omnes nos consequamur, gratia et benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem et cum quo, Patri gloria est cum sanctissimo Spiritu, nunc et per omnia saecula saeculorum. Amen.

δεδλεύων, πρῶτον μὲν καταγέλαστος εἶναι δόξειεν ἂν τοῖς ἀρχομένοις, ὅτι στέφανον μὲν φορεῖ λιθοκόλλητον καὶ χρυσοῦν, σωφροσύνῃ δὲ οὐκ ἐστεφάνωται· καὶ ἁλουργίδι μὲν ὅλον τὸ σῶμα λάμπεται, τὴν δὲ ψυχὴν ἀκόσμητον ἔχει· ἔπειτα δὲ οὐδὲ ὅπως μεταχειρίσεται τὴν ἀρχὴν ἐπίσταται· ὁ γὰρ ἑαυτοῦ μὴ δυνηθεὶς ἄρχειν, πῶς ἂν ἑτέρων δυνηθείη κατευθύνειν τοῖς νόμοις;

ε'. Ὥστε οὐ τὰς ἀρχὰς κακίζοντες, οὐδ' ἀναιροῦντες τὸ εἶναί τινας ἐν ἐξουσίαις, εἴπομεν μὴ ἐφίεσθαι ἡμᾶς τῶν ἀρχῶν· πολλοὶ γὰρ καλῶς τῇ ἀρχῇ χρησάμενοι, τῷ θεῷ εὐηρέστησαν· καὶ μαρτυροῦσι Μωσῆς τε καὶ Ἰησοῦς καὶ Δαβὶδ ὁ πραότατος, καὶ σὺν ἑτέροις πολλοῖς Κωνσταντῖνος ὁ μέγας καὶ ἰσαπόστολος, οὗ τὸν βίον ἥδυσμά τε καὶ παίδευμα τοῖς εἰς ὕστερον βασιλεῦσιν ὄντα ΩΔαδηδώκαμεν ἰδίᾳ γραφῇ (1), φιλοθέων ἀνδρῶν ἀξιώσαντες, διεξιόντες ἐκ τῶν ἐκείνου πολλῶν ὀλίγα, καίτοι τῇ παρούσῃ σπουδῇ ἐνησχολημένοι· ἀλλὰ τὸ τῶν πράγματος ἐννοοῦντες δυσμεταχείριστον μέγεθος, ὅτι πᾶσα μὲν ἀρχὴ, δυσχερής· καὶ πάντων, ἀνθρώπων δὲ μάλιστα, ὅσῳ καὶ θηρίου δυσμεταχειριστότερον ἄνθρωπος, καὶ τὸ εἰπόντα σοφὸν, διὰ τὸ πηλὸν τῶν φρονεῖν· καὶ σὺν τούτῳ βλέποντες τὰ τοῖς ῥᾳθύμοις ἐγγινομένην ἐντεῦθεν βλάβην, ἑαυτοῖς μὴ προσέχουσι, καὶ τῷ καλῷ μὴ καλῶς χρήματι κεχρημένοις, καὶ τὸ θεὸν παροξύνουσιν οὐκ ἐν τῷ μέλλοντι μόνον αἰῶνι, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ παρόντι, τούτοις ἀποδιδόντα καὶ τὰ ἔργα αὐτῶν· ὅπερ ἵνα μὴ πάθωμεν, ἑλώμεθα μᾶλλον ἀκινδύνως ἄρχεσθαι, ἢ ἄρχειν ἐπικινδύνως· κερδήσομεν γὰρ ἐντεῦθεν καὶ τὴν ἀπαλλαγὴν τῶν ἐνταῦθα κινδύνων διὰ τὴν ἀρχὴν, καὶ τὴν ἀποκειμένης ἐκεῖ τοῖς οὐκ ἀξίως ζήσασι τῆς ἀρχῆς ἀτελευτήτου κολάσεως τὴν φυγὴν, καὶ τῶν αἰωνίων καὶ πέρας οὐκ ἐπισαμένων ἀπολαύσομεν ἀγαθῶν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ πατρὶ ἡ δόξα ἅμα τῷ παναγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν. f. 278. a.

(1) Tres mihi in manibus sunt Constantini magni vitae, quas in vaticanis codicibus reperi. Utrum vero in earum numero sit haec, cuius se auctorem Theodorus noster dicit, alibi disquiremus.

ΔΙΑΛΕΞΕΩΣ ΟΓΔΟΗΣ ΗΘΙΚΟΝ (1).

Περὶ τ̃ φρικτῶν κ̀ θείων κ̀ ἀχράντων κ̀ ζωοποιῶν τ̃ Χριστοῦ μυστηρίων· κ̀ ὅτι ἡ τούτων μετάληψις τοῖς μὲν ἀξίοις, ἐστὶ σωτηρία· τοῖς δ̀ ἀναξίοις, κόλασις.

SERMONIS OCTAVI ETHICON.

De tremendis et divinis immaculatisque ac vivificis Christi mysteriis. Et quod horum susceptio, dignis fiat in salutem, indignis autem in poenam.

Cod. f. 310. b.

α'. Σκόπει γε μὴν κἀκεῖνο, ὅτι λέγει νῦν φανερῶς περὶ τ̃ μυστικῆς μεταλήψεως τ̃ τιμίου σώματος αὐτοῦ καὶ ζωοποιοῦ· καθάπερ γὰρ ἐστὶ ζωοποιὸς κατὰ φύσιν ὁ μονογενὴς τ̃ θεοῦ υἱός τε κ̀ λόγος, οὕτω δὴ κ̀ τ̀, ἐν ᾗ κατῴκησε σάρκα, ζωοποιὸν ἀπέδειξεν, ὅλος κατὰ τὸ ἄῤῥητον τ̃ ἑνώσεως λόγον, ταύτῃ συμβεβηκὼς, καὶ μετασκευάσας αὐτὴν εἰς τὸ ἴδιον ἀγαθὸν ἤτοι τ̀ ζωήν· διὰ τοῦτο κ̀ ζωοποιεῖ θεοῦ μετέχοντας αὐτοῦ, τὸ παναγιον σῶμα Χριστοῦ, τ̀ θάνατον ἐξελαῦνον, κ̀ ἐξισῶν τ̀ φθορὰν, ἅτε δὴ τ̀ τῶ φθορὰν τελείως ἀφανίζοντα λόγον, ὠδῖνον ἐν ἑαυτῷ· ὁ γὰρ ἄρτος ὁ ἐν τοῖς μυστηρίοις ὑφ' ἡμῶν ἐσθιόμενος, κ̀ ὁ οἶνος ὁ πινόμενος ὁμοίως σὺν ὕδατι, οὐκ ἀντίτυπα ἐστὶ τ̃ τ̃ κυρίου σαρκὸς τ̃ αἵματος, ἀλλ' αὐτὴ ἡ τ̃ κυρίου σὰρξ κ̀ τὸ αἷμα· οὐχ ὅτι αὐτὸ τὸ ἀναληφθὲν σῶμα ἐξ οὐρανοῦ κατέρχεται, ἀλλ' ὅτι αὐτὸς ὁ ἄρτος κ̀ ὁ οἶνος ἅμα τῷ ὕδατι, πρὸς σῶμα κ̀ αἷμα Χριστοῦ ἡνωμένον θεότητι μεταποιοῦνται, ὡς τὸ ἐκ τ̃ ἁγίας παρθένου σῶμα, λόγοις ἀπῤῥήτοις, διὰ τ̃ μυστικῆς εὐλογίας, κ̀ ὑποφοιτήσεως τ̃ ἁγίου πνεύματος· οὐ γὰρ εἶπεν ὁ κύριος, ὅτι ὁ ἄρτος ὃν ἐγὼ δώσω, ἀντίτυπον ἐστὶ τῆς σαρκός μου, ἀλλ' ἡ σάρξ μου ἐστίν· (2) ὥσπερ ὕστε-

f. 311. a.

1. Nunc et illud vide, quod nempe in praesenti loquitur manifeste de pretiosi ac vivifici corporis sui mystica communione. Sicut enim vivificus suapte natura est unigenitus Dei filius ac Verbum, sic etiam illam, in qua habitavit, carnem vivificam effecit, cum ei se totum, per ineffabilem unionis rationem coniunxit, eandemque ad sui ipsius excellentiam id est vitam extulit. Propterea etiam vivificat sui participes sanctissimum Christi corpus, mortem pellens, corruptionem submovens: quippe quod peremptorium prorsus corruptionis Verbum in se gestat. Etenim panis qui a nobis in mysteriis comeditur, et vinum quod aqua immixta pariter bibimus, haud sunt profecto carnis sanguique Domini antitypa, sed ipsamet Domini caro et sanguis: non quod corpus, quod sumitur, de caelo adveniat, sed quia ipse panis cum vino et aqua, in corpus sanguinemque Christi divinitati copulatum, convertuntur; ut fiat illud de sancta Virgine natum corpus, modis inenarrabilibus, per mysticam benedictionem et sancti Spiritus interventionem. Non enim dixit Dominus: panis quem ego dabo, antitypon carnis meae est, sed caro mea est: id quod postea quoque in mystica caena

(1) Huic ethico praeit expositio verborum Domini apud Ioh. VI. 52: *et panis, quem ego dabo, caro mea est quam ego dabo pro mundi vita.* Porro ut p. 449: innuimus, huius praesertim ethici causa, in quo est praeclarissimum de ss. Eucharistia testimonium, cum perspicua dogmatis doctrina, haec nos Theodori excerpta vulgare suscepimus.

(2) Sic apud Catenam possinianam ad Matth. Theodorus heracleota: μὴ νομίσῃς τύπον εἶναι τὰ τοιαῦτα, ἀλλ' ὅτι ὁ ἄρτος αὐτὸ ἐκεῖνο τὸ σῶμα τοῦ κυρίου, καὶ τὸ αἷμά ἐστι μεταποιούμενον εἰς σάρκα καὶ αἷμα τοῦ κυ-

affirmavit, quo tempore ad voluntariam passionem accessit. Dixit nimirum: hoc est corpus meum, dum panem porrigeret; et hic est sanguis meus, dum calicem propinaret. Haec videlicet mensa illa est, nihiloque inferior: non enim illam quidem Christus, hanc autem homo instruit; sed hanc pariter Christus apparat, sacerdotibus ministrorum vice fungentibus: quandoquidem haud humanarum virium opera nobis in conspectu sunt, sed Dei sanctificantis et transmutantis.

2. Quod si modum rei gestae requiris, satis tibi scire sit, quod per sanctum Spiritum sibi atque in se carnem Dominus constituit: nihilque ulterius cognoscimus, nisi quod Dei verbum verum omnipotensque est, rei autem modus inscrutabilis. Neque id quoque fortasse dicetur absurde, quod quomodo naturaliter panis in comestione, et vinum cum aqua in potu, in manducantis bibentisque corpus ac sanguinem commutantur, neque idcirco fit aliud hominis corpus a priore diversum; ita etiam oblatus panis et vinum cum aqua, per invocationem atque adventum sancti Spiritus, supernaturaliter in corpus Christi ac sanguinem convertuntur: neque idcirco duo sunt, sed unum. Idemque nunc in iis efficitur, qui cum fide ac digne suscipiunt, in peccatorum remissionem, vitam aeternam, et animae corporisque custodiam; in illis vero qui cum incredulitate ac indignitate communicant, fit punitionis poenaeque instrumentum. Non secus ac Domini mors credentibus extitit vita et incorruptio, ut beatitudine fruantur aeterna; incredulis autem et Domini interfectoribus punitionem poenam-

ρον καὶ τῷ μυστικῷ δείπνῳ εἴρηκεν, εἰς τὸ πάθος ἐρχόμενος τὸ ἑκούσιον· τοῦτο ἐστὶ τὸ σῶμα μου, ᾧ ἄρτον διδούς· καὶ τοῦτο ἐστὶ τὸ αἷμα μου, τὸ ποτήριον παρέχων· αὕτη γάρ, ἐκείνη ἐστὶν ἡ τράπεζα, καὶ οὐδὲν ἔλαττον ἔχει· οὐ γὰρ ἐκείνην μὲν ὁ Χριστὸς, ταύτην ἄνθρωπος δημιουργεῖ· ἀλλὰ καὶ ταύτην αὐτὸς, ὑπηρετῶν τάξιν τῶν ἱερέων ἐπεχόντων, ἐπείπερ οὐκ ἀνθρωπίνης δυνάμεως ἔργα τὰ προκείμενα, ἀλλὰ θεοῦ ἁγιάζοντος ταῦτα καὶ μετασκευάζοντος.

β'. Εἰ δὲ τὸ ζόπον ἐπιζητεῖς, πῶς γίνεται, ἀρκεῖ σοι μαθεῖν ὅτι διὰ πνεύματος ἁγίου ἑαυτῷ τὴν σάρκα ὁ κύριος ὑπεστήσατο· καὶ πλέον οὐδὲν γινώσκομεν, ἢ ὅτι ὁ λόγος τοῦ θεοῦ ἀληθὴς ἐστὶ καὶ παντοδύναμος, ὁ δὲ τρόπος ἀνεξερεύνητος. Οὐ χεῖρον δὲ ἴσως καὶ τοῦτο εἰπεῖν, ὅτι καθάπερ φυσικῶς ὁ ἄρτος διὰ τῆς βρώσεως, καὶ οἶνος καὶ τὸ ὕδωρ διὰ τῆς πόσεως, εἰς σῶμα καὶ αἷμα τοῦ ἐσθίοντος καὶ πίνοντος μεταβάλλονται, καὶ οὐ γίνονται σῶμα ἕτερον παρὰ τὸ πρότερον αὐτοῦ σῶμα, οὕτω καὶ ὁ διὰ τῆς προθέσεως ἄρτος καὶ οἶνος καὶ τὸ ὕδωρ, διὰ τῆς ἐπιφοιτήσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος, ὑπερφυῶς εἰς τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ καὶ τὸ αἷμα μεταποιοῦνται· καὶ οὐκ εἰσὶ δύο, ἀλλ' ἕν· καὶ τὸ αὐτὸ γίνεται νῦν τοῖς μὲν πίστει καὶ ἀξίως μεταλαμβάνουσιν, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, εἰς ζωὴν αἰώνιον, καὶ εἰς φυλακτήριον ψυχῆς τε καὶ σώματος· τοῖς δὲ ἐν ἀπιστίᾳ καὶ ἀναξίως μετέχουσιν, εἰς κόλασιν καὶ τιμωρίαν· ὥσπερ καὶ ὁ τοῦ κυρίου θάνατος, τοῖς μὲν πιστεύσι γέγονε ζωὴ καὶ ἀφθαρσία, εἰς ἀπόλαυσιν τῆς αἰωνίου μακαριότητος· τοῖς δὲ ἀπειθοῦσι καὶ τοῖς κυριοκτόνοις, εἰς κόλασιν καὶ τιμωρίαν αἰώνιον· καὶ γάρ τοι καὶ συνανακρα- f. 311. b.

ρίου ἡμῶν ἀῤῥήτῳ ἐνεργείᾳ τοῦ ἁγίου πνεύματος. Ibidem Theodorus mopsuestenus: οὐκ εἶπε, τοῦτό ἐστι τὸ σύμβολον τοῦ σώματός μου· καὶ τοῦτο τοῦ αἵματός μου· ἀλλὰ τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, καὶ τὸ αἷμά μου· διδάσκων ἡμᾶς μὴ πρὸς τὴν φύσιν ὁρᾶν τοῦ προκειμένου, ἀλλὰ διὰ τῆς γενομένης εὐχαριστίας εἰς σάρκα καὶ αἷμα μεταβάλλεσθαι. Ibidem denique Chrysostomus: εἰπὼν τοῦτό μου ἔστι τὸ σῶμα, δεικνύει ὅτι αὐτὸ τὸ σῶμα τοῦ κυρίου ἐστὶν ὁ ἄρτος ὁ ἁγιαζόμενος ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ· ἀῤῥήτῳ γὰρ τρόπῳ μεταποιεῖται εἰς σάρκα καὶ αἷμα τοῦ κυρίου, κἂν ἡμῖν ἄρτος φαίνεται. Similiter in Catena corderiana ad Matth. S. Iohannes damascenus: οὐκ ἔστι τύπος ὁ ἄρτος καὶ οἶνος τοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ· μὴ γένοιτο· ἀλλ' αὐτὸ τὸ σῶμα, καὶ αὐτὸ τὸ αἷμα εἰς σύστασιν τῆς ἡμετέρας ψυχῆς τε καὶ σώματος χωροῦν.

θέντ῾ τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει τοῦ κυρίου, καὶ ἐν σώματι γνομένου τῷ ἡμετέρῳ, καὶ τὴν ἐξ ἄρτου τροφὴν προσιεμένου, καὶ τὴν ἐξ οἴνου καὶ ὕδατ῾ πόσιν· οὐ γὰρ ἄλλῳ τινὰ παρεκαινοτόμησε τῇ φύσει τ῾ σύστασιν, ἀλλὰ διὰ τ῾ σωθήσων καὶ καταλλήλων, ἔδωκε τῷ καθ᾽ ἑαυτὸν σώματι τ῾ δύναμονὴν, βρώσει καὶ πόσει ἀφθαρτῶν τ῾ ὑπόστασιν· ὁ ἄρτ῾ ἐκεῖν῾ ὁ ἐσθιόμεν῾, καὶ τὸ πινόμενον πόμα, πρὸς σῶμα αὐτοῦ καὶ αἷμα μετεβάλλετο, καὶ συνεξομοιοῦτο τῇ θεοδόχῳ σαρκὶ, καὶ εἰς αὔξησιν καὶ σύστασιν αὐτῆς συνεβάλλετο, μεταποιηθείσης ἅμα τῇ ἐνοικήσει τ῾ θεοῦ λόγου, πρὸς τ῾ ἀξίαν τ῾ θεϊκήν.

γ΄. Καλῶς οὖν καὶ νῦν τ῾ τῷ λόγῳ τ῾ θεοῦ ἁγιαζόμενον ἄρτον, εἰς σῶμα τ῾ θεοῦ λόγου μεταποιεῖσθαι πιστεύομεν· καὶ ὁμοίως τ῾ οἶνον τε καὶ τὸ ὕδωρ εἰς αἷμα· ἐπεὶ κἀκεῖνο τὸ σῶμα τῇ ἐπισκηνώσει τ῾ λόγου τ῾ ἐπισκηνώσαντος ἐν αὐτῷ καθαγιασθὲν, ἄρτος καὶ οἶνος καὶ ὕδωρ ἦν τῇ δυνάμει· καὶ γὰρ ἐκ τούτων, παντὸς ἀνθρωπίνου σώματος ἡ ὑπόστασις· καὶ ὁ πρὸς ταῦτα βλέπων, δυνάμει πρὸς τ῾ ὄγκον τ῾ ἡμετέρου σώματος βλέπει· ὅτι ἐν
f. 312. a. τούτῳ ἐκεῖνα γνόμενα, τοῦτο γίνεται, καὶ τρόπον τινὰ ταυτὸν ἐστὶν ἐκείνοις τὸ ταῦτα ὑποδεξάμενον σῶμα, κατ᾽ τροφῆς, ὥσπερ εἴρηται, πρὸς τ῾ τ῾ σώματος φύσιν, διὰ κατ᾽ ἀλλοιωτικῆς δυνάμεως καταλλήλως μεθισαμένης· ὅθεν γὰρ ὁ ἐν ἐκείνῳ τῷ σώματι μεταποιηθεὶς ἄρτος εἰς θείαν μετέσχε δύναμιν, διὰ τ῾ αὐτοῦ καὶ νῦν τὸ ἴσον γίνεται· ἐκεῖ τε γὰρ ἡ τ῾ λόγου χάρις, ἅγιον ἐποίει τὸ σῶμα, ᾧ ἐκ τ῾ ἄρτου καὶ τ῾ οἴνου καὶ τ῾ ὕδατος ἡ σύστασις ἦν, καὶ ζῴων τινὰ καὶ αὐτὸ ἄρτος καὶ οἶνος καὶ ὕδωρ ἦν, ἐνταῦθα τὲ ὡσαύτως ὁ ἄρτος καὶ ὁ οἶνος καὶ τὸ ὕδωρ, καθά φησιν
* I. Tim. IV. 5. ὁ ἀπόστολος *, ἁγίαζονται διὰ λόγου θεοῦ καὶ ἐντεύξεως, οὐ διὰ βρώσεως προϊόντα εἰς τὸ σῶμα γενέσθαι τ῾ λόγου, ἀλλ᾽ εὐθὺς εἰς τὸ σῶμα διὰ τ῾ λόγου μεταποιούμενα.

δ΄. Τοῦτο καὶ ἐπὶ τ῾ θείου βαπτίσματος γίνεται· τὸ γὰρ κοινὸν ὕδωρ, καὶ ὀλίγου τινὸς ἄξιον πρὸ τ῾ εὐλογίας, μὴ ⟨τ῾⟩ ἁγιασμὸν τ῾ παρὰ τ῾ θείου πνεύματος, θεῖον

que contulit sempiternam. Etenim quia humanae naturae se commiscuit Dominus, corpusque nostrum assumpsit, escam quoque de pane exhibuit, et de vino aquaque potum. Haud aliam quippe excogitavit conservandae naturae rationem, sed communibus congruisque alimentis corpus suum sustentavit, esca et potu subsistentiam conservans: nam panis ille comesus et potio bibita, in corpus eius sanguinemque convertebatur, fiebatque conformis deiferae carni, eique augendae et conservandae proderat, quae scilicet ob inhabitans Dei Verbum ad dignitatem simul divinam transferebatur.

3. Bene igitur nunc quoque sanctificatum verbo Dei panem in Verbi divini corpus commutari credimus; vinumque cum aqua pariter in sanguinem: quandoquidem et corpus illud, Verbi habitaculo quod in eo residebat sanctificatum, panis vinique cum aqua vim habebat: namque his alimentis omne corpus humanum subsistit: et qui haec spectat, perinde est ac si corporis nostri incrementum spectet: quia intra hoc illa suscepta, corpus revera fiunt, et idem quodammodo cum illis fit corpus eadem excipiens; cibo, ut dictum est, in corporis naturam, per vim convertibilem, congruenter transformato. Sicut ergo in Christi corpore, commutatus panis in divinam vim transibat, ita et nunc contingit similiter. Illic enim gratia Verbi sanctum efficiebat corpus, cui ex pane vinoque et aqua subsistentia confiebat, ita ut idem corpus panis quodammodo ac vinum et aqua esset. Nunc autem panis similiter et vinum cum aqua, sicut ait apostolus, sanctificantur per verbum Dei et orationem; neque haec tamen vi manducationis in corpus Verbi transeunt, sed ilico in corpus a Verbo commutantur.

4. Hoc etiam in divino baptismate accidit. Etenim quae vulgaris erat vilisque pretii aqua ante benedictionem, post sanctificationem a divino Spiritu collatam, di-

vina sacraque fit, magna et mirabilia operans, purgationem inquam peccatorum, renovationem et regenerationem; haud profecto corporalem, de qua Nicodemus cogitabat, qui legis adhuc umbrae adhaerebat, nihilque excelsum imaginari valebat: sed peregrinam quandam diversamque; et oculis sane invisibilem, sola vero mente spectabilem; vereque dignam Christo ipsam donante, qui nostri gratia factus est sicut unus de nobis. Ut sicut olim insidiis circumventi fuimus, artificio malefici infernalis draconis, improbi et invidi, qui operculum mente sua dignum adinvenit serpentem, et in simili sibi reptili habitavit; et huius opera primo in nostrum genus introduxit peccatum; sic nos postea cura creatoris clementisque Dei, qui perfectum hominem adsumpsit, atque ita inimici malitiam correxit, nostramque salutem operatus est; pari inquam modo panis quoque et vinum cum aqua, quae antea res communis erant, postquam ea mysterium consecraverit, corpus et sanguis Christi fiunt, superna ipsis benedicente gratia.

5. Atqui, dicet aliquis, cur caro et sanguis non apparent nobis, sed panis vinumque? Ne nos videlicet, inquam, a comestione abhorreremus. Nam si caro et sanguis apparerent, insuaviter prorsus ad participandum tam insolita accederemus. Nunc vero, tali sub forma quum nobis appareant, facile haec participamus. Scit enim Deus, humanam infirmitatem saepe respuere quae sibi non sunt consueta: ideoque solita sua indulgentia utens, per consueta naturae facit ea quae sunt supra naturam. Sicut igitur in baptismate, quoniam hominum mos est aqua lavari, et oleo ungi, aquae et oleo gratiam Spiritus immiscuit, fecitque haec renovationis lavacrum et regenerationis; re sensibili intellectuale donum efficiens; pari ratione,

γίνεται καὶ ἱερὸν, ἐνεργοῦν μεγάλα καὶ θαυμαστὰ, λέγω δὴ κάθαρσιν ἁμαρτιῶν, ἀνακαινισμὸν καὶ ἀναγέννησιν, πάντως οὐχὶ σωματικὴν, καὶ ἣν ὁ Νικόδημος ἐνόησεν, ἔτι τῇ τοῦ νόμου σκιᾷ παλαιθήμενος σκιᾷ, καὶ μηδὲν ὑψηλὸν φαντασθῆναι δυνάμενος, ἀλλὰ ξένην τινὰ καὶ παρηλλαγμένην, καὶ ὀφθαλμοῖς μὲν, οὐδαμῶς βλεπομένην, ἐννοίᾳ δὴ μόνῃ θεωρουμένην, καὶ ὄντως ἀξίαν τοῦ ταύτην ἡμῖν χαρισαμένου Χριστοῦ, δι' ἡμᾶς γεγονότος καθ' ἡμᾶς· ἵνα ὥσπερ ἐπεβουλεύθημεν πάλαι μὲν τοῦ μερίμνης τοῦ κακουργοῦντος ὑποχθονίου δαίμονος καὶ μοχθηροῦ καὶ βασκάνου, προκάλυμμα τοῦ ἑαυτοῦ γνώμης ἄξιον εὑρηκότος τὸ ὄφιν, ὁμοίως τε ἑρπετῷ ἐνοικήσαντος, καὶ διὰ τούτου τοῦ καὶ τοῦ γένους ἡμῶν ἁμαρτίαν καινοτομήσαντος· οὕτως ὕστερον σωθῶμεν μὲν τοῦ φροντίδος τοῦ δημιουργοῦ καὶ φιλανθρώπου θεοῦ τέλειον ἄνθρωπον ἀναλαβόντος, καὶ οὕτω τοῦ τοῦ ἐχθροῦ πονηρίαν ἐπανορθώσαντος, καὶ αὐτουργήσαντος τὴν ἡμῶν σωτηρίαν· τὸ αὐτὸν οὖν τρόπον καὶ ὁ ἄρτος καὶ ὁ οἶνος ἅμα τῷ ὕδατι, κοινὰ πρότερον ὄντα, ὅταν αὐτὰ τὸ μυστήριον ἱερουργήσῃ, σῶμα καὶ αἷμα γίνονται τοῦ Χριστοῦ, τοῦ ἄνωθεν χάριτος εὐλογούσης αὐτά. f. 312. b.

ε'. Καὶ πῶς, φησὶν, οὐχὶ φαίνονται ἡμῖν σὰρξ καὶ αἷμα. ἀλλ' ἄρτος καὶ οἶνος; διὰ τὸ μὴ ἡμᾶς ἀηδίζεσθαι πρὸς τὴν βρῶσιν· εἰ μὲν γὰρ σὰρξ καὶ αἷμα ἐφαίνοντο, ἀηδῶς ἂν διεκείμεθα περὶ τὴν μετάληψιν ὡς ἀσυνήθη (1)· νῦν δὲ τοιαύτης φαινομένης ἡμῖν, εὐχερῶς ταύτης μεταλαμβάνομεν· οἶδε γὰρ ὁ θεῖος ὅτι ἡ ἀνθρωπίνη ἀσθένεια πολλάκις τὰ μὴ καὶ συνήθειαν τετριμμένα ἀποστρέφεται δυσχεραίνουσα· διὸ καὶ τῇ συνήθει κεχρημένος συγκαταβάσει, διὰ τῆς συνήθων τοῦ φύσεως ποιεῖται τὰ ὑπὲρ φύσιν· ὥσπερ οὖν ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος, ἐπειδήπερ ἐστὶ τοῖς ἀνθρώποις ἔθος, ὕδατι λούεσθαι καὶ ἐλαίῳ χρίεσθαι, συνέμυξε τῷ ὕδατι καὶ τῷ ἐλαίῳ τὴν χάριν τοῦ πνεύματος, καὶ ἐποίησε ταῦτα λουτρὸν ἀγχυνανήσεως καὶ ἀνακαινίσεως, δι' αἰσθη-

(1) Imitatur Theodorus sanctum Cyrillum prout legitur apud nos in commentario ad Lucam, in hac nova PP. bibliotheca T. II. p. 417. Item in catena corderiana ad Matth. p. 754.

τοῦ πράγματος, νοητὸν δῶρον ἀποτελῶν· οὕτως ἐνταῦθα, ἐπεὶ τοῖς ἀνθρώποις ἔθος ἄρτον ἐσθίειν, καὶ πίνειν οἶνον μετ'
f. 313. a. ὕδατος, συνέζευξεν αὐτοῖς τὴν αὐτοῦ θεότητα· καὶ ποιήσας αὐτὰ σῶμα καὶ αἷμα αὐτοῦ, τὸ εἶδος τοῦ ἄρτου καὶ τοῦ οἴνου ἐφύλαξεν, ἵνα διὰ τῆς συνήθων καὶ κατὰ φύσιν, ἐν τοῖς ὑπὲρ φύσιν γινώμεθα· οὐδὲν γὰρ αἰσθητὸν παρέδωκεν ἡμῖν ὁ Χριστὸς, ἀλλ' αἰσθητὰ μὲν πράγματα, πάντα δὲ νοητά· εἰ μὲν γὰρ ἀσώματοι ἦμεν, γυμνὰ ἂν ἡμῖν, αὐτὰ τὰ ἀσώματα παρέδωκε δῶρα· ἐπεὶ δὲ σώματι συμπέπλεκται ἡ ψυχὴ, ἐν αἰσθητοῖς ἡμῖν τὰ νοητὰ παραδίδωσιν· οὐκ ἄρα τύπος ὁ ἄρτος, ἢ ὁ οἶνος ἅμα τῷ ὕδατι, τὰ ἐν τῷ θείῳ θυσιαστηρίῳ ἁγιαζόμενα τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ καὶ τοῦ αἵματος, μὴ γένοιτο, ἀλλ' αὐτὸ τὸ σῶμα καὶ τὸ αἷμα τοῦ κυρίου τεθεωμένα· διὸ μὴ τοῖς κειμένοις μόνον ἐμβλέπωμεν, ἀλλὰ τὰ ῥήματα αὐτοῦ κατέχοντες, καὶ πειθώμεθα, καὶ πιστεύωμεν, καὶ νοητοῖς αὐτὰ βλέπωμεν ὀφθαλμοῖς· ὁ μὲν γὰρ λόγος αὐτοῦ ἀψευδαλόγιστος (1)· ἡ δὲ αἴσθησις ἡμῶν εὐεξαπάτητος· ὅθεν οὐδέποτε διέπεσεν· αὕτη δὲ τὰ πλείονα σφάλλεται· ἐπεὶ οὖν ὁ λόγος αὐτοῦ, φησὶ, τοῦτο ἐστὶ τὸ σῶμά μου, καὶ τοῦτο ἐστὶ τὸ αἷμά μου, πειθώμεθα τῷ θεῷ, καὶ μὴ ἀντιλέγωμεν, κἂν ἐναντίον εἶναι δοκῇ τοῖς ἡμετέροις λογισμοῖς, καὶ τοῖς ὄψεσι τὸ λεγόμενον· καὶ λογισμῶν καὶ ὄψεων κυριώτερον ἔχωμεν αὐτοῦ τὸν λόγον.

quoniam solent homines panem comedere vinumque cum aqua bibere, his copulavit deitatem suam; eaque corpus suum ac sanguinem efficiens, panis tamen vinique apparentiam retinuit, ut a consuetis ac naturalibus ad supernaturalia sublevemur. Nihil enim sensibile nobis Christus tradidit, sed res quidem sensibiles; omnia tamen intellectualiter accipienda. Nam si quidem incorporei essemus, utique incorporalia nobis dona dedisset: sed quia corpori copulata est anima, sensibili sub specie intellectualia nobis tradidit. Neque idcirco panis ille et vinum cum aqua, quae in sacro altari sanctificantur, typus quidam sunt Christi corporis sanguinisque; absit; sed corpus ipsum ac sanguis Domini deificata. Caveamus itaque quominus haec tantummodo prout oculis prostant spectemus, sed Christi verba retinentes, persuadeamus nobismet atque credamus, eaque mentis oculis conspiciamus. Nam sermo eius infallibilis est; sensus vero noster facile decipitur: ille numquam excidit, hic plerumque fallitur. Quandoquidem igitur sermo eius dicit: hoc est corpus meum, et hic est sanguis meus, Deo credamus, et nullatenus contradicamus: etiamsi rationi nostrae contrarium appareat atque visui id quod adfirmatur: ac ratiocinio prorsus nostro visuque potiorem existimemus sermonem eius.

ϛ'. Εἰ δὲ καί τινες ἀντίτυπα τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ κυρίου ταῦτα ἐκάλεσαν, ὡς ὁ Θεοφάντωρ ἔφη Βασίλειος ἐν τοῖς μυστικαῖς τῆς ἱερουργίας εὐχαῖς, οὕτω λέγων· καὶ προθέντες τὰ ἀντίτυπα τοῦ σώματος
f. 313. b. καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ σου· ἀλλ' οὐ μετὰ τὸ ἁγιασθῆναι, εἶπον, πρὸ μέν τοι τοῦ ἁγιασθῆναι, καὶ πρὸ τοῦ τὴν χάριν λαβεῖν, οὕτως ἐκάλεσαν (2), διαταξάμενοι μάλα καλῶς οἱ θεόληπτοι προσκυνεῖν ἡμᾶς μετὰ πόθου καὶ πίστεως, καὶ πρὸ τοῦ τελειωθῆναι

6. Quod si nonnulli antitypa corporis sanguinisque Domini haec appellaverunt, veluti deiloquus loquitur Basilius in mysticis sacrificii precibus dicens: et proponentes antitypa corporis et sanguinis Christi tui; haud equidem post sanctificationem, inquam ego, sed ante sanctificationem et ante susceptam gratiam, sic ea appellaverunt; ordinantes egregie admodum hi viri inspirati, ut nos cum amore ac fide veneremur, ante etiam quam consecren-

(1) Sic etiam S. Cyrillus loco nuper citato. — (2) Consonat prorsus Ioh. damascenus in corderiana catena p. 755. Εἰ δὲ καί τινες ἀντίτυπα τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ κυρίου τὸν ἄρτον καὶ τὸν οἶνον ἐκάλεσαν, οὐ μετὰ τὸ ἁγιασθῆναι εἶπον, ἀλλὰ πρὶν ἁγιασθῆναι τὴν προσφορὰν οὕτω καλέσαντες.

tur, divina haec dona, tamquam antitypa illorum quae geruntur in magno ingressu ad sacram liturgiam: ea ratione, qua humanam quoque Dei humanati fictam pictamque figuram, tamquam eiusdem antitypum, veneramur. Namque imaginis honor ad prototypum transit, ut magnus inquit Basilius. Ceteroqui picta quidem dominicae carnis imago, huius omnino antitypon est, numquam tamen erit ipsum prototypon, id est ipse Christus. Haec autem divina dona, quae eatenus antitypa fuerant dominicae carnis ac sanguinis, sanctificantur postea, vereque ipsum prototypon fiunt, id est caro ipsa et sanguis Christi, per mysticam benedictionem et sancti Spiritus adventum. Quare etiam oportet, cum amore ac fide haec nos venerari dum ad sanctificationem pompatice deducuntur. Denique antitypa etiam futurorum dicuntur haec, non quia vere corpus et sanguis Christi non sint, sed quia nunc quidem per ea participamus Christi divinitatem, tunc autem intellectualiter per solam visionem. Quam ob rem communio quoque haec participatio dicitur, quia unionem nobis cum Christo largitur, et ad regni sui communionem admittit: et praeterea, quod sic nos invicem communicare coniungique facit. Quia enim ex uno pane et calice percipimus omnes, sequitur ut unum corpus Christi, unusque sanguis, et mutua membra fiamus, ex illius carne illiusque ossibus, Christo concorporati. Nec porro haec in aphedronem secedunt, neque corrumpuntur; absit; sed in substantialem consistentiam transeunt participantium, et animae corporisque substantiam conservant.

ταῦτα τὰ θεῖα δῶρα, ὡς ἀντίτυπα τῶν τῆς μεγάλης γινομένης εἰσόδου (1), τῆς ἐν τῇ ἱερᾷ λειτουργίᾳ, καθάπερ προσκυνοῦμεν καὶ τῆς ἀνθρωπίνης τοῦ θεανθρώπου λόγου μορφῆς τὸ ἐκτύπωμα, ὡς ἐκείνου ἀντίτυπον· ἡ γὰρ τιμὴ τῆς εἰκόνος, ἐπὶ τὸ πρωτότυπον διαβαίνει, φησὶν ὁ μέγας Βασίλειος (2)· καί τοι γε ἡ μὲν γεγραμμένη τοῦ κυρίου σαρκὸς εἰκὼν, τούτου διὰ παντὸς ἀντίτυπος οὖσα, οὐκ ἔσται ποτὲ αὐτὸ τὸ πρωτότυπον, ἦγουν αὐτὸς ὁ Χριστός· ταῦτα δὴ τὰ θεῖα δῶρα μέχρι τινὸς ἀντίτυπα ὄντα τῆς κυρίου σαρκὸς καὶ τοῦ αἵματος, ἁγιάζονται μὴ ταῦτα, καὶ ἀληθῶς αὐτὸ γίνονται τὸ πρωτότυπον, ἤτοι ἡ σὰρξ αὐτοῦ καὶ τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ, διὰ τῆς μυστικῆς εὐλογίας, καὶ τῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐπιφοιτήσεως· ὅθεν χρεὼν καὶ διὰ τοῦτο, μὴ πόθου καὶ πίστεως προσκυνεῖν ἡμᾶς ταῦτα, πρὸ τοῦ τελειωθῆναι ἀγόμενα (3)· ἀντίτυπα ἢ τῶν μελλόντων λέγονται ταῦτα, οὐχ ὡς μὴ ὄντα κατ' ἀλήθειαν σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ, ἀλλ' ὅτι νῦν μὲν δι' αὐτῶν μετέχομεν τῆς τοῦ Χριστοῦ θεότητος, τότε δὲ νοητῶς διὰ μόνης τῆς θέας· διά τοι τοῦτο καὶ κοινωνία ἡ αὐτῶν καλεῖται μετάληψις, ὅτι τὴν πρὸς τὸν Χριστὸν ἡμῖν χαρίζεται ἕνωσιν, καὶ κοινωνοὺς ἡμᾶς ποιεῖ τῆς αὐτοῦ βασιλείας· οὐ μὴν ἀλλ', ἀλλ' ὅτι καὶ κοινωνεῖν ἐντεῦθεν ἡμᾶς καὶ ἀλλήλοις ἐνοῦσθαι συναγκάζει· ἐπεὶ γὰρ ἐξ ἑνὸς ἄρτου καὶ ποτηρίου μεταλαμβάνομεν ἅπαντες, λοιπὸν καὶ ἓν σῶμα Χριστοῦ, καὶ ἓν αἷμα, καὶ ἀλλήλων μέλη γινόμεθα, ἐκ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ καὶ τῶν ὀστέων αὐτοῦ, σύσσωμοι Χριστοῦ χρηματίζοντες· οὐ γὰρ εἰς ἀφεδρῶνα χωροῦσι ταῦτα οὐδὲ φθείρονται, οὐδὲ δαπανῶνται, μὴ γένοιτο, ἀλλ' εἰς σύστασιν οὐσιώδη χωροῦσι τῶν μεταλαμβανόντων, τὴν τῆς ψυχῆς οὐσίαν καὶ τοῦ σώματος συντηροῦντα. f. 314. a.

(1) Duplex est ad graecam missam introitus; minor initio dum sacra dona nondum consecrata ad mensam deferuntur; maior, cum iam consecrata deducuntur ad altare.

(2) S. Basilii locum videsis late expositum a S. Nicephoro in opere contra iconomachos, apud nos in hac biblioth. T. V. p. gr. 86, lat. 96.

(3) Loquitur de veneratione graeci populi erga oblata etiam cum deducuntur pompatice ad mensam ut consecrentur; de quo ritu satis controverso, alibi nos locuti sumus, scilicet in hac biblioth. T. IV. p. 61, ubi Eutychium patriarcham produximus id cultûs genus reprehendentem. Reliqua vero huius articuli usque ad n. 7. sumit Theodorus ex Damasceno, prout leguntur in cat. cord. p. 755.

ζ'. Καὶ μή τις ἀκούων, Χριστὸν ἐν ἡμῖν γίνεσθαι διὰ τ μεταλήψεως, ἀπιστῶν λεγέτω· ἆρα οὖν, ἐπειδὴ καὶ ἐν ἡμῖν αὐλίζεται τοῦ Θεοῦ ὁ λόγ ζωὴ κατὰ φύσιν ὑπάρχων, ζωοποιὸν ἐστὶ καὶ τὸ ἑκάστου σῶμα; ἴσω δὲ μᾶλλον, ὡς ἕτερον ἐστὶ τὸ κατὰ μέθεξιν σχετικὴν ἡμᾶς ἔχειν ἐν ἑαυτοῖς υἱὸν [τοῦ Θεοῦ], καὶ ἕτερον ὁλοτρόπως τὸ τοῦτον γλυέσθ σάρκα, τουτέστιν ἴδιον ποιήσασθαι σῶμα, τὸ ἐκ τ ἁγίας παρθένου ληφθὲν, καὶ τούτῳ ἑνωθὲν ὑπὲρ λόγον· οὐ γὰρ ἐν ἡμῖν γλυόμεν, ἀνθρωπῆσαι λέγεται, καὶ γλυέσθ σάρξ, τοῦτο γὰρ γέγονεν ἅπαξ, ὅτε προῆλθεν ἄνθρωπ, οὐκ ἀποβαλὼν τὸ εἶναι Θεός· ἀλλὰ κ μέθεξιν σχετικὴν λέγεται γλυέσθ θεοπρεπῶς διὰ τ ἁγίου πνεύματ· ἵνα γὰ μὴ μόνον κ τῇ ἀγάπην τοῦτο γλυώμεθα, ἀλλὰ καὶ κατ' αὐτὸ τὸ πρᾶγμα, πρὸς ἐκείνην ἀνακερασθῶμεν τῷ σάρκα, διὰ τ τροφῆς τοῦτο γίνεται, ἣν ἐχαρίσατο, βουλόμεν ἡμῖν δεῖξαι τ πόθον ὃν ἔχ περὶ ἡμᾶς· διὰ τοῦτο ἀνέμιξεν ἑαυτὸν τῇ ἐπικήρῳ φύσ, καὶ ἔφυρε τὸ σῶμα αὐτοῦ εἰς ἡμᾶς, ἵνα ἓν τί γλυώμεθα καθάπερ σῶμα κεφαλῇ συνημμένον· τ γὰρ σφόδρα
f. 314. b. ποθούντων ἐστὶ τοῦτο, καὶ τῇ τ Θεότητος κοινωνίᾳ συναποθεωθῆναι τὸ ἀνθρώπινον· τοῦτο γοῦν ὁ Ἰὼβ αἰνιττόμενος ἔλεγε περὶ τ ἑαυτοῦ οἰκετῶν, οἷς ἦν μθ' ὑπερβολῆς ποθεινὸς, προσφῦναι τ σαρξί μ οὐκ ἀπέ-
* Iob. XIX. 22. σχον ὀδοῦσιν· * ἐκεῖνοι γὰρ τ πολὺν αὐτῶν ἐνδεικνύμενοι πόθον, ὃν εἶχον, ἔλεγον· τίς ἂν δῴη ἡμῖν τῆ σαρκῶν αὐτοῦ
* XXXI. 31. ἐμπλησθῆναι *; διὸ δὴ ☪ ὁ Χριστὸς αὐτὸ πεποίηκεν, εἰς φιλίαν ἡμᾶς ἐνάγων μείζονα· καὶ τ αὐτοῦ πόθον ἐνδεικνύμενος περὶ ἡμᾶς, οὐκ ἰδεῖν μόνον αὐτὸν παρέσχε τοῖς ὀπθυμοῦσιν, ἀλλὰ καὶ ἅψασθαι, καὶ φαγεῖν, καὶ ἐμπῆξαι σοὺ ὀδόντας τῇ σαρκὶ, καὶ συμπλακῆναι, καὶ πόθον ἐμπλῆσαι πάντα.

η'. Καὶ καθάπερ γυνὴ τίς οἰκείῳ αἵματι καὶ γάλακτι τρέφ τὸ τεχθὲν, οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς οὓς ἐγέννησεν αὐτὸς, οἰκείῳ τρέφ διηνεκῶς αἵματι· μᾶλλον δ οἱ μὲν

7. Age vero, ne forte aliquis audiens, Christum in nobis fieri per hanc participationem, incredulus dicat: ergone, quia in nobis Dei Verbum habitat, quod est suapte naturâ vita, nostrum quoque uniuscuiusque corpus vivificum evadet? Sciat itaque hic potius, aliud esse per relativam participationem habere intra nos filium Dei; aliud vero omnino hunc carnem fieri, id est proprium effici illud corpus quod ex sancta virgine sumptum, Deo supernaturaliter unitum fuit. Etenim nequaquam cum intra nos est, humanari dicitur, et caro fieri; id enim semel accidit, cum homo processit, quin simul desineret esse Deus: sed per relativam participationem dicitur in nobis ratione Deo digna consistere per sanctum Spiritum. Ut enim non caritate tantum hoc fiamus, sed re etiam, et cum illa carne permisceamur, res haec cibi more perficitur, quem largitus est, volens suam erga nos caritatem demonstrare. Propterea insinuavit se caducae naturae, suumque corpus nobiscum immiscuit, ut unum quid fieremus, ceu corpus capiti iunctum. Eximie enim amantium hoc opus est, ut per deitatis communionem, simul homo deificetur. Rem hanc videlicet Iobus innuens, de familiaribus suis aiebat, quibus eximie carus erat: a carnibus meis dentes non abstinebant. Illi quippe ut multum suum amorem ostenderent, aiebant: quis det nobis ut de carnibus eius saturemur? Quare et Christus idem fecit, ad maiorem amicitiam nos provocans. Atque ut amorem suum erga nos demonstraret, non se videndum tantummodo amantibus praebuit, sed tangendum etiam, et comedendum, ut et dentes carni eius infigeremus, et complicaremur, nostrumque amorem plane expleremus.

8. Iam quemadmodum mulier proprio sanguine et lacte partum suum alit, sic et Christus quos genuit proprio nutrit continuatim sanguine. Immo vero qui genue-

runt saepe aliis nutriendos dant partus suos; Christus autem non sic, sed propriis carnibus alens, semet ipse nobis praebet, omnes nos liberaliter educatos volens, bonam denique de futuris spem nobis iniiciens. Nam qui nobis heic se tradidit, multo id magis in futuro: frater scilicet noster esse voluit: carnem ac sanguinem nostri gratia participavit: rursusque eandem carnem ac sanguinem, quorum causa factus est affinis, nobis credentibus praebet sub gratiae dispensatione, semet nobis per carnem inserens, quae ex pane vinoque cum aqua confecta fuit, seque credentium corporibus infundit; ut nimirum per unionem cum immortali, homo quoque incorruptionis particeps fiat. Haec autem largitur, dum per vim benedictionis, in corpus illud transformat rerum apparentium naturam.

9. Nimirum veteri omni legis cultui fine imposito, qui imperfectis et parvulis congruebat, novum sacrificium mundum et incruentum invexit; quod ab ortu solis usque ad occasum oblatum iri, olim ore prophetae praedixit; sacerdos propterea in aeternum, sicut ait divinus David, existens; haud secundum Aaronis ordinem legitima sacrificia offerens, sed secundum ordinem Melchisedec, qui panis et vini munere Abrahamum excepit ab alienigenarum caede redeuntem. Ille enim sacerdos praecipui pontificis Christi typum imaginemque gerebat; illaque mensa, hanc mysticam portendebat. Sicut enim ille de pane ac vino benedictionem obtulit Abrahamo, ita deinde Christus dominus, quo tempore se pro omnibus ceu victimam immaculatam Deo patri oblaturus erat, panem accipiens et calicem miscens, dabat discipulis, aiebatque: hoc est corpus meum, hic est sanguis meus. Et omnino cunctis posthinc temporibus sacerdotio fungens, idem est offerens, et idem oblatus; et qui excipit, et qui dat, prout sapiens Basilius ait. Cui consona Chrysosto-

ἐγκύησαντες, πολλάκις ἑτέροις τρέφειν διδόασι τὰ τεχθέντα, ὁ δὲ Χριστὸς οὐχ οὕτως, ἀλλὰ τῇ οἰκείαις τρέφων σαρξίν, ἑαυτὸν ἡμῖν προτίθησι, πάντας ἡμᾶς εὐγενεῖς εἶναι βουλόμενος, καὶ χρηστὰς ἡμῖν περὶ τῶν μελλόντων ὑποτείνων ἐλπίδας· ὁ γὰρ ἐνταῦθα ἡμῖν ἐκδοὺς ἑαυτόν, πολλῷ μᾶλλον ἐν τῷ μέλλοντι· ἀδελφὸς ἠθέλησεν ἡμέτερος γενέσθαι· ἐκοινώνησε σαρκὸς καὶ αἵματος δι' ἡμᾶς· πάλιν αὐτὴν δὲ σάρκα καὶ τὸ αἷμα δι' ὧν συγγενὴς ἐγένετο, ἐκδίδωσιν ἡμῖν πᾶσι τοῖς πεπιστευκόσι τῇ οἰκονομίᾳ τῆς χάριτος, ἑαυτὸν ἐναπείρων διὰ τῆς σαρκὸς, ἧς ἡ σύστασις ἐξ ἄρτου καὶ οἴνου καὶ ὕδατος ἐστὶ, καὶ τοῖς σώμασι τῶν πεπιστευκότων κατακιρνώμενος· ὡς ἂν τῇ πρὸς τὸ ἀθάνατον ἑνώσῃ, καὶ ὁ ἄνθρωπος τῆς ἀφθαρσίας μέτοχος γένοιτο· ταῦτα δὲ δίδωσι, τῇ τῆς εὐλογίας δυνάμῃ πρὸς ἐκεῖνο μεταποιεῖ- f. 316. a.
χειώσας τὰ φαινομένων τὴν φύσιν.

θ'. Καὶ τὴν μὲν πάλαι νομικὴν λατρείαν ἅπασαν καταπαύσας, ὡς ἀτελέσι καὶ νηπίοις προσήκουσαν, τὴν δὲ καινὴν θυσίαν καὶ καθαρὰν καὶ ἀναίμακτον παραδοὺς, ἣν ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου μέχρι δυσμῶν αὐτῷ προσφέρεσθαι προεθέσπισε διὰ τοῦ προφήτου * πάλαι· καὶ ἱερεὺς ἐντεῦθεν εἰς τὸν * Malach. I. 11.
αἰῶνα, καθά φησιν ὁ θεῖος Δαυὶδ *, * Ps. CIX. 4.
χρηματίσας, οὐ κατὰ τάξιν Ἀαρὼν τὰς ἐν νόμῳ θυσίας προσφέροντος, ἀλλὰ κατὰ τάξιν Μελχισεδὲκ, ἄρτῳ καὶ οἴνῳ δεξιωσαμένου τὸν Ἀβραὰμ, ἐκ τῆς ἀλλοφύλων κοπῆς ὑποστρέφοντα· ἐκεῖνος τὲ γὰρ ὁ ἱερεὺς τοῦ κυρίως ἀρχιερέως Χριστοῦ τύπον ἔφερε καὶ εἰκόνισμα· καὶ ἐκείνη ἡ τράπεζα τὸ μυστικὴν προεμήνυε ταύτην· ὡς γὰρ ἐκεῖνος τῷ τότε δι' ἄρτου καὶ οἴνου τὸν Ἀβραὰμ εὐλόγησεν, οὕτως ὕστερον ὁ δεσπότης Χριστὸς μέλλων ἑαυτὸν ὑπὲρ πάντων, ὥσπερ ἄμωμον ἱερεῖον τῷ θεῷ καὶ πατρὶ προσενηνοχέναι, λαβὼν ἄρτον, καὶ ποτήριον κεράσας, ἐδίδου τοῖς μαθηταῖς, καὶ ἔλεγε· τοῦτο ἐστὶ τὸ σῶμα μου, καὶ τοῦτο ἐστὶ τὸ αἷμα μου· καὶ διὰ παντὸς ἐξ ἐκείνου ἱερατεύων, ὁ αὐτὸς ἐστὶ προσφέρων τε καὶ προσφερόμενος, καὶ προσδεχόμενος καὶ διαδιδόμε-

νος, ἣ φησὶν ὁ σοφὸς Βασίλειος (1)· ᾧ συνῳδὰ φθεγγόμενος ὁ Χρυσορρήμων, λέγει ὅτι οὔτε ἄγγελος, οὔτε ἀρχάγγελος ἐργάσασθαί τι δύναται εἰς τὰ δεδομένα παρὰ Θεοῦ, ἀλλὰ πατὴρ καὶ υἱὸς καὶ ἅγιον πνεῦμα πάντα οἰκονομεῖ· ὁ δὲ ἱερεὺς τὴν ἑαυτοῦ δανείζει γλῶτταν, καὶ τὴν ἑαυτοῦ παρέχει χεῖρα (2).

f. 315. b. ι'. Περὶ ταύτης τῆς μυστικῆς καὶ φρικτῆς θυσίας προλέγων καὶ αὖθις ὁ μελῳδὸς, εἴρηκεν οὕτως ἐκ προσώπου Χριστοῦ πρὸς τὸν Θεὸν καὶ πατέρα· Θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας *, ἀντὶ τῆς ἀπεδοκίμασας τὴν νομικὴν θυσίαν καὶ τὴν ἐκεῖθεν προσφορὰν, ἐνσάντος δηλονότι τοῦ ἀνθρωπήσεως χρόνου· σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι, τουτέστι σῶμα μοι κατεσκεύασας ἐκ παρθενικῶν αἱμάτων εἰς τὸ θυσιασθῆναι τοῦτο, τῶν ἀνθρώπων ἕνεκα σωτηρίας· ὁλοκαυτώματα καὶ περὶ ἁμαρτίας οὐκ ἐξεζήτησας· ἔτι σαρκωθέντος ἐμοῦ τοῦ λογικοῦ θύματος καὶ ἀληθινοῦ. τὸν δὲ ἁμαρτίαν αἴροντος τοῦ κόσμου, οὐδὲν θῦμα νομικὸν ἐζήτησας· τότε εἶπον, ἰδοὺ ἥκω· τουτέστιν ὅτε τὰ νομικὰ θύματα ἀπηνυσλόκησας, τότε εἶπον αὐτὸς, ὅτι ὡς ὁρᾷς ἡτοίμασμαι· καὶ, πάτερ ἤγγικεν ἡ ὥρα,

* Ps. XXXIX. 7. et Hebr. X. 5.

* Ioh. XVII. 1. δόξασόν σε τὸν υἱόν *, διὰ τοῦ σταυροῦ πάντως, ὡς εὐδόκησας τὸν ὑπὲρ τῶν πάντων σωτηρίας ἡμέτερον θάνατον· τοῦτον τὸν οὐράνιον ἄρτον καὶ ζωηρὸν προεικόνιζον οἱ τῆς προθέσεως ἄρτοι τὸ παλαιόν· τοῦτον ὁ Ἡσαΐας ἐν τύπῳ θεασάμενος ἄνθρακος, δι' αὐτοῦ τὸν τῶν ἁμαρτιῶν ἔλαβε κάθαρσιν· ὥσπερ γὰρ ὁ ἄνθραξ οὐκ ἔστι ξύλον λιτὸν, ἀλλ' ἡνωμένον πυρὶ, οὕτω καὶ ὁ θεῖος ἄρτος τῆς κοινωνίας, ἄρτος ψιλὸς οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ἡνωμένος θεότητι· σῶμα γὰρ ἡνωμένον θεότητι, οὐ μία φύσις ἐστὶν, ἀλλὰ μία μὲν τοῦ σώματος, τῆς δὲ ἡνωμένης αὐτῷ θεότητος ἑτέρα· ὥστε τὸ συναμφότερον οὐ μία φύσις, ἀλλὰ δύο· διὰ τοῦτο καὶ τὸ μυστικὸν αἷμα ταύτης τῆς καινῆς καὶ μεγάλης θυσίας, ἐλαύνει μὲν δαίμονας

f. 316. a. καὶ πόρρωθεν εἶναι ποιεῖ, καλεῖ δὲ ἀγγέλους πρὸς ἡμᾶς καὶ τὴν δεσπότην τῶν ἀγγέλων· ὅπου

mus loquens, ait quod neque angelus neque archangelus operari quicquam valet circa haec Dei dona, sed pater et filius et sanctus Spiritus cuncta administrant; sacerdos autem suam tantummodo linguam commodat, manusque propriae ministerium praebet.

10. De hoc mystico tremendoque sacrificio vaticinans rursus melodus, sic aiebat ex Christi persona ad Deum patrem: sacrificium et oblationem noluisti; id est legale sacrificium et indidem oblationem; quia iam instabat incarnationis tempus; corpus autem perfecisti mihi; id est corpus mihi composuisti ex virgineis sanguinibus, ut id postea immolaretur, salutis hominum causa. Holocausta et pro peccato non postulasti. Me iam incarnato instar rationalis veraeque victimae, et mundi peccatum tollente, nullum legale sacrificium exquisivisti. Tunc dixi: ecce venio. Nimirum cum legalia sacrificia respuisti, tunc ego dixi: ecce ut vides paratus sum. Item: pater, appropinquavit hora, glorifica filium tuum, prorsus per crucem, quandoquidem tibi placuit nostra pro omnium salute mors. Panem hunc caelestem praefigurabant propositionis panes antiquitus. Hunc Esaias in carbonis figura conspexit, perque eum peccatorum purgationem accepit. Sicut enim qui conspicitur carbo non est simplex lignum, sed igni unitum, ita divinus communionis panis, non est proprie panis, sed deitati coniungitur: corpus autem deitati coniunctum, haud unica natura est, sed una quidem corporis natura est, coniuncta autem cum eo deitatis altera. Quare utrumque haud una natura est, sed duae. Ideo mysticus sanguis novi huius magnique sacrificii, expellit daemones longeque submovet, angelos angelorumque dominum ad nos vocat: ubi enim dominicum sanguinem vi-

(1) De hoc S. Basilii dicto synodum constantinopolitanam nos edidimus (Spicil. rom. T. X.) sub Manuele imp. celebratam adversus Soterichum contrariae sententiae auctorem.

(2) Confer Chrysostomum T. II. de proditione Iudae homil. I. 6. et II. 6.

derint, fugiunt quidem daemones, angeli autem accurrunt.

11. Atque ut huius sanguinis discamus potentiam, recurramus ad eius figuram, id est ad priscas gestarum rerum in Aegypto narrationes. Nam cum decimam Deus plagam inflicturus esset Aegyptiis, et illorum primogenitos interfecturus, propterea quod primogenitum eius detinebant populum, misit angelum exterminatorem qui domos invaderet. Mandavit simul Hebraeis ut immaculatum agnum immolarent, eiusque sanguine ianuas inungerent, ne eandem calamitatem participarent cum Aegyptiis, qui secum uno loco morabantur. Quo sane facto, sanguinem ianuis inspersum videns exterminator, haud ausus est illuc ingredi. Etsi enim sanguis erat brutae pecudis, is qui tunc rationales homines salvabat, non tamen quatenus sanguis erat, sed quatenus dominici sanguinis figura erat, salvabat. Nimirum sicut regales statuae, cum sint insensiles et inanimes, nihilominus confugientes ad eas homines sensu animaque praeditos salvant, sic prisca iubente lege; non quia aes sunt, sed quia regis sunt imagines; sic et ille sanguis insensilis et inanimis, animatos salvavit homines, non quia sanguis erat, sed quia dominici sanguinis figura. Iam si illius figura tantam vim habuit, multo maiorem veritas. Si angelus visum figurae sanguinem reveritus est, multo magis diabolus, veritatis id est Christi sanguinem videns, non ianuis inspersum, sed ori fidelium, ianuis inquam animati templi Dei, fugiet longeque se subducet.

12. Hic novi sacrificii sanguis effusus universum mundum abluit. Sanguis hic in figura, adyta et sancta sanctorum purificabat: sanguis hic in figura altare aureum sanctificabat: absque hoc in legalibus figurato sacrificiis, non audebat pon-

γὸ ἴδωσι τὸ αἷμα τὸ δεσποτικὸν, φεύγουσι μὲν δαίμονες, συντρέχουσι δὲ ἄγγελοι.

ια'. Καὶ ἵνα μάθωμεν τοῦ αἵματος τούτου τὴν ἰσχὺν, ἀναδράμωμεν ἐπὶ τὸν τύπον αὐτοῦ, ἐπὶ τὰ παλαιὰ διηγήματα τὰ ἐν Αἰγύπτῳ· τὴν δεκάτην γὰρ μέλλων πληγὴν ἐπάγειν ὁ Θεὸς τοῖς Αἰγυπτίοις, καὶ ἀνελεῖν τὰ πρωτότοκα αὐτῶν, ἐπειδὴ τὸ πρωτότοκον αὐτοῦ κατεῖχον λαὸν, ἔπεμψεν ἄγγελον ὀλοθρευτὴν ὄντα τῶν οἰκίας· προσέταξε δὲ τοῖς Ἑβραίοις ἀμνὸν ἄμωμον θύσαι, καὶ τὸ αἷμα αὐτοῦ τῶν θύραις ὄγχρίσαι, ὥστε μὴ τῆς συμφορᾶς ταύτης αὐτοὺς κοινωνῆσαι τοῖς Αἰγυπτίοις, ἐπειδήπερ εἰς τόπος αὐτοὺς κατεῖχεν· οὗ δὴ καὶ γνομένου, τὸ αἷμα τότε τῶν θύραις ἐπικεχρισμένον ὁ ὀλοθρεύων ὁρῶν, οὐκ ἐτόλμησεν εἰσπηδῆσαι· εἰ γὰρ καὶ αἷμα ἦν ἀλόγου ζώου, τὸ θεῖον λογικοὺς σῴζον ἀνθρώπους τότε, ἀλλ' οὐχ ὡς αἷμα ἁπλῶς ἔσωζεν, ἀλλ' ὡς τοῦ αἵματος τοῦ δεσποτικοῦ τύπος ὄν· καθάπερ γὰρ οἱ βασιλικοὶ ἀνδριάντες ἄψυχοι ὄντες καὶ ἀναίσθητοι θεῖοι καταφεύγοντας εἰς αὐτοὺς ἀνθρώπους, αἰσθητικοὺς καὶ ἐμψύχους ὄντας διασώζουσι, τοῦτο παλαιοῦ κελεύοντος νόμου, οὐκ ἐπειδὴ χαλκὸς εἰσὶν, ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦ βασιλέως εἰσὶν εἰκόνες, οὕτω δὴ καὶ τὸ αἷμα ἐκεῖνο τὸ ἀναίσθητον καὶ ἄψυχον θεῖον ψυχὴν ἔχοντας ἀνθρώπους ἔσωσεν, οὐκ ἐπειδὴ αἷμα ἦν, ἀλλ' ὡς τοῦ αἵματος τοῦ δεσποτικοῦ τύπος ἦν· εἰ δὲ ὁ τύπος αὐτοῦ τοσαύτην ἔσχεν ἰσχὺν, πολλῷ μᾶλλον ἡ ἀλήθεια (1)· εἰ ὁ ἄγγελος ἰδὼν τὸ αἷμα τοῦ τύπου ἠδέσθη, πολλῷ μᾶλλον ὁ διάβολος ἰδὼν τὸ αἷμα τῆς ἀληθείας τοῦ Χριστοῦ, οὐχὶ θύραις ἐπικεχρισμένον, ἀλλὰ τῷ στόματι τῶν πιστῶν, τοῦ θύραις λέγω τοῦ ἐμψύχου ναοῦ τοῦ θεοῦ· φεύξεται καὶ μακρὰν πάνυ χωρήσεται. f. 326. b.

ιβ'. Τοῦτο τὸ τῆς καινῆς θυσίας αἷμα ἐκχυθὲν πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐξέπλυνε· τοῦτο τὸ αἷμα ἐν τοῖς τύποις τὰ ἄδυτα καὶ τὰ ἅγια τῶν ἁγίων ἐκάθηρε· τοῦτο τὸ αἷμα ἐν τοῖς τύποις τὸ χρυσοῦν θυσιαστήριον ἡγίασε· τούτου χωρὶς ἐν τοῖς νομικαῖς τυπουμένου

(1) Confer Chrysostomum T. VII. homil. LXXXII. 1. in Matth.

θυσίαις, οὐκ ἐτόλμα ὁ ἀρχιερεὺς εἰς τὰ ἄδυτα εἰσιέναι· τοῦτο τὸ αἷμα ἐν τοῖς τύποις ἱερέας ἐχειροτόνει· τοῦτο ἐκάθηρεν ἁμαρτίας ἐν τοῖς τύποις· εἰ γὰρ ἐν τοῖς τύποις τοσαύτην ἔσχεν ἰσχὺν ἔν τε τῷ ναῷ τῷ τῶν Ἑβραίων, ἔν τε Αἰγύπτῳ μέσῃ ὅτε αἱ φλιαὶ ἐχρίοντο, πολλῷ μᾶλλον ὅτε ἦλθεν ἡ ἀλήθεια, καὶ σκιᾶς παραδραμούσης· εἰ δὲ σκιὰν οὕτως ὁ θάνατος ἔφριξε, τὴν ἀλήθειαν αὐτὴν εἰπέ μοι, πῶς οὐκ ἂν ἐφοβήθη; τοῦτο, ἡ σωτηρία τῶν ἡμετέρων ψυχῶν· τούτῳ ἥδηται ἡ ψυχή· τούτῳ καλλωπίζεται, τούτῳ πυροῦται· τοῦτο πυρὸς λαμπρότερον ἐργάζεται καὶ νοῦν τὸν ἡμέτερον· τοῦτο χρυσίου φαιδροτέραν τὴν ψυχὴν ποιεῖ· τοῦτο τὸ αἷμα τὴν εἰκόνα ἡμῖν ἀνθηρὰν ἐργάζεται τὴν βασιλικήν· τοῦτο κάλλος ἀμήχανον· τοῦτο ἀπομαρανθῆναι καὶ ψυχῆς τὴν εὐγένειαν οὐκ ἀφίησιν, ἄρδον αὐτὴν συνεχῶς καὶ θέφον· τὸ μὲν γὰρ ἀπὸ τῶν σιτίων ἡμῖν αἷμα γινόμενον, οὐκ εὐθέως τοῦτο γίνεται, ἀλλ' ἕτερόν τι· τοῦτο δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλ' εὐθέως τὴν ψυχὴν ἄρδει, καὶ μεγάλην τινὰ δύναμιν ἐμποιεῖ· τοῦτο ἐξεχύθη τὸ αἷμα, καὶ τὸν οὐρανὸν ἐποίησε βατόν· φρικτὰ ὄντως τὰ μυστήρια καὶ ἐκκλησίας Χριστοῦ, φρικτὸν ὄντως τὸ θυσιαστήριον.

f. 317. a. ιγ'. Ἀνέβαινεν ἐκ τοῦ παραδείσου πηγὴ ποταμοὺς αἰσθητοὺς ἀφιεῖσα· ἀπὸ καὶ ἱερᾶς ταύτης τραπέζης ἄνεισι πηγὴ ποταμοὺς ἀφιεῖσα πνευματικούς· παρὰ ταύτην τὴν θείαν πηγὴν πεφυτευμέναι εἰσὶν οὐκ ἰτέαι ἄκαρποι, ἀλλὰ δένδρα πρὸς αὐτὸν φθάνοντα τὸν οὐρανόν, καρπὸν ἔχοντα ὥριμον ἀεὶ καὶ ἀμάραντον· εἴ τις καυσᾶται, παρὰ ταύτην ἥκέτω τὴν πηγήν, καὶ καταψυχέτω καὶ καύσωνα· καὶ γὰρ αὐχμοὺς λύει, καὶ τὰ διάκαπα πάντα παραμυθεῖται, οὐ τὰ ἐξ ἡλίου, ἀλλὰ τὰ ἀπὸ τοῦ τοῦ διαβόλου βελῶν τὰ πεπυρωμένων· καὶ γὰρ τὴν ἀρχὴν ἄνωθεν ἔχει, καὶ τὴν ῥίζαν ἐκεῖθεν, ὅθεν καὶ ἄρδεται· πολλοὶ ταύτης καὶ πηγῆς οἱ ῥύακες, οὓς ἀφίησιν ὁ παράκλητος· καὶ μεσίτης ὁ υἱὸς γίνεται, οὐ δίκελλαν ἔχων ὁδοποιῶν, ἀλλὰ τὴν διάθεσιν ἀνοίγων τὴν παρ' ἡμῖν· αὕτη ἡ πάντιμος πηγή, φωτὸς ἐστὶ πηγή, ἀναβλύζουσα καὶ ἀληθείας ἀκτίνας· ταύτῃ τῇ σεβασμίᾳ πηγῇ καὶ αἱ

tifex in adyta ingredi: sanguis hic in figura sacerdotes ordinabat: hic in figura peccata purgabat. Quod si is in figura talem tantamque vim habuit tum in templo Hebraeorum, tum etiam in media Aegypto postibus inspersus, multo magis postquam veritas venit, umbrâ praeterlapsâ. Si umbram tantopere mors exhorruit, veritatem, oro, quid ni extimescat? Hic est animarum nostrarum salus: hoc delectatur anima, hoc ornatur, hoc inflammatur: hic igne splendidiorem mentem nostram reddit: hic auro fulgidiorem nostram animam facit: sanguis hic imaginem nobis floridam operatur et regalem: hic pulchritudo inaestimabilis est: hic flaccescere animae nobilitatem non sinit, irrigans eam continuo et enutriens. Nam sanguis ille qui a cibis nobis creatur, haud ilico efficitur, sed aliud quiddam antea fit. Non ita tamen hic, sed animam statim irrigat, et magnam quandam vim inserit. Sanguis hic vix effusus caelum gradibile fecit. Tremenda vere sunt ecclesiae Christi mysteria! tremendum vere altare est!

13. Ascendebat de paradiso fons, materialia flumina eructans; ex hac sacra mensa fons salit, spiritalia flumina emittens. Circa divinum hunc fontem haud salices infructuosae plantatae sunt, sed arbores ad usque caelum sese attollentes, tempestivum fructum habentes semper et incorruptibilem. Si quis aestuat, ad hunc fontem veniat, et calorem refrigeret: levat enim aestuationes, et ardores omnes temperat, non eos qui a sole, sed qui a diaboli telis igneis: namque originem desursum habet, et inde radicem, unde et irrigatur. Multique sunt huius fontis rivuli, quos emittit Paraclitus: et mediator filius est, haud ligonem tenens viamque muniens, sed affectum nostrum suscitans. Hic est honoratissimus fons, lucis inquam fons, veritatis radios eiaculans. Venerabilem hunc fontem supernae quoque vir-

tutes circumsistunt, pulchritudinem fluentorum eius mirantes. Nam et clarius quam nos vident illae propositorum munerum vim, eorumque splendores inaccessos. Sicut enim auro liquefacto si quis manum aut linguam iniiciat, auream ilico facit; ita prorsus heic etiam proposita mysteria animam efficiunt. Fervet enim igne vehementius sanctissimum flumen hoc; at non exurit, sed lavat tantummodo quicquid corripuerit. Hic sacratissimus sanguis antiquitus semper praefigurabatur in altaribus, in iustorum caedibus. Hic sanguis pretium mundi est; hoc ecclesiam Christus comparavit; hoc illam totam exornavit. Sicut enim homo servos emens, aurum erogat; rursusque eos exornare volens, auro id curat; sic et Christus emit nos sanguine proprio, eodemque hoc sanguine nos venustavit.

14. Ad hanc itaque mysticam mensam accedamus, cum omni timore, et conscientia pura, et indubia fide, atque omnia nobis erunt prout sine ambiguitate credimus. Cum autem dico accedendum cum fide, non accipienda tantummodo esse munera dico, sed eadem puro cum corde tangenda: prorsus haud secus affectos nos esse volo, quam si ad Christum ipsum veniremus. Quid enim interest, quod vocem eius minime audiamus, siquidem per evangelistas loquitur? Credamus igitur nunc quoque illud idem esse convivium, ad quod ipse accumbebat: nihil enim hodiernum ab illo differt: neque hoc nostrum homo instruit, illud vero Christus, sed et hoc et illud idem Christus. Cum ergo sacerdotem nobis porrigentem viderimus, ne reputemus sacerdotem id agere, sed ipsam Christi manum extensam. Sicut enim cum aliquis baptizatur, nequaquam sacerdos sed Deus illius caput tenet vi invisibili; et neque angelus neque archangelus neque alius quilibet accedere audet et tangere, sic etiam nunc

ἄνω παρεστήκασι δυνάμεις, πρὸς τὸ κάλλος ἐνορῶσαι τῶ ῥείθρων· ἐπειδὴ κὴ σαφέστερον ἡμῶν ἐκεῖναι τῶ προκειμένων θεωροῦσι τὴ δύναμιν, κὴ τὰς μυρμαρυγὰς τὰς ἀπροσίτους· ὥσπερ γὰρ χρυσοῦ τηκομένου, ἄν τε τὴ χεῖρα τίς ἐμβάλοι, ἄν τε πὼ γλῶτταν, χρυσὴν εὐθέως αὐτὴν ἐποίησεν, οὕτω δὴ κὴ ἐνταῦθα τὴ ψυχὴν ἐργάζεται τὰ προκείμενα· ἀναζεῖ μὲν γὲ πυρὸς σφοδρότερον ὁ πανάγιος ἐκεῖνος ποταμὸς, ἀλλ' οὐ καίει, ἀλλὰ βαπτίζει μόνον ὅπερ ἂν λάβῃ· τοῦτο τὸ ἱερώτατον αἷμα ἄνωθεν προετυποῦτο ἀεὶ ἐν θυσιαστηρίοις, ἐν δικαίων σφαγαῖς· τοῦτο ἡ τιμὴ τῆ οἰκουμένης· τούτῳ ἠγόρασε τὴ ἐκκλησίαν ὁ Χριστός· τούτῳ κατεκόσμησεν αὐτὴν ἅπασαν· καθάπερ γὲ ἄνθρωπος οἰκέτας ὠνούμενος, δίδωσι χρυσίον· κὴ καλλωπίσαι πάλιν αὐτοὺς βουλόμενος, χρυσῷ τοῦτο ποιεῖ, οὕτω κὴ ὁ Χριστὸς ἠγόρασεν ἡμᾶς αἵματι τῷ οἰκείῳ, κὴ ἐκόσμησεν ἡμᾶς τούτῳ τῷ αἵματι. f. 317. b.

ιδ'. Προσίωμεν τοίνυν τῇ μυστικῇ ταύτῃ τραπέζῃ μετὰ παντὸς φόβου, κὴ συνειδήσεως καθαρᾶς, κὴ ἀδιστάκτου πίστεως, κὴ πάντα ἔσται ἡμῖν καθὰ πιστεύομεν μὴ διστάζοντες· τὸ γὴ προελθεῖν μὲτὴ πίστεως, οὐ τὸ λαβεῖν ἐστι μόνον τὸ προκείμενον, ἀλλὰ καὶ τὸ μὲτὴ καθαρᾶς καρδίας ἅψασθαι· τὸ οὕτω διακεῖσθαι, ὡς αὐτῷ προσιόντας τῷ Χριστῷ· τί γὰρ, εἰ μὴ φωνῆς ἀκούομεν, φθεγγομένου αὐτοῦ διὰ τὴ εὐαγγελιστῶν; πιστεύωμεν οὖν ὅτι κὴ νῦν ἐκεῖνο τὸ δεῖπνον ἐστὶν, ἐν ᾧ κὴ αὐτὸς ἀνέκειτο· οὐδὲν γὰρ ἐκεῖνο τούτου διενήνοχεν· οὐδὲ γὰρ τοῦτο μὲν ἄνθρωπος ἐργάζεται, ἐκεῖνο γὴ αὐτὸς ὁ Χριστὸς, ἀλλὰ καὶ τοῦτο κἀκεῖνο ὁ αὐτός· ὅταν τοίνυν Ⓝ ἱερέα ὀπιδιδόντα ἡμῖν ἴδωμεν, μὴ τὴ ἱερέα νομίζωμεν, Ⓝ τοῦτο ποιοῦντα, ἀλλὰ πὼ Χριστοῦ χεῖρα τὴ ἐκτεινομένην· ὥσπερ γὰρ ὅταν βαπτίζεταί τις, οὐχ ὁ ἱερεὺς ἀλλ' ὁ θεὸς ἐστὶν ὁ κατέχων τούτου πὼ κεφαλὴν ἀοράτῳ δυνάμει, κὴ οὔτε ἄγγελος οὔτε ἀρχάγγελος οὔτε ἄλλός τις τολμᾷ προσελθεῖν κὴ ἅψασθαι, οὕτω κὴ νῦν γίνεται· κὴ δῆλον ἐντεῦθεν· ὡς γὰρ ἐν τῷ βαπτί-

σματι οὐ λέγει ὁ ἱερεὺς, βαπτίζω τὸν δεῖνα, ἀλλὰ βαπτίζεται (1), πάντως παρὰ τῆς ἀδιαιρέτου καὶ ὁμοουσίου τριάδος· ὡς
f. 318. a. αὐτὸν ἂν ἔδει τρόπον κἀνταῦθα οὐ λέγει, θύω ἐγὼ ὡς ἀμνὸν τῷ θεοῦ, ἀλλὰ θύεται ὁ ἀμνὸς τοῦ θεοῦ, αὐτὸς οὗτος δηλαδὴ ἑαυτὸν ἱερουργῶν εὐδοκίᾳ πατρὸς, καὶ συνεργίᾳ τοῦ ἁγίου πνεύματος· καὶ θύτης ὢν ὁ αὐτὸς, καὶ θῦμα, καὶ προσδεχόμενος, καὶ διαδιδόμενος.

ιε'. Διὰ τοῦτο ὡς τῷ Χριστῷ τῷ ἱερεῖ προσερχόμενοι, τιμήσωμεν πάσῃ καθαρότητι τὸ κυρίου τὸ σῶμα, ψυχικῇ τε καὶ σωματικῇ· διπλοῦν γὰρ ἐστί· προσέλθωμεν αὐτῷ πόθῳ διακαεῖ, καὶ σταυροειδῶς τὰς παλάμας τυπώσαντες, τὸ σῶμα τοῦ ἐσταυρωμένου ὑποδεξώμεθα· καὶ ἐπιθέντες ὀφθαλμοὺς καὶ χείλη καὶ μέτωπα, τοῦ θείου ἀνθρακος μεταλάβωμεν, ὅπως καταφλέξῃ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ φωτίσῃ τὰς καρδίας ἡμῶν, καὶ τῇ μετουσίᾳ τοῦ θείου πυρὸς πυρωθῶμεν· οἱ γὰρ τούτου μετέχοντες, μετ' ἀγγέλων καὶ ἀρχαγγέλων καὶ τῶν ἄνω δυνάμεων ἑστήκασιν, αὐτὴν ἐνδεικνύμενοι τοῦ Χριστοῦ τὴν βασιλικὴν στολὴν (2), τὰ ὅπλα ἔχοντες τὰ πνευματικά· ἀλλ' οὐδὲν εἴπωμεν οὐδέπω· αὐτὸν γὰρ εἰσὶ ἐνδεδυμένοι τὸν βασιλέα· ἀλλ' ὥσπερ ἐστὶν μέγα καὶ θαυμαστὸν τοῦτο τὸ θεῖον σῶμα τε καὶ τὸ αἷμα, οὕτως ἂν μὲν μετὰ καθαρότητος προσέλθῃ τις, εἰς σωτηρίαν προσῆλθεν· ἂν δὲ μετὰ πονηροῦ συνειδότος, εἰς κόλασιν καὶ τιμωρίαν· ὁ γὰρ ἐσθίων καὶ πίνων ἀναξίως τοῦ κυρίου, κρίμα ἑαυτῷ ἐσθίει καὶ πίνει, φησὶν ὁ ἀποστόλος ἐπιστέλ-
* I Cor. XI. 29. λων τοῖς Κορινθίοις· * εἰ γὰρ οἱ ῥυπαίνοντες τὴν πορφύραν τὴν βασιλικὴν, κολάζονται ὁμοίως ὥσπερ οἱ διαῤῥηγνύντες, οὐδὲν ἀπεικὸς καὶ τοὺς ἀκαθάρτῳ διανοίᾳ δεχομένους τὸ τοῦ κυρίου σῶμα καὶ τὸ αἷμα, τὴν αὐτὴν ὑπομεῖναι τιμωρίαν τοῖς αὐτὸ διαῤῥήξασι
f. 318. b. διὰ τῶν ὀδόντων· οὐ παρὰ τὴν φύσιν τῶν μυστηρίων, ταῦτα γὰρ ζωηρὰ, ἀλλὰ διὰ τὴν τούτων ἀναξιότητα· ἐπεὶ καὶ ὁ ἥλιος βλαβερὸς τοῖς τὰς

fit. Quod inde ostenditur, quod sicut in baptismo non dicit sacerdos: ego talem hominem baptizo, sed talis baptizatur, prorsus ab individua et consubstantiali Trinitate; eodem modo hic etiam non dicit: ego agnum Dei immolo, sed agnus Dei immolatur, hic ipse videlicet qui semet immolat volente patre et sancto Spiritu cooperante: idem sácerdos et victima, idem excipiens et offerens.

15. Quapropter ad sacerdotem ceu Christum accedentes, honoremus cum omni munditia Domini corpus, spiritali inquam et corporali; duplex quippe [Domini natura] est. Cum fervido amore accedamus, manibusque in crucis formam complicatis, illud suscipiamus, et oculis, ac labiis, frontique applicantes divinum carbunculum accipiamus, ut peccata nostra exurat, corda illuminet, atque ut divini ignis participatione inflammemur ac deificemur. Nam qui hunc participant, cum angelis et archangelis supernisque virtutibus consistunt, eadem Christi regali stola vestiti, et spiritalibus armis instructi. Sed nihil adhuc dixi: ipso inquam rege induti. Sed sicuti eximium est et mirabile divinum hoc corpus, ita si quidem cum puritate quis accedet, in salutem suam accedet. Sin vero cum mala conscientia, in poenam ac punitionem. Qui enim manducat et bibit indigne, Dominum scilicet, ait in epistola ad Corinthios apostolus, iudicium sibi manducat et bibit. Nam si qui regalem purpuram inquinant puniuntur, aeque ac si dilacerarent; non est absurdum, eos qui mente impura Domini corpus et sanguinem suscipiunt, parem referre poenam, atque ii qui ipsum clavis laceraverunt. Non est autem in culpa mysteriorum natura; sunt enim haec suapte vivifica; sed istorum indignitas: nam et sol iis, qui infirmos oculos habent, nocet.

(1) Haec est nimirum baptizandi formula apud Graecos: *baptizatur N.*; non autem: *ego te baptizo.*

(2) Respicit fortasse Auctor ad propriam participantium eucharistiam stolam, crucibus interstinctam, quam videsis in pictura IX. missae Graecorum apud nos.

Et alio loco ut terribilem esse punitionem demonstret, ait: irritam quis faciens legem Moysis, sine ulla miseratione duobus vel tribus testibus moritur: quanto magis putatis deteriora mereri supplicia qui filium Dei conculcaverit, et sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est?

16. Attendamus itaque nobis, dilecti, qui tali tantoque bono fruimur: et cum volumus obscenum aliquid dicere, aut nosmet ira abreptos cognoscimus, aut alia quadam huiusmodi perturbatione, reputemus qualibus donis digni habiti fuerimus, quanto Spiritu frui contigerit: atque haec cogitatio absurdis nostris commotionibus frenum iniiciat. Nam divinus carbunculus, quem nuper participavimus, quarumlibet sordium mundator est, et adversus cuicuimodi damnum tutela. Hic si forte aurum spurium deprehendat, critica inflammatione purificat, a morbis scilicet et omnimodis excessibus; ne una cum mundo damnemur in futuro saeculo: atque ita purgatos unit corpori Domini et Spiritui eius, Christique corpus efficit. Propterea nos quoque vitae cupidi, et immortalitatis datorem divinum panem intra nos habere postulantes, neque indigne accedamus ad tremenda mysteria, ne punitioni, uti dictum est, obnoxii simus; neque vicissim, prout solent negligentiores quidam, nosmet omnino fraudemus hac Christi benedictione; nolendo scilicet Christum mystice participare, reverentiam obtendentes vere nocuam, quam callidus veterator diabolus adinvenit. Namque hic ad dolos versutus, honeste nos vivere haud sinit, quia hominum pernicie laetatur: sed postquam peccatis nos infecit, suadet ut extimescamus divinorum munerum susceptionem; ut sic peccato semper servientes, numquam resipiscamus, neque animae nostrae utilitates agnoscamus.

ὄψεις διεφθαρμένοις· καὶ ἀλλαχοῦ ἦ, δεικνὺς φοβερὰν ὁ Παῦλος τὴν κόλασιν, λέγει· * ἀθετήσας τίς νόμον Μωσέως, χωρὶς οἰκτιρμοῦ, ἐπὶ δυσὶν ἢ τρισὶ μάρτυσιν ἀποθνήσκει· πόσῳ δοκεῖτε χείρονος ἀξιωθήσεται τιμωρίας ὁ τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ καταπατήσας, καὶ τὸ αἷμα τῆς διαθήκης κοινὸν ἡγησάμενος, ἐν ᾧ ἡγιάσθη;

* Hebr. X. 28.

ις'. Προσέχωμεν τοίνυν ἑαυτοῖς, ἀγαπητοί, τοιούτων ἀπολαύοντες ἀγαθῶν· καὶ ὅταν βουληθῶμεν αἰσχρόν τί εἰπεῖν, ἢ συναρπαζομένους ἑαυτοὺς ἴδωμεν ὑπὸ ὀργῆς ἢ ἑτέρᾳ τινὸς τοιούτῳ πάθει, λογισώμεθα τίνων κατηξιώθημεν, ὅσα πνεύματος ἀπελαύσαμεν, καὶ ἔσω σωφρονισμὸς ἡμῖν τῶν ἀλόγων παθῶν ἔστω ὁ λογισμός· ὁ γὰρ θεῖος ἄνθραξ, οὗπερ ἤδη μετέσχομεν, ῥύπου παντὸς ἐστὶ καθαρτήριος, καὶ βλάβης παντοδαπῆς ἀμυντήριον· ἔστι ἐὰν χρυσὸν λάβῃ κίβδηλον, διὰ τῆς κριτικῆς καθαίρει πυρώσεως, ἤτοι νόσων καὶ παντοίων ἐπιφορῶν, ἵνα μὴ σὺν τῷ κόσμῳ κατακριθῶμεν ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι· καὶ καθαίρων ἑνοῖ τῷ σώματι τοῦ κυρίου καὶ τῷ πνεύματι αὐτοῦ, ἃ σῶμα Χριστοῦ ἀπεργάζεται· διὰ δὴ τοῦτο, καὶ ἡμεῖς ἔχοντες ὑπερθυμητικῶς τῆς ζωῆς, καὶ τὴν τῆς ἀθανασίας χορηγὸν θεῖον ἄρτον ἐν ἑαυτοῖς ἔχειν εὐχόμενοι, μήτε ἀναξίως προσερχώμεθα τοῖς φρικτοῖς μυστηρίοις, ἵνα μὴ κολάσῃ ὑπεύθυνοι γενώμεθα, καθάπερ ἐρρήθη· μήτε πάλιν κατά τινας τῶν ἀμελεστέρων, ἑαυτοὺς παντελῶς ἀποστερῶμεν δὲ διὰ Χριστὸν εὐλογίας, ἐν τῷ μὴ βούλεσθαι τούτῳ μυστικῶς μετέχειν, εὐλάβειαν πλαττόμενοι τὴν ὡς ἀληθῶς ὑπερήμιον, ἣν ὁ βαθὺς εἰς πανουργίαν ἐξεῦρε διάβολος· ἔστι γὰρ ποικίλος ὢν εἰς ἀπάτην, σωφρονεῖν μὲν ἡμᾶς οὐδ' ὅλως ἐᾷ, τῇ τῶν ἀνθρώπων χαίρων ἀπωλείᾳ· καταμολύνας δὲ τοῖς κακοῖς, φρίττειν ἀναπείθει τὴν τῶν θείων δώρων μετάληψιν, ἵνα δεσπαντὸς τῇ ἁμαρτίᾳ δουλεύοντες ἡμεῖς οὐδαμῶς ἀνανήψωμεν, καὶ γνῶμεν τὸ τῇ ψυχῇ συμφέρον (1).

f 319. a.

(1) Audiant haec ab homine graeco, illi qui frequentem communionem improbant; generalem quandam, non peculiarem, causantes indignitatem, aut simulatam propemodum reverentiam.

ιζ'. Ἀλλὰ διαῤῥήξωμεν, φησὶν, καὶ τὸν ἐκείνου δεσμὸν, καὶ ἀποῤῥίψαντες ἀφ' ἡμῶν τὸν ζυγὸν αὐτοῦ, δουλεύσωμεν τῷ κυρίῳ ἐν
* Ps. II. 11. φόβῳ, καθὰ γέγραπται *, καὶ τὰς τοῦ σαρκὸς ἡδονὰς ἀμείνους δι' ἐγκρατείας νικῶμενοι, προσίωμεν τῇ θείᾳ καὶ οὐρανίῳ χάριτι, καὶ εἰς ἁγίαν κοινωνίαν ἀναβάντες Χριστοῦ, καθάπερ λέοντες πῦρ πνέοντες, οὕτως ἀπὸ τῆς ἱερᾶς καὶ πνευματικῆς τραπέζης ἀναχωρῶμεν ἐκείνης, φοβεροὶ τῷ διαβόλῳ γινόμενοι, καὶ τὴν κεφαλὴν τὴν ἡμετέραν ἐννοοῦντες, καὶ τὴν ἀγάπην ἣν περὶ ἡμᾶς ἐπεδείξατο· οὕτω γὰρ οὕτω καὶ ἀπάτης φευξόμεθα διαβολικῆς, θείας τε φύσεως γνησόμεθα κοινωνοὶ, καὶ πρὸς ζωὴν καὶ ἀφθαρσίαν ἀναβησόμεθα· κατακοιμίζει γὰρ ἐν ἡμῖν ὁ Χριστὸς γεγονὼς ἐν τοῖς μέλεσι τὸν σαρκὸς ἀγριαίνοντα νόμον, καὶ ἀναζωπυροῖ μὲν τὴν εἰς θεὸν εὐλάβειαν, ἀπονεκροῖ δὲ τὰ πάθη, μὴ λογιζόμενος ἡμῖν τὰ ἐν οἷς ἐσμὲν παραπτώματα, θεραπεύων δὲ μᾶλλον ἡμᾶς νενοσηκότας, καταδεσμῶν ὡς συντεθριμμένους, ἐγείρων ὡς πεπτωκότας, ποιμὴν ἀγαθὸς ὑπάρχων, καὶ τὴν ψυχὴν ἑαυτοῦ τιθεὶς ὑπὲρ τῶν προβάτων· οὐκοῦν μηδεὶς ἀκληλυμένος, μηδεὶς ναυτιῶν, ἀλλὰ πεπυρωμένοι καὶ διεγηγερμένοι καὶ ζέοντες ἅπαντες
f. 319. b. τῇ θείᾳ προσέλθωμεν τραπέζῃ, αὐτὸν ὁρῶντες Χριστὸν, αὐτῷ ἁπτόμενοι, αὐτὸν ἐσθίοντες· εἰ γὰρ οἱ Ἰουδαῖοι ἑστῶτες, καὶ τὰ ὑποδήματα περικείμενοι, καὶ τὰς βακτηρίας ἔχοντες ἐν ταῖς χερσὶν ἔσθιον τὸ πάσχα (1) μετὰ

17. Age vero dirumpamus, quaeso, illius vinculum, iugumque eius longe a nobis abiicientes, serviamus Domino in timore, uti scriptum est, et carnis voluptates continentia vincentes, ad divinam caelestemque gratiam accedamus: et postquam ad sanctam Christi communionem ascenderimus, leonum instar ignem spirantes, sic ab illa sacra et spiritali mensa revertamur, terribiles facti diabolo, et de capite nostro Christo cogitantes, deque caritate quam nobis exhibuit. Sic enim, sic inquam, diabolicam fraudem superabimus, et divinae naturae communicabimus, et ad vitam immortalitatemque surgemus. Sedat enim Christus intra nos commorans saevientem in membris carnis legem, pietatem erga Deum incendit, cupiditates mortificat: nobisque peccata haerentia iam non imputat, sed nos potius aegrotantes sanat, contritos alligat, lapsos erigit, cum sit bonus pastor qui animam suam pro ovibus ponit. Nemo itaque languidus, nemo nauseans, sed igniti et erecti omnes atque ferventes ad divinam accedamus mensam, ipsum spectantes Christum, ipsum trangentes, ipsum comedentes. Nam si Iudaei stantes, et calciamentis instructi, baculosque manibus tenentes, pascha manducabant cum festinatione, multo magis nos oportet fru-

(1) Quia hoc loco mentio paschatis incidit, venit mihi in mentem tradita ab Allatio in diatriba de Nicetis n. XI. notitia, quod Nicetas Seidus, saeculi XII. homo, tractatum scripserit de paschate. Revera mihi in codice gr. vat. 1059. f. 212, non contemnendum occurrebat praedicti tractatus excerptum, quod heic subtexere operae pretium est, tum quia per se utile, tum etiam ut Nicetarum scripta pro viribus colligamus. Iam titulum μακαρίτου homini schismatico datum, qui etiam contra Latinorum dogmata declamavit, nemo mirabitur; nam et graecus codicis ipsius scriptor credibiliter fuit schismaticus, et *beati* vocabulum de quolibet mortuo, sive beato sive secus, ab antiquis praedicabatur; et nunc etiam quibusdam in regionibus pari sensu usurpatur.

Ἐκ τῶν τοῦ μακαρίτου κυροῦ Νικήτα τοῦ Σείδου περὶ τοῦ πάσχα.

Ἐτέχθη μὲν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν ἔτει ἀπὸ κτίσεως ,ϛφϛ', ὡς εἴρηταί μοι καὶ πρόσθεν· ἄλλως γὰρ οὐκ ἐνδέχεται, κἂν εἰ μυριάκις κάμοι· τὸ δὲ σωτήριον πάθος αὐτοῦ γέγονεν κατὰ τὸ ,ϛφλϑ' ἔτος, ὅτε ὁ μὲν κύκλος τῆς σελήνης δέκατος ἦν, ὁ δὲ τοῦ ἡλίου εἰκοστὸς τρίτος· ὧν συμψηφιζομένων, εὑρίσκεται ἀληθῶς ὡς πέπρακται τότε τὸ μὲν νομικὸν πάσχα, ἤγουν ἡ ιδ' τῆς σελήνης, κῃ' τοῦ μαρτίου μηνός, ἕκτῃ τῆς ἑβδομάδος ἡμέρᾳ, ὅτε καὶ ὁ κύριος ἔπαθε· μετὰ γὰρ τὴν ταφὴν τοῦ σωτῆρος, ὁ ἄλογος ἐτύθη ἀμνὸς πρὸς ἑσπέραν· ἐπιφώσκοντος δὲ τοῦ σαββάτου, ἤ τῇ κδ' τοῦ μαρτίου μηνός, ἡ τῶν ἀζύμων παρ' αὐτοῖς ἑορτὴ ἐτελεῖτο, ὡς ὁ νόμος ἐν τῷ λευιτικῷ διετάξατο· τῇ δὲ κέ τοῦ αὐτοῦ μηνός, ἡ λαμπροφανὴς ἀνάστασις τοῦ Χριστοῦ παντὶ τῷ κόσμῳ ἐπέλαμψεν. Ἐτέχθη μὲν οὖν ὁ κύριος, ὡς πάντες δοξάζομεν οἱ ὀρθόδοξοι, ἐν ἔτει μὲν κόσμου ,ϛφ', ἰνδικτ. α', ἐν ἔτει δὲ τοῦ καίσαρος Αὐγούστου μβ',

gi esse: etenim illi in Palaestinam profecturi erant, quare et viatorum schema adsumebant; nos vero in caelum transituri sumus.

18. Quapropter omnino vigilandum est, quia non leves manet poena indigne participantes, illa prorsus, quam iuste patientur ii qui sanctissimum Christi corpus mactaverunt. Certe quid purius esse debet homine, qui hanc victimam gustaturus est? Quid ni solari radio splendidior esse debet manus, quae hanc carnem distribuit, os igne spiritali plenum, lingua rubescens sanguine tremendissimo? Consideremus quali honore aucti simus, quali fruamur mensa: quam angeli spectantes tremunt, neque oculos contra attollere intrepide audent, propter inde emicantem fulgorem. Hoc nos nutrimur, huic commiscemur, et corpus Christi unum efficimur, et caro una. Quis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes eius? qui omnino nos sibi copulat, qui unicuique fidelium se insinuat per hoc mysterium, eodemque simul suadet se carnem nostram olim adsumpsisse. Ne igitur socordes simus, postquam honore tanto atque amore digni habiti fuimus. Nonne vi-

ἀπειθῆς, πολλῷ μᾶλλον ἡμᾶς νήφειν δεῖ· ἐκεῖνοι μὲν γὰρ εἰς Παλαιστίνην ἔμελλον ἐξιέναι· διὸ καὶ ὁδοιπόρων ἐκέκτηντο σχῆμα, ἡμεῖς δὲ εἰς τὸν οὐρανὸν μέλλομεν ἀποδημεῖν.

ιη'. Ὅθεν χρὴ πάντοθεν ἐγρηγορέναι, διὰ τὸ μὴ μικρὰν κεῖσθαι κόλασιν τοῖς ἀναξίως μετέχουσι, καὶ ἣν πάντως πείσονται δικαίως οἱ κατασφάξαντες τὸ πανάγιον σῶμα Χριστοῦ· τίνος γὰρ οὐ δεῖ καθαρώτερον εἶναι Ⓜ τὸν θυσίας ἀπολαύοντα ταύτης; ποίας ἡλιακῆς ἀκτῖνος οὐ λαμπροτέραν τὴν χεῖρα τὴν ταύτην τὴν σάρκα διατέμνουσαν, τὸ στόμα τὸ πληρούμενον πυρὸς πνευματικοῦ, τὴν γλῶσσαν τὴν φοινιασομένην αἵματι φρικωδεστάτῳ; ἐννοήσωμεν ποίαν ἐτιμήθημεν τιμήν, ποίας ἀπολαύομεν τραπέζης· ὅπερ ἄγγελοι βλέποντες φρίττουσι, καὶ οὐδὲ ἀντιβλέψαι τολμῶσιν ἀδεῶς, διὰ τὸν ἐκεῖθεν ἀστραπὴν φερομένην· τούτῳ ἡμεῖς τρεφόμεθα, καὶ σῶμα Χριστοῦ γινόμεθα ἓν, καὶ σὰρξ μία· τίς λαλήσῃ τὰς δυναστείας τοῦ κυρίου, ἀκουστὰς ποιήσῃ πάσας τὰς αἰνέσεις αὐτοῦ; διὰ πάντων ἡμᾶς αὐτῷ συμπλέκοντος, καὶ ἑνὶ ἑκάστῳ τῶν πιστῶν ἑαυτὸν ἀναμιγνύντος διὰ τοῦ μυστηρίου· καὶ τούτῳ πάντας πείθοντος πάλιν, ὅτι σάρκα ἔλαβε τὴν ἡμῶν· μὴ τοίνυν ῥᾳθυμῶμεν τοσαύτης ἠξιωμένοι τιμῆς καὶ ἀγάπης· οὐχ ὁρῶμεν τὰ παιδία μθ'

μηνὶ δεκεμβρίῳ κε', ἡμέρᾳ τρίτῃ τῆς ἑβδομάδος· κύκλος γὰρ ἦν τότε ἡλίου μὲν ιη', τῆς σελήνης δὲ ιε'· τῷ δὲ ιε' ἔτει τοῦ καίσαρος Τιβερίου, τριακοστὸς ἤδη γενόμενος, βαπτίζεται ὑπὸ Ἰωάννου ἰνδ. α', ἡμέρᾳ τῆς ἑβδομάδος δευτέρᾳ, ἕκτῃ ἰαννουαρίου μηνός· καὶ τῷ ιη' ἔτει αὐτοῦ Τιβερίου, ἐπὶ τὸ πάθος τὸ ἑκούσιον ἦλθεν, ἐν ἔτει κόσμου ,ϛφλϑ', μηνὶ μαρτίῳ κγ', ἰνδ. δ', ἡμέρᾳ ς' τῆς ἑβδομάδος· ἀνέστη δὲ τῇ κε' τοῦ αὐτοῦ μηνός, ἡμέρᾳ πρώτῃ τῆς ἑβδομάδος, σελήνης κύκλῳ δεκάτῳ, ἡλίου κύκλῳ κγ'.

Ex tractatu beati domni Nicetae Seidi de paschate.

Natus est dominus noster Iesus Christus anno ab orbe condito 5506, *ut iam antea dixi. Aliter enim esse nequit, etiamsi in infinitum vestigando quis laboret. Salutaris autem eius passio contigit anno* 5539, *cum esset lunaris cyclus decimus, solaris autem vigesimus tertius. Quibus concessis, comperitur vere, actum esse legale pascha, quarta decima die lunae, vigesima tertia mensis martii, hebdomadae sexta, qua reapse Dominus passus est. Nam post sepultum Salvatorem, immolatus fuit irrationalis agnus circa vesperum. Illucescente autem sabbato, seu vigesima quarta martii mensis die, azymorum abs Iudaeis sollemnitas peracta fuit, veluti lex in levitico praecipiebat. Vigesima denique quinta eiusdem mensis die, splendida Christi resurrectio toti orbi illuxit. Natus est itaque Dominus, ut omnes orthodoxi censemus, anno mundi* 5506, *indictione prima: caesaris autem Augusti regnantis anno* 42, *mensis decembris die* 25, *hebdomadae tertia. Erat enim tunc cyclus solaris* 18, *lunaris vero* 15. *Deinde anno* 15. *Tiberii caesaris, quum Iesus iam esset annorum triginta, baptizatur abs Iohanne indictione prima, die hebdomadae secunda, sexta mensis ianuarii. Postea anno* 18. *eiusdem Tiberii, ad voluntariam passionem venit anno mundi* 5539, *mensis martii die* 23, *indictione quarta, hebdomadae die sexta. Resurrexit autem die* 25. *eiusdem mensis, die hebdomadae prima, lunari cyclo decimo, solari vigesimo tertio.*

ὅσης προθυμίας δράσσεται τ̃ μαστοῦ, μθ' ὅσης ν̄ ὁρμῆς ἐμπήγνυσι τῇ θηλῇ τὰ χεί-
f. 320. a. λη; μ̄ τοσαύτης προσίωμεν κ̀ ἡμεῖς τῇ τραπέζῃ ταύτῃ κ̀ τῇ θηλῇ τ̃ ποτηρίου τ̃ πνευματικοῦ· μᾶλλον δ̀ μ̄ πολλῷ πλείονος· ἑλκύσωμεν, ὡς παιδία ὑπομάζια, τ̃ πνεύματος τ̀ χάριν· κ̀ μία ἡμῖν ἔστω ὀδύνη τὸ μὴ μετασχεῖν ταύτης ν̄ τροφῆς· μηδεὶς τοίνυν Ἰούδας παρέστω, μηδεὶς φυλάργυρος, μηδεὶς ἀπάνθρωπος, μηδεὶς ὠμὸς κ̀ ἀνηλεής, μηδεὶς ὅλως ἀκάθαρτος· εἴ τις μαθητὴς, παρίτω· οὐ δέχεται γὰρ τ̃ μαθητῶν μυ,
* Matth. XXVI. 18. φησὶ *, ποιῶ τὸ πάσχα· ταῦτα πρὸς σ̃ μεταλαμβάνοντας λέγω (1).

ιθ'. Συμβουλεύω δ̀ κ̀ ὑμῖν τοῖς διακονουμένοις, κ̀ γὰρ ἀναγκαῖον κ̀ πρὸς ὑμᾶς διαλεχθῆναι, μὴ ἀπλῶς κ̀ ὡς ἔτυχεν, ἀλλὰ μ̄ πολλῆς προσοχῆς, μ̄ πολλῆς διασκέψεως διανέμειν ταυτὶ τὰ δῶρα· κ̀ γὰρ οὐ μικρὰ κόλασις ὑμῖν, εἴ τινι συνιδόντες τινὰ πονηρίαν, συγχωρήσετε μετασχεῖν ταύτης ν̄ ζαπέζης· τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐκ τ̃ χειρῶν ἐκζητηθέσεται τ̃ ὑμετέρων· κἂν στρατηγός τις ᾖ, κἂν ὕπαρχος, κἂν αὐτὸς ὁ τὸ διάδημα περικείμενος, ἀναξίως δὲ προσίῃ, κώλυσον· μείζονα ἐκείνου τὴν ἐξουσίαν ἀνέχεις· σὺ δ̀ εἰ μὲν πηγὴν ὕδατος ἐνεχειρίσθης φυλάττειν ποιμνίῳ καθαρὰν, εἶτα εἶδες πρόβατον πολὺν ἐπὶ τ̃ στόματος φέρον βόρβορον, οὐκ ἂν εἴασας ἐπικύψαι κάτω κ̀ θολῶσαι τὸ ῥεῖθρον· νυνὶ δ̀ οὐχ ὕδατος ἀλλ' αἵματος κ̀ πνεύματος πηγὴν ἐγκεχειρισμένος, κ̀ ὁρῶν τ̃ βορβόρου χαλεπωτέραν ἁμαρτίαν ἔχοντας τινὰς κ̀ προσιόντας, οὐκ ἀγανακτεῖς οὐδὲ ἀπείργεις; κ̀ τίνα σχοίης ἂν τ̃ συγγνώμην; διὰ τοῦτο ὑμᾶς ὁ θεὸς ἐτίμησε ταύτην τὴν τιμὴν, ἵνα τὰ τοιαῦτα διακρίνητε· τοῦτο, ὑμῶν ἡ ἀξία· τοῦτο, ἡ
f. 320. b. ἀσφάλεια· τοῦτο, ἅπας ὁ στέφανος· οὐ τὸ περιβάλλεσθαι χιτωνίσκους λευκοὺς κ̀ ἀποστίλβοντας, κ̀ περιέναι.

κ'. Καὶ πόθεν οἴδαμεν, φασὶ, τ̃ δεῖνα

demus infantulos quam prompte ubera corripiunt, quanto impetu mammae labia admovent? Pari et nos alacritate accedamus ad hanc mensam, et ad spiritalis calicis papillam: immo etiam maiore. Attrahamus, tamquam pueri lactentes, Spiritus gratiam; et unicus nobis sit dolor hoc alimento non frui. Nullus adsit Iudas, nullus avarus, nullus inhumanus, nullus crudelis et immisericors, nullus omnino impurus. Si quis est discipulus, adesto: qui non sunt huiusmodi, eos non recipit mensa haec. Cum discipulis, inquit, meis facio pascha. Haec ad eos, qui sacra communione non abstinent, dicta sunt.

19. Vobis quoque auctor sum, o altaris ministri (nam vos etiam alloqui necesse est) ne indifferenter et quomodocumque, sed multa cum sedulitate, multaque consideratione haec dona distribuatis. Neque enim levem feretis poenam, si cum alicuius improbitatem noveritis, eum participare hanc mensam permittetis. Sanguis eius de manibus vestris requiretur. Etiamsi aliquis dux fuerit, vel praetor, vel adeo ipse qui diademate redimitur, si indigne accedat, prohibe; nam maiore quam ille potestate polles. Tu certe si aquae fontem gregi purum servandum accepisses, si ovem cerneres multum ore suo lutum afferentem, haud profecto sineres illuc descendere, et fluentum inquinare. Nunc vero cum non aquae sed sanguinis atque Spiritus fons tibi custodiendus sit traditus, si forte videas peius luto peccatum habentes quosdam, simulque accedentes, non indignaris, neque submoves? Quam ergo veniam impetrabis? Ideo vobis hunc Deus honorem contulit, ut rem huiusmodi diiudicetis. Haec est vestra dignitas, haec immunitas, haec omnis corona; non autem candidis tunicis splendidisque vestiri, et circumire.

20. At enim, aiunt, quomodo hunc

(1) Nempe loquitur illis, quibus ecclesia divina mysteria non interdixerit.

vel illum noverimus? Atqui ego non de ignotis loquor sed de publice notis. Dicam aliquid terribilius. Non est tantopere flagitiosum si energumeni intra templum sint, quam hi; quemadmodum ait Paulus, quoniam Christum conculcaverunt, et sanguinem testamenti pollutum iudicaverunt, Spiritûs gratiae contumeliam fecerunt. Nam daemoniaco peior est peccator et simul accedens: et ille quidem quoniam est arreptitius non punitur; hic autem si indigne accesserit aeterno supplicio traditur. Ne igitur daemoniacos tantum expellite, sed omnino omnes quos indigne accedentes videritis. Nemo communicet, qui non sit discipulus: nullus accipiat Iudas, ne Iudae poenam luat. Corpus Christi haec quoque multitudo est. Cavete ergo, o mysteriorum ministri, ne irritetis Dominum, si corpus hoc non purificetis, et si gladium pro alimonia tradatis. Sed etiamsi forte aliquis ignoranter accedat ad indigne percipiendum, absque ullo metu prohibete: Deum metuite, non homines. Utique si homines metueritis, ab iisdem irridebimini: sin potius Deum, hominibus ipsis venerandi eritis. Ideo ne patiamini huiusmodi ausus. Animae quisque suae potius renunciet, quam dominicum corpus contra dignitatem tradat: sanguinem quisque suum ante prodigat, quam adeo tremendum sanguinem contra fas tradat. Quod si aliquis hominem peccatorem ignoraverit, quamvis magnopere vestigaverit, nulla ipsius culpa erit. Haec enim nos de manifestis locuti sumus. Iam si notos peccatores emendaveritis, statim ignotos quoque vobis Deus revelabit. Quod si illos accedere permittatis, cur iam reliquos vobis Deus manifestet? Atque haec aio, ut non arceatis tantummodo vel praecidatis, sed ut emendatos reducatis. Sic enim et Deum propitium habebitis, et multos digne communicantes comperietis, et ves-

καὶ τὰ δεῖνα; οὐ περὶ τῶν ἀγνοουμένων λέγω, ἀλλὰ περὶ τῶν γνωρίμων· εἶπω τί φρικωδέστερον· οὐχ οὕτω χαλεπὸν θεὸν ἐνεργουμένους (1) ἔνδον εἶναι, ὡς τούτους, ἢ φησὶν ὁ Παῦλος, διὰ τὸ τὸν Χριστὸν καταπατῆσαι, καὶ τὸ αἷμα τῆς διαθήκης κοινὸν ἡγήσασθαι, καὶ τὸν χάριν τὸ πνεύματος ἐνυβρίσαι· δαιμονῶντος γὰρ χείρων ὁ ἡμάρτηκώς, καὶ προσιών· ὁ μὲν γὰρ ἐπειδὴ δαιμονᾷ, οὐ κολάζεται· οὗτος δὲ ὅταν ἀναξίως προσίῃ, ἀθανάτῳ πυρὶ παραδίδοται κολάσει· μὴ τοίνυν θεὸν δαιμονῶντας ἐλαύνετε μόνον, ἀλλὰ πάντας ἁπλῶς, οὓς ἂν ἴδητε προσιόντας ἀναξίως· μηδεὶς κοινωνείτω τῶν μὴ μαθητῶν· μηδεὶς λαμβανέτω Ἰούδας, ἵνα μὴ τὰ Ἰούδα πάθῃ· σῶμα ἐστὶ Χριστοῦ, καὶ τοῦτο τὸ πλῆθος· ὁρᾶτε γοῦν οἱ διακονούμενοι τοῖς μυστηρίοις, μὴ παροξύνητε τὸν δεσπότην, οὐκ ἐκκαθαίροντες τὸ σῶμα τοῦτο, μὴ ξίφος δῶτε ἀντὶ τροφῆς· ἀλλὰ κἂν ὑπὸ ἀγνοίας τινὲς ἔρχωνται μεθέξοντες ἀναξίως, κωλύσατε, μὴ φοβηθῆτε· φοβήθητε τὸν θεόν, μὴ ἀνθρώπους· ἂν φοβηθῆτε ἀνθρώπους, καὶ ὑπ' αὐτῶν καταγελασθήσεσθε· ἂν δὲ τὸν θεόν, καὶ ἀνθρώποις αἰδέσιμοι ἔσεσθε· διὰ τοῦτο, μὴ συγχωρήσητε ταῦτα τολμᾶσθαι· καὶ ψυχῆς ἕκαστος ὑμῶν ἀποσήτω πρότερον, ἢ τοῦ σώματος * μεταδότω τοῦ δεσποτικοῦ παρ' ἀξίαν· καὶ τὸ αἷμα τὸ ἑαυτοῦ προϊέτω πρότερον, ἢ καταπλότω αἵματος οὕτω φρικώδους παρὰ τὸ προσῆκον· εἰ δέ τις ἠγοήσε τὸν φαῦλον, πολλὰ περιεργασάμενος, οὐδὲν ἔγκλημα· ταῦτα γάρ μοι περὶ τῶν δήλων εἴρηται· ἂν οὖν θεὸς γνωρίμους τοὺς φαύλων διορθώσητε, καὶ θεὸς ἀγνῶτας ταχέως ὑμῖν ὁ θεὸς γνωριεῖ· ἂν δὲ τούτους ἐάσητε, τινὸς ἕνεκεν ὑμῖν ἐκείνους φανεροὺς ποιήσει λοιπόν; ταῦτα λέγω οὐχ ἵνα ἀπείργητε, οὐδ' ἵνα ἐκτέμνητε μόνον, ἀλλ' ἵνα διορθώσαντες ἐπανάγητε· οὕτω γὰρ καὶ τὸν θεὸν ἵλεων ἕξετε, καὶ πολλοὺς θεοῦ κατ' ἀξίαν μεταλαμβάνοντας εὑρήσετε, καὶ τὴν οἰκείας σπουδῆς, καὶ

* Cod. αἵματος.

f. 321. a.

(1) Idcirco in pictura quinta earum, quas nos edidimus, missae Graecorum, energumeni sub daemonis specie sacris aedibus divinoque mysterio expelluntur.

μὴ περὶ σοῦ ἄλλης ἐπιμελείας πολὺν ἀπολήψεσθε τὸν μισθόν.

κα'. Ἔτι πάντες οἱ ἱερεῖς καὶ ὁ λαὸς διὰ σπουδῆς ποιώμεθα πολλῆς, ὥστε μετὰ τὸν ἱερὸν καὶ φρικτὴν ταύτην τράπεζαν, μὴ πρὸς μέθην καὶ τρυφὴν ἑαυτοὺς ἐκδιδόναι· εἰ γὰρ οὐδέποτε χρὴ τρυφᾶν, καὶ
* I. Tim. V. 6. τοῦτο ὁ Παῦλος ἐδήλωσεν εἰπὼν *, ἡ δὲ σπαταλῶσα ζῶσα τέθνηκε, πολλῷ μᾶλλον μετὰ τὴν τῶν μυστηρίων κοινωνίαν· οὐ γὰρ διὰ τοῦτο ἐγεύόμεθα καὶ ζῶμεν, ἵνα φάγωμεν καὶ πίωμεν, ἀλλὰ τὸ φαγεῖν διὰ τὸ ζῆν, γέγονεν ἐξ ἀρχῆς· ἡμεῖς δὲ ὡς διὰ τοῦτο ἐλθόντες εἰς τὸν κόσμον, οὕτως εἰς τοῦτο πάντα καταναλίσκομεν· καὶ μὴ μέθης ἀπὸ τῆς αἰσθητῆς ἀνιστάμεθα τραπέζης, μηδόλως ἐνθυμούμενοι, ὡς ὁ μετὰ τὴν τράπεζαν καιρὸς, εὐχαριστίας ἐστὶ καὶ ὕμνων καιρός· ὃν ὁ εὐχαριστοῦντα, οὐχὶ μεθύειν χρεών, ἀλλ' ἐγρηγορέναι· ὁ γὰρ τοῦτο ἐνθυμούμενος ὅταν ἐπὶ τραπέζης καθίσῃ, ὅτι μετὰ τὸ τράπεζαν αὐτὸν εὔχεσθαι δεῖ, συμμέτρως ἐμπλήσῃ τὴν γαστέρα, ἵνα μὴ βαρυνόμενος γόνυ κλίναι ἀδυνατήσῃ, καὶ τὸν θεὸν προσκαλέσαι, κἀντεῦθεν
f. 321. b. γένηται καὶ τῶν ἀλόγων ἀλογώτερος· εἰ γὰρ ἐκεῖνα μετὰ τὴν φάτνην, ὁδοιπορίας ἅπτεται καὶ ἀχθοφορεῖ, καὶ τὴν οἰκείαν ἀποπληροῖ διακονίαν, πῶς οὐκ ἀτιμώτερος καὶ αὐτῶν τῶν ὄνων, ὁ μετὰ τὸ τράπεζαν ἄχρηστος ἄνθρωπος πρὸς πᾶν ἔργον καὶ ἀνεπιτήδειος, ὅτε μάλιστα νήφειν χρή; καὶ γὰρ ὅτι μετὰ τὰ ἐδέσματα οὐχ ὕπνου οὐδὲ εὐνῆς, ἀλλ' εὐχὰς καὶ θείων γραφῶν ἀνάγνωσιν, ἡμᾶς διαδέχεσθαι χρὴ, τοῦτο σαφέστερον ἐδήλωσεν ὁ Χριστός· τὰ γοῦν ἄπειρα πλήθη τότε ἐστιάσας ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὐκ ἐπὶ κλίνην αὐτοὺς ἔπεμψεν, ἀλλ' ἐπὶ θείαν ἀκρόα-
* Luc. IX. 18. σιν ἐκάλεσε λογίων· * οὐ γὰρ διέρρηξεν αὐτῶν τὰς γαστέρας, οὐδὲ εἰς μέθην ἐνέβαλεν, ἀλλὰ πληρώσας αὐτῶν τὴν χρείαν, πρὸς τὴν πνευματικὴν ἦγε τροφήν· οὕτω καὶ ἡμεῖς ποιῶμεν, καὶ τοσοῦτον ἐθίσαντες ἑαυτοὺς ἐσθίειν ὅσον πρὸς τὸ ζῆν μόνον, οὐχ ὅσον διασπᾶσθαι καὶ βαρύνεσθαι· καὶ πάντοτε μὲν ἀπὸ τῆς τραπέ-

trae sedulitatis, atque erga alios curae multam referetis mercedem.

21. Insuper cuncti sacerdotes ac populus valde studeamus, ne quis post sacrum tremendumque convivium, ebrietati et luxuriae se dedat. Nam si, numquam luxuriari oportere docet Paulus dicens: quae autem in deliciis est, vivens mortua est; multo id minus post mysteriorum communionem. Non enim ad hoc nati sumus et vivimus, ut manducemus ac bibamus, sed ideo comedimus ut vivamus: quippe haud vivere ut vescamur, sed vesci ut vivamus, prisco iure statutum est. Nos vero, quasi ad crapulam in mundum venerimus, cuncta in illam absumimus, ebriique a materiali mensa surgimus; minime reputantes, quod post mensam tempus, agendarum gratiarum et hymnorum tempus sit: porro eum, qui gratias agit, haud ebrium esse oportere sed experrectum. Nam qui consideret, dum mensae accumbit, fore ut post mensam preces dicat, is modice ventrem implebit, ne cibo gravatus genu flectere nequeat, et Deum invocare; atque hinc fiat brutis irrationalior. Nam si illa post praesepe, iter ingrediuntur, et onera ferunt, et proprium ministerium exhibent, quid ni sit ipsis asinis contemptibilior homo post mensam cuivis operi ineptus et impotens, cum tamen maxime experrectum esse oportet? Nam quod post cibum, haud somno vel cubili, sed precibus et divinarum scripturarum lectioni vacandum sit, id perspicue ostendit Christus; qui cum innumeram multitudinem in deserto pavisset, nequaquam ad lectum eos misit, sed ad divinam invitavit oraculorum acroasin: neque illorum ventres cibo dirupit, sed ipsorum expleta necessitate, ad spiritalem escam vocavit. Sic agamus et nos, atque eatenus nosmet comedere assuefaciamus, quatenus vitae tantummodo sustentandae opus est, non dirumpendis stomachis aut gravandis: atque

omnino a mensa non ad lectum sed ad preces transeamus.

22. Sed tamen praecipue post tremendorum perceptionem mysteriorum, ita nos geramus; siquidem illud maxime tempus sobrietatis ac ieiunii est. Nam si qui optimum aliquid pransus fuerit, cavet postea nequo malo edulio prius illud corrumpat; multo minus qui Spiritu pastus fuit, alogiam facere debet et crapulari, neque satanicas admittere delicias. Cogitemus quid Dominus discipulis dixerit, quo tempore sanctissimum corpus suum sanguinemque praebebat. Ait enim: hoc facite in meam commemorationem. Quibus verbis causam nobis aperuit, cur id mysterium tradiderit; et praeter alias, hanc quoque, pietati suadendae satis idoneam, adsignavit, ut reputantes quid nostri gratia passus fuerit Dominus, temperantiores post communionem simus. Insuper etiam consideremus, quid egerint apostoli post sacrarum caenarum participationem. Nonne ad preces et hymnodias, et sacras tota nocte vigilias conversi sunt? Nonne ad illam prolixam concionem, multaque redundantem pia doctrina? Quippe grandia et inexpectata tunc illis exposuit atque mandavit, dum interim Iudas ad illos vocandos proficiscebatur qui eum crucifixuri erant. At enim nos ante quidem perceptionem ieiunamus, ut quomodolibet communione digni videamur. Postquam vero percepimus, cum oporteret sobrietatem continuare, frenum omne abiicimus. Atqui nonne perinde est ante communionem esse sobrium, ac post illam? Sane utroque in tempore sobrietatem oportet observare; praecipue tamen post sponsi receptionem: antea videlicet, ut digni efficiamur recipere; postea vero, ne indigni iis quae recepimus appareamus.

23. Quid ergo? Num ieiunandum est post perceptionem? Non id aio, neque

ζης μὴ ἐπὶ κλίνῃ ἀλλ' ἐπ' εὐχὴν τρεπώμεθα (1).

κβ'. Μάλιστα δὲ τὴν φρικτῶν μετασχόντες μυστηρίων, τοῦτο ποιῶμεν· ἐπεί- περ ὁ τότε καιρὸς, νήψεως μάλιστα καὶ νηστείας καιρός· εἰ γὰρ ὁ ἠριστηκώς τι χρηστὸν, ἑαυτὸν φυλάσσει, ὥστε μὴ ἑτέρῳ, ἐδέσματι πονηρῷ λυμήνασθαι τὸ πρότερον, πολλῷ μᾶλλον ὁ πνεῦμα ἐστιαθεὶς, οὐκ ὀφείλῃ παροινεῖν καὶ κωμάζειν, οὐδὲ σατανικὴν ἐπισάγειν ζυφήν· ἐννοήσωμεν τί εἶπεν ὁ κύριος τοῖς μαθηταῖς, τὸ παν- άγιον σῶμα καὶ τὸ αἷμα τὸ ἴδιον παρ- έχων· εἶπε γὰρ, τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν· τῷ αἰτίαν ἡμῖν ἐκκαλύπτων τῆς τοῦ μυστηρίου δόσεως, καὶ μετὰ τὴν ἄλλων καὶ ταύτῃ εἶναι λέγων, ἀρκοῦ- σαν ἡμῖν εἰς εὐλαβείας ὑπόθεσιν, ὡς ἂν οὕτως ἐνθυμούμενοι τί πέπονθε δι' ἡμᾶς ὁ δεσπότης, φιλοσοφώτεροι μετὰ τὴν κοι- f. 322. a.
νωνίαν ὑπάρχωμεν· ἐννοήσωμεν σὺν τού- τῳ καὶ τί ἐποίησαν οἱ ἀπόστολοι ὅτε μετέλαβον τῆς ἱερῶν δείπνων· οὐχὶ εἰς εὐ- χὰς ἐτράπησαν καὶ ὑμνῳδίας καὶ παν- νυχίδας ἱεράς; οὐχὶ εἰς διδασκαλίαν τὴν μακρὰν ἐκείνην καὶ πολλῆς γέμουσαν φι- λοσοφίας; τὰ γὰρ μεγάλα καὶ παράδο- ξα τότε αὐτοῖς διηγεῖτο καὶ παρήγγελ- λεν, ἀπελθόντῳ τοῦ Ἰούδα καλέσαι σὺν μέλλοντας αὐτὸν σταυροῦν· * ἡμεῖς δὲ * Ioh XIII. 30.
πρινὴ μὲν μεταλάβωμεν, νηστεύομεν, ἵνα ὅπως δήποτε τῆς κοινωνίας ἄξιοι φανῶ- μεν· ὅταν δὲ μεταλάβωμεν, δέον ἡμᾶς ὑπνεῖναι τὴν σωφροσύνῃ, πάντα ἀπο- λύομεν· καίτοι γε οὐκ ἔστιν ἴσον πρὸ τού- του νήφειν, καὶ μετὰ ταῦτα; δεῖ μὲν γὰρ ἑκατέρῳ σωφρονεῖν, μάλιστα δὲ μετὰ τὸ δέξασθαι τὸν νυμφίον· πρὸ τούτου μὲν, ἵνα ἄξιοι γενώμεθα τοῦ λαβεῖν· μετὰ δὲ ταῦτα, ἵνα μὴ ἀνάξιοι ὧν ἐλάβομεν φα- νῶμεν.

κγ'. Τί οὖν; νηστεύειν δεῖ μὴ τὸ μετα- λαβεῖν; οὐ λέγω τοῦτο, οὐδὲ καταναγ-

(1) Est hodierna quoque consuetudo in religiosis sodalitiis, ut post mensam ad adorandam breviter in templo vel sacello eucharistiam cuncti conveniant.

κάζω· καλὸν μὲν γὰρ κ̀ τοῦτο, πλὴν οὐ βιάζομαι, ἀλλὰ π̃ραινῶ μὴ τρυφᾶν εἰς ἀπληςίαν· εἰ γὰρ οἰνωμένοι, φίλῳ συντυχεῖν οὐκ ἂν ἐλώμεθα ποτὲ, πῶς τ̀ Χριςὸν ἔνδον ἔχοντες, τοσαύτην ἐπεμβαλεῖν μέθην τολμῶμεν; κ̀ οὐ φρίττομεν ἄρτον ζωῆς λαβόντες, κ̀ πρᾶγμα ποιοῦντες θανάτ; ζαπέζης ἀπολαύσαντες Χριςοῦ, κ̀ ζυφῶντες κ̀ τ̀ ἡμέραν καθ' ἣν ἄψαθαι διὰ γλώττης τ̃ σαρκῶν αὐτοῦ ἠξιώθημεν; καταμάθωμεν τ̀ δεξιὰν (1), τ̀ γλῶτταν, τὰ χείλη ἅπερ ἐγένετο πρόθυρα τῇ ὑπβάσει τ̃ Χριςοῦ· ἐννοήσωμεν τ̀ καιρὸν καθ' f. 322. b. ὃν προσερχόμεθα, κ̀ ζάπεζαν αἰσθητὴν π̃αθέντες, πρὸς ἐκείνω τ̀ ζάπεζαν τ̀ νοῦν ἀνατείνωμεν, πρὸς τὸ δεῖπνον τὸ κύριακὸν, πρὸς τ̀ ἀγρυπνίαν τ̃ μαθητῶν τ̃ κ̃ νύκτα ἐκείνην τ̀ ἱεράν· ἠκούσαμεν ὕμνων ἱερῶν, ἀπηλαύσαμεν ζαπέζης βασιλικῆς, ἐνεπλήσθημεν ἁγίου πνεύματος, κοινωνοὶ γεγόναμεν τ̃ ἄνω δυνάμεων· μὴ ῥίψωμεν τοσαύτην χάριν· μὴ ἐκχέωμεν τ̀ θησαυρόν· μὴ μέθην ἐπεισαγάγωμεν τ̀ μυρία τίκτουσαν κακά· ἀλλὰ ζοφῆς συμμέτρ μεταλαβόντες, κ̀ πρὸς τὸ ζῆν μόνον ἀρκούσης, εὐθὺς ἐπ' εὐχὴν ἀπὸ τ̀ ζαπέζης ζαπῶμεν κ̀ εὐχαριςίαν κ̀ ὕμνον· ἵνα κ̀ ἣν ἐλάβομεν χάριν ἀκεραίαν τηρήσωμεν, κ̀ τ̀ αἰωνίων ἀγαθῶν ἐπιτύχωμεν, χάριτι κ̀ φιλανθρωπία τ̃ κυρίου ἡμῶ̃ Ἰησοῦ Χριςοῦ, δι' οὗ κ̀ μεθ' οὗ τῷ παζὶ ἡ δόξα ἅμα τῷ π̃αναγίῳ πνεύματι, νῦν κ̀ ἀεὶ κ̀ εἰς τ̃ αἰῶνας τ̃ αἰώνων· ἀμήν.

cogo: praeclarum id quoque foret, verumtamen vim non infero, sed hortor ne insatiabili crapulae indulgeatis. Nam si vino occupati ne amico quidem occurrere umquam vellemus, quo pacto Christum intus habentes, tantam superiniicere ebrietatem audemus? neque perhorrescimus panem vitae percipere, et mortis opera facere; mensam Christi gustare, et illo die crapulari, quo lingua tangere carnes illius datum nobis fuit. Memoremus dexteram, linguam, labia, quae Christum introduxerunt. Cogitemus tempus quo accessimus; et apposita materiali mensa, ad mensam illam mentem intendamus, et ad convivium dominicum, ad discipulorum per sacram illam noctem vigilias. Audivimus sacros hymnos, regali mensae accubuimus, sancto Spiritu repleti fuimus, supernarum virtutum socii extitimus. Ne, quaeso, talem tantamque gratiam proiiciamus, ne thesaurum effundamus, ne crapulam admittamus sexcentorum malorum parentem: sed modicum cibum sumentes, qui ad vitam sustentandam sufficiat, statim ad preces post mensam convertamur, et ad gratias agendas cum hymno: ut et quam accepimus gratiam conservemus incolumem, et bona consequamur aeterna; beneficio et benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem et cum quo Patri est gloria cum sanctissimo Spiritu, nunc, et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

Exegimus monumentum egregium pro sacramenti eucharistici veritate, cuiusmodi eam catholica ecclesia profitetur. Itaque hic Theodorus addendus est tot illis ex graeca ecclesia tanti dogmatis testibus, quos Arnaldus atque Renaudotius in suis voluminibus produxerunt de perpetuitate fidei ecclesiae catholicae circa eucharistiam. *Neque tamen doctrinae huius fodinam exhausimus; etenim alia paris ponderis documenta in his nostris, ut sperandum est, voluminibus proferentur. Interim videant, si vacat, lectores in libris nostris impressis S. Sophronium Spicil. rom. T. IV. p. 3. Et in hac nova bibliotheca T. II. et III. S. Cyrillum in comm. ad Luc. saepe, et in ep. ad Rom. VIII. 3, et I. Cor. VI. 15. Eutychium T. IV. p. 56, ibidemque S. Athanasium p. 62. Origenem item apud nos comm. ad Prov. cap. V. et VI. Chrysostomum in Prov. cap. VI. 17. Didymum aeque in Prov. cap. IX. 5, nec non S. Hippolytum cap. IX. 1. S. Nicephorum antirrh. II. 3. Denique Theodorum Andidorum episcopum de sacra liturgia.*

(1) Hoc dicit quia Graeci eucharisticum panem a sacerdote traditum dextera manu recipiunt.

ΔΙΑΛΕΞΕΩΣ ΕΝΝΑΤΗΣ ΗΘΙΚΟΝ (1).

Ὅτι δεῖ νήφειν ἡμᾶς ἀεὶ καὶ ἐγρηγορῆναι, τὸ χαλεπὸν ἐννοοῦντας πτῶμα τοῦ Ἰούδα· καὶ κατὰ φιλαργυρίας.

SERMONIS NONI ETHICON.

Quod oporteat nos sobrios esse et vigilare, dirum reputantes Iudae casum. Et contra avaritiam.

1. His ergo auditis, discamus sobrii esse ac vigilare. Si enim de sancto choro unus, Christi sodalis, tanto munere donatus, doctrinaque imbutus, qui miracula patraverat, nam et ipse cum aliis missus fuerat ad mortuos suscitandos; postquam hoc diro morbo, avaritiae scilicet vitio, correptus fuit, in tantum ruit barathrum, ut Dominum suum proderet; nihilque ei profuerunt beneficia, non charismata, non Iesu societas, non benignitas exhibita, non pedum lotio, non mensae communio, non crumenae commissa fiducia; sed haec illi adminicula potius ad consequendam poenam fuerunt; quid nos patiemur, nisi ab hoc vitio caveamus? Quotidie ille cum eo erat, qui ubi caput reclinaret non habebat: quotidie erudiebatur operibus, verbis, ne aurum, ne argentum, ne duas tunicas haberet; et tamen non est emendatus. Et quomodo nos speramus hunc morbum abiicere, levi medicina utentes, neque studium multum adhibentes?

2. Dirum quippe malum est avaritia, prorsus dirum. Haec oculos auresque occupat, et sibi deditos in furorem bacchicum impellit, fera asperiores efficit, et apprime crudeles atque inhumanos, neque de propriae animae salute cogitare sinit, sed omni hac cura prorsus omissa, uni sibi deservire suadet, ceu quaedam

α'. Ταῦτ' οὖν ἀκούοντες, παιδευώμεθα νήφειν ἀεὶ καὶ ἐγρηγορῆναι· * εἰ γὰρ ὁ εἷς τοῦ ἁγίου ἐκείνου χοροῦ τυγών, ὁ σωὼν τῷ Χριστῷ, ὁ τοσαύτης ἀπολελαυκὼς δωρεᾶς καὶ διδασκαλίας, ὁ σημεῖα πεποιηκώς, καὶ γὰρ αὐτὸς μετὰ τῶν ἄλλων ἦν τῶν πεμφθέντων νεκροὺς ἐγείρειν, ἐπείπερ ἑάλω νοσήματι δεινῷ, τῷ τῆς φιλαργυρίας κακῷ, πρὸς τοσοῦτον κατηνέχθη βάραθρον, ὡς τὸν δεσπότην (f. 349. b.) ἑαυτοῦ προδοῦναι, καὶ οὐδὲν ὠφέλησαν αὐτὸν οὔτε αἱ εὐεργεσίαι, οὐχ αἱ δωρεαὶ, καὶ τὸ μετ' αὐτοῦ εἶναι, οὐ θεραπεία, οὐ τὸ τοῦ ποδὰς νίψαι, οὐ τὸ τῆς τραπέζης κοινωνῆσαι, οὐ τὸ γλωσσόκομον κατέχειν, ἀλλὰ καὶ ἐφόδια αὐτῷ κολάσεως γέγονε, τί πεισόμεθα ἡμεῖς, μὴ φυλασσόμενοι τοῦτο τὸ πάθος; καθ' ἑκάστην ἡμέραν σωὴν ἐκεῖνος τῷ μὴ ἔχοντι ποῦ τὴν κεφαλὴν κλίνῃ, καὶ καθ' ἑκάστην ἐπαιδεύετο διʼ ἔργων, διὰ ῥημάτων, μὴ χρυσὸν, μὴ δὲ ἄργυρον, μὴ δύο χιτῶνας ἔχειν, καὶ ὅμως οὐκ ἐσωφρονίσθη· καὶ πῶς ἡμεῖς προσδοκῶμεν διαφεύξεσθαι τὸ νόσημα, θεραπείας ἀμυδρᾶς ἀπολαύοντες, ἐδὲ πολλῇ τῇ σπουδῇ κεχρημένοι;

Cod. f. 349. a. * I. Petr. V. 8.

β'. Δεινὸν γὰρ ἡ φιλαργυρία, δεινόν· αὕτη καὶ ὀφθαλμοὺς καὶ ὦτα πληροῖ, καὶ τοῦ ἁλόντας σκυβαλεύσασα, θηρίων χαλεπωτέρους ποιεῖ, καὶ πρὸς ἐσχάτην ὠμότητα καὶ ἀπανθρωπίαν, οὐ τὴν τῆς οἰκείας ψυχῆς σωτηρίαν ἐννοῆσαι συγχωροῦσα, ἀλλὰ τούτων ἁπάντων καθάπαξ ἀποσάντας, ἑαυτῇ πείθεσθαι δουλεύειν, ὥσπερ εἴ τις χαλεπὴ τυ-

(1) Theodorus in codice antea exponit dictum Christi apud Ioh. VI. 71. *Ex vobis unus diabolus est. Dicebat autem Iudam Simonis Iscariotem; hic enim erat traditurus eum, cum esset unus ex duodecim.* Deinde sermonem concludit praesenti ethico.

ραννίς· ὁ γὰρ χρημάτων ἐρῶν, οὐ μόνον οὐκ ἀγαπᾷ κατὰ τὴν ἐντολὴν τοὺς ἐχθροὺς, ἀλλὰ καὶ τοὺς φίλους μισεῖ· μήτε συγγένειαν εἰδὼς, μήτε συνηθείας μεμνημένος, οὐκ ἡλικίαν
f. 350. a. αἰδούμενος, οὐ φίλον ἔχων τινὰ, ἀλλὰ πρὸς πάντας ἀπεχθῶς διακείμενος· καὶ πρὸ πάντων πρὸς ἑαυτὸν, οὐ τῷ μόνον ἀπολλύναι τὴν οἰκείαν ψυχὴν, ἀλλὰ καὶ τῷ μυρίαις ἑαυτὸν κατατείνειν φροντίσι· καὶ οὕτω τυραννικὸν ἐστὶ τὸ τῆς φυλαργυρίας πάθος, ὡς καὶ τὸν δριμυτάτου ἔρωτος τῶν σωμάτων περιγίνεσθαι· καὶ τὸ δεινὸν τῆς οὕτω πικρᾶς δουλείας, ὅτι καὶ χάριν αὐτῇ ἔχειν παρασκευάζει· καὶ ὅσῳ περ ἂν αὐτῇ μᾶλλον δουλεύσωσι, τοσούτῳ τὰ τῆς ἡδονῆς αὔξεται· διὸ καὶ ταύτῃ μάλιστα ἀνίατον τὸ νόσημα γίνεται, καὶ δυσάλωτον τὸ θηρίον· τοῦτο τὴν Γιεζῆ, ἀνδρὶ ἁγίῳ τῷ Ἐλισσαίῳ συζῶντα, λεπρὸν ἀντὶ μαθητοῦ καὶ προφήτου πεποίηκε· τοῦτο τοὺς Ἰουδαίων ἄρχοντας διέφθαρε, λαμβάνοντας δῶρα καὶ κοινωνοὺς κλεπτῶν γινομένους· τοῦτο τὸν Ἰούδαν προδότην εἰργάσατο· τοῦτο περὶ Ἀνανίαν ἀπώλεσε· τοῦτο μυρίους πολέμους εἰσήγαγε, αἱμάτων μὲν τὰς ὁδοὺς, θρήνων δὲ καὶ οἰμωγῶν τὰς πόλεις πλησῶσαν· ᾧ δεῖπνα ἐποίησε γλυκέα ἀκάθαρτα, καὶ τραπέζας ἐναγεῖς, καὶ ἐδέσματα παρανομίας ἐνέπλησεν· ἐντεῦθεν γὰρ πόλεμοι καὶ μάχαι, ἐντεῦθεν τυμβωρύχοι, καὶ ὃ ἂν εἴπῃς κακὸν, ἐντεῦθεν.

γ'. Διὰ τοῦτο εἰδωλολατρείαν ὁ θεῖος
* Coloss. III. 5. Παῦλος * ἐκάλεσεν αὐτὸ, τὸ τῆς κακίας μέγεθος ἐνδεικνύμενος· διὰ τί εἰδωλολατρείαν; ὅτι ἔχουσι πολλοὶ χρήματα, καὶ χρήσασθαι αὐτοῖς οὐ τολμῶσιν, ἀλλ' ἀφιεροῦσιν, εἰς ἐκγόνους καὶ θεοὺς ἐξ ἐκείνων παραπέμποντες ἀνέπαφα, καθάπερ τινων ἀναθημάτων οὐ τολμῶντες ἅψασθαι· ἐὰν δέ ποτε ἀναγκασθῶσιν, ὥσπερ ἀθέμιτόν τι πράξαντες,
f. 350. b. οὕτω διάκεινται· καὶ ἄλλως ἢ ὥσπερ τὸ ξόανον ὁ Ἕλλην περιέπει, οὕτως ὁ φιλάργυρος τὸ χρυσίον, θύραις πισεύεται καὶ μοχλοῖς, ἀντὶ ναοῦ τὸ κιβώτιον κατασκευάζων, καὶ ἐναποτιθέμενος σκεύεσιν ἀργυροῖς· ἀλλ' οὐ προσκυνεῖ, καθάπερ ἐκεῖνος, τὸ ξόανον·

saeva tyranna. Nam qui opes amat, non modo inimicos iuxta praeceptum non amat, sed amicos etiam odit; neque sanguinis cognationem novit, neque sodalitatis meminit, neque aetatem reveretur, neque quemquam amicum habet, sed hostili in omnes animo est, praecipue vero contra se ipsum, non solum quia propriam animam perdit, sed quia innumeris semet distrahit sollicitudinibus. Atque adeo tyrannicum est avaritiae vitium, ut vehementissimum quemque corporum amorem superet: idque praecipue hanc amaram servitutem gravat, quod ad habendam sibi gratiam hominem comparat; et quo magis ei servitur, eo vehementiore voluptate delectat. Propterea potissime insanabilis morbus fit, et belua magis indomita. Avaritia Giezim, viri sancti Elissaei contubernalem, leprosum pro discipulo ac propheta effecit. Haec Iudaeorum principes corrupit, ut dona acciperent, et furum participes fierent. Haec Iudam proditorem reddidit. Haec Ananiam perdidit. Haec innumera bella invexit, sanguine vias, luctu atque gemitibus urbes implevit. Haec caenas obtulit impuras, mensas piaculares, escas scelere plenas. Hinc bella, et pugnae: hinc bustorum spoliatores: hinc denique quicquid mali dicere potes.

3. Propterea hanc divus Paulus appellavit simulacrorum servitutem, ut malitiae magnitudinem ostenderet. Cur vero simulacrorum servitutem? Quia multi pecuniam habent, sed ea uti non audent, sed quodammodo consecrant, et ad filios horumque posteros transmittunt intactam, tamquam sacra quaedam donaria violare parcentes. Quod si aliquando coguntur, quasi nefarium aliquid egerint, ita aegre se habent. Alioqui, sicut ethnicus simulacrum colit, ita aurum avarus ianuis commendat et seris, pro templo arcam fabricans, et argenteis vasis recondens. At, inquis, aurum non adorat, velut ethnicus

simulacrum. Attamen omnimodam illi adhibet culturam: Praeterea ethnicus libentius oculos et animam proiciet, quam simulacrum. Ita etiam auri amatores. Sed non venerantur, inquis, aurum. Atqui ne ethnicus quidem simulacrum, sed inhabitantem illic daemonem. Ita avari, utique aurum non adorant, sed ab auri aspectu et concupiscentia resultantem in ipsorum animas daemonem. Daemone enim saevior est avaritiae affectus; atque huic multi magis obediunt, quam alii idolis: his enim multi non obtemperant; at avaritiae omnes cedunt, et quicquid ipsa praeceperit, morem gerunt. Et videsis quid ea dicat: hostis esto et inimicus omnium, ignora naturam, Deum contemne, mihi temet immola. In omnibus his obtemperatur. Et simulacris quidem boves atque oves immolant; at avaritia dicit: immola mihi tuam propriam animam, et ille obedit. Viden' quales ista habeat aras, quales recipiat victimas? Apte itaque magnus Paulus avaritiam simulacrorum servitutem appellavit, utpote cupiditatum omnium saevissimam.

4. Omnino autem vitium hoc ineptos facit illos qui eo tenentur, sive militaria opus sit sive civilia munera gerere: neque in publicis tantum, verum etiam in privatis negotiis. Nam et si forte uxorem ducturus est qui avaritiae morbo urgetur, nequaquam virtute praeditam accipiet, sed omnium pessimam, pecuniae amore victus. Et si domus emenda est, haud decentem ingenuo homini emet, sed quae pluris locari queat. Et si servos, sive quicquam aliud emere oporteat, deterrimum quodque lucri causa eliget. Quid dico militare aut civile aut administratorium munus? Nam quamvis rex sit, omnium infelicissimus est, mundi sordes, et omnium pauperrimus. Namque unum se de multis credet: neque omnium se dominum aestimabit, sed se unum de omnium numero: et rem omnium ad se trahet, omnium se

ἀλλὰ πᾶσαν ὑπδείκνυται περὶ αὐτὸ θεραπείαν· πάλιν, ἐκεῖνος ἡδέως ἂν σοῦ ὀφθαλμοὺς καὶ τὴν ψυχὴν πρόοιτο ἢ τὸ ξόανον· τοῦτο καὶ οἱ τὸ χρυσίον φιλοῦντες· ἀλλ' οὐ προσκυνοῦσι τὸ χρυσίον, φησίν· οὐδὲ ἐκεῖνο τὸ εἴδωλον, ἀλλ' ὅμως προσκυνεῖ ἐνοικοῦντα δαίμονα· οὕτως οἱ φιλοχρήματοι, κἂν μὴ τὸ χρυσίον προσκυνῶσιν, ἀλλὰ τὸν ἀπὸ τῆς ὄψεως τοῦ χρυσίου καὶ τῆς ὑπθυμίας ὑππηδῶντα δαίμονα ταῖς τούτων ψυχαῖς· δαίμονος γὰρ χαλεπώτερον τὸ φιλαργυρίας ἡ ὑπθυμία· καὶ ταύτῃ πολλοὶ μᾶλλον πείθονται, ἢ ἕτεροι τοῖς εἰδώλοις· ἐκεῖ μὲν γὰ πολλὰ παρακούουσιν, ἐνταῦθα ἓν πάντα εἴκουσι, καὶ ὅπερ ἂν εἴπῃ ποιῆσαι πείθονται· κὴ ὅρα τί λέγῃ· πολέμιος ἔσο κὴ ἐχθρὸς ἁπάντων, ἀγνόῃ τὴν φύσιν, καταφρόνῃ θεοῦ, κατάθυσόν μοι σαυτόν· κὴ πάντα πείθονται· κὴ τοῖς μὲν ξοάνοις βοῦς κὴ πρόβατα θύουσιν· ἡ ἓ φιλαργυρία λέγῃ, θῦσόν μοι τὴν σαυτοῦ ψυχὴν, κὴ πείθῃ· ὁρᾷς οἵας ἔχει βωμούς, οἷα δέχεται θύματα; προσηκόντως ἄρα Παῦλος ὁ μέγας τοῦτο εἰδωλολατρείαν ἐκάλεσεν, ὡς πάντων παθῶν χαλεπώτατον πάθος.

δ'. Καὶ πανταχοῦ ἓ τοῦτο τὸ πάθος ἀχρήστους ποιεῖ σοῦ ὑπὸ τούτου κεκρατημένους, ἄν τε στρατηγῆσαι, ἄν τε δημαγωγῆσαι δέῃ· μᾶλλον ἓ οὐκ ἐν τοῖς κοινοῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἰδίοις· κἂν γυναῖκα γὰρ ἀγαγέσθαι μέλλῃ, ὁ φιλαργυρίαν νοσῶν, οὐ λήψεται τὴν ἐνάρετον, ἀλλὰ τῆ πασῶν φαυλοτάτην, ἥττων χρημάτων γιγόμενος· κἂν οἰκίαν πρίασθαι, οὐ τὴν ἐλευθέρῳ πρέπουσαν, ἀλλὰ τὴ πολὺν δυναμένην τὸν μισθὸν ἐνεγκεῖν· κἂν οἰκέτας, κἂν ὁτιοῦν ἕτερον ὠνεῖσθαι μέλλῃ, τὸ φαυλότατον λήψεται, διὰ τὸ κέρδος· κὴ τί λέγω στρατηγίαν, κὴ δημαγωγίαν, κὴ οἰκονομίας; κἂν γὰρ βασιλεὺς ᾖ, πάντων ἐστὶν ἀθλιώτερος, καὶ λύμη τῆς οἰκουμένης, καὶ πάντων πενέστερος· ὡς γὰ εἷς τῶ πολλῶν ἀρκεῖσεται, οὐχὶ τὰ πάντων ἑαυτοῦ νομίζων εἶναι, ἀλλ' ἑαυτὸν ἕνα τῶ πάντων, κὴ τὰ πάντων ἁρπάζων, κὴ πάν-

f. 351. b.

των ἐλάττονα ἔχειν νομίζων· τῇ γὰρ ἧβῃ οὐδέπω κτηθέντων ἐπιθυμίᾳ τὰ παρόντα μετρῶν, οὐδὲν ταῦτα πρὸς ἐκεῖνα εἶναι ἡγήσεται· διὸ καί τις φησὶν ὡς οὐδὲν ἀνομώτερον φυλαργύρου· ὁ γὰρ τοιοῦτος καὶ ἑαυτὸν ἀποδίδοται, καὶ κοινὸς ἐπέρχεται τῆς οἰκουμένης ἐχθρὸς, ἀλγῶν ὅτι μὴ χρυσίον φέρει ἀντὶ τῶν ἀσταχύων ἡ γῆ, καὶ ἀντὶ τῶν ποταμάτων αἱ κρῆναι, καὶ ἀντὶ τῶν λίθων τὰ ὄρη· δυσχεραίνων πρὸς τὴν εὐετηρίαν, ἐν τοῖς κοινοῖς ἀγαθοῖς συνεσταλμένος· πᾶσαν ἀποστρεφόμενος πρόφασιν, ὅθεν οὐκ ἔστιν ἀργύριον λαβεῖν· πάντα ὑπομένων, ὅθεν καὶ δύο μόνον συλλέξαι ὀβολοὺς ἔνι· ἅπαντας μισῶν, οὐ πένητας, οὐ πλουσίους· οὐ μὲν πένητας, μήποτε προσελθόντες αἰτήσωσι· οὐδὲ ἧττον πλουτοῦντας,
f. 351. b. ὅτι μὴ τὰ ἐκείνων ἔχει· ἅπαντας τὰ αὐτοῦ νομίζει κεκτῆσθαι· καὶ ὡς παρὰ πάντων ἠδικημένος, οὕτως πρὸς πάντας δυσχεραίνει· πλησμονὴν οὐκ οἶδε, κόρον οὐκ ἐπίσταται· ἐν σκότῳ διάγων τῷ τῆς χρημάτων ἔρωτι, τῆς φαιδρότητος τὸ κάλλος ὡς χρεὼν οὐ γινώσκει· καθάπερ οὐδ' ὁ ἐν σκότῳ τῷ αἰσθητῷ καθήμενος, δύναται βλέπειν τὸ κάλλος τῆς αὐτῷ προσαγομένων λίθων τιμίων, ἢ χρυσῶν σκευῶν, ἢ ἀργυρῶν ἱματίων· σκότος καὶ γὰρ ἐστὶ νοητὸν ὁ τῶν χρημάτων ἔρως, οὐδὲν ἀφιεὶς τῆς ὄντων φαίνεσθαι ὡς ἔστιν, ἀλλ' ἑτέρως· ἐπείπερ οὐδαμοῦ τῶν πραγμάτων ἡ φύσις φαίνεται, ὡς ἐν πενίᾳ· οὐδαμοῦ οὕτως ἐλέγχεται τὰ δοκοῦντα μὲν εἶναι, μὴ ὄντα δέ, ὡς ἐν φιλοσοφίᾳ.

ε'. Καὶ ὡς ἐν βραχεῖ φάναι, ὁ φιλάργυρος τοσούτοις καὶ τηλικούτοις ἐνδεδεμένος κακοῖς, πάντων ἐστὶν ἀθλιώτερος· ὥσπερ οὖν ὁ τούτων ἀπηλλαγμένος καὶ φιλοσοφῶν, ζηλώτερος πάντων· ὁ μὲν γὰρ ἐνάρετος, κἂν οἰκέτης ᾖ, κἂν δεσπότης, πάντων ἐστὶ μακαριώτερος· οὐδεὶς γὰρ αὐτὸν ποιήσει κακῶς, κἂν οἱ ἐκ τῆς οἰκουμένης συλέλθωσιν ἅπαντες, ὅπλα καὶ στρατόπεδα κινοῦντες καὶ πολεμοῦντες αὐτῷ· ὁ δὲ μοχθηρὸς καὶ φαῦλος καὶ τοιοῦτος οἷον διεγράψαμεν, κἂν βασιλεὺς ᾖ, κἂν μυρία

minime habere putans. Namque ex illorum quae sibi adhuc desunt cupiditate, sua propria metiens, nihil haec prae illis esse iudicabit. Quare et quidam dixit, nihil avaro esse iniquius: nam homo huiusmodi se ipsum quoque tradit, et communis incedit mundi hostis, dolens quod aurum pro spicis terra non ferat, et pro fluentis fontes, et pro lapidibus montes: irascens anni ubertati, et in communibus bonis angustiatus; quamlibet occasionem respuens unde non sit argentum capere; omnia perferens, unde vel duos tantum obolos corradere liceat: omnes odio habens pauperes ac divites; pauperes, ne forte accedentes petant; divites, quia rem illorum non habet: omnes sua ipsius possidere existimat; et quasi ab omnibus fraudatus, ita omnibus est iratus: repletionem non novit, satietatem nescit. In tenebris versans ob pecuniae amorem, rerum aestimabiliorum pulchritudinem ut par est non agnoscit: quemadmodum nec ille, qui in tenebris sensibilibus sedet, cernere potest pulchritudinem oblatorum ei lapidum pretiosorum, aut aureorum vasorum, aut vestium purpurearum. Tenebrarum reapse intellectualium instar est pecuniae amor, rem nullam patiens videri uti revera est, sed aliter: quandoquidem nusquam ita rerum natura apparet, ut in paupertate: nusquam sic coarguuntur quae videntur esse, cum non sint, ut in philosophia.

5. Atque ut compendio dicamus, avarus tot tantisque constrictus malis, omnium est infelicissimus: sicut vicissim qui his caret et philosophatur, prae omnibus aemulandus. Etenim virtute praeditus vir, sive famulus sit sive herus, omnium est beatissimus: nemo quippe ei male faciet, etiamsi ex orbe universo omnes conveniant, arma exercitusque moventes, eique bellum inferentes. At pravus et nequam, et qualem descripsimus, quamvis rex sit et sexcentis ornatus coronis, quamvis nu-

merosum exercitum habeat, a quolibet summis malis affici poterit. Adeo nequitia infirma est! adeo valida virtus! Cur ergo, o homo pecuniae cupide, luges tamquam in egestate? cur lamentaris in sollemnitate? Nam sollemnitatis hoc tempus est. Cur fles, divitiarum amator? instar tibi sollemnitatis paupertas erit, si sana mente fueris. Cur, puer, eiulas? Nam puerum appellare oportet hominem huiusmodi. Non habes pecuniam, quia pauper es? magno pondere es liberatus: immo etiam admirandus es ac beatus, quia omnis philosophiae magistram habes pauperiem, in qua vitam degens Lazarus coronabatur. Haec Iacob fecit illustrem, pane tantum potiri cupientem. Ob hanc Iosephum quoque admiramur, qui in extremam devenit pauperiem, neque in servitutem tantummodo sed et in carcerem: neque hunc ita laudamus cum frumentum distribuit, quam cum carcerem incoluit: neque tam in diademate, quam in vinculis: neque tam quando in throno sedebat, quam cum insidias passus divendebatur.

περίκειται δήγματα, κἂν στρατιὰν ἔχῃ πολυάνθρωπον, ἢ παρὰ τοῦ τυχόντος τὰ ἔσχατα πείσεται· οὕτως ἡ κακία, ἀσθενές· οὕτως ἰσχυρὸν, ἡ ἀρετή· τί τοίνυν ὑπὲρ θυμῶν ἄνθρωπε χρημάτων, πενθεῖς ὡς ἐν πενίᾳ ὤν; τί θρηνεῖς, ἑορτὴν ἄγων; ἢ γὰρ ἑορτῶν ὁ καιρός· τί κλαίεις, πλούτου ἐρῶν; καὶ γὰρ πανήγυρις ἡ πτωχία, ἂν σωφρονῇς· τί ὦ παιδίον ὀδύρῃ; παιδίον γὸ δεῖ τὸ τοιοῦτον καλεῖν· οὐκ ἔχεις χρήματα, πένης ὤν; μεγάλου εἶ φορτίου ἀπηλλαγμένος· μᾶλλον ἢ θαυμαστὸς εἶ ἢ μακάριος, τῆς φρονήσεως καὶ καρτερίας ἢ πάσης φιλοσοφίας διδάσκαλον ἔχων, φημὶ ἢ τὴν πενίαν, ἣ ἢ ὁ Λάζαρος συζῶν ἐστεφανοῦτο· ἢ ἢ τὸν Ἰακὼβ ἔδειξε λαμπρὸν, ἄρτου μόνου ὀρεγόμενον· δι' ἣν ἢ τὸν Ἰωσὴφ θαυμάζομεν ἐν ἐσχάτῃ γενόμενον πενίᾳ· ἢ οὐχὶ δοῦλον μόνον γενόμενον, ἀλλὰ ἢ δεσμώτην· οὐ γὰρ οὕτως ἐπαινοῦμεν αὐτὸν ὅτε σῖτον διένειμεν, ὡς ὅτε τὸ δεσμωτήριον ᾤκει· οὐδὲ ὅτε τὸ διάδημα περιέκειτο, ὡς ὅτε τὴν ἅλυσιν· οὐδ' ὅτε ἐπὶ τοῦ θρόνου ἐκαθέζετο, ὡς ὅτε ἐπεβουλεύετο ἢ ἐπωλεῖτο.

6. At enim ab aliquo contemptim percussus fuisti, tamquam pauper; fortior hinc factus es. Sed neque nobilis es neque dynasta, quia inhonoratus ut egens. Atqui sic mihi aliud narras libertatis genus. Audi et ethnicos de his philosophantes, dicentesque nihil grave perpeti, qui ita animo affecti sunt. At domum splendidam et insignem, et septis praeditam, non habes, quia opibus cares, ideoque has exoptas. En vero universa terra in conspectu tuo est, publica aedificia, sive hinc delectationem sive usum capere velis. Quid porro iucundius quidve pulchrius caeli firmamento, quod nobis Deus extendit lacunar? Nam et nostri gratia creatum fuit, et commune est cunctis, et maxime, ob pulchritudinem suam idoneum menti ad creatorem sursum extollendae. Quousque nos amor tantopere praesentium rerum occupabit superfluarum atque inutilium?

Σ'. Ἀλλ' ἐτυπτήθης παρά τινος ὡς πτωχὸς καταφρονηθείς; ἢ τί τοῦτο; καρτερικώτερος ἐντεῦθεν ἐγένου· ἀλλ' οὐ κέκτησαι δόξαν ἢ δυναστείαν, ἄτιμος ὢν ὡς πένης· πάλιν, ἄλλης ἐλευθερίας εἶδος μοι λέγεις· ἄκουσον ἢ τοῦ ἔξω ταῦτα φιλοσοφούντων καὶ λεγόντων μηδὲν πεπονθέναι δεινὸν ὧδε οὕτω φρονοῦντας· ἀλλ' οἰκίαν οὐκ ἔχεις λαμπρὰν ἢ περιφανῆ καὶ περιβόλους ἔχουσαν, ἅτε σπουδάζοντος χρημάτων, καὶ διὰ τοῦτο τούτων ὀρέγῃ· ἀλλ' ἰδοὺ πᾶσα ἡ γῆ ἀνάπτιόν σου, τὰ δημόσια οἰκοδομήματα, εἴτε εἰς χρείαν ἔχειν ἐθέλεις· ἢ τί τερπνότερον ἢ ὡραιότερον τοῦ στερεώματος τοῦ οὐρανοῦ, ὃν ὁ θεὸς ἡμῖν ἐξέτεινεν ὄροφον; ἢ γὰρ δι' ἡμᾶς γέγονε, ἢ κοινὸς ἐστὶν ἅπασιν ἡμῖν, καὶ τὰ μέγιστα ὠφελεῖ, ὡς διὰ τοῦ κάλλους εἰς τὸν δημιουργὸν ἀναπέμπων· μέχρι τίνος ὁ ἔρως ἡμᾶς οὕτω κατέχει τοῦ παρόντων πραγμάτων, τοῦ περιττῶν ἢ ἀνονήτων; ὁ γὰρ

πλοῦτῳ ἐν τοῖς περιττοῖς, ἐν οἷς οὐδὲν ὄφελος γίνεται· μέχρι τίνος προσηλώμεθα τοῖς ματαίοις; μέχρι τίνος οὐ διαβλέπομεν ἐν τοῖς οὐρανοῖς; οὐ νήφομεν; οὐ λαμβάνομεν κόρον τῶν γηΐνων τούτων καὶ διαῤῥεόντων; οὐ παιδευόμεθα διὰ τῆς πείρας αὐτῶν τὴν εὐτέλειαν;

ζ'. Ἐννοήσωμεν δὴ καὶ πρὸ ἡμῶν πλουτήσαντας· οὐχὶ ὄναρ πάντα ἐκεῖνα; οὐχὶ σκιὰ καὶ ἄνθῳ; οὐχὶ διήγημα καὶ μύθῳ; ὁ δεῖνα πεπλούτηκε, καὶ ποῦ νῦν ὁ πλοῦτος; ἀπώλετο καὶ διέφθαρται· ἀλλὰ τὰ δι' αὐτῶν ἁμαρτήματα μένει, καὶ ἡ διὰ τὰ ἁμαρτήματα κόλασις· μέχρι τίνος πτωχοὶ καὶ πένητες, τὰ μὲν μένοντα φεύγοντες, διώκοντες δὲ τὰ φεύγοντα; οὐκ ἔστι πλούσιον εἶναι τὸν μὴ ἐν διανοίᾳ ἔχοντα τὴν πενίαν· εἰ γὰρ κυριώτερον τοῦ σώματος ἡ ψυχὴ, οὐκ ἰσχύει τὰ μὴ ἰσχυρότερα αὐτὴν διαθεῖναι πρὸς ἑαυτά· ἀλλ' ἡ κυρία τὰ μὴ οὕτω κύρια πρὸς ἑαυτὴν ἐφέλκεται καὶ μεταβάλλει· καὶ γὰρ ἡ καρδία ὅταν τινα δέξηται βλάβην, ἅπαν τὸ σῶμα οὕτω διατίθησι· κἂν δύσκρατος γένηται, τῷ παντὶ λυμαίνεται· κἂν εὔκρατος, τὸ πᾶν ὀνίνησιν· ἂν δέ τι τῶν λοιπῶν διαφθαρῇ, ταύτης μενούσης ὑγιοῦς, εὐκόλως κἀκείνων τὴν λύμην ἀποτινάσσεται.

f. 353. a.

η'. Ἵνα δὴ καὶ σαφέστερον ὃ λέγω ποιήσω, τί κλάδων ὄφελος, εἰπέ μοι, χλωρῶν ὅταν ἡ ῥίζα μαραίνηται; τί δὲ βλάβος τῶν ἄνωθεν ξηρανθέντων φύλλων, ταύτης οὔσης ὑγιοῦς; οὕτω καὶ ἐνταῦθα οὐδὲν ὄφελος χρημάτων, ψυχῆς οὔσης πενιχρᾶς· οὐδὲ βλάβος πενίας, ψυχῆς οὔσης πλουσίας· καὶ πῶς ἂν γένοιτο πλουσία, φησὶ, ψυχὴ ἐν πενίᾳ χρημάτων οὖσα; μάλιστα ἂν τότε γένοιτο· τότε γὰρ καὶ πλουτεῖν εἴωθεν· εἰ γὰρ, καθὼς πολλάκις ἐδείξαμεν, τοῦτο πλουτοῦντος τεκμήριον, τὸ καταφρονεῖν χρημάτων καὶ μηδενὸς δεῖσθαι, εὔδηλον ὅτι πενίας τοῦτο μάλιστα σημεῖον, τὸ χρημάτων ἐφίεσθαι· τὸ γὰρ ἐν πενίᾳ εἶναι, μᾶλλον ποιεῖ πλουτεῖν· καὶ γὰρ ὅτι εὐκολώτερον ἂν

Nam divitiae inter res superfluas reputantur, quarum nulla est utilitas. Quousque vanitatibus inhaerebimus? Quousque caelos non suspiciemus? non sobrii erimus? non satietas terrenarum rerum fluxarumque nos capiet? non denique ipsarum vilitatem experimento discemus?

7. Cogitemus illos qui divites ante nos extiterunt; nonne illa omnia somnium, umbra, et flos fuerunt? nonne rumusculus atque fabula? Ille dives fuit; at nunc ubi divitiae, quae dilapsae sunt et corruptae? Sed peccata manent ob illas commissa, et propter peccata punitio. Quousque egeni ac pauperes, res duraturas fugient, perituras sectabuntur? Non est quemquam divitem esse, nisi in anima opulentus sit: sicuti nemini contingit esse pauperi, nisi in animo paupertatem gerat. Nam si potior est anima corpore, non queunt debiliora illam sibi subiicere; sed quae potior est, illa quae aeque non sunt valida, ad se trahit atque transmutat. Namque et cor si quod damnum pertulerit, totum corpus aeque adficit: et si aegrum fuerit, toti massae nocet; sin incolume, usquequaque prodest. Secus vero, si quod aliud membrum laboret, corde incolumi manente, facile et aliorum membrorum damnum dispellitur.

8. Ut autem manifestius quod dico efficiam, quae utilitas ramorum, dic mihi, viridantium, si radix marcescat? Secus autem, quodnam detrimentum foliorum desuper arescentium, dummodo sana sit radix? Sic etiam nulla est divitiarum utilitas, si anima sit paupercula: neque vicissim nocet paupertas, si anima dives sit. At quomodo, inquiunt, dives sit anima si opibus careat? Immo vero tunc maxime: tunc enim ipsa ditescere solet. Si enim, ut saepe demonstravimus, divitis est conditionis argumentum, opum contemptus, et nullius rei indigentia, constat vicissim hoc esse paupertatis indicium, si opes concupiscantur. Namque in paupere vita, ver-

sari, magis facit ditescere. Profecto facilius pauper, quam dives, opes contemnet: magisque optat pecuniam dives quam pauper, ut omnibus exploratum est. Sicut enim ebrius magis sitit quam qui moderate biberit; sic etiam dives vehementius pecuniam optat quam pauper. Namque haud eiusmodi est haec cupiditas, ut copià possit extingui, sed ab hac potius augeri solet. Atque ut flamma cum maiorem escam nacta fuerit, tunc potissime saevit; sic pecuniae cupiditas, quo plus auri ingesseris, tunc maxime extollitur.

9. Quamobrem ne delectantur quidem divitiarum amatores iis quae habent; quandoquidem tota mente ad illas inhiant quas nondum adepti sunt. Neque tantum non delectantur, verum etiam cruciantur quo magis ditescunt, quia nullum cupiditatis huius terminum agnoscunt. Sicut enim qui perpetuo sitit, etiamsi sexcentos hauriat fontes, nullam voluptatem capit, quia nullam satietatem experitur; rursus sicut spado cupiens iuvenculam devirginare, ut ait quidam sapiens, cum eam corripuerit, nititur quidem in amasiam, sed quia cupiditatem explere nequit, cruciatur; ita avarus auri argentique cupidus, rerum quidem copia potitur, sed quia tamen cupiditatem totam explere nequit, perpetuo cruciatu urgetur. Magis enim ditescere volens, et pluribus redundare, incendit potius quam sedat cupiditatem: sed etsi decem milia talenta ceperit, totidem alia expetit: quae si consecutus fuerit, totidem exoptat: pergensque porro, montes quoque, et terram ac mare, omnia denique aurum sibi fieri postulat; nova quadam insania, et numquam extinguenda insaniens. Si ergo plura desiderare, paupertatis est indicium; huiusmodi autem est qui in divitiis versatur; sequitur ut hic prae ceteris pauper sit. Viden' igitur tunc potissime animam esse pauperem, cum est dives? et tunc esse divitem, cum in paupertate est?

τις ἐν πενίᾳ ἢ ἐν πλούτῳ, καταφρονήσει χρημάτων, καὶ μᾶλλον ἐφίεται χρημάτων ὁ πλούσιος, ἢ ὁ πένης, παντί που δῆλον· ὡς γὰρ ὁ μεθύων μᾶλλον διψᾷ τοῦ μετασχόντος αὐτάρκως τοῦ πόματος, οὕτως ὁ ἐν πλούτῳ μᾶλλον ὀρέγεται χρημάτων τοῦ ἐν πενίᾳ ὄντος· οὐδὲ γὰρ ἐστὶν αὕτη ἡ ἐπιθυμία τοιαύτη, ὥστε τῷ πλείονι σβέννυσθαι, ἀλλὰ τοὐναντίον ἀνάπτεσθαι πέφυκε τούτῳ· καὶ καθάπερ τὸ πῦρ ὅταν λάβῃ πλείονα τροφήν, τότε μάλιστα ἀρτιοῦται, οὕτω καὶ ἡ τῶν χρημάτων ἐπιθυμία, ὅταν πλέον ἐμβάλλῃ χρυσίον, τότε μάλιστα αἴρεται.

θ'. Ὅθεν οὐδὲ ἥδονται οἱ χρημάτων ἐρῶντες ὑπὲρ ὧν ἔχουσιν, ἅτε κεχηνότες ὅλῃ τῇ διανοίᾳ πρὸς τὰ μήπω ληφθέντα· καὶ μὴ μόνον οὐχ ἥδονται, ἀλλὰ καὶ βασανίζονται, ὅσῳ ἂν προσβάλλωνται, τῷ μηδὲν εἰδέναι πέρας τοιαύτης ἐπιθυμίας· ὥσπερ ἄρα καὶ ὁ διηνεκῶς διψῶν, κἂν μυρίας ἐκπίῃ πηγάς, οὐ ἡδονῆς οὐδόλως αἰσθάνεται, διὰ τὸ μὴ λαμβάνειν κόρον· καὶ καθάπερ πάλιν εὐνοῦχος ἐπιθυμίαν ἔχων ἀπαρθενεῦσαι νεάνιν, ὡς φησί τις σοφὸς *, ὅταν αὐτὴν προσλάβῃ, συμπλέκεται μὲν τῇ ἐρωμένῃ, μὴ δυνάμενος δὲ τῷ ἐπιθυμίαν ἐμπλῆσαι, τὴν ἐσχάτην βάσανον ὑπομένει· οὕτω καὶ ὁ φιλάργυρος ἐπιθυμῶν χρυσίου καὶ ἀργυρίου, ὅταν ἐν κτήσει γένηται τούτων, συγγίνεται μὲν τῇ εὐπορίᾳ, ὡς ταὐτῷ ἔχων, ἐμπλῆσαι δὲ τὴν ἐπιθυμίαν ἅπασαν οὐ δυνάμενος, ἀεὶ ἐστὶν ἐν ὀδύνῃ· πλουτεῖν γὰρ πλέον βουλόμενος, καὶ προσβαλέσθαι πλεῖον, ἀνάπτει μᾶλλον, καὶ οὐδέποτε ἴσταται, ἀλλὰ κἂν μυρία λάβῃ τάλαντα, ἑτέρων τοσούτων ἐπιθυμεῖ· κἂν τούτων ἐπιτύχῃ, δὶς τοσούτων ἐφίεται· καὶ προϊὼν καὶ τὰ ὄρη, καὶ τὴν γῆν, καὶ τὸν θάλατταν, καὶ πάντα εὔχεται αὐτῷ γλιχόμενος χρυσίον, καινήν τινα μανίαν καὶ φοβερὰν, καὶ οὐδέποτε δυναμένῳ σβεσθῆναι μαινόμενος· εἰ τοίνυν τὸ πλεῖον ἐφίεσθαι, πενίας τεκμήριον· ὁ δὲ ἐν πλούτῳ τοιοῦτος, ὥστε μάλιστά ἐστιν ἐν πενίᾳ· ὁρᾷς ὅτι τότε μάλιστα πένεται ἡ ψυχὴ, ὅταν πλουτῇ· καὶ τότε πλουτεῖ, ὅταν ἐν πενίᾳ ᾖ;

f. 353. b.

* Eccli. XXX. 21.

ι'. Εἰ ᾗ βούλῃ, κἀπὶ προσώπων Ⓦ λόγον γυμνάσωμεν· κἂν ἔσωσαν δύο τινές, ὁ μὲν ἔχων μυρία τάλαντα, ὁ ᾗ δέκα· κἀμφοτέρους ταῦτα ἀφαιρούμεθα· τίς οὖν μᾶλλον ἀλγήσῃ; ὁ τὰ μυρία ἀπολέσας· f. 354. a. οὐκ ἂν ᾗ μᾶλλον ἤλγησεν, εἰ μὴ μᾶλλον ἐφίλῃ· εἰ ᾗ μᾶλλον φιλεῖ, μᾶλλον ὀδυμεῖ· εἰ ᾗ μᾶλλον ἐπιθυμεῖ, μᾶλλον ἐστὶν ἐν πενίᾳ· τούτῳ γὰρ μάλιστα ἐπιθυμοῦμεν, οὗ μάλιστα ἐσμὲν ἐν ἐνδείᾳ· ἀπὸ γὰρ ἐνδείας ἡ ἐπιθυμία· ἔνθα γὰρ ἂν ᾖ κόρος, ἐπιθυμίαν οὐκ ἔστιν εἶναι· καὶ γὰρ τότε μάλιστα διψῶμεν, ὅταν ἐνδεῶς ἔχωμεν ποτοῦ· λοιπὸν οὖν, οὐ παρὰ πενίαν, ἀλλὰ παρ' ἡμᾶς αὐτοὺς ἡ βλάβη γίνεται· οὐδεὶς γὰρ ἡμᾶς λυμανεῖται, ἐὰν νήφωμεν· διὸ παρακαλῶ, μὴ τοσαύτην ὑπομένωμεν ἄνοιαν, προδιδόντες τὴν σωτηρίαν ἡμῶν διὰ μικρὸν ἀργυρίδιον· ἀλλ' ἀντεχόμενοι τῆς μελλούσης ἐλπίδος, οἱ μὲν γεγηρακότες, ἅτε εἰδότες φανερῶς ὅτι ὀλίγος ἡμῖν ὑπολείπεται τῆς ζωῆς χρόνος· οἱ δὲ νέοι, ἅτε πεπεισμένοι σαφῶς ὅτι οὐ πολὺ τὸ λειπόμενον· ὡς γὰρ κλέπτης ἐν νυκτὶ, οὕτως ἡ ἡμέρα ἐκείνη ἔρχεται· φεύγωμεν πάσῃ σπουδῇ τὴν φιλαργυρίας τὴν νόσον· εἰ γὰρ καὶ δεινὸν τυτὶ τὸ θηρίον, ὡς εἴπομεν, ἀλλ' ὅμως ἐὰν θέλωμεν ῥᾳδίως περιεσόμεθα· οὐ γάρ ἐστιν ἡ ἐπιθυμία αὕτη ἔμφυτος καὶ φυσική· ἦ γὰρ ἂν παρὰ τῷ ἀρχὴν ἐνετέθη· νῦν δὲ χρυσίον οὐκ ἦν ἄνωθεν, οὐδὲ ἦρα τίς χρυσίου.

ια'. Ἀλλ' εἰ βούλεσθε, λέγω πόθεν εἰσῆλθε τὸ κακόν· ἕκαστος τὸ πρὸ αὐτοῦ ζηλοῦντες, ἐπέτεινον τὸ νόσημα· καὶ τὸν βουλόμενον, ὁ προλαβὼν ἐρεθίζει· ὅταν γὰρ ἴδωσιν οἰκίας λαμπρὰς, καὶ πλῆθος ἀγρῶν, καὶ ἀνδραποδῶν ἀγέλας, καὶ ἀργυρᾶ σκεύη, καὶ πολὺν ἱματίων φορυτὸν, πάντα πράττουσιν, ὥστε ὑπερβαλέσθαι· ὥστε οἱ πρῶτοι τοῖς δευτέροις αἴτιοι γίνονται, κἀκεῖνοι τοῖς μετ' αὐτούς· εἰ δὲ f. 354. b. ἐβούλοντο σωφρονεῖν, οὐκ ἂν τοῖς ἄλλοις ἐγίνοντο διδάσκαλοι· μᾶλλον ᾗ οὐδὲ τούτοις ἔστιν ἀπολογία· εἰσὶ γὰρ καὶ ἕτεροι

10. Quod si mavis, ut etiam in personis sermonem nostrum exerceamus; sint utique duo quidam, alius decem mille talenta habens, alius decem: porro utrumque suis spoliemus. Quis gravius dolebit? Sane qui decem mille amisit. Non autem magis doleret, nisi plus amaret: quod si magis amat, magis cupit: si magis cupit, maiore paupertate urgetur: nam hoc praecipue optamus, cuius praecipue indigemus: namque ex egestate cupiditas: ubi enim satietas, non est cernere cupiditatem. Nam tunc vehementius sitimus, cum potu caremus. Superest igitur, non a paupertate sed a nobis ipsis damnum hoc provenire. Nemo enim nobis nocebit, si sobria mente fuerimus. Propterea oro quaesoque, ne talem patiamur insaniam, salutem nostram propter modicum argentum prodigentes: sed futurarum rerum spem foveamus; senes quidem, utpote manifeste cernentes breve nobis superesse vitae tempus: iuvenes autem, ceu certo scientes, haud multum nobis reliquum esse; namque ut fur in nocte, ita dies illa venit. Omni igitur studio vitemus cupidae avaritiae morbum. Quamquam enim saeva est haec belua, ut diximus, nihilominus, si certe velimus, facile eam superabimus. Non enim innata est ac naturalis ista cupiditas; alioquin iam inde a rerum initio insita fuisset. Atqui antiquitus neque aurum erat, neque auri ullus amator.

11. Iam, si vultis, unde hoc malum eruperit, dicam. Dum praecessores suos quisque aemulatur, morbum aggravat; et cupientem, is qui antecedit incitat. Nam cum vident domos splendidas, latitudinem agrorum, servorum greges, et argentea vasa, et multam vestimentorum congeriem, nihil non agunt ut alios superent: atque ita priores causam praebent secundis, hi autem posteris. Quod si sobrietatem retinere vellent, aliis magistri non forent. Neque idcirco hi posteriores excusantur; sunt enim alii qui opes con-

temnunt; quod ipsum magnopere demonstrat, non esse naturaliter insitum avaritiae morbum, quae res ex illis patescit, qui alieni ab eo sunt. Siquidem physicae qualitates communes omnibus sunt: haec autem cupiditas, culpâ nostrâ tantummodo existit: hinc nascitur, hinc augetur; et illi inhiantes cum occupaverit, contra naturam facit vivere. Etenim cum non agnoscunt populares suos, amicos, fratres, cognatos prorsus quoslibet, et cum illis se ipsos quoque negligunt, id enimvero contra naturam vivere est. Unde apparet contrarium naturae esse hoc vitium, id est avaritiae morbum.

12. Propterea et Iudas in hunc morbum culpa sua implicitus, proditor Christi extitit, quamquam ab eodem Christo vocatus. Quippe non est coarctans Dei vocatio, neque vim facit menti eorum qui virtutem amplecti nolunt: sed hortatur tantum et consulit, et satagit atque dat operam suadendo ut boni fiamus: quam si nonnulli non admittunt, haud idcirco cogit; sicuti neque Iudam coëgit fieri bonum, postquam improbus pravusque culpa propria ob hunc morbum evaserat. Hinc enim, et non aliunde, fiunt huiusmodi mutationes: quemadmodum a bono studio procedunt contrariae. Quot enim qui fuerant violenti, mansuetiores ovibus postea evaserunt? Quot luxuriosi, deinceps pudici extiterunt? Quot antea rapaces, deinde sua quoque proiecerunt? Quamobrem, si sapimus, procul abiiciamus divitiarum cupiditatem, et avaritiae morbum; cuius nequitiam ipsi quoque testantur avari, iniuriam sibi fieri iudicantes, quotiescumque aliquis eis hoc opprobrium obiecerit. Et re quidem vera, summum hoc est opprobrium, multaeque nequitiae argumentum. Nam si opes contemnere non sustinemus, quamnam umquam vincemus aliam cupiditatem? num gloriae? num animi vehementiae aut irae? Quis id credat? Cupiditatem quidem cor-

χρημάτων καταφρονοῦντες· ὃ μὴ αὐτὸ δεῖγμα μέγιστον τοῦ μὴ φυσικὸν εἶναι τὸ τῆς φιλαργυρίας νόσημα· καὶ ἐκ τῆδε ταύτης γὰρ ἀπηλλαγμένων τοῦτο γίνεται δῆλον· ἐπειδὴ τὰ μὲν φύσεως, κοινὰ πάντων ἐστίν· αὕτη δὲ ἐκ ῥᾳθυμίας ἡ ὀπιθυμία γίνεται μόνης· ἐντεῦθεν φύεται, ἐντεῦθεν αὔξεται· καὶ δὴ πρὸς αὐτὴν κεχηνότας ὅταν ἕλῃ, παρὰ φύσιν ποιεῖ ζῆν· ὅταν γὰρ ἀγνοῶσιν δὴ ὁμοφύλους, δὴ ἀδελφοὺς, δὴ συγγενεῖς ἅπαντας ἁπλῶς, καὶ μετὰ τούτων μὴ ἑαυτοὺς, παρὰ φύσιν τοῦτο ἐστὶ ζῆν· ὅθεν δῆλον ὅτι παρὰ φύσιν ἡ κακία, καὶ τὸ τῆς φιλαργυρίας νόσημα.

ιβ'. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Ἰούδας τούτῳ ῥᾳδίως ἐκ ῥᾳθυμίας, προδότης ἐγένετο τῆ Χριστοῦ, καί τοι κληθεὶς ὑπ' αὐτοῦ τῆ Χριστοῦ· μὴ γὰρ οὐκ ἀναγκαστικὴ τῆ θεοῦ ἡ κλῆσις, οὐδὲ βιάζεται τὴ γνώμην τῶν μὴ βουλομένων ἀρετὴν ἐλέσθαι· ἀλλὰ παραινεῖ μὲν μὴ συμβουλεύει, μὴ πάντα ποιεῖ μὴ πραγματεύεται, ὥστε πεῖσαι γοῦν χρηστούς· εἰ δὴ μὴ ἀνάσχοιντό τινες, οὐκ ἀναγκάζει, καθάπερ οὐδὲ τὸν Ἰούδαν ἠνάγκασε γοῦν χρηστὸν, γοῦν μοχθηρὸν μὴ φαῦλον ἀπὸ τούτου τῆ νοσήματος ἐκ ῥᾳθυμίας· ἐντεῦθεν μὴ γὲ οὐκ ἄλλοθεν αἱ τοιαῦται μεταβολαὶ, καθάπερ ἀπὸ σπουδῆς αἱ πρὸς τὸ ἐναντίον· πόσοι γοῦν γοῦν βίαιοι, προβάτων ἡμερώτεροι γεγόνασιν ὕστερον; πόσοι ἀσελγεῖς, σώφρονες μᾶλλον ταῦτα κατέστησαν; πόσοι πλεονέκται πρὸ τούτου, ὕστερον ἔρριψαν μὴ τὰ αὐτῶν; ὥστε ἐὰν νήφωμεν, ἐκβαλοῦμεν τὴ ὀπιθυμίαν τῆ πλούτου, § 255. a.
μὴ δὴ φιλαργυρίας τὸ νόσημα, ὅπερ μὴ αὐτοὶ μαρτυροῦσιν εἶναι κακὸν οἱ φιλάργυροι, νομίζοντες ὕβριν τὸ πρᾶγμα, ὅτάν τις αὐτοῖς τοῦτο προσενέγκῃ τὸ ὄνειδος· ἔσχατον τοῦτο, μὴ πολλῆς κακίας ἀπόδειξις· εἰ γὰρ χρημάτων ὑπεριδεῖν οὐκ ἀνεχόμεθα, τίνων ἄλλων ὑπεισόμεθα ποτὲ ἐπιθυμίας; ἀλλὰ δοξομανίας, θυμοῦ ἢ ὀργῆς; μὴ πῶς ἄν τις πεισθείη; ἐπιθυμίας μὲν γὰρ ἕνεκα δὴ τῆδε σωμάτων μὴ θυμοῦ μὴ ὀργῆς, πολλοὶ μὴ δὴ σαρκὸς τὴν κατα-

σκευὴν λογίζονται, καὶ τὰς ὑπερβολὰς ἀντιτιθέασιν ἰαζῶν παῖδες· καὶ τὸν μὲν θερμότερον καὶ ὑγρότερον, λαγνότερον εἶναι φασί· τὸν δὲ πρὸς ξηροτέραν ἐμπεσόντα δυσκρασίαν, ἀκρόχολον καὶ θυμώδη· φυλαργυρίας δ' ἕνεκεν, οὐδεὶς οὐδέποτε αὐτῶν ἤκουσεν εἰρηκότων τί τοιοῦτον· οὕτω ῥᾳθυμίας μόνης ἐστὶ καὶ ψυχῆς ἀναλγήτου τοῦτο τὸ νόσημα, καὶ δυνατὸν τοῦτο φυγεῖν ἡμᾶς ἂν θέλωμεν.

ιγ'. Σπεδάσωμεν τοιγαροῦν, ἀγαπητοὶ, καὶ τοῦτο διορθώσασθαι, καὶ τὰ καθ' ἑκάστην ἡλικίαν ἡμῖν ἐπιγινόμενα πάθη, πρὸς τὸ ἐναντίον μεταθεῖναι· ἂν ἓν καθ' ἕκαστον μέρος τῆς ζωῆς ἡμῶν παραπλέωμεν τὰς τῆς ἀρετῆς πόνους, παντα χοῦ ναυάγια ὑπομένοντες, εἰς τὰ λιμένα λοιπὸν ἐλθόντες ἔρημοι φορτίων πνευματικῶν, τὰ ἔσχατα ὑπομενοῦμεν· πέλαγος γάρ ἐστιν τεταμένον ὁ παρὼν βίος· καὶ ὥσπερ ἐν τῇ θαλάττῃ ταύτῃ διάφοροι κόλποι διαφόρους ἔχοντες χειμῶνας· καὶ ὁ μὲν Αἰγαῖος, διὰ τὰ πνεύματα ἐστὶ χα-
f. 255. b. λεπός· ὁ δὲ πορθμὸς ὁ Τυρρηνικὸς, διὰ τὴν στενοχωρίαν· ἡ δὲ Χάρυβδις ἡ πρὸς τῇ Λιβύῃ διὰ, τὰ τέλματα· ἡ Προποντὶς ἡ ἔξω τοῦ Εὐξείνου πόντου, διὰ τὸ ῥαγδαῖον τοῦ ῥοθίου· τὰ ἔξω Γαδείρων, διὰ τὴν ἐρημίαν καὶ τὸ ἀζιβὲς καὶ τὸ ἀνεύρετον τῶν τόπων· καὶ ἄλλο μέρος δι' ἕτερον· οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς ζωῆς τῆς ἡμετέρας· καὶ πρῶτον πέλαγος ἔστιν ἰδεῖν τὸ τῆς παιδικῆς ἡλικίας πολὺν ἔχον τὸν σάλον, διὰ τὸ ἀνόητον, διὰ τὴν εὐκολίαν, διὰ τὸ μὴ πεπηγέναι· διὰ τοῦτο καὶ παιδαγωγοὺς ἐφιστῶμεν καὶ διδασκάλους, τὸ λεῖπον τῇ φύσει διὰ τῆς ἐπιμελείας εἰσφέροντες, ὥσπερ ἐκεῖ διὰ τῆς τέχνης τῆς κυβερνητικῆς· μετὰ ταύτην τὴν ἡλικίαν ἡ τοῦ μειρακίου δεδέχεται θάλασσα, ἔνθα σφοδρὰ τὰ πνεύματα, καθάπερ ἐν τῷ Αἰγαίῳ, τῆς ἐπιθυμίας ἡμῖν αὐξανομένης· καὶ αὕτη μάλιστα ἡ ἡλικία διορθώσεως ἔρημος, οὐ διὰ τὸ τὰ ἁμαρτήματα μὴ ἐλέγχεσθαι· καὶ γὰρ καὶ διδάσκαλος, καὶ παιδαγωγὸς λοιπὸν ἐξίσταται· ὅταν οὖν τὰ μὲν πνεύματα σφοδρότερον φυσήσῃ, ὁ δὲ κυβερνήτης ἀσθενέστερος, καὶ ὁ ἀμύνων οὐδεὶς ᾖ, ἐννόησον τοῦ χειμῶνος τὸ μέγεθος·

porum, et animi vehementiam, et iram; multi in carnis naturam conferunt, quam rem medici exaggerant: et eum qui sit calidior humidiorve, lasciviorem esse aiunt: at sicciorem sortitum temperationem, irritabilem fore et iracundum. Verumtamen de avaritia, nihil huiusmodi ab his dici umquam compertum est. Adeo solius socordiae est animaeque ignaviae hic morbus; eumque vitare, potestatis nostrae est!

13. Studeamus itaque, carissimi, hoc quoque emendare vitium, et eas, quae in singulis aetatibus oboriuntur nobis cupiditates, in contrarium vertere. Quod si per singulos vitae nostrae gradus, neglexerimus virtutis labores, ubique naufragia patientes, cum in portum denique veniemus spiritalibus sarcinis vacui, supremam poenam luemus. Pelagus enim vastum est vita praesens. Et quemadmodum in hoc mari diversi sinus sunt, diversas habentes tempestates; nam Aegaeum mare ob ventos difficile est; fretum Tyrrhenicum propter angustias; Syrtis apud Libyam ob tractus palustres; Propontis extra pontum Euxinum propter undarum impetum; maria ultra Gades propter solitudinem et iter inusitatum, et locorum ignorantiam, et aliae aliam ob causam partes; ita usuvenit vitae nostrae. Primum mare videre est puerilis aetatis, multam habens commotionem ob inscitiam et simplicitatem ac levitatem. Propterea et paedagogos apponimus atque magistros, naturae defectum cura supplentes, sicut in mari providemus gubernandi arte. Hanc aetatem excipit adolescentiae mare, ubi vehementes venti, sicut in Aegaeo, aucta in nobis concupiscentia. Atque haec potissimum aetas emendatore caret, non solum quia vehementius fastidit, sed quia peccata non reprehenduntur; nam magister et paedagogus iam submoti fuere. Cum ergo venti quidem vehementius flant, gubernator vero infirmior est, et protector nullus est, considera quanta sit tempestas. Posthinc

adhuc alia aetatis pars, nempe virilis subit, in qua rei familiaris cura, in qua uxor, nuptiae, liberorum procreatio, domus regimen, et multi sollicitudinum nimbi: tuncque praecipue avaritia efflorescit atque invidia.

14. Si ergo singulas aetatis partes inter naufragia transigemus, quid nostrae praesenti vitae fiet? quomodo futuram vitabimus poenam? Nam si in prima aetate nihil sanum didicerimus, in adolescentia temperantes non fuerimus, in virilitate avaritiam non superaverimus; tunc ad senectutem veluti ad quandam sentinam provecti, postquam his cunctis impedimentis scapham animae infirmiorem effecerimus, tabulis dissilientibus, in illum portum veniemus, multis onerati quisquiliis pro spiritali merce: risumque diabolo excitabimus, nobis autem ipsis luctum, et intolerabiles conciliabimus poenas. Ne igitur haec contingant, nosmet omnino cohibentes, et perturbationibus resistentes, divitiarum cupiditatem expellamus, et dirum avaritiae morbum; quia iuxta prophetam « verumtamen vane conturbatur omnis homo vivens. » Conturbatio namque vere est, opum studium; conturbatio et tumultus vanus, qui quidem in aeternis stationibus non est. Heic enim alius laborat, et alius fruitur; ibi autem laborum suorum unusquisque possessor erit et multiplicem recipiet mercedem. Ad illam itaque vitam semper manentem contendamus, caducam hanc et fluxam contemnentes; ut et veras heic divitias obtineamus, et illic futuris aeternis perfruamur bonis; quae utinam cuncti consequamur, gratia et benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem et cum quo gloria est Patri cum sanctissimo Spiritu nunc et semper, et per saecula saeculorum. Amen.

μὴ τοῦτο πάλιν ἕτερον μέρος τῆς ἡλικίας, τὸ τῶν ἀνδρῶν ἕπεσιν, ἐν ᾧ τὰ τῆς οἰκονομίας ἐπείκειται· ὅτε δὲ γυνὴ καὶ γάμος καὶ παιδοποιΐα καὶ οἰκίας προσασία, καὶ πολλαὶ τῶν φροντίδων νιφάδες, τότε μάλιστα καὶ φιλαργυρία ἀνθεῖ καὶ βασκανία.

ιδ'. Ὅταν οὖν ἕκαστον μέρος τῆς ἡλικίας παρερχώμεθα μὴ ναυαγίων, πῶς ἀρκήσωμεν τῇ παρούσῃ ζωῇ; πῶς τὴ μέλλουσαν διαφευξόμεθα κόλασιν; ὅταν γὰρ ἐν μὲν τῇ πρώτῃ ἡλικίᾳ μηδὲν μανθάνωμεν ὑγιὲς, ἐν ᾗ τῇ νεότητι μὴ σωφρονήσωμεν, καὶ ἄνδρες γενόμενοι φιλαργυρίας μὴ ἀπεχώμεθα, τότε ὥσπερ εἴς τινα ἀντλίαν τὸ γῆρας ἐλθόντες, καὶ πάσαις ταῖς πάγαις ταύταις τὸ σκάφος τῆς ψυχῆς ἀσθενέστερον κατασκευάσαντες, τῶν σανίδων διαλελυμένων, ἀπαντήσομεν εἰς ἐκεῖνον τὸν λιμένα, πολὺν ἐπιφερόμενοι φορυτὸν ἀντὶ πνευματικῆς ἐμπορίας· καὶ τῷ μὲν διαβόλῳ παρέξομεν γέλωτα, θρῆνον δὲ ἡμῖν αὐτοῖς, καὶ τὰς ἀφορήτους ἐπισπασόμεθα τιμωρίας· ἵν' οὖν μὴ ταῦτα γένηται, πάντοθεν ἑαυτοὺς σφίγξαντες, καὶ πρὸς πάντα τὰ πάθη στάντες, ἐκβάλλωμεν τὴν πλούτου τὴν ἐπιθυμίαν, καὶ τὸ δεινὸν τῆς φιλαργυρίας νόσημα· ὃ καὶ τὸν προφήτην *, πλὴν μάτην ταράττεται πᾶς ἄνθρωπος ζῶν· ταραχὴ καὶ γὰρ ὄντως, ἡ περὶ τὰ τοιαῦτα σπουδὴ, ταραχὴ καὶ θόρυβος περιττὸς, ὅπερ ἐν τοῖς μοναῖς τοῖς αἰωνίοις οὐκ ἔστιν· ἐνταῦθα μὲν γὰρ ἕτερος ἐμόχθησε, καὶ ἕτερος ἀπολαύει· ἐκεῖ δὲ τὸν ἑαυτοῦ μόχθον ἕκαστος ἕξει κύριος, καὶ πολλαπλασίονα λήψεται τὴν ἀμοιβήν· πρὸς ἐκείνην τοίνυν τὴν ζωὴν, τὴν ἀεὶ διαμένουσαν ἐπειγόμεθα, καὶ ἐπικήρου ταύτης καταφρονήσαντες καὶ ῥᾳστῆς, ἵνα καὶ ἐνταῦθα πλουτήσωμεν ἀληθῶς, καὶ ἐκεῖ τῶν μελλόντων αἰωνίων ἀπολαύσωμεν ἀγαθῶν, ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ πατρὶ f. 256. b. ἡ δόξα ἅμα τῷ παναγίῳ πνεύματι νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

* Ps. XXXVIII. 12.

CODEX FINIT.

In syriaco vat. codice CXXXI. adnotabat Assemanus catalog. T. III. p. 194. *servari epistolam Theodori I. papae ad Constantinum imperatorem; quae notitia impulit me, dum varia Theodororum scripta colligerem, ut huic quoque scripto mentem intenderem. Atque haec quidem ad Constantinum epistola (vel potius Constantem II., namque haec vocabula passim in codicibus praesertim orientalibus corrumpuntur) non occurrit inter paucas Theodori papae editus; sed tamen multa cum iis habet argumenti similitudinem. Igitur eodem tempore, deque eadem ferme re nunc videmus Theodorum ad imperatorem quoque scripsisse, quemadmodum ad Paulum patriarcham atque ad episcopos qui eum consecraverant, litteras dederat. Quibus ita Sirmondus praefatur in collect. Concil. Zattae T. X. col.* 702. « *Epistola est Theodori papae ad Paulum patriarcham, qua eius synodicae* » *respondet, arguitque illum duplici de causa. Primum quidem quod ecthesis heraclianae chartam* » *publicis in locis a Pyrrho suspensam non sustulerit. Deinde quod Pyrrhi, qui patriarchatum* » *odio compulsus abdicarat, adhuc superstitis et nondum damnati, sedem occuparit. Quare syno-* » *dum coram apocrisariis suis convocari iubet, ut illius causa examinaretur. Quod ipsum etiam* » *in altera epistola scribit ad episcopos qui Paulum consecraverant.* » *Apparet ergo similitudo, ut diximus argumenti cum hac nostra ex syriaco codice sumpta; in qua tamen tanta erat aramaeae linguae vel syntaxeos corruptio, et tot vitiis sermo confusus, ut doctissimus in patria lingua Franciscus Mehasebus non nisi aegre probabilem saltem interpretationem efficeret. Prodeat itaque nunc Theodorus PP., sicut alibi in libris nostris nonnullas sparsim dedimus pontificales epistolas Iulii I, Innocentii I, Gelasii I, Felicis I, Iohannis VIII, Leonis X. Quamquam ea levissima sunt specimina litterarum pontificiarum seu decretalium, quae plurimae sunt nobis prae manibus ob continuandam magni Petri Coutantii, vita comite, nobilissimam editionem.*

CORONATO ORTHODOXO IMPERATORI CONSTANTINO

THEODORUS ROMAE PATRIARCHA.

Cod. vat. syr. 131. f. 82. b.

1. Quandoquidem Deus omnipotens, ecclesiae propriae curam gerens, divino suo consilio rerum nobis regimen tradidit, quae Pietatem vestram respiciunt, o Inclyte; atque in eo nos loco constituit, unde alacriter et absque mora ad vos scribere liceret de iis quae religionis vestrae et ecclesiae catholicae intersunt, ut communi saluti consultum sit; dicimus quidem Maiestatem vestram rescripto suo singulis apostolicis sanctisque sedibus religiosos adsignavisse rectores et immaculata fide praeditos; verumtamen in patriarchali Constantinopoleos dignitate retinuisse Iohannem illum, qui cum duplici maledictione caecaque inscitia, Heraclii et aliorum huiusmodi adhaesit erroribus. Quamobrem universa mecum catholica ecclesia postulat, vestramque pietatem exorat, o fidelis Imperator, ut in illa religionis via impensius insistatis, quam vobis Spiritus sanctus suggessit; quod agentes, coepistis iam viventi et omnituenti Deo munda libare sacrificia.

2. In primis itaque scripta illa a vobis aboleri oportet, quae damnati homines blasphemo ore dictarunt adversus orthodoxam immaculatam puramque fidem: praecipi insuper (Deus utinam vestris actibus faveat!) ut Pyrrhus Constantinopoleos patriarcha sacris canonibus obtemperet, quos tunc violavit (nempe ut in foveam morti aeternae similem caderet) cum flagitia illa non solum propria confessione comprobavit, sed quod peius est, scriptis suis ac testimonio. Atqui ait Dominus: odi sacerdotes qui imprudenter ac temere prolabuntur. Rursusque prophetae sui ore: isti, inquit, vesani cadant, et non resurgant. Denuo tandem a divino obiur-

gantur oraculo sacerdotes qui in rabidos quodammodo audacesque canes transformantur. Reapse hi malitiose nonnullis aliis persuaserunt imperitis sacerdotibus, ut confessionis libello recentem falsamque fraudem obtruderent adversus rectam catholicamque fidem; communi sacerdotum sententiae contradicentes, qui veram doctrinam praedicant, et sinceram apostolicae Sedi devotionem profitentur. Igitur placeat Maiestati vestrae iubere, ut scriptum chalcedonensi concilio adiectum, et ipsi concilio sanaeque doctrinae contrarium, quod isti muro infixum, et fidei volumini appensum proposuerunt; hoc inquam scriptum removeri mandet, et flammis etiam tradi praecipiat; cum iis cunctis capitulis, quae divinis conciliis adversantur; et ea praecipue, quae Leonis libello et chalcedonensi concilio subiuncta fuerunt. Omnia haec, Tranquillitas vestra per illam qua fulgetis inclytam fidem, annihilari abolerique iubeat. Certe ego magnopere miratus sum, nullum hactenus a Maiestate vestra editum fuisse decretum adversus harum doctrinarum falsitatem.

3. Optassem insuper a Pietate vestra illos protegi episcopos, qui nobiscum fratrem nostrum Paulum constituerunt: atque ab his vicissim confirmatum anathemate fuisse velim decretum vestrum contra stultum illum de quo in superioribus diximus; quem nedum depositum, sed religiosum dicunt, neque ulli culpae obnoxium iudicant. Verum enim vero magnum id scandalum nobis videtur, fidei scilicet discrepantia. Cur ergo de sua ecclesia pulsus fuit? Respondebit fortasse aliquis, haec et alia huiusmodi, ex odio parente nasci. At enim absit, ut hominum odia, sacerdotum iuribus noceant, aut sacerdotii vires superent (1). Vicissimque si quis episcopus a suae ecclesiae regimine iustas ob causas removeatur, aut ministerii sui exercitio privetur, nulla alia potestas hunc in pristinam dignitatem restituere poterit. Haec cum dicimus, Pauli sacerdotio patrocinari non est animus, sed idonea potius remedia occulto vulneri conferre nitimur, ne roboretur fraus, et sana adhuc membra pervadat: delendis videlicet maculis studemus, et impuritati cuilibet abluendae. Ceterum subveremur, ne forte is (Paulus) discidium serendum curaverit ac perturbationem inter episcopatus sui iuri subiectos, et adversus nos etiam concitaverit. Verumtamen orthodoxa fides spiritali munere bene olet, et paradisi fructus procreat in nobis Christi discipulis eique sacratis: quibus nulla pars imputari potest spinarum illarum aut zizaniorum, quae inimici discordiarum inter homines seminatoris fructus sunt.

Sequitur in codice illa Iohannis IV. PP. prolixa et insignis pro Honorio PP. epistola, quae quia legitur in conciliorum tomo citato X. col. 682, *idcirco a nobis omittitur. Neque tamen negligere possumus Constantini imperatoris, Heraclio geniti, responsum eidem Iohannis epistolae, in syriaco codice conservatum, sed in publicis libris adhuc, ni fallor, desideratum, quod est huiusmodi.*

EPISTOLA QUA IMPERATOR RESPONDET PATRIARCHAE (ROMANO.)

1. In Christi domini nomine accepimus Paternitatis tuae epistolam, a benedicto archidiacono Barsica (2) allatam; eamque Paternitate tua dignam comperimus, tam ob ea quae sincere significasti de puro salutari et immaculato dono, quod Apostoli orthodoxis tradiderunt; quam ob sacrorum conciliorum doctri-

(1) Theodorus in ep. ed. ad Paulum: *turbatio et odium populi episcopatus gradum nescit auferre.* Hoc adnotent canonici iuris scriptores.

(2) Corruptio vocabuli *Sericus* in *Barsica*. Sericus autem archidiaconus nominatur in priore edita Theodori epistola, et in altera Honorii ad Sergium.

nam, quae murorum instar ecclesiam circummunit: quemadmodum Paternitas tua immundis omnibus impurisque haereticis demonstravit, qui damnationi subiacent iure meritoque ipsis inflictae. Tuam porro Paternitatem laudavimus, o bone, cui placuit, nihil omnino introduci turbidum aut novitium, vel aliquid commemorari aliter aut postulari, quam a sanctis illis selectisque patribus constitutum fuit. Nos dulcem aquam, limpido de fonte manantem, qua hodie nostrarum animarum sitim extinxisti, ad salutem ebibimus; vitae inquam aquam; sicut in suo evangelio Christus dixit: ego sum aqua vivens; si quis sitit, ad me veniat, et bibet vivetque in aeternum. Atque ut nulla in loquendi modo circa has ipsas res contradictio existat, cum animarum pernicie (quam Deus avertat!); illa scilicet contradictio, in quam decessores maioresque nostri a Deo electi imperatores incurrerunt (quorum videlicet mentes communis hostis decepit, atque ab illa recta fide depulit, super illam petram aedificata, contra quam portae inferi non praevalebunt usque ad temporum consummationem) necessarium putavimus, ut in hoc magno conventu, praesente Paulo nostrae huius Constantinopoleos a Deo protectae patriarcha, epistola Paternitatis tuae cognosceretur: cuncti autem unanimi voto laetati sumus, cuncti concorditer eam suscepimus, eidemque fidem adhibuimus. Porro res huiusmodi ad domini nostri Iesu Christi gloriam honoremque perpetuum redundant. Amen.

2. De cetero, nos solida cum caritate, caelesti favente gratia, sanctae et catholicae fidei adhaeremus: fraterque tuus Paulus misit ad Paternitatem tuam, solito sacerdotii more, encyclicam dictis tuis conformem. Igitur nos cum Paternitate tua, praedictoque patriarcha, atque hoc nobili universo conventu, salutis nostrae causa adunato, cunctique occidentalium provinciarum, ac nostrarum harum, orthodoxi consensu unanimi unoque ore profitemur doctrinam huiusmodi, eique credimus; neque patimur ullam omnino novitatem colluviemque in hanc introduci. Laetetur ergo orthodoxa fides, exultet pariter catholica ecclesia, ac maiore semper pace cumuletur. Nos interim in toto imperio nostro mandamus, ne ullae in ecclesia novitates fiant, nullae non rectae opiniones sint, praeter id quod a sanctis apostolis sacrisque conciliis traditum est, et praeter id quod Paternitas tua, Pater sancte, scripsit: nec quicquam, quod ab orthodoxia expulsum fuit, sive vocabula sive capitula, admittimus.

3. Quin adeo si quid forte haud rectum, et sanctorum patrum doctrinae contrarium, vel alicuius imperatoris auctoritate, vel alio modo, superioribus annis constitutum fuit, aut paulo ante obitum felicis memoriae pii Constantini; nos Christi potestati obsequentes, et christianam publice vitam gerentes, si quid rectae fidei contrarium vel ab imperatore, ut diximus, vel irrationabili alia ratione obtrusum fuit; nos id inquam abolemus, atque ab imperio nostro proterremus, ceu abiecta zizania; districteque vetamus, nequa in his sit indulgentia: quia nihil subintroductum patimur, sed ecclesiam nostram catholicam pacifice augeri volumus, fructusque unitatis germinare, id est sodalitatem rectissimam, et in sanctae tuae Paternitatis doctrina perseverantiam. Tu pro nobis ora, cum preces Deo offers; dum et nos interim cunctis indicere festinamus, ut Deum enixe pro hoc nostro imperio deprecentur, quô sit pacificum et cuiusvis calamitatis expers. Amen.

DE SEQUENTE BIOGRAPHIA

MONITUM.

Quum in codice vaticano 1205. *occurrisset mihi vita S. Bartholomaei iunioris, qui fuit S. Nili aeque iunioris discipulus, et in proximo nobis tusculano Cryptoferratae Basilianorum monasterio post illum quartus abbas, abiitque ad Deum anno Christi* 1065, *dolebam equidem tanti viri historiam, originali Graecorum et eius monasterii lingua scriptam, auctore ut merito creditur Luca septimo abbate, qui viginti annis post Bartholomaeum obiit; dolebam, inquam, nondum esse graece vulgatam, nec quasi comitem, ut oportuerat, datam illi Nili iunioris, quam Caryophilus graece et latine Romae anno* 1624. *vulgavit. Utique Iacobus Sciommarus, perdoctus Cryptoferratae monachus, egregium anno* 1728. *edidit vulgari Italorum sermone volumen; in quo, praeter alias illius monasterii antiquitates, vitam quoque sancti Bartholomaei, ex variis codicibus documentisque collectam, lectoribus obtulit, atque optimis adnotationibus illustravit. Deerat tamen adhuc, ut dixi, graecus textus, et quidem ex biographo Luca pure depromendus, quam nos nunc spartam adornandam suscipimus. Pure, inquam, hoc scriptum dabimus; etenim Sciommarus in sua vulgari editione saepe variat, plurima addit, nonnulla omittit, prout suorum codicum aut notitiarum diversitas postulare visa est. Verumtamen quum manum operi admovissem, et graecum textum latina quoque mea interpretatione comitarer, repente ingens apparuit in vaticano codice defectus seu lacuna, in qua posterior tota biographiae pars mergebatur. Quamobrem ad monasterium me converti, ab iisque reverendissimis monachis (quorum et alio tempore humanitatem expertus fueram) partem illam quae deerat in codice vat. facile impetravi: atque ita demum, in huius voluminis mei calce, quod Graecorum scriptis redundat, divi istius historiam collocavi.*

In alio vat. codice 1989, *saeculi ferme XII, olim Cryptoferratae, graecum quoque ineditum inveniebam panegyricum de s. Bartholomaeo dictum ab anonymo monacho, divi coaevo ac familiari, ut apparet ex cap.* 7. *et seqq. et quidem coram abbate Bartholomaei primario discipulo. Quamobrem Sciommarum in praedicto opere p.* 49. *de alio prorsus panegyrico loqui existimo, cuius auctorem dicit Pancratium Cryptoferratae praepositum, qui circa medium saeculum XIII. vixit, id est ducentis fere post Bartholomaeum annis; et quidem in eo totam divi relatam fuisse ex ordine vitam; id quod in nostro non agnoscitur.*

Denique in eodem codice 1989. *f.* 194. *b. legebam etiam sancti Phantini historiam cum viginti eiusdem miraculis; cuius divi tamquam contemporalis saepe mentio fit in vita Nili iunioris. Auctor Petrus episcopus occidentalis* (δυτικός.) *Verumtamen cum eam vitam latine editam inter Sanctos siculos ab Octavio Caietano T. I. p.* 552. *comperissem, paratam lucubrationem meam sponte dimisi. Rectissime vero Caietanus in adnotationibus p.* 137. *observat duos fuisse Phantinos, syracusanum unum longe antiquiorem; alterum iuniorem calabrum (ss. Nilo etiam ac Bartholomaeo contemporalem.) Huius videlicet, non illius antiqui, historiam scripsit Petrus occidentalis episcopus, id est Taurianae urbis in Calabria, ut idem Caietanus probabiliter adfirmat. Titulus initiumque operis est.* Πέτρου ἐπισκόπου δυτικοῦ εἰς τὸν βίον καὶ εἰς θαύματα τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου θεράποντος τοῦ Φαντίνου. Μυστήριον βασιλέως κρύπτειν, καλόν· τὰ δὲ ἔργα τοῦ θεοῦ ἀναγγέλλειν ἔνδοξον *etc.* Οὗτος τοίνυν ἀσίδιμος τοῦ θεοῦ θεράπων Φαντῖνος *etc.* οἰκέτης μὲν ὑπῆρχε πολιτευομένου τινὸς Βαλσαμίου τοὔνομα· δι' εὐφυΐαν δὲ φύσεως, μᾶλλον δὲ διὰ τὴν δοθεῖσαν αὐτῷ παρὰ τῆς προγνωστικῆς τοῦ θεοῦ δυνάμεως θείου φωτὸς ἔλλαμψιν, εἰς εὐσέβειαν καὶ ἄκραν φιλοθεΐαν ἐλκυσθείς *etc. Sed ad Bartholomaei nostri biographiam progrediamur, qui diversus est ab alio Bartholomaeo, monasterii s. Salvatoris apud Messanam fundatore, cuius historiam refert idem Caietanus op. cit. T. II. p.* 136.

ΒΙΟΣ ΚΑΙ ΠΟΛΙΤΕΙΑ ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΒΑΡΘΟΛΟΜΑΙΟΥ ΤΟΥ ΝΕΟΥ ΤΗΣ ΚΡΥΠΤΟΦΕΡΡΗΣ.

SANCTI PATRIS NOSTRI

BARTHOLOMAEI IUNIORIS CRYPTOFERRATENSIS

VITA ET CONVERSATIO.

Cod. vat. 1205. f. 57. a.

α'. Οὐδὲν οὕτως διεγείρειν οἶδε πρὸς μίμησιν, ὡς πατέρων μνήμη εἰλικρινῶς ἐκδιηγεμένη, φιλοπόνως τε ἀναθεωρεμένη, καὶ ἀκοαῖς εὐγνωμόνων τέκνων παραπεμπομένη· ζήλου γάρ τι κέντρον ἐν τῶν ἀκουόντων ψυχαῖς ἐνιεῖσα, διαθερμαίνει πρὸς ἔρωτα, καὶ διεγείρει πρὸς μίμησιν, καὶ πρὸς τὸν ἴσον ἀγῶνα παρακαλεῖ, καὶ μάλιστα τῶν ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς γενεᾷ δίκην φωστήρων διαλαμψάντων, καὶ τῇ τῶν ἐναρέτων ἔργων λαμπρότητι πρὸς τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἐκκαλουμένων· διὰ τοῦτο καὶ γραφῇ παραδιδόναι, καὶ τὸν δι' ἔτους τιμᾶσθαι ταύταις πομπαῖς τε καὶ πανηγύρεσιν, οὐ τῶν τυχόντων ἔργον καὶ σπούδασμα, ἀλλὰ καὶ τὸν λίαν δικαιοτάτων ἂν εἴη· εἰ γὰρ οἱ ἐκ σαρκὸς καὶ φθορᾶς γεγονημένοι, ἐπ' ἄν τι γενναῖον περὶ τῶν ἑαυτῶν προγόνων ἀκούωσιν, ἡδύνονται μὲν ἀκούοντες, καὶ οὔτε ῥᾳδίως ὑποχωρεῖν ἀνέχονται, ἀλλ' ὅλον τὸν νοῦν πρὸς τὰ λεγόμενα ἐλκύσαντες, τὴν ἐκείνων ἀνδρείαν καὶ τὰ τρόπαια μιμεῖσθαι σπουδάζουσι· πόσῳ γε μᾶλλον οἱ πνευματικῶς ἀναγεννηθέντες, προσθήκην τὲ τῆς κατὰ θεὸν ἡλικίας καθ' ἑκάστην δεχόμενοι, καὶ εἰς μέτρον τὸν τοῦ Χριστοῦ ἡλικίας φθάσαν ἐλπίζοντες, μὴ οὐχὶ καὶ τὴν αὐτῶν πολιτείαν, καὶ ἀκραιφνῆ τε βίον, καὶ τὰ κατορθώματα ἡδέως τε ἀκούσωσιν, καὶ φιλοπονώτερον διερευνῶσιν, ἵνα ἀνεξάλειπτον τὸν τούτων μνήμην ἐν ταῖς καρδίαις περιφέροντες, καὶ τοῖς ἐκείνων ἴχνεσιν ἀκολουθοῦντες, τὸν αὐτῶν αὐτοῖς τύχωσι στεφάνων τε καὶ γέρων;

1. Nihil adeo excitare solet ad imitationem, ut patrum memoria pure narrata, et studiose considerata, et auribus proborum filiorum tradita. Etenim aemulationis stimulum audientium animabus subiiciens, ad amorem accendit, excitat ad imitationem, et ad par certamen invitat; praesertim si de iis agitur qui aetate nostra luminarium instar splenduerunt, quique virtutum suarum fulgore ad eandem viam terendam nos evocant. Propterea scriptis quoque res illas tradere, et annuis hisce pompis ac panegyricis honorare, haud est indifferens hercle opus vel studium, sed apprime iustissimum. Nam si homines de carnis corruptela geniti, quotiescumque nobile aliquod maiorum suorum facinus audiunt, laetantur eo acroamate, neque facile se loco dimoveri patiuntur; sed tota mente dictis intendentes, illorum fortitudinem ac victorias imitari nituntur; quanto magis homines spiritaliter regenerati, et aetatis staturaeque secundum Deum incrementum quotidie accipientes, et ad mensuram aetatis Christi pervenire sperantes, non et illorum conversationem, et accuratam vitam, resque bene gestas, cum voluptate audiant, et studiosius scrutentur, ut indelebilem horum memoriam in suis cordibus circumferentes, et eorumdem vestigia sequentes, easdem ac illi coronas ac praemia consequantur?

β'. Ἐφ' ᾧ καὶ ἐπαπορεῖν δικαίως ἔστιν, εἴπερ ἐκεῖνοι τὰ τῶν αὐτῶν ἡρώων ἀριστεύμα-

2. Quamobrem merito quaeri potest, cur illi heroum suorum praeclara facino-

ra, multa cum sedulitate scripserint, tantamque curam adhibuerint, quominus quicquam ab iis gestum lateret, quamquam nihil boni in humanam vitam intulissent; nostrorum autem heroum splendida adeo, pretiosa, magna atque admirabilia, multamque cum utilitate claritatem habentia, nos in oblivionis gurgitibus obrui sinamus, et temporum transcursu obrui. Et quamvis revera ipsi, cum nomina sua in vitae libro scribenda curaverint, laudatione nostra non indigent; nos tamen multis huiusmodi exemplaribus egemus, qui carne in hoc mundo gravati sumus, et ab incorporeis hostibus indesinenter oppugnamur. Illi enim caelestia praesentibus anteponentes, et supernae civitatis heredes fieri cupientes, ac regali Dei throno praesentari, et incorruptibili luce collustrari, caduca et fluxa omnino neglexerunt, et nullam prorsus carnis curam egerunt. Quamobrem apud homines quoque laudati, admirabiles, et venerandi evaserunt, Deoque cari, atque angelorum sorte gloriaque digne potiti sunt.

3. Quorum unus est divus parens noster Bartholomaeus, tantoque admirabilior, quia non in propria eiusdemque linguae gente, sed in extranea et alieni oris regione (quod non est modicum ad laudes eius momentum) tantopere virtute effulsit, ut in ipso omnia praecepta dominica completa sint. Splenduit quippe lux eius non in Italia tantummodo, sed in qualibet finitimorum regione ac urbe; fuitque lucerna haud sub modio sed super candelabrum posita; lucernarium inquam lumen mundo praelucens: civitas haud occulta et abscondita, sed super montem fundata, ac virtutum fulgoribus radians. Sal fuit haud foras eiectum, sed studiose quaesitum, et suaviter manducatum, atque amaritudinem omnem et nauseam ab animabus expellens. Ideo et eximie amabilis et mirus clarusque non proximis tan-

τα μὴ πολλῆς συνεγράψαντο σπουδῆς, καὶ τοσαύτην ἀκρίβειαν εἰσηνέγκαντο, ὥστε μηδὲν τῆς ἐκείνων δραλαθεῖν, καί τοι μηδὲν ἀγαθὸν τῷ τῶν ἀνθρώπων βίῳ συνεισφερόντων· τὰ δὲ τῶν καθ' ἡμᾶς ἡρώων οὕτω τε ὄντα λαμπρὰ, οὕτω τίμια, οὕτω μεγάλα καὶ θαυμαστὰ, καὶ πολλὴν μὴ δ' ὠφελείας ἔχοντα καὶ τὴν λαμπρότητα, ἐῶμεν τοῖς δ' λήθης βυθοῖς ἀμαυροῦσθαι, καὶ τῇ χρονίᾳ παδρομῇ κατακαλύπτεσθαι· εἰ γὲ ὡς ἀληθῶς οἱ τὰ ἑαυτῶν ὀνόματα ἐν βίβλῳ ζωῆς ἔσπευσαν γραφῆναι, δ' παρ' ἡμῶν εὐφημίας οὐκ ἐπιδέονται, ἀλλ' ἡμῖν γε πολλῶν δέῃ τῶν παραδειγμάτων, τῷ βίῳ καὶ τῷ σαρκίῳ βαρυμένοις, καὶ ὑπὸ τῆς ἀσάρκων ἐχθρῶν ἀδιαλείπτως πολεμουμένοις· ἐκεῖνοι γὲ τὰ ἐκεῖσε τῆς ἐν χερσὶ προτιμήσαντες, δ' τε ἄνω πόλεως κληρονόμοι γενέσθαι ἐπιθυμήσαντες, καὶ αὐτῷ παρεστάναι τῷ θρόνῳ τῷ βασιλικῷ, καὶ τῷ ἀκηράτῳ φωτὶ ἐλλάμπεσθαι, τῶν φθαρτῶν καὶ παρερχομένων τυγείως ἠλόγησαν, καὶ δ' σαρκὸς πρόνοιαν οὐδ' ὅλως ἐποιήσαντο· διὸ καὶ ἀνθρώποις ἐπαινετοὶ θαυμαστοί τε καὶ αἰδέσιμοι ἀνεδείχθησαν, καὶ θεῷ ἐπέραστοι, καὶ δ' ἀγγέλων κληρουχίας τε καὶ δόξης ἐπαξίως ἔτυχον.

γ'. Ὧν εἷς ὑπάρχει καὶ ὁ θεσπέσιος πατὴρ ἡμῶν Βαρθολομαῖος, καὶ τοσοῦτον θαυμασιώτερος, ὅτι οὐκ ἐν τῇ ἰδίᾳ, οὔτ' ἐφ' ὁμογλώσσοις, ἀλλ' ἐν ἑτερογλώσσοις καὶ ξένῃ γαίῃ (οὐδὲ γὰρ τοῦτο μικρὸν εἰς ἐγκωμίου μέρος) τοσοῦτον τῇ ἀρετῇ ἐξέλαμψεν, ὥστε ἐπ' αὐτῷ πληρωθῆναι πάντα τὰ δεσποτικὰ παραγγέλματα· * ἔλαμψε γὲ τὸ ἐν αὐτῷ φῶς οὐ μόνον ἐν τῇ Ἰταλίᾳ, ἀλλ' ἐν πάσῃ τῇ πλησιαζούσῃ χώρᾳ τε καὶ πόλει· λύχνος τε ἐγένετο οὐχ ὑπὸ τὸ μόδιον ἀλλ' ἐπὶ τὴν λυχνίαν τεθείς, καὶ τὸ λυχνιαῖον φῶς καταπυρσεῦσαν τῇ οἰκουμένῃ, καὶ πόλις οὐ κεκρυμμένη καὶ λανθάνουσα, ἀλλ' ἐπάνω ὄρους κειμένη, καὶ τῶν λαμπηδόσι τῶν ἀρετῶν ἀπαστράπτουσα· ἅλας τε ἐγένετο οὐκ ἔξω ῥιπτόμενον, ἀλλὰ μὴ σπουδῆς ζητούμενον, καὶ ἡδέως ἐσθιόμενον, καὶ πᾶσαν πικρίαν καὶ ἀκηδίαν ἐκ τῶν ψυχῶν ἀποδιώκον· διὸ καὶ ἐπέραστος καὶ θαυμαστὸς γέγονε

* Matth. V. 16.

f. 57. b.

f. 58. a.

καὶ διάδηλος, οὐ μόνον ἐν τῇ ϖϱοίκῳ, ἀλλὰ καὶ πᾶσιν ἄρχουσι καὶ πρίγκιψι καὶ βασιλεῦσιν αὐτοῖς· τῷ ὄντι τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησίας τότε ἐφεδρεύοντι, καὶ τὸ ἀποστολικοῦ θρόνου θεῖον οἴακας ἐπειλημμένῳ ἀρχιερεῖ, καὶ λίαν ἦν ἐπιπόθητος, καὶ τῶν αὐτοῦ γλώσσης ἐξήρτητο, καὶ πάντα τὰ παρ' αὐτοῦ λεγόμενα ἡδέως ἤκουέ τε καὶ διεπράττετο· ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐν ἰδίῳ καιρῷ λεκτέον· βαδιείτω ὃ νῦν ὁ λόγος ἐπὶ τὰ καιριώτερα.

f. 58. a. δ'. Οὗτος ἔφυ μὲν τῶν Καλαβρῶν γῆς· εὐσεβῶν δὲ γονέων τυχὼν, ἐξ ἁπαλῶν ὀνύχων ἐν μοναστηρίῳ δίδοται· τὴν ἀρετὴν δὲ συμβιώτιδα προαγόμενος, ἐν παιδικῷ φρυάγματι πολιὸν ἐπεδείκνυτο φρόνημα· οὐ γὰρ παιδιαῖς ἦν σχολάζων καὶ ἀθύρμασιν, οὐδὲ τώθοις, καὶ δρόμοις καὶ ἅλμασιν, οἷς τὰ πολλὰ ἡ νεότης φιλεῖ τέρπεσθαι, ἀλλὰ προσευχῇ προκείμενος καὶ ἀναγνώσμασι, θεοσεβείᾳ τε ἐξασκούμενος, καὶ ἀρετῆς σπεύδων εἰς τὸ ἀκρότατον· πάντων δὲ τῶν αὐτῷ κατορθωμένων νηστεία ἦν τὸ ἐξαίρετον, ἣν καὶ μέχρις ἐσχάτης ἀναπνοῆς τηρῆσαι ἐσπούδασε· τότε δὲ παῖς κομιδῇ ὑπάρχων, ἐν τῇ πλησιαζούσῃ κώμῃ παρὰ τῶν ἐν τῇ μονῇ τὰ πρῶτα φερόντων ἐστέλλετο· ἐστέλλετο μὲν οὖν ὡς παῖς χρείας τῇ μονῇ γινομένης· ἐσθίοντας δὲ πολλάκις θεῖον ἐκεῖσε συμβατυγχάνων, καὶ σπουσθέναι αὐτοῖς παρακαλούμενος, οὐκ ἠνείχετο, εὐπρεπεῖ ἀπολογίᾳ τὴν παράκλησιν ἀποκρουόμενος· βεβρωκὼς γὰρ ἐν τῇ μονῇ λέγων, ἐμπεφορημένος εἰμί· οὕτω τούτους ἀποκρουόμενος, νηστεύων ἐν τῇ μονῇ ἀνεστρέφετο· κἀκεῖ δὴ πάλιν ὑπὸ τῶν μοναχῶν εἰς ἄριστον καλούμενος, τὰ ὅμοια δρῶν, τὸ τῆς νηστείας καλὸν ἀμείωτον διετήρει.

f. 58. b. ε'. Οὕτως οὖν αὐτοῦ ἐν τῇ τοιαύτῃ μονῇ ἄριστα ἐκπαιδευομένου, ἡ τοῦ μακαριωτάτου Νείλου φήμη, ὡς ἄγγελος θεοῦ πανταχῆ διαθέουσα, πάντας θεῖον ἀρετὴν μεταδιώκοντας πρὸς ἑαυτὸν μετεκαλεῖτο· Νεῖλον δὲ λέγω τὸν νέον, ἐκ Καλαβρίας μὲν αὐτὸν ὡρμημένον, δι' ἔρωτα δὲ ἡσυχίας, πάλαι ἐνεγκαμένῃ καταλιπόντα, καὶ τόπους ἐκ τόπων ἀναλαβόντα, τὴν Ἰταλίαν κατα-

tum regionibus, sed et proceribus cunctis, principibus, regibusque ipsis fuit. Romanae item ecclesiae tunc praesuli, id est apostolicae sedis gubernacula tenenti pontifici, valde carus erat; qui et ab huius ore pendebat, cunctaque ab eodem dicta libenter audiebat et exsequebatur. Verum haec proprio in tempore dicentur. Nunc ad ea quae tempestiviora sunt, sermo noster pergat.

4. Hic ergo natus est in Calabrorum regione; et pios parentes sortitus, ab his monasterio iam inde a teneris unguiculis traditur: qui virtute vitae suae comite adsumpta, in puerili vigore senilem mentem prae se ferebat. Non enim iocis et lusibus, risibusque, et cursibus aut saltationibus, quibus plerumque iuventus oblectari solet, sed orationi deditus erat et lectionibus ac pietatis exercitio, et virtutis studio summopere. Inter omnia autem bona eius opera ieiunium eminebat, quod ad extremum usque spiritum observandum curavit. Per illud vero tempus cum adhuc admodum puer esset, a monasterii praefectis ad vicinum pagum mittebatur, ceu puer famulus videlicet propter monasterii necessitates. Ibi cum saepe prandentes deprehenderet, et ut secum pranderet invitaretur, non assentiebatur, credibili excusatione invitationem declinans: esca enim, aiebat, in monasterio praesumpta, satur sum. Sic illis repulsis, ieiunus ad monasterium redibat: ibique rursus a monachis ad prandium vocatus, pari astu, ieiunii bonum servabat incolume.

5. Cum is igitur in hoc monasterio ita egregie institutus esset, beatissimi Nili fama, ceu quidam Dei nuncius, quaque-versus discurrens, cunctos virtutis studiosos ad illum convocabat. Nilum dico iuniorem, Calabria oriundum, qui solitudinis amore patriam dereliquerat, variisque mutatis sedibus, in Italiam advenerat: gloriam scilicet, tamquam virtutis im-

pedimentum, fugiens desertioribus locis semet abdebat. Sed quia iuxta Domini oraculum, non potest civitas abscondi super montem posita, ne illic quidem latuit; tubâque acutius virtutum eius fama resonans, manifestum hominem faciebat. Propterea in Campaniae quoque partibus monasterio constituto, sexaginta circiter monachi ad ipsum confluxerunt, quos inter hic etiam, cuius historiam scribimus, Deo carus adolescens Bartholomaeus. Rursus ergo monastica vita, et priorum laborum atque sudorum repetitio, denuo inquam Deo gratus iuvenis superioribus exercitiis semet impendebat. Nam et cum aliquando lectio fieret, et omnes dormitarent, unus hic cum patre vigil perseverabat, de difficilioribus scripturae locis interrogans, eosque sibi a magno illo enucleari postulans: quod pater admirans, ceterorum ignaviam increpabat, qui se somno tantopere vinci sinebant, nec cum iuvenculo vigilare volebant, neque eius strenuitatem et ad bonum alacritatem adpetere.

6. Quid vero postea? Oportebat magnum quoque patrem nostrum Nilum corpore solutum diuturnorum laborum fructum percipere, atque ad meliorem vitam migrantem, incorruptibili immortalitate frui. Quod et contigit; namque in bona senectute vitam absolvit, atque ad dilectum sibi Dominum transiit. Proinde post hunc, ex iis qui fratrum regimini successerunt, tertius eum gradum occupavit admirabilis Bartholomaeus, haud ipse equidem dominatum expetens, sed a dominatu potius expetitus, multoque magis a religioso conventu, quamquam immaturae adhuc aetatis, coactus. Iam huic officio semet addicens, suae tamen humilitatis atque modestiae specimen edidit, dum haud solus illius coetus regimen voluit suscipere, sed alterum prudentia et sagacitate pollentem sibi dari praefecturae socium postulavit: quam-

λαβεῖν· πῶ γὰρ τῷ ἀνθρώπων δόξαν ὡς ἀρετῆς ἐμπόδιον φεύγων, τοῖς ἐρημικωτέροις ἑαυτὸν ἐξεδίδω· ἀλλ' ἐπεὶ κῇ πῶ τῦ κυρίου φωνὴν οὐ δύναται πόλις κρυβῆναι ἐπάνω ὄρους κειμένη, οὐ μενῶν οὐδὲ διελάνθανε· τορώτερον ᾖ σάλπιγγος ἡ τ' τούτω ἀρετῶν φήμη ἠχοῦσα κατάδηλον τ' ἄνδρα ἐποίῃ. Τοιγάρτοι κῇ ἐν τοῖς Καμπανίας μέρεσι μοναστήριον αὐτοῦ συστησαμένω, ἀφίκοντο πρὸς αὐτὸν μοναχοὶ περὶ ὧν ἐξήκοντα· μθ' ὧν κῇ ὁ νῦν ἡμῖν εἰς διήγησιν πρόκειμενος θεάρεστος παῖς Βαρθολομαῖος· πάλιν οὖν κῇ ἐνταῦθα μοναστήριον, κῇ τῇ προτέρων κόπων κῇ ἱδρώτων ἐπανάληψις, κῇ πάλιν ὁ τῷ θεῷ κεχαρισμένος νεανίας τοῖς προτέροις ἐπεκτείνεσθ ἔσπευδεν· ὡς καί ποτε ἀναγνώσεως γινομένης, ℭ πάντων ἀφυπνωσάντων, μόνον τοῦτον μεῖναι μθ' τ' πατρὸς ἐρηγορεῦντα, τὰ δυσχερῆ τε τ' γραφῆς ἐπιζητοῦντα, κῇ παρὰ τ' μείζονα ἐπιλυόμενα· ὥστε τ' πατέρα θαυμάσαντα, ἐκείνοις μὲν προσονειδίσαι τὰ τ' ῥᾳθυμίας, ἅτε τῷ ὕπνῳ δεινῶς ἡττηθεῖσι, κῇ μηδὲ ἴσα μειρακίῳ νήφειν ἐθέλουσιν, αὐτοῦ ᾗ τ' σπουδὴν κῇ τ' περὶ τὰ καλὰ προθυμίαν ἀποδέξασθαι.

ϛ'. Τί οὖν ἐντεῦθεν; ἔδῃ καὶ ⓝ μέγαν πατέρα ἡμῶν Νεῖλον τ' μακρῶν πόνων λυθέντα τὰς ἐπικαρπίας κομίσασθαι, καὶ πρὸς τῷ ἀμείνω ζωὴν μεταχωρήσαντα, τῆς ἀκηράτου ἐντρυφᾶν ἀϊδιότητι· ὅπερ καὶ γέγονεν· ἐν γήρᾳ γὰρ καλῷ καταλύει τ' βίον, κῇ πρὸς ὃν ἠγάπησε κύριον ἐκδημεῖ· ὃ διό τε μετὰ τοῦτον, τῷ τῇ ἀδελφῶν ἡγεμονίαν διαδεξαμένων, τρίτῳ ὁ θαυμάσιος Βαρθολομαῖος τῷ ἀρχὴν καὶ τῷ ἡγεμονίαν διαδέχεται· οὐ διώξας τῷ ἀρχήν, ἀλλ' ὑπὸ τῆς ἀρχῆς διωχθεὶς, καὶ πολλῷ μᾶλλον ὑπὸ τῆς κατὰ θεὸν σωφροσύνης βιαζόμενος, καί τοι ἀτελὴς τῇ ἡλικίᾳ. Καὶ πρὸς τοιαύτην ἐγχείρησιν ἀποδέων, ὅμως κἀντεῦθεν τὸ ταπεινὸν δεικνύων καὶ μέτριον, οὐ μόνος τοιοῦτος συστήματος ἡγεῖσθαι κατέδεξατο, ἕνα ᾗ τούτων σωέσῃ τε καὶ ἀγχινοίᾳ διαφέροντα εἰς ἐπιστασίαν συμπαραλαβεῖν ἐξητήσατο· εἰ καὶ ὁ f. 59. a.

φθόνῳ ἐπὶ πολὺ τοῦτο παρεκτείναθαι οὐκ εἴασεν.

ζ'. Ἐπεὶ ἦ ἐπὶ τῆ λυχνίᾳ τὸ φῶς ἐτέθη, καὶ φαίνειν καλῶς παρεσκεύάσθη, τί δεῖ καὶ λέγειν, οἷος μὲν ἦν τοῖς ὑπ' αὐτοῦ ποιμαινομένοις ποθεινότατος; οἷος ἦ τοῖς ξένοις εὐπρόσιτος, ἀξιοθαύμαστος τοῖς πόρρω, τοῖς πλησίον ἐπέραστος, ἡδὺς τῷ λόγῳ, σοφὸς ἐν γνώσει, καὶ περὶ τὰ τῶν ἀσμάτων ποίησιν ἄκρως πονούμενος; μάρτυρούσι γὰρ αὐτοῦ τὰ πάνσοφα μελῳδήματα, ἃ πρός τε αὐτὴν πάλαι ὑπεράγαντον τοῦ θεοῦ λόγου μητέρα, καὶ πρὸς τοὺς λοιποὺς ἁγίους ἐξέθετο, πάσης γέμοντας γνώσεως καὶ εὐαρμοστίας· καὶ τὸ δὴ θαυμασιώτατον, ὅτι καὶ τοῖς φροντίσι τῆδε ἐν χερσὶ σχολάζων ἦν καὶ κηδόμενος· οὕτως οὖν αὐτῷ σοφῶς τε καὶ πνευματικῶς τὰ τῆς ἀρχῆς διακυβερνῶντι, καὶ τοῦ μονῆς εἰς ἐπίδοσιν ἰόντων, καὶ πλῆθος συνεθροίζετο μοναχῶν· καὶ τοσοῦτον αὐτῷ ἡ τοῦ θεοῦ χάρις συνεργοῦσα ἦν, καὶ τὰ κατὰ γνώμην εὐοδοῦσα, ὡς ἐν ἀλλοδαπῇ γῇ ναὸν ἐπ' ὀνόματι τῆς τοῦ θεοῦ μητρὸς ἀνεγεῖραι μέγιστόν τε καὶ περικαλλῆ· τοῦτον δὴ λέγω τὸ παρὰ πᾶσι ξένοις τε καὶ αὐτόχθοσιν ὁρώμενον, καὶ ἐν ᾧ τὰς πρὸς θεὸν δοξολογίας ποιεῖν παρειλήφαμεν, εἰκόσι τε τοῦτον κατακοσμῆσαι, καὶ ἱεροῖς σκεύεσι καὶ πέπλοις πολυτίμοις καὶ τερπνοῖς.

f. 59. b. η'. Ἀλλὰ τὸ κατὰ τὴν οἰκοδομὴν γεγονὸς θαῦμα, οὐκ ἄκαιρον γραφῇ παραδοῦναι· οἷος γὰρ ὑπῆρχεν ὁ μακάριος, τοιούτοις δήπου καὶ ὑπηκόοις ἐχρητο· τοῦτον δὴ τὸν ναὸν κίοσι (1) στηρίζεσθαι ὁ πανόσιος ἐβουλήθη· ἑνὸς δὲ τούτων ἐν ὑψηλῷ τόπῳ ὑπάρχοντος, οἱ τοῦτον μετακομίσαι ἐπιτεταγμένοι, ἐπὶ τὸ κατάντες ἐλκύσαντες, ἄνευ χειρῶν κατελθεῖν παρεσκεύασαν· τοῦ δὲ μετὰ σφοδροῦ τοῦ πνεύματος κατερχομένου, εἷς τῆς μονῆς μοναχῶν, τὴν τοῦ λίθου ἀγνοῶν κάθοδον, ἐν τῇ ὁδῷ τοῦ λίθου ἵστατο,

quam invidia haud diu hunc in eo gradu permanere sivit.

7. Postquam itaque super candelabrum lumen positum fuit, et ad bene relucendum comparatum, quid dicere opus est, quam esset subditis suis pergratus, quam extraneis affabilis, quanta in admiratione longinquis, quam proximis carus, sermone dulcis, mente sapiens, et quam etiam canticorum compositioni summopere deditus? Testes sunt scitissimi hymni, quos de ipsa purissima Dei Verbi matre ceterisque sanctis edidit, omnimodis sententiis harmoniaque pleni. Quodque mirabilius est, manuum quoque laboribus curam impendebat. Sic igitur sapienter illo ac spiritaliter regimen administrante, et monasterii rebus in melius proficientibus, monachorum numerus augebatur: tantumque eum Dei gratia adiuvit, et consiliis eiusdem favit, ut in peregrina sibi regione templum Deiparae nomini dicatum excitaverit maximum et pulcherrimum. De hoc, inquam, loquor, quod omnes peregrini et indigenae vident, in quo divinam psalmodiam peragendam suscepimus. Idem etiam pictis tabulis exornavit, et sacris vasis, et venustis pretiosisque vestibus instruxit.

8. Sed enim miraculum quoque, quod inter aedificandum accidit, scripto commendare intempestivum non sit. Nam qualis ipse erat beatus hic, talibus nimirum et subditis utebatur. Templum hoc vir sanctissimus columnis sustentare volebat. Horum una in altiore loco cum esset, hi quibus illius transferendae cura commissa erat, in arduum declivemque situm pertractam, sine manuum opera per se praecipitem ire siverunt: quae dum magno impetu rueret, monachus de conventu quidam, lapidis descensum ignorans, in ipso

(1) Sumptas fuisse has columnas ex villa tusculana Ciceronis, recte admonet Sciommarus in not. 23, quam villam in loco praesentis monasterii fuisse, docet idem in not. 33; luculentius autem P. Basilius Cardonius in disceptatione de argumento hoc. Aliam Ciceronis villam, in qua ipse natum se dicit, occupant trappenses monachi asceterii S. Dominici prope urbem Soram ad Fibrenum (Cic. de leg. II. 1. et 3.)

lapidis calle consistebat, aliud spectans et agens, et omnino rei quae agebatur ignarus. Cumque ii qui lapidem illuc elevaverant, hunc cernerent recta ruentem, monachum autem aversa facie stantem, neque interim in alterutrum latus cursum lapidis detorqueri, clamoribus monachum ut lapidis incursum vitaret, admonebant. Tum ille tranquille conversus, et columnam ruentem spectans, sta inquit: statimque inanimis lapis, tamquam monachi verbo impeditus, cursum suum motumque inhibuit. Atque hoc tale tantumque et mirabilissimum prodigium ita se habuit.

9. Sed et aliud haud minoris momenti accidit. Prope templum murus erat luto saxisque compactus; cuius sub umbra beatus idem monachus lectulo suo collocato brevem corpori quietem concedebat. Verum hic murus, sive antiqui hostis diaboli malitia, sive casu ut plerumque fieri solet, dormienti illic proxime monacho insidiosus futurus erat. Nam quadam nocte repente humi deiectus apparuit. Sed o peramantem Dei tutelam, et paratissimum erga famulos suos auxilium! Ecce enim murum in eo loco prostratum cernere erat, ubi monachi lectulus fuerat; ipse autem monachus in suo grabato dormiebat, totiusque rei eventurae ignarus, alio in loco incolumis servabatur. Deinceps et reliqua narrabimus.

10. Nunc tamen illuc redeundum est, unde discessimus; et de divo patre nostro resumentes historiam, quomodo scilicet eum virtus cunctis venerabilem fecerit, ut supra diximus, perspicue demonstrandum. Qui apostolicae sedi tunc temporis praeerat, iuvenili aetate cum esset, volu-

ἄλλο θεωρῶν, καὶ τὸ πραττόμενον παντελῶς ἀγνοῶν· ὡς ὁ οἱ λίθον μετεωρίσαντες, αὐτὸν μὲν εὐθυβόλως κατερχόμενον ἔβλεπον, τὸ μοναχὸν δὲ μηδ' ὅλως ἐπιστρεφόμενον, μήτε πῃ ἐπὶ θάτερα τοῦ ὁδοῦ λίθον ἐγκλίναντα, βοαῖς πρὸς αὐτὸν ἐκέχρηντο τῆς τοῦ λίθου καθόδου ἐκχωρεῖν προτρεπόμενοι· ὁ δὲ ῥῆμα ἐπιστραφεὶς, καὶ τὸ κίονα κατερχόμενον ἰδὼν, στῆθι (1) ἔφη· καὶ παρευθὺς ὁ ἄψυχος λίθος τῷ ῥήματι τοῦ μοναχοῦ ὥσπερ πεδηθεὶς ἵστατο τοῦ φορᾶς καὶ τοῦ κινήματος· καὶ τοῦτο μὲν τοιοῦτον, καὶ οὕτως ἔχον θαυμασιώτατον (2).

β'. Ἕτερον δὲ τούτου οὐκ ἔλαττον· ἦν γὰρ τοῦ ναοῦ τοῖχος ὑπῆρχεν ἐκ πηλοῦ καὶ λίθων τε δόμησιν ἔχων· οὗ τινος ὑπὸ τὴν σκιὰν ὁ μακάριος οὗτος μοναχὸς τὸ ἑαυτοῦ σκίμποδον θεὶς, τὸ σῶμα ᾗ ὅσον μικρὸν διαπέπαυεν· ἀλλ' ὁ τοῖχος οὗτος εἴτε ἐξ ἐπιβουλῆς τοῦ ἀρχεκάκου διαβόλου, εἴτε ἐκ τοῦ συμβεβηκότος, ὡς τὰ πολλὰ συμβαίνειν εἴωθε, τῷ τούτου γείτονι μοναχῷ ἐπίβουλος γίνεσθαι ἤμελλε· μιᾶς γὰρ τῶν νυκτῶν ἄφνω κατενεχθεὶς ἐπὶ γῆς ἐρριμένος ὡρᾶτο· ἀλλ' ὦ τοῦ θεοῦ θερμῆς ἀντιλήψεως, καὶ εἰς οἷον αὐτοῦ δούλους ταχυτάτης ἐπικουρίας· ὁ μὲν τοῖχος ἐν τῷ τόπῳ, ἐν ᾧ ὁ τοῦ μοναχοῦ κράβατος, ὡρᾶτο κείμενος, ὁ δὲ μοναχὸς μὴ τοῦ κραβάτου ὑπνώττων, καὶ ὅλως τὸ πραχθησόμενον ἀγνοῶν ἐν ἑτέρῳ τόπῳ διεφυλάττετο· ἔπειτα μὲν οὖν λέξωμεν καὶ τὰ λοιπά.

ι'. Ἀλλὰ νῦν ἐπανιτέον ὅθεν ἐξέβημεν, καὶ κῦρ τὸν θεσπέσιον πατέρα ἡμῶν ἀναλαβόντες ὅπως τε αἰδέσιμον αὐτὸν τοῖς πᾶσιν ἡ ἀρετὴ πεποίηκεν, ὡς ἀνωτέρω εἰρήκαμεν, ἐναργῶς ἐπιδείξομεν· ὁ τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου τῷ τότε καιρῷ ἐφεδρεύων (3) νέος ὤν, ὡς μὴ ὤφελε καὶ τοῦ ἡδο- f. 60. a.

(1) Prodigium hoc cohibitae uno verbo tullianae columnae postulare epigramma videtur, quod ita nos subitaneum ludente calamo fundimus:

Dive, brevi lapsam cohibes quam voce columnam,
Haud Cicero immenso sisteret eloquio.

(2) Extat huius miraculi pictura, cum aliis stupendae artis ac venustatis, manu Dominici Sampierii, in insigni sacello, quod indigenae et exteri omnes invisunt, iuxta templum monasterii.

(3) Erat hic Benedictus IX. ex nobilissima gente Comitum tusculanorum, cuius pontificis sepulcrum, a gentis stemmate et pontificiis clavibus satis demonstratum, superest adhuc in templo cryptoferratensi;

ναῖς ἡττώμενος, ἀνθρωπίνῳ τῷ πταίσματι ἐγκλήματι· ὀφὲ ἢ τὸ πάθος ἀνενεγκών, καὶ τὸ ἤδη πραχθέντος λύσιν ἐπιζητῶν, τοῦτον ἔγνω μεσίτην καὶ διαλλακτήριον εὑρεῖν· διὸ καὶ εἰσκαλεῖται τὸν ἄνδρα μεθ' ὅσης ἂν εἴποις τοῦ αἰδοῦς καὶ φιλοφροσύνης γνωρίζων τοῦτο τὸ πάθος, τὴν προσήκουσαν θεραπείαν ἐπιζητεῖ· ὁ δὲ οὐ τὸ τοῦ θρόνου ὑψηλὸν ἐπτοήθη, οὐκ εἰς τὸ ὑπερέχον τοῦ ἀξίας ἔβλεψεν, οὐκ εἰς δῶρα ἀπεῖδε καὶ τιμάς, ὅπερ οἱ πολλοὶ πάσχουσι τῶν ψυχῶν ἰατροί, ἀλλὰ πρὸς τὸ τοῦ πάθους δυσίατον καιρίαν καὶ τομὴν διδοὺς αὐτῷ ἔφη· οὐκ ἐξέστί σοι ἱερουργεῖν· σχολᾶσαι δὲ μᾶλλον καὶ τὸ θεῖον ἐξιλεώσασθαι, ὃ πλημμελήσας παρώξυνας· ὁ δὲ οὐ μέλλων ἦν, οὐδ' ἀναβαλλόμενος, ἀλλὰ παρευθὺς τὸν θρόνον καταλιπὼν, ἰδιωτεύων ἐδείκνυτο· καὶ οὕτω μὲν ὁ ἀρχιερεύς.

ια'. Ὅπως δὲ καὶ τοῖς ἄρχουσι ποθεινὸς ἦν, ὁ λόγος δηλώσει. Ὁ τῆς Σαλερνοῦ πρίγκιψ τῷ τοῦ Γαΐτας ἄρχοντι τυραννικῶς ἐπιθέμενος, πολέμῳ τοῦτον εἶλε, καὶ δέσμιον ἐν τῷ Σαλερνῷ ἀπήγαγε· οἱ οὖν τῷ ἄρχοντι προσήκοντες πάντα λίθον, τὸ τοῦ λόγου, κινοῦντες πρὸς τὸ τῶν δεσμῶν καὶ τῶν τυραννικωτάτων χειρῶν ἐξελέσθαι, ἴσχυον οὐδαμῶς, καὶ δ' εἰς ἀνόνητον αὐτοῖς τὸ πᾶν ἔρρεεν, καὶ ἐπικουρία ἦν οὐδαμοῦ· τὴν ἄλλων ἀπογνόντες, ἐπὶ τὸν γαληνότατον λιμένα, τὸν ἡμέτερον λέγω καταφεύγουσι πατέρα· τοῖς ἄρχουσιν
f. 60. b. οὖν τοῖς ἐν τῷ ἄστει Τουσκουλάνης πρότερον περὶ τούτου κοινολογησάμενοι, ἐκεῖσε τὸν ὅσιον εἰσκαλοῦνται· τί μὲν οὐ λέγοντες; τί δὲ οὐ πράττοντες τὴν κάμψαι ψυχὴν δυναμένων; ἔκλαιον ἐλεεινῶς, ἠντιβόλων θερμῶς, κατησπάζοντο χεῖρας, ἐκαλινδοῦντο ποσὶ, φάσκοντες μὴ μεθῆσειν μηδὲ ἀφίσασθαι, ὅτι μηδὲν ὄφελος ἄλλοθεν ἐλπὶς λυτρώσεως τῷ ἀθλίῳ· κάμπτεται ταῖς τούτων ἱκεσίαις ὁ μὴ φέρων ψυχὴν κατώδυνον καθορᾶν· τῆς ὁδοῦ κόπον

ptatibus contra fas vincebatur, et humano prolapsu in culpam incurrerat. Sero demum passionem omittens, et actae rei absolutionem quaerens, parentem nostrum voluit habere mediatorem ac reconciliatorem. Quamobrem vocato ad se homini summo cum pudore atque fiducia vitium suum detegens, congruam medelam expostulavit. Is autem sedis excelsitatem haud veritus est, neque ad fastigium dignitatis suspexit, neque ad dona honoresve animum intendit, ut plerique animarum medici faciunt; sed aegre medicabili vulneri idoneam amputationem adhibens, ait: haud tibi fungi sacerdotio licet; sed vacare decet potius, ac Deum placare, quem peccato exasperasti. Ille autem nulla interposita mora, sedem ilico deserens, privati personam induit. Sic itaque se gessit pontifex.

11. Quod autem et principibus carus fuerit Bartholomaeus, oratio nostra demonstrabit. Salerni princeps dominum Caietae tyrannice aggrediens, belli captivum coepit, vinctumque Salernum abduxit. Ergo domini caietani propinqui, cum omnem lapidem, ut vulgo dicitur, movissent, ut hunc vinculis et tyrannicis manibus eriperent, nihil profecerunt, et cassa omnia ipsis evenerunt, nullaque auxilii spes affulgebat. Quapropter de reliquo desperantes, ad tutissimum portum, nostrum inquam parentem, confugerunt. Ergo communicato prius cum civitatis Tusculanae dominis consilio, sanctum illuc virum evocant, nihil ei non dicentes, nihil non conantes, ut eius animum flecterent: flebant miserabiliter, fervide orabant, manus osculabantur, pedibus advolvebantur, precantes ne se repelleret aut abnueret, quandoquidem nulla aliunde spes misero redemptionis erat. Flectitur illorum precibus is qui nullius animam in dolore versari patiebatur. Viae laborem suscipit,

de quo monumento extat typis impressus liber P. Gregorii Placentinii in eodem monasterio monachi, praeter ea quae scribit Sciommarus in proprio opere p. 165. seqq. Particulam hanc biographiae, ubi de Benedicto agitur, habuit ex cod. crypt. latinam factam Baronius, retulitque ad an. MXLIV. n. 4.

pergit animam pro amico ponere paratus, iuxta Domini dictum. Quid inde? Quidve Deus, glorificantes eum magis glorificare solitus, in hoc quoque negotio praestitit? Statim ac sanctum virum Salerni princeps propinquare cognovit, multis cum armigeris in eius occursum prodiit: iam enim sanctum praecognoverat, virtusque eius satis erat ipsi explorata. Benigne ergo recipit, amanter amplectitur. Verumtamen heic iucundissimae cuiusdam narrationis mihi causa oboritur; quae etsi per digressionem fiet, nihilo tamen minus mirabilis videbitur.

12. Monachus quidam prope urbem Salernum incolens, cum magnam sancti viri famam a cunctis audisset, et de ascetica eius professione, et eximia conversatione, de sui neglectu, et de inornato atque humili vivendi genere; nunc autem ita stipatum videns, et a principibus quasi satellitio circumdatum, humanum quid passus est, falsam eius famam suspicando. Neque enim homo, aiebat, in ea gloria et comitatu versans, virtutum quas audivi operator crederetur. Haec monachus animo versans, facto vespere somno se tradidit. Ecce autem huiusmodi ei somnium oblatum est. Videbatur sibi cernere mulierem pulchritudine eximia fulgentem, veste purpurea indutam, coram adstantem, eique cogitationes illas exprobrantem, dicentemque: cur tu ad eremitam meum reverenter salutandum non venisti? Ille autem visione perterritus, et ex vestimento, atque illinc manante gratia, sanctam Deiparam esse persentiens, multo cum metu ac tremore, huic respondebat: quisnam vero est, o Domina, eremita tuus? Illa ait: ipse est qui ad hanc urbem nunc venit monachus Bartholomaeus: ego enim hunc eremitam meum habeo et appello. Haec audiens monachus, et experrectus, et visionem considerans, cursim ad sanctum virum accessit, eique cogitationes illas suas revelavit, nec non visionem nar-

ἀναδλέχεται· ἀπέρχεται πρὸ ψυχὴν ὑπὲρ τοῦ φίλου θήσων, κατὰ τὸ τοῦ κυρίου φωνήν· τί οὖν τὸ ἐντεῦθεν; καὶ τί ὁ τοὺς δοξάζοντας αὐτὸν μειζόνως ἀντιδοξάζων, καὶ περὶ τούτου οἰκονομεῖ; ὡς πλησιάζειν τοῦτον ὁ πρίγκιψ ἔμαθε, μεθ' ὅπλων πολλοῦ πρὸς ὑπαντὴν αὐτοῦ ἐξελήλυθεν· ἦν γὰρ προγινώσκων ⟨Ⓜ⟩ ἅγιον, καὶ τὰ περὶ τῆς ἀρετῆς αὐτοῦ ἱκανῶς πεπληροφορημένος· δέχεται τοῦτον εὐμενῶς, καταπάζεται προσηνῶς. Ἀλλ' ἐνταῦθά μοι τὸ τῆς διηγήσεως χαριέστατον· εἰ γὰρ καὶ παρεκβατικώτερος ἡμῖν ὁ λόγος, ἀλλ' ὅμως θαυμασιώτατος.

ιβ'. Μοναχός τις πλησίον τῆς ἄσεως τῆς Σαλερνοῦ οἰκῶν, τὴν τῆς ἁγίας φήμην μεγάλην παρὰ πᾶσιν ἀκούων, περί τε τῆς ἀσκήσεως αὐτοῦ καὶ τῆς ἀκριβοῦς πολιτείας, τῆς ἀκατασκευάστου τε καὶ ἀκαλλοῦς βίου καὶ τῆς ταπεινώσεως· τότε ἢ οὕτως αὐτὸν ὀφικευόμενον ἰδὼν, καὶ ὑπὸ τῶν ἀρχόντων δορυφορούμενον, ἔπαθέ τι ἀνθρώπινον, ψευδῆ τὰ φημιζόμενα ὑποτοπάσας· οὐ γὰρ ἄν ποτε ὁ ἐν τοσαύτῃ δόξῃ καὶ δορυφορίᾳ ὢν, καὶ ἀρετῶν ὢν ἀκήκοα ἐργάτης εἶναι νομίσαιτο. Οὕτως ὁ μοναχὸς λογισμοῦ ἔχων, ἑτέρας καταλαβούσης, εἰς ὕπνον ἐζάπη· καὶ τοιαῦτά οἱ ὄνειρος αὐτῷ παρίσταται τοῖος· ἐδόκει γυναῖκα ὁρᾶν τῷ κάλλει ὑπεραστράπτουσαν, σχῆμα πορφυροῦν ἀναβεβλημένην, καὶ ἱσταμένην αὐτῷ καὶ τὰ τοῦ λογισμοῦ ὀνειδίζουσαν· καὶ τί μὴ ἀπελθὼν προσεκύνησας τῷ ἐρημίτῃ μου λέγουσαν; τοῦ δὲ πρὸς τὴν ὄψιν ἐκπλαγέντος, ὑπὸ δὲ τοῦ σχήματος καὶ τῆς ἐκεῖθεν ἐκπεμπομένης χάριτος, τὴν ἁγίαν Θεοτόκον εἶναι αἰσθόμενος, σὺν φόβῳ πολλῷ καὶ δέει πρὸς αὐτὴν ἀπεκρίνατο· καὶ τίς, ὦ δέσποινα, ὁ σὸς ἐρημίτης ὑπάρχει; ἢ δὲ πρὸς αὐτόν· ὁ νυνὶ τῇ πόλει ταύτῃ ἐπιδεδημηκὼς μοναχὸς Βαρθολομαῖος· ἐγὼ γὰρ τοῦτον ἐρημίτην καὶ ἔχω καὶ ἀποκαλῶ· οὕτως ὁ μοναχὸς ἀκούσας, ἔξυπνός τε γενόμενος, καὶ τὸ ὁραθὲν συγκρίνας, σπουδῇ πρὸς τὸν ἅγιον παραγίνεται, τά τε λογισμοῦ τε αὐτῷ ἀνακαλύπτει, καὶ τὰ τῆς ὀπτασίας ἀπαγγέλλει,

f. 61. a.

συγγνώμῃ τε αἰτήσας καὶ λαβών, οἴκαδε χαίρων ὑπέστρεφε· καὶ ὁ μὲν μοναχὸς τῇ ἐπισασίᾳ τ᾽ ἁγίας Θεοτόκου πληροφορηθεὶς τῇ πρὸς τὸν ἅγιον προτέρᾳ πίστει καὶ ὑπολήψει εἶχετο. Ὁ δὲ Γαίτας ἄρχων οὐ μόνον τῶν δεσμῶν ἀνέθη καὶ τ᾽ φρουρᾶς, ἀλλὰ καὶ ἑτέρας ἀρχῆς ἐξουσίαν παρὰ τοῦ πρίγκιπος, τῇ μεσιτείαις τοῦ ἁγίου ἐδέξατο· καὶ οὕτω μετὰ χαρᾶς ἐν τοῖς ἰδίοις ὑπέστρεφε, δοξάζων τὸν θεὸν, καὶ τὸν ὅσιον αὐτοῦ πλεῖστα ἀπευχαριστῶν.

ιγ'. Προσκείσθω δὲ πρὸς πληροφορίαν τῶν λεγομένων καὶ ὁ σχολαστικὸς (1) Ἰωάννης τὰ εἰρημένα βεβαιῶν, καὶ τὸν πρὸς τὸν ὅσιον ἀγάπην τῶν ἁγίων ἐμφαίνων· ὃθεν ἐκ τ᾽ νήσου τ᾽ Σικελίας ὁρμώμενος, τῶν ἀρετῶν τε καὶ τ᾽ εὐφυΐας καὶ λογιότητος τοῦ ἁγίου κατήκοος ὢν, ἐπεθόθη καὶ ὄψιν ἐκείνου ἰδεῖν, καὶ λόγων ἀπολαῦσαι τῶν αὐτοῦ καὶ εὐχῶν· τὸ βουλευθὲν οὖν εἰς ἔργον δι᾽ἀπεράνας, ὁδοῦ εἶχετο, καὶ τὸ μοναστήριον ἐντὸς ὀλίγων ἡμερῶν κατέλαβε, τοῦ προθυμένου τε ὡς ἐφετὸν ἀπολαύσας, καὶ ὑπὲρ τὸ φήμῳ μᾶλλον ἰδὼν τὰ ἐλπιζόμενα, καὶ πρὸς τὴν Ῥώμην ἀπάρας ἐβουλεύσατο, καὶ τοῖς κορυφαίοις τῶν ἀποστόλων Πέτρῳ καὶ Παύλῳ προσκύνησιν ἀπονεῖμαι· ὃ δὴ καὶ πεποίηκε· προσκυνήσας οὖν, καὶ ἡμέρας οὐ συχνὰς ἐν Ῥώμῃ διατρίψας, καὶ μὴ τ᾽ παρὰ τοῦ δικαίου τυχὼν προνοίας καὶ ἐπισκέψεως (ἐξ
f. 61. b. οἰκονομίας ἴσως θειοτέρας, ὅπως καὶ ἦν εἶχον οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι πρὸς τὸν δίκαιον ἀγάπην καὶ τῷ κόσμῳ τούτῳ ἐνδημοῦντα κατάδηλος γένηται) ἀπολαλχνίαν τῷ ἁγίῳ κατέγνω, καὶ πρὸς τὰ οἰκεῖα, σπουδῆς ἄτερ καὶ εὐχῆς τούτου, πάλιν νοσῆσαι διενοήθη· πλοίῳ οὖν ἐπιβὰς, ὁδοῦ ἤπτετο· ἀλλ᾽ ἐκεῖνος οὕτω μὲν καὶ ἐβουλεύσατο καὶ ἐποίει· ἡ δὲ πρόνοια ἕτερα ποικίλλουσα ἦν· ὡς γὰρ τῷ πελάγει ἤ ναῦς προσώρμησεν, ἐναντίος ἄνεμος ἐπελθὼν, ἄλλοις ἀλλαχόθεν τόποις ταύτην ἤμειβεν· ἐν ἱκαναῖς δ᾽ ἡμέραις τούτου ἐν τῷ πελάγει κακῶς φερομένου, στένωσις καὶ ἀπορία πάντοθεν τοῦτον ἐλάμ-

ravit, veniaque petita et impetrata, domum laetus reversus est. Et monachus quidem sanctae Deiparae apparitione convictus, pristinam de sancto viro opinionem fidemque recuperavit. Caietae vero dominus, non modo vinculis solutus fuit atque custodia, sed et alterius ditionis dominio a Principe auctus fuit, sancti viri intercessione. Atque ita cum gaudio in propria rediit, Deum laudans, sanctoque eius plurimas gratias agens.

13. Accedat nunc ad faciendam dictorum fidem, scholasticus quoque Iohannes, simul narrata confirmans, et sanctorum erga sanctum nostrum dilectionem ostendens. Hic ex insula Sicilia digrediens, quia sancti viri virtutes et ingenium et eloquentiam fando audiverat, eius quoque conspectum exoptabat, eiusdemque alloquio et precibus frui. Ergo propositum suum in rem conferens, iter arripuit, et intra paucos dies ad monasterium pervenit, optatique viri praesentiam adeptus, et supra famam esse ea quae expectaverat agnoscens, Romam quoque adire voluit, et apostolorum principes Petrum ac Paulum venerari, quod et fecit. Quibus adoratis, paucisque diebus Romae versatus, neque a iusto viro providentiam aut curam aliquam consecutus (dispositione fortasse divina, ut quam habebant sancti apostoli erga iustum nostrum dilectio patesceret, dum adhuc in hoc mundo degeret) scholasticus, inquam, inhumanitatis sanctum virum apud se accusabat; ideoque insalutato illo, neque precibus eius expetitis, postliminio in patriam reverti decrevit. Quare inscenso navigio inter faciebat. Sed enim ille quidem sic decreverat et agebat; at Dei providentiae diversa consilia erant. Simul ac enim navis progredi in mari coepit, contrarius ventus coortus, in alia atque alia loca hanc transtulit: cumque hic ita multis diebus in mari mole-

(1) De vocabulo *scholasticus*, docte Sciommarus in adn. XXVIII. Est enim plerumque officii vel dignitatis titulus. Interdum etiam simpliciter litteratum significat.

ste iactaretur, angustiae et anxietas eum arripuerunt; neque aliud iam expectabat quam in aquis necem. Dum ergo hi incerti et turbine obsiti navigarent, navis altera in proximo apparuit: quam percontatus Scholasticus, et Amalphitanorum esse comperiens, qui Romam contendebant, ut se quoque acciperent rogavit: quo impetrato, et illis prospere navigantibus, et romanum portum ingressis, Iohannes scholasticus navi in quendam littoris locum egressus, illic solitudine et quiete fruebatur, curis tamen aestuans ac maerens, et quid ageret ambigens.

14. Sic ergo maesto et animi adflictionem patienti, viri duo apparuerunt per maris superficiem ad eum venientes, qui sanctis apostolorum principibus Petro ac Paulo similes videbantur. Et prope iam accedentes, salve o amice dixerunt; unde venis? et quo proficisceris? vel cur heic solitarius iaces? Ille autem absque metu res actas et nunc etiam a se deliberatas exposuit. Qui autem apparuerant, inconsiderantiam eius arguentes dixerunt: non bono usus es consilio; cur enim cum discederes, precum patris Bartholomaei viaticum non expetisti? Sic enim celeriter et cum gaudio in patriam reversurus eras. Ille autem virorum illorum maiestate attonitus, vos vero, inquit, quinam estis, o domini? non sine metu sciscitatus est. Statim itaque unus eorum dextera extenta, sancti apostoli Pauli templum ostendebat; mea, inquiens, illa domus est. Alter vero Romam versus digitum intendens, sancti apostoli Petri templum demonstrabat; ad me, inquiens, magnum illud pertinet aedificium. Sic fati, ex eius oculis evanuerunt. Postquam igitur et figura et verbis principes apostolorum esse agnovit, horum dicta mente revolvens, et quid verba innuerent intelligens, Romam rursus venit, sancloque viro omnia scriptis manu propria litteris patefecit, et veniam iniustae cogitationis petiit; nec non reditum in patriam

βανεν· οὐδὲ γὰρ ἕτερόν τι ἦν τὸ προσδοκώμενον ἢ ὁ δι' ὕδατος θάνατος· οὕτως οὖν αὐτῶν ἐν ἀμηχανίᾳ καὶ σκοτοδινίᾳ πλεόντων, ναῦς ἑτέρα φαίνεται πλησιάζουσα τούτοις· ἐρωτήσας ἤ, εἰ μαθὼν Ἀμαλφηνοὺς εἶναι, πρὸς τὴν Ῥώμην ἢ πρὸ ἀπόπλου ποιεῖσθαι, δυσωπεῖ συμπαραλαβεῖν κἀὐτόν· οὗ γενομένου, καὶ καλῶς ἐκείνων πλευσάντων, εἰς τὸν λιμένα τῆς Ῥώμης προσορμησάντων, τὴν πλοίου Ἰωάννης ὁ σχολαστικὸς ἐξελθὼν ἐν τόπῳ τινὶ παραθαλασσίῳ ἠρεμίας καὶ ἀναπαύλης ἐτύγχανεν, ἀθυμολεσχῶν καὶ ἀχθόμενος καὶ τῇ πράξει διαπορούμενος.

ιδ'. Ἀσχάλλοντι οὖν αὐτῷ καὶ τὴν ψυχὴν παθαινομένῳ, ἄνδρες δύο ἐπιφαίνονται ἐπὶ τὴν ὕδατος τῆς θαλάσσης, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐρχόμενοι, οἱ καὶ τοῖς ἁγίοις καὶ κορυφαίοις τῶν ἀποστόλων Πέτρῳ καὶ Παύλῳ ἐῴκεσαν· ἐγγύς τε γενόμενοι, χαίροις εἶπον ἑταῖρε· πόθεν ἔρχῃ; καὶ ποῦ πορεύῃ; καὶ πῶς μονώτατος ἐνταυθοῖ κατάκεισαι; ὁ δὲ σὺν φόβῳ τά τε πραχθέντα καὶ συμβησόμενα ἀπήγγειλεν· οἱ φαινόμενοι δὲ τὰ τῆς ἀβουλίας αὐτῷ ὡς δηθεν ἐπονειδίζοντες ἔλεγον· οὐ καλῶς τῇ βελῇ ἐχρήσω· διὰ τί γὰρ μὴ ἀπελθὼν τὴν εὐχαῖς τὴν πατρὸς ἐφοδιάσθης Βαρθολομαίου; οὕτω γὰρ σὺν τάχει καὶ χαρᾷ ἐν τοῖς οἰκείοις ἐπέπλευσας; ὁ δὲ πρὸς τὸ τῶν ἀνδρῶν ὑπέρλαμπρον καταπλαγείς, ὑμεῖς δὲ τίνες ἐστὲ ὦ κύριοι; σὺν φόβῳ ἤρετο· εὐθὺς οὖν ὁ μὲν εἰς τὴν δεξιὰν ἐκτείνας χεῖρα τὸ τῶν ἁγίων ἀποστόλων Παύλου ναὸν ὑπεδείκνυεν, ἐμοὶ, λέγων, ἐκεῖνος οἶκος ἐστίν· ἕτερος δὲ πρὸς τῇ Ῥώμῃ δακτυλοδεικτῶν, τὸ τῶν ἁγίων ἀποστόλων Πέτρου ναὸν ὑπεσήμαινε, ἐμοὶ, λέγων, ὁ μέγας ἐκεῖνος ἀπεκεκλήρωται οἶκος· οὕτως εἰπόντες, ἐξ ὀφθαλμῶν αὐτοῦ ἐγένοντο· ὡς οὖν ἔκ τε τῶν σχήματος καὶ τῶν λόγων εἰς κορυφαίους τῶν ἀποστόλων ἐπέγνω, ἐν νῷ τὰ παρ' αὐτῶν λαβὼν, καὶ τί βούλεται τὰ λεχθέντα σημεῖς, πάλιν Ῥώμην καὶ αὖθις καταλαμβάνει, καὶ τῷ ἁγίῳ ἅπαντα κατάδηλα διὰ γραφῆς ἰδιοχείρου ποιεῖ, συγγνώμην τε τῆς σφαλείσης ἐννοίας ζητεῖ, καὶ τὴν

πρὸς τὰ οἰκεῖα μετ' εὐχῆς ἐπάνοδον ἐξαιτεῖ· ὧν ᾗ τυχὼν, χαίρων ᾗ εὐθυπλοῶν πρὸς τὰ οἰκεῖα ἐφέρετο.

ιε'. Τῆς οὖν τοῦ ἁγίου φήμης πανταχόσε ἐξαδοθείσης, καὶ ἀπείρου πλήθους καθ' ἑκάστω συρρέοντος, καὶ τῷ μὲν τῷ λόγῳ τῆς χάριτος τρεφομένων, τῷ δ' ᾗ τὰς σωματικὰς χρείας ἀφθόνως πορίζομένων, ἀμφοτέρων ᾗ κατ' ἄμφω ὠφελουμένων, ἔδει καὶ αὐτὸν ἄνθρωπον ὄντα ἐλεγχθῆναι· λιμοῦ γάρ ποτε γενομένου, καὶ πρὸς τὸ μονὴν πάντων τῷ τε αὐτοχθόνων, ᾗ τ' ἐπιδημούντων ξένων, ὥσπερ ἐπὶ λιμένα καταφευγόντων, τῷ δ' μονῆς ᾗ εἰς ἄκρον σπανιζόντων (γίνεται γὰρ ᾗ τοῖς δικαίοις ἐγκατάλειψις, κρίμασιν οἷς οἶδεν ὁ πάντα ἐφορῶν ὀφθαλμοῖς) πλῆθος λαοῦ ἰδὼν ὁ μακάριος, τροφῶν δὲ σωματικῶν τὸ μονὴν ἀπορουῦσαν, οἵ τε γὰρ σιτῶνες ἐξέλιπον τῇ πολυπληθείᾳ τῷ προσερχομένων, τῷ πρὸς ὤνησιν δὲ ἅμα τοῖς γεωργίοις ἐκλελειπότων, τῷ φίλων τε προσεπικουρεῖν ἀποκρυσάντων, μὴ φέρων ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος, ψυχάς τε τεθλιμμένας τῇ τε λιμοῦ ἐπηρείᾳ ὁρᾶν, φυγεῖν βούλεται, ὃ δὴ καὶ πεποίηκε, τ' ἐπὶ Ῥώμλω φέρουσαν μεθ' ἑτέρων δύο μοναχῶν ἐπιλαβόμενος· ἀλλά τίς σου, Χριστὲ, τὰ θαυμάσια μὴ ἐκπλαγείη; καὶ τ' ἐπὶ τῷ ἀπόρων μετὰ σοφῆς τ' προνοίας λύσιν τε ᾗ ἐπίδοσιν; ὁδεύοντι τοιγαροῦν τῷ μακαρίῳ, νυσταγμῷ λέγεται συσχεθῆναι, καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν, μικρὸν τῆς ὁδοῦ ἐκκλίναντες, εἶπεν, ὑπνῶσαί με παρασκευάσατε· οὗ δὴ γενομένου, ᾗ τ' μακαρίου ἐπ' ἐδάφους ὑπνώττοντος, ὄνειρος αὐτῷ παρίσταται θεῖος· ὁ δὲ ὄνειρος τοιαύτην εἶχε τὴν ὄψιν· ἐδόκει τινὰ ἱεροπρεπῆ ὁρᾶν, στολήν τε ἱερατικὴν ἠμφιεσμένον, παρεστάναι τε αὐτῷ, καὶ τ' φυγὴν ἐπεγκαλοῦντα, ᾗ ὑποστρέφειν ἐν τῷ μοναστηρίῳ παρακελευόμενον, τοῖς ἀφάτοις τοῦ Θεοῦ οἰκτιρμοῖς πεποιθότα, ᾗ μὴ παροξύνειν δι' ὀλιγοψυχίας τ' ὑπανοίγοντα χεῖρα ᾗ ἐμπιπλῶντα πᾶν ζῶον εὐδοκίας· ἐώκει ᾗ μέγας Γρηγόριος

precibus eius fortunari poposcit; quibus impetratis, laetus cursu prospero in patriam delatus est.

15. Igitur sancti viri fama quaqueversus diffusa, et innumerabili multitudine quotidie confluente, quorum alii divinae gratiae verbo alebantur, aliorum etiam corporalibus necessitatibus consulebatur, immo utrique in utraque parte iuvabantur; oportuit ipsum quoque sanctum virum, hominem esse coargui. Fame enim aliquando coorta, atque ad monasterium indigenis peregrinisque cunctis tamquam ad portum confugientibus; ipsius vero monasterii incolis summam penuriam patientibus (contingit enim quandoque iustis etiam derelictio, iudicio eius qui omnia oculis spectat) populi multitudinem cernens beatus vir, et corporalis alimoniae penuria monasterium laborans; namque horrea propter accurrentium multitudinem defecerant; et venalia item una cum agricolis deerant, amicis insuper opem negantibus; non patiens homo Dei, adflictas animas, et famis calamitate prostratas cernere; fugere decrevit, quod et fecit, iter Romam versus cum duobus aliis monachis adgressus. Sed enim quisnam tua, Christe, prodigia non obstupescet, simulque angustiarum providenter solutionem factam, cum beneficii incremento! Progredientem itaque beatum somnolentia correptum aiunt; et itineris comitibus dixisse: vos aliquantulum de via declinantes, parate mihi dormitandi locum. Quo facto, et beato viro humi somnum capiente, somnium ei divinitus immissum obtigit; in somnio autem huiusmodi visio. Videbatur sibi quendam cernere sacerdotem veluti, sacro ornatu indutum, sibique adstantem et fugam illam exprobrantem, atque ut ad monasterium rediret hortantem, ineffabili Dei misericordiae fidentem: atque ut caveret quominus illum pusillanimitate sua irritaret, qui manum suam aperit, et implet omne animal benedictione. Hic autem ma-

gnus videbatur Gregorius, cognomento dialogus, qui et odoram quandam pyxidem beati viri manibus tradidit, peregrinum quendam odorem spirantem. Somno igitur non sine stupore solutus, iussum sine dubitatione fecit, atque ad monasterium se recepit, bona spe repletus. Reversus autem, quendam vidit de Tusculana civitate ad monasterium venientem; quem spectans, dixit ad adstantes placide conversus: hic bonum nuncium adfert; reque vera centum tritici modios ab urbis domino donari beato viro nunciabat. Proinde larga deinceps manu, abundanter largiebatur, Deo fretus, et eo qui se per visionem confortaverat pontifice illius. Atque haec sufficiunt ob demonstrandam Dei erga sanctum virum dilectionem, itemque gloriam qua ab eodem ornatus fuit, et denique quantam sancti cum ipso habuerint familiaritatem.

16. Age vero postulat oratio, ut miracula quoque commemorentur, non ea solum, quae beato viro adhuc superstite Deus per illum operatus est, verum etiam quae in eius ad Deum transitu, et post transitum stupenda simul et omnino credibilia acciderunt. Miramur sane Eliam thesbitem caelos claudendi et aperiendi facultate donatum. Miramur Gedeonem, cui concessum fuit in vellere et area experimentum capere. Et cum priore quidem ob populi incredulitatem cordisque duritiem sic actum fuit; cum altero autem ob exercitus tenuitatem, vel diviniorem fortasse aliquam dispensationem. Neque tamen abest ab horum similitudine id quod sub sancto patre actum est, ut sermo noster demonstrabit. Aestivum tempus erat, et area spicis plena, haud quidem incolumibus et in spe adhuc positis, sed iam desectis, et ad tritici secretionem paratis. Ut autem saepe contingit, en repente nubium conglobationes, et turbines atque tonitrua, et tenebrae aërem obscurantes. Nigrescebat caelum, et pluvia non solum

εἶναι ὁ διάλογος, ὃς καὶ ὀσφράδιόν τι ἐν τῇ χειρὶ τῷ μακαρίῳ δέδωκε, ξένῳ τινὰ εὐωδίαν ἀποπέμπον· τοῦ ὕπνου οὖν σὺν θαύματι ἀνεθεὶς, τὸ κελευσθὲν ἀδιστάκτως ἐποίει, καὶ ἐν τῷ μοναστηρίῳ ὑπέστρεφε χρησῶν ἐλπίδων ἐμπεπλησμένος· ὑποστρέφων δὲ ὁρᾷ τινα τοῦ ἄστεως Τυσκυλάνης κατερχόμενον, ὃν ἰδὼν, τοῖς συνοῦσιν ἡρέμα ἐπιστραφεὶς, οὗτος, ἔφη, εὐαγγέλια ἥκει κομίζων· καὶ γὰρ ἦν ἀληθῶς εὐαγγελιζόμενος ἑκατὸν μοδίους σίτου παρὰ τοῦ ἄρχοντος δωρεῖσθαι τῷ μακαρίῳ· ἔκ τοτε οὖν ἄνετον ἔχων τὴν χεῖρα, ἀφθόνως ἦν χορηγὸς, θεῷ πεποιθὼς, καὶ τῷ δι' ὄψεως αὐτὸν παραθαῤῥύναντι ἱεράρχῃ αὐτοῦ. Ἀπόχρη ταῦτα πρὸς ἀπόδειξιν τῆς τε παρὰ τοῦ θεοῦ πρὸς ⟨Ϣ⟩ ὅσιον ἀγάπης, καὶ τῆς δόξης ἧς παρ' αὐτοῦ ἐδοξάσθη, καὶ οἵαν καὶ οἱ ἅγιοι πρὸς αὐτὸν εἶχον τὴν οἰκειότητα.

ιϛ'. Ὁ δὲ λόγος βούλεται καὶ θαυμάτων ἐπιμνησθῆναι, ὧν οὐ μόνον τῷ βίῳ ἔτι τοῦ μακαρίου ὁ θεὸς δι' αὐτοῦ εἰργάσατο, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ πρὸς αὐτὸν ἐκδημίᾳ, καὶ μετ' ἐκδημίας, πολλὴν ἔχοντα μετὰ τὰ θαύματος καὶ τὴν πληροφορίαν· Ἠλίας μὲν ὁ Θεσβίτης θαυμάζεται οὐρανοὺς κλεῖσαι καὶ ἀνοῖξαι λαχών· καὶ Γεδεὼν πειράζειν ἐπὶ πόκῳ καὶ ἅλωνι· πλὴν, ὁ μὲν πρὸς λαοῦ ἀπείθειαν καὶ σκληροκαρδίαν, ὁ δὲ διὰ ἀσθένειαν παρατάξεως καὶ θειοτέραν ἴσως οἰκονομίαν· οὐχ' ἧττον ἢ καὶ τὸ ὑπὸ τὰ ὁσίου πατρὸς πρὸς ἐμφέρειαν τούτων, καὶ ὅπως ὁ λόγος δηλώσει· καιρὸς ἦν θέρους τὸ ἀκμαιότατον, καὶ ἡ ἅλως πυρῶν ἐπλησο, καὶ πυρῶν οὐχ' ὑγιῶν καὶ ἐλπίδα ἐχόντων ἀνακλήσεως, ἀλλ' ἤδη κατακοπέντων, καὶ πρὸς χωρισμὸν τὰ σίτου κατεπειγόντων· οἷα ἦ, ὡς τὰ πολλὰ συμβαίνειν εἰωθεν, ἐξαίφνης σωδρομαὶ νεφῶν, λαίλαψ τε, ⟨ὃ⟩ βρονταὶ, καὶ σκότος τὰ ἄερα ἐκάλυπτεν· ἐμελαίνετο μὲν ὁ οὐρανὸς, καὶ ὁ ὑετὸς ὅσον οὔπω προσδοκήσιμος ἦν, ἢ μᾶλλον καὶ ὑετίζειν τὰ κύκλῳ ἠρᾶτο· ἀθυμία δὲ τοὺς ἐργάτας καὶ λύπη δεινῶς κατ-

ἔτριχεν, ὀξ ὧν κὴ βλασφημίαι καὶ ἕτερα ἅπαντα τὰ ἐκ λύπης φερόμενα· ὁ δὲ τοῦ θεοῦ ἄνθρωπος, συμπαρῆν γὰρ κὴ αὐτὸς ὅδε ἐργάτας ἐπιρωννὺς, κὴ προθυμίαν διδοὺς τ ἐργάζεσθ· πρῶτα μὲν λόγοις παραινετικοῖς τ τοιούτων ἀπεσόβ λόγων κὴ τ ἀθυμίαν κατήλφα, ἔπειτα κὴ πρὸς ἄριστον αὐτοὺς ἐκκαλεῖται, ἀπέλθατε, λέγων, ἀριστήσατε, τέκνα, κὴ κύριος ποιήσ τὰ ἐλέη αὐτοῦ μεθ' ὑμῶν· οὕτως ὅδε ἐργάτας προτρεψάμενος, κὴ μεθ' ἑνὸς ἐν τῇ ἄλῳ ὑπολειφθεὶς, γόνυ μὲν πρὸς ἀνατολὰς ἔκλινε, τοῖς χείλεσι δὲ ὑποψιθυρίζων σὺν δάκρυσιν, ἵλεον τ θεὸν γέσθαι ἱκέτευε, κὴ ὑετὸν παρενέγκαι ἐπὶ βλάβῃ κὴ ἀπωλείᾳ καρπῶν ἐπερχόμενον· τί οὖν; ὁ ταχὺς πρὸς ἐπικουρίαν, κὴ τὸ θέλημα τ φοβουμένων αὐτὸν ποιῶν, ἆρα παρήκουσε τ αὐτοῦ θεράποντος ἐβράδυνε τ εἰσακοῦσαι; οὐμενοῦν, ἀλλὰ θαῦμα παλαιὸν ἐνταῦθα καινίζων ἦν· ὁ γὰρ ὑετὸς ὥσπερ ἐξ ἐπιτάγματος, τοῖς κύκλῳ μὲν ῥαγδαῖος ἐφέρετο, τῇ ἄλωνι δὲ τ δικαίᾳ οὐδὲ μικρὸν προσεγγίσαι ἐτόλμα· ἅπερ πάντες θεασάμενοι, εἰς εὐθυμίαν ἐκ π πολλῆς ἀθυμίας ἐτράποντο, εὐχαριστηρίους τε φωνὰς τῷ θεῷ ἀνέπεμπον, κὴ τ ὅσιον αὐτοῦ ἐμεγάλυνον (1).

ιζ'. Ὁ δὲ ταπεινόφρων τῷ ὄντι, κὴ τ τ Χριστοῦ ἐντολῶν ἀκριβέστατος φύλαξ, κὴ αὖθις ταπεινόφρων ἐδείκνυτο, κὴ οἷς εἰώθ τὸ θεῖον θεραπεύειν ἐπεκτείνετο, νηστείᾳ συζῶν ὡς μόνοις τοῖς ἀναγκαίοις ζέφεσθ, ταπεινώσ δὲ ἑαυτὸν ὀξευτελίζων ὡς μηδὲ γνωρίζεσθ εἰ αὐτὸς ἐστὶν ὁ προστάτης· ἀγρυπνίαις τε ἑαυτὸν κατατρύχων ὡς μικροῦ τοῖς ἀσωμάτοις συναμιλλᾶσθαι, σὺν τούτοις κὴ ταῖς χερσὶ κοπιῶν, καὶ ἀδιαλείπτως πονούμενος· ἔγραφε γὰρ ὁ θαυμάσιος κὴ εἰς κάλλος, εἰ κὴ συγγράφων ἦν, κὴ οὕτως ἄμεμπτα, ὡς μηδεμίαν λαβὴν διδόναι τοῖς περὶ ταῦτα κομψοῖς (2).

imminebat, sed iam circum pluere cernebatur. Desperatio vero maerorque gravis operarios invadebat; ut iam blasphemiae emicarent, et cetera quae dolorem comitantur. Aderat vir ipse Dei operarios confortans, et alacritatem operi subiiciens. Ac primo quidem monitoriis verbis ab eiusmodi dicteriis prohibebat, et dolorem mitigabat, deinde ad prandium invitans, venite inquit, prandete, filii, et Dominus vobiscum faciet misericordias suas. Sic operarios exhortatus, et cum uno in area relictus, genu ad orientem flexo, et labiis preces obmurmurans cum lacrymis, Deum propitium fieri exorabat, atque ut pluviam cum damno et exterminio fructuum imminentem aliò transferret. Quid ergo? Qui cito subvenit, et voluntatem timentium se facit, num famulum suum despexit, aut exaudire moratus est? Minime enimvero, sed priscum miraculum nunc renovavit: nam pluvia tamquam iussui obsequens, circumstantia late inundavit, iusti tamen areae ne tantillum quidem propinquare ausa est: quam rem cuncti aspicientes, ad laetitiam ex gravi maestitia conversi, gratiarum actiones Deo extollebant, sanctumque eius magnificabant.

17. Ipse autem vere humilis, et Christi mandatorum diligentissimus custos, humiliorem adhuc se praebebat, et consueto Dei servitio semet intendebat, ieiunium vitae comitem habens, ita ut necessario tantum cibo uteretur: animi demissione semet vilificans, ita ut nemo eum monasterii praelatum esse cognosceret. Vigiliis quoque se atterebat, ut cum incorporeis prope certaret. Manibus item operabatur, indesinenter laborans. Scribebat etiam venustissime vir hic mirabilis, quasi amanuensis esset, atque adeo emendate, ut nullam reprehensioni ansam praeberet

(1) Hoc quoque miraculum visitur in Sampierii pictura, retro p. 519. appellata.

(2) Rei huius testem in manibus habeo codicem sancti viri manu exaratum, ut epigraphe autographa in calce testatur; quem codicem in hac nova bibliotheca vulgabo. Est, inquam hic codex pervenuste scriptus, mendisque plerumque carens, exceptis aliquot quae a pronunciandi ratione manant, puta, iotacismis.

iis qui in hac arte excellunt. Uno adhuc dicto, orationem meam in eius obitu editisque per id tempus miraculis concludam.

18. Cum ergo monasterium, auxiliante Deo, ad ingentem numerum provectum esset, animalibus quoque ad monachorum servitium et ceteros usus indigebat, in hisque equi erant; quorum unus solitarius relictus, sancto viro tunc monasterium non incolente, furibus facilis praeda fuit. Sequebatur hic equus fures aliquanto tempore, Deo sic disponente, ut et ipsi emendarentur, et Dei sanctus, absens quoque glorificaretur. Fures, inquam, sequente equo, laeti cursim abibant. Sed narrationi attendamus, non enim invenusta est, sed multam cum prodigio habet iucunditatem. Nam cum ipsi furti sui fructum consecuti viderentur, et lucrum in crumenis habere, speque pleni decurrerent, repente equus substitit saxo similis prorsus, et omnino immobilis. Illis autem virga caedentibus, calces impingentibus, et capistrum singillatim capientibus valideque trahentibus, ille ceu inanimis stabat, nullatenus ipsis obtemperans, neque ulterius progredi consentiens. Desperantes itaque fures via qua venerant progredi, equum experimenti causa converterunt; qui ut se retro pergere sensit (o miraculum!) velocissimus gradiebatur, et alacritate plenus viam qua venerat, terebat. Hoc illi videntes, tunc quidem metu ac stupore perculsi fuerunt: mox animis collectis, et prodigium considerantes, equum reportantes ad monasterium venerunt, remque confessi, iurarunt numquam ut antea talia ausuros, sed manuum labore victum sibi comparaturos. Ita se isti gesserunt. In cunctis autem glorificabatur Deus, qui vicissim eum glorificantes luculentius glorificat.

19. Iam quia oportebat ipsum quoque Bartholomaeum cursu consummato, et fide ut ait divus Paulus servata, complurium laborum atque sudorum finem facere, ac resolvi, et esse cum Christo, et

Ἐνὸς ἔτι μνησθεὶς, ἐπὶ τὴν αὐτοῦ τελευτὴν, καὶ τῆς ἐκείνης θαυμάτων λόγον καταπαύσω.

ιη'. Τῆς μονῆς τοιγαροῦν, τοῦ θεοῦ συνεργοῦντος, εἰς πλῆθος ἐπιδούσης, ἔδει καὶ ζῶα εἰς ὑπουργίαν τῶν μοναχῶν καὶ τῆς ἑτέρων χρειῶν συνυπάρχειν, μεθ' ὧν καὶ ἵπποι· εἷς ἦ τούτων ποτὲ μονώτατος ἀπολειφθεὶς, μὴ τοῦ ἁγίου τότε τῇ μονῇ ἐνδημοῦντος, φώρεσιν εὐάλωτος ἐγεγόνει· ἠκολούθει δὲ ὁ ἵππος τοῖς φώρεσι μέχρι τινὸς, τοῦ θεοῦ οὕτως οἰκονομήσαντος, ὥς τε καὶ αὐτοὺς διορθωθῆναι, καὶ ὅσιον αὐτοῦ, καὶ μὴ παρόντα, δοξάσαι· οἱ φῶρες δὲ, τοῦ ἵππου αὐτοῖς ἑπομένου, χαίροντες ἤθεον· ἀλλὰ προσεκτέον τῷ διηγήματι, οὐκ ἄχαρι γάρ, ἀλλὰ πολὺ μετὰ τοῦ θαύματος ἔχον καὶ τὸ χαρίεν· ὡς γὰρ τὰ τῆς κλοπῆς, ὡς αὐτοῖς ἐδόκει, πέρας ἔσχε, καὶ τὸ κέρδος ἦν ἐν μυχοῖς, καὶ ἐλπίδων ἐμπεπλησμένοι ἔθεον, ἄφνω ἔστη ὁ ἵππος λίθῳ ἐοικὼς, καὶ μηδ' ὅλως τὸ παράπαν κινούμενος· τῶν ἐπιῤῥαπιζόντων καὶ προσπηλακιζόντων καὶ τῆς φορβιᾶς θάτερος θατέρῳ εἰλημμένοι, καὶ ὡς εἶχον ἕλκοντες, αὐτὸς ὥς τινων ἀψύχων ἴσατο, μηδ' ὅλως αὐτοῖς ὑπακούων, μήτε μὴν βαδίζειν ὅλως ἐπὶ τὰ πρόσω ἀνεχόμενος· ἀπογνόντες οὖν οἱ φῶρες τῆς ἐπὶ τὰ πρόσω πορείας δι' ἧς ἤρχοντο, τὸν ἵππον δοκιμάζοντες ὑπέστρεφον· ὡς ἦ τοῖς ὄπισθεν βαδίζειν ἤσθετο, ὢ τοῦ θαύματος, ὀξύτατος ἔβαινε καὶ προθυμίας πεπλησμένος τὴν ἐφ' ἣν ἤρχετο ἔλαυνε· τοῦτο ἐκεῖνοι ἰδόντες, τέως μὲν ἐξεπλήξει καὶ θάμβει συνείχοντο· ἀνενεγκόντες δὲ, καὶ τὸ θαῦμα συλλογισάμενοι, τὸν ἵππον φέροντες, τὸ μοναστήριον κατέλαβον ἐξομολογούμενοι καὶ διομνύμενοι μηκέτι τοῖς προτέροις ἐπιχειρεῖν, ἀλλὰ τοῖς χερσὶ πονεῖν τὰς τῆς ζωῆς ἀφορμὰς πορίζεσθαι. Καὶ οὗτοι μὲν οὕτως· διὰ πάντων ὁ θεὸς ἐδοξάζετο ὁ μειζόνως ἀντιδοξάζων.

ιθ'. Ἐπειδὴ ἔδει καὶ αὐτὸν, τὸν δρόμον τελέσαντα καὶ τὴν πίστιν, κατὰ τὸ θεσπέσιον Παῦλον, τηρήσαντα, τῶν πολλῶν πόνων καὶ ἱδρώτων λυθῆναι, ἀναλύσαι τε, καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι καὶ τῇ ζωαρχικῇ δεξιᾷ παρίστασθαι, νόσῳ

ἐπίπτει ἐν ᾗ τὸ μακάριον τέλος ἐδέξατο· αὐτῇ ᾗ τῇ ἡμέρᾳ ἐν ᾗ τ̃ σκήνης ἐκδημεῖν ἔμελλε, μοναχός τις ὀνόματι Λεόντιος, πρεσβύτερός τε τ̃ ἀξίαν κ τ̃ ἐν τῇ μονῇ τὰ πρῶτα φερόντων, τ̃ ὀρθρινῶν ὕμνων ὡς ἔθος πέρας λαβόντων, ὕπνῳ ἑαυτὸν ἐκδεδωκώς, φωνῆς ἀκούει βροντῇ παραπλησίας· ἡ ᾗ φωνὴ τάδε ἐδήλου· "ἡτοίμασαι τῷ πατρὶ Βαρθολομαίῳ θρόνος ἀδιάδοχος." Σύντρομος ἓν γλυμβος κ τ̃ κέλλης ἀναςὰς κ ἅλματι ἐκπηδήσας ἤρετο τοὺς παρατυγχάνοντας, εἰ κ αὐτοὶ τ̃ φωνῆς ἠκηκόεισαν; τ̃ ᾗ μηδὲν ἀκηκοέναι φησάντων, ἐκεῖνος κ μὴν ἔφη ἐν τῇ Τυσκυλάνῃ τ̃ φωνὴν ἐκείνην νομίζω ἀκουτισθῆναι· κ ταῦτα μὲν, ἡ φωνὴ, τὰ τῷ ἁγίῳ ἑτοιμασθέντα ἀγαθὰ, κ ἧς ἀπολαβεῖν ἔμελλε δόξης κ ἡμῖν κατάδηλα ποιοῦσα· ἡμέρας ᾗ ἤδη κλινούσης, κ ὁ μακάριος πρὸς κύριον ἐξεδήμησεν· κ νῦν ἐστιν ἐν τοῖς οὐρανοῖς θεὸν ὁρῶν κ ὁρώμενος, ὃν ἠγάπησεν ὃν ἐθεράπευσεν, ᾧ κ ἐντυγχάνῃ ἀμέσως τὰς ὑπὲρ ἡμῶν ἱκετηρίας ποιούμενος.

κ'. Οὐ δίκαιον ᾗ τὸ μ̃ τ̃ αὐτ̃ ἐκδημίαν γλυμενον θαῦμα παριδεῖν ἀδιήγητον, τῇ φωνῇ μᾶλλον τῇ τῷ μοναχῷ Λεοντίῳ ἀκουτισθείσῃ, ἰσοδυναμοῦν, κ ταύτῃ τ̃το πιστούμενον· ἕτερός τις μοναχὸς, Φράγγος λεγόμενος, ἀσθενείᾳ παρεπεσὼν, τὸ χρεὼν, ὡς ἐδόκει, ἀπῄτει, κ τ̃ φωνῆς αὐτῷ ἐκλιπούσης, νεκρὸς ἐωρᾶτο, ἄπνους, ἀκίνητος, μηδεμίαν ζωτικὴν δύναμιν ἐμφαίνων· συνδρομῆς οὖν τ̃ ἀδελφῶν ὡς εἰκὸς γλυαμένης, κ τ̃ μὲν ταφῆ παραδιδόναι λεγόντων, τ̃ ᾗ ἐπὶ τούτῳ ἀναβαλλομένων, ἡ μὲν ἡμέρα τ̃ ἀρχαῖς τ νυκτὸς ἤδη ἐπλησίαζεν· ὁ κείμενος ᾗ αὖθις νεκρὸς ἐωρᾶτο· λοῦσαι τοίνυν αὐτὸν τὸ ὀπτάφιον προθυμηθέντων, ὡς τὸ ὕδωρ αὐτῷ ἔβαλον κ παρεισρέφειν ἔνθεν κἀκεῖθεν ἐπειρῶντο, ἄφνω ὁ νεκρὸς ζῶν ἦν, κ πρὸ μικροῦ ἄφωνος, λαλῶν ἐδείκνυτο, κ τοῖς λούουσιν ὀπτεμεμφόμενος ἔλεγε, τί με ἀδελφοὶ βιᾶσαι ἐπεχειρήσατε; διὰ τί δέ με ἡδέως ὑπνώττοντα διυπνήσατε; οἱ ᾗ πρὸς αὐτόν· νεκρόν σε ὅλην τ̃ ἡμέραν βλέποντες, νυνὶ λοῦσαι διενοήθημεν· αὖθις οὖν ὁ κείμενος διηγεῖσθαι ἀπήρξατο· ἐγὼ, εἴτε ἐνvivificae Trinitati praesentari, in eum morbum incidit, quo beatum exitum adeptus est. Ipsa autem die, qua de hoc tabernaculo migraturus erat, monachus quidam nomine Leontius, dignitate presbyter, et inter monasterii primates, matutinis hymnis de more finem habentibus, somno se tradens, vocem audivit tonitrui similis, quae ita aiebat: « paratus est patri Bartholomaeo thronus perpetuus. » Pavore ille correptus, et ex cella saltu se proripiens percontabatur occurrentes num et ipsi vocem illam audissent: quibus negantibus, atqui, inquit ille, vocem eiusmodi Tusculi quoque auditam existimo. Profecto ea vox parata sancto viro bona, et gloriam qua mox potiturus erat, nobis significabat. Iamque die inclinante, beatus vir ad Dominum migravit. Et nunc in caelis est, Deumque cernit et cernitur: Deum *cernit* videlicet quem amavit, cui inservivit, quem proxime adstans pro nobis deprecatur.

3. Sed enim tertia quoque accedit praedictarum rerum confirmatio, quae cum sacra liturgia ecclesiis Dei praeclare pieque tradita est. Quaenam vero haec? Sacrarum nimirum imaginum, ope colorum, exhibitio. In his enim incarnationis Christi Dei nostri mysteria omnia a religiosis hominibus cernuntur exposita, ab archangeli Gabrihelis ad virginem adventu, usque ad Domini in caelos assumptionem, ac novissimum reditum. Habes et alium sine exceptione testem, qui te ad illam totius corporis in divinis mysteriis unionem et coniunctionem deducit, magnum dico inter theologos Gregorium, qui in sermone de Christi natali, non solum ea quae nativitatem comitata sunt, verum etiam totius dispensationis res connexuit. Rursusque in sermone de paschate et resurrectione, ea quae in natali dixerat, loco suo non commovit. Quod ut apertius significet, talis inquit fuit geniti Christi nativitas, talis et eiusdem passi sepultura. Propterea principaliter iuxta praesentem tractatum, nunc fidelis omnis scire debet, a divinae liturgiae universo ritu, illam ipsam totam dispensationem salutaris condescensionis veri Dei ac salvato-

λεῖν ἔννυχ καὶ ἔμψυχον, διὰ τῆς ζύμης ἐμβαλλομένης τῷ φυράματι (1), καὶ θεότητος κατ' οὐσίαν πεπληρωμένον· ὥστε τοὺς ἀξίως μεταλαμβάνοντας, ἁγιασμοῦ καὶ χάριτος ἀξιοῦσθαι, καὶ μεγάλων παθῶν ἴασιν δέχεσθαι.

γ'. Ἀλλ' ἔστι καὶ τρίτη βεβαίωσις τῶν προτεθειμένων, ἥτις μία τῆς θείας ἱερουργίας τῶν τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαις καλῶς καὶ θεοφιλῶς παραδέδοται· τίς ἡ αὕτη; ἡ τῶν ἱερῶν εἰκόνων διὰ χρωμάτων ἀναπήλωσις (2)· ἐν ταύταις γὰρ τὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Χριστοῦ καὶ θεοῦ ἡμῶν ἅπαντα μυστήρια τοῖς εὐσεβέσιν ὁρῶνται καθιστορούμενα, ἀπ' αὐτῆς τῆς ἀρχαγγέλου Γαβριὴλ πρὸς τὴν παρθένον ἀφίξεως, μέχρι καὶ τῆς εἰς οὐρανοὺς ἀναλήψεως τοῦ κυρίου, καὶ τῆς δευτέρας αὐτοῦ παρουσίας (3). Ἔχεις καὶ ἄλλον ἀπαράγραπτον μάρτυρα ἐναγόντά σε πρὸς τὴν τῶν θείων μυστηρίων τοῦ ὅλου σώματος ἕνωσιν καὶ σωτηρίαν, τὸν μέγαν φημὶ ἐν θεολόγοις Γρηγόριον, ὃς ἐν τῷ τοῦ Χριστοῦ γενεθλίων λόγῳ *, οὐ μόνον τὰ ἐν τῇ γενήσει παρηκολουθηκότα, ἀλλὰ καὶ τὰ τῆς ὅλης οἰκονομίας συνέταξε· καὶ αὖθις ἐν τῷ τοῦ πάσχα καὶ τῆς ἀναστάσεως *, καὶ τὰ ἐν τῇ γενήσει εἰρημένα αὐτῷ, ἀμετάθετα εἴασεν· ὃ δὴ καὶ φανερώτερον ἀποδεικνὺς, τοιοῦτον φησὶ τὸ τοῦ γενηθέντος γενέθλιον, καὶ τοῦ παθόντος ἐντάφιον. Διὰ ταῦτα προηρημένως μὲν καὶ τὸν πρόχειρον λόγον, καὶ νῦν τοῦτο (4) πᾶς πιστὸς εἰδέναι ὀφείλει, ὡς ἡ τῆς θείας ἱερουργίας ἅπασα τελετὴ, αὐτὴν ἐκείνῳ τὴν ὅλην οἰκονομίαν τῆς περὶ ἡμῶν σωτηριώδους συγκαταβάσεως τοῦ

* or. 38.

* or. 45.

(1) Hoc dicit secundum constantem Graecorum sententiam ac ritum consecrandi fermentatum; quem ritum non improbat latina ecclesia, ita tamen ut a Graecis vicissim azymum nollet damnari. Itaque paulo vehementius loquitur S. Petrus Damiani in sua praeclara et religiosissima canonis missae expositione (n. 1.) a nobis edita Script. vet. T. VI. *Panis fermentatus non debet offerri in sacrificium, tum ratione facti, tum ratione mysterii. Graeci tamen in suo pertinaces errore de fermento conficiunt.* Verumtamen idem Petrus semet emendat aut explicat in collectaneis tom. cit. p. 243. cum nostra adnotatione.

(2) Graeci prima quadragesimae dominica festum venerationis imaginum celebrant, sub titulo ὀρθοδοξίας, ob eam dogmaticam disciplinam in septimo concilio definitam. De quo festo multae extant homiliae, quas inter memini me legere Macarii Chrysocephali, et aliam in collectione Agapii monachi cretensis.

(3) SS. imaginum venerationi addictissimi Graeci sunt, eorumque ecclesiae his passim ornantur. Sic etiam in occidente toti templorum parietes olim studiosius venustabantur veteris novique testamenti et martyrum sanctorumque virorum pictis historiis; quem morem in hodiernarum ecclesiarum parietibus non ita frequentatum dolemus. Certe nullum decorius ornamentum, aut populo christiano edocendo aptius, adhiberi posse censemus.

(4) Hinc tantummodo incipit codex 632.

ἀληθινοῦ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὡς προείρηται, διὰ τῶν ἐν αὐτῇ τελουμένων μυστηρίων, συμβολικῶς δηλοῖ (1)· εἰ καὶ χαλεπὸν ἐφ' ἑκάστῳ τῶν παρὰ κυρίου γεγονημένων, καὶ τῶν παρὰ Ἰουδαίοις εἰς αὐτὸν ἐπραγμένων, μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἀφαιρῆσαι πρᾶξιν ἐν τοῖς συμβόλοις· πολλάκις γὰρ τὸ ἓν τῶν ἐν τῇ θείᾳ λειτουργίᾳ τελουμένων, ἐπὶ δυσὶ καὶ τρισὶ, τῶν τότε νοοῦνται καὶ ἀναφέρονται, ὡς προϊὼν ὁ λόγος δείξει σαφέστερον.

δ'. Αὐτίκα γοῦν ἡ θεία καὶ ἱερὰ τράπεζα, καὶ εἰς τὸ ἐστρωμένον ἀνώγεων * ἀνάγαιον. ἐκλαμβάνεται, καὶ φάτνη κατονομάζεται, καὶ τάφος Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ὀνομάζεται (2)· ταῦτα ἂν εὐσεβῶς νοούμενά τε καὶ δεχόμενα, οὐδὲν τῷ λόγῳ τῆς εὐσεβείας λυμαίνεται, καὶ μᾶλλον ὅταν ὁ προκείμενος λόγος ζητεῖ τὸ οἰκεῖον καὶ πρόσφορον τῷ καιρῷ· καὶ τὰ ἄλλα δὲ ὁμοίως· ὥστε εἴ τις τῶν ἐν τῷ τέλει τῷδε συντάγματι ἐντυγχάνων, εὑρήσει τινὰ ἑτέρως ὀνομασθέντα παρά τινος, καὶ οὐ κατὰ τὴν ἡμετέραν ἐξήγησιν, μηδαμῶς ξενιζέσθω· μόνον εἰ πρὸς εὐσεβείας λόγον καὶ ταῦτα ὁρᾷ· πολλὰ γὰρ καὶ τοῦ τότε καιροῦ τὰ θαυμάσια· καὶ ἴσως τοῖς ἱεροῖς καὶ θείοις ἀποστόλοις, καὶ αὐτοῖς τοῖς θεοφόροις πατράσιν ἔδοξεν, τὸ ἓν τῶν νῦν λεγομένων, ὡς εἴρηται, πρὸς πλείονα τῶν τότε ἀναποδιδόναι· ἢ καὶ τοῦτο αὐτοῖς ἀναγκαῖον νενόμισται, ὥστε τὰ μείζονα καὶ συνεκτικώτερα τῆς ἡμετέρας σωτηρίας ἐντάξαι τῇ θείᾳ μυσταγωγίᾳ, καὶ τὰ τῶν θείων εὐαγγελιστῶν παραδόσιμα· τούτων γὰρ ἡ σαφεστέρα πραγματεία τε καὶ σπουδὴ, οὐκ ἄλλό τι ἐναργέστερον δείκνυσιν, ἀλλ' ἢ τὸ ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς ἀειπαρθένου τε καὶ Θεοτόκου συλληφθῆναι τε καὶ γεννηθῆναι ἐκ τοῦ προανάρχου πατρὸς ὁμοούσιον υἱὸν καὶ λόγον· εἶτα βαπτισθῆναι μαρτυρούμενον ὑπὸ τοῦ ζωοποιοῦ καὶ

ris nostri Iesu Christi, uti dictum est, per ea quae fiunt in eodem ritu mysteria, symbolice ostendi. Quamquam difficile est, circa singula quae Dominus egit, vel Iudaei contra eum gesserunt, unum eundemque spectare in symbolis actum. Saepe enim unum aliquid in divina nunc liturgia operatum, de duobus vel tribus tunc temporis actibus intelligitur, ad eosque refertur, sicut in sequentibus fiet clarius.

4. Ecce enim divina et sacra mensa et pro strato caenaculo accipitur, et praesepe appellatur, et sepulchrum quoque Christi Dei nostri vocitatur. Et tamen haec pie cogitata et accepta, nullatenus rectae religionis doctrinam laedunt, tunc praesertim cum propositus sermo temporis propria et accommodata requirit. Et similiter cetera. Quare si quis eorum qui sacra dignitate cluent, hunc meum legens commentarium, forte aliqua abs quovis aliter nominata comperiet, et non secundum nostram expositionem, ne quaeso miretur, dummodo et ista rectae religionis doctrinam respiciant. Multa enim illius quoque temporis admiranda fuerunt. Et fortasse sacris divisque apostolis, ipsisque a Deo inspiratis patribus, quod nunc uno nomine comprehenditur, ut diximus, tunc ad plura referre placuit. Vel etiam hoc necessarium illis visum est, nempe ut maiora et summaria salutis nostrae documenta in divinam mystagogiam insererent, iuxta sanctorum evangelistarum traditionem. Horum quippe manifestum praecipue negotium studiumque nihil aliud apertius demonstrat, quam quod de sancto Spiritu Maria semper virgo et deipara conceperit genueritque consubstantialem aeterno patri filium ac Verbum; cui deinde baptizato testimonium dederit vivificus et con-

(1) Sic Algerus scholasticus in brevi opusculo *de sacrificio missae*, quod nos edidimus in tomo IX. Script. vet. ait: *sollemnis celebratio totius missae ad hoc instituta est, ut memoriam exprimat Christi venientis in carnem* etc.

(2) Concha sive lacunar graeci altaris denotat Bethleemi antrum seu praesepe. Ibidem autem modo caenaculum pingi solet, modo sepulcrum Domini. Videsis picturas II. III. IV.

substantialis eiusdem Spiritus. Postea propter triennalem miraculorum cursum, Iudaeorum invidiam incurrisse, et a discipulo proditum, illusumque et crucifixum, sepulcro conditum; denique in vitam revocatum, in caelum conscendisse, et iudicem denuo venturum expectari. Quae omnia perspicue divina liturgia sistit per ea quae in ipsa fiunt, secundum Domini traditionem et mandata singula.

5. Verum haec quidem tamquam adumbrata quaedam futurarum rerum proponuntur descriptio. At nostra particulatim rituum Dei gratia statutorum explanatio, quantum infirmissimum ingenium nostrum valuerit, vim interim eorum palam faciet, quorum symbola intellexisse arbitramur. Neque enim mente talem tantumque conatum concepimus, utpote nimis contemplativum, ut fortasse in cunctis nostrae audaciam expositionis ostendamus. Immo et diserte veniam a legentibus imploramus, quos scire volumus, nos obediendi praecepto obsequentes, vel potius viro per omnia Deo amabili adhortanti cedentes, negotium ultra vires audacter adgredi; non autem scientia inflatos, res humano nisui intactas attingere. Quod si quid vel circa pontificalia indumenta, vel alia aliquot in ecclesiae more posita, sermo noster praeterierit, id inquam haud absque causa factum est. Quum enim harum rerum, scriptam quandam sub magni Basilii nomine interpretationem invenerimus, de iis dicendum a nobis non iudicavimus. Quamobrem, circa illa etiam de quibus loqui iussi fuimus, siquando invenire nobis

ὁμοουσίου αὐτοῦ πνεύματος· ἔπατα, τὸ ἐπὶ τρισὶν ἐνιαυτοῖς θαυματουργοῦντα, ἐπίφθονον γλυέσθαι τοῖς Ἰουδαίοις, καὶ ὑπὸ μαθητοῦ προδοθῆναι, ἐμπεχθῆναι τε καὶ σταυρωθῆναι· εἶτα καὶ ἀναστάντα ἀναληφθῆναι, καὶ ὡς κριτὴν προσδοκώμενον πάλιν ἐλεύσεσθαι· ἃ πάντα σαφῶς καὶ ἡ θεία ἱερουργία συνίστησι διὰ τῶν ἐν αὐτῇ τελουμένων, καὶ τῇ τῶν κυρίου παράδοσιν, καὶ τὰς διηρημένας ἐντολάς.

ε'. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὡς σκιαγραφία τῶν μελλόντων προτίθεται· ἡ δὲ κατὰ μέρος τῶν παρ' ἡμῶν θεοῦ χάριτι νομοθετηθέντων ἐξήγησις, κατά γε τὸ μετέραν ἀσθενεστάτην διάνοιαν, δηλώσει τέως τὸ δύναμιν, ὥνπερ συμβόλων ἐφικέσθαι ᾠήθημεν· οὐδὲ γὰρ εἰς νοῦν τοιαύτην ὁρμὴν ἐδεξάμεθα, ὡς ἄγαν θεωρητικὴν, τάχα ἐν πᾶσι τὸ τόλμαν τῆς ἐξηγήσεως ἐπιδείξασθαι· ἐπεὶ καὶ τοῖς λόγοις συγγνώμην αἰτοῦμεν τοῖς ἐντυχάνουσιν, εἰδόσιν ὡς ἐντολῇ ὑπακοῆς πειθόμενοι, μᾶλλον ἢ τῷ πρὸς ταῦτα προτρεψαμένῳ ἀνδρὶ τὰ πάντα ὄντι θεοφιλεῖ εἴκοντες, τὸ ὑπὲρ δύναμιν κατετολμήσαμεν· ἀλλ' οὐχὶ γνώσει βρενθυόμενοι, τῶν καθ' ἡμᾶς ἀψαύστων ἥψάμεθα· εἴ δέ τινα τῶν περὶ τῶν ἀρχιερατικῶν ἀμφίων, καὶ ἑτέρων τινῶν τῶν τῇ ἐκκλησίᾳ δεδομένων, ὁ λόγος παρῆκεν, οὐκ ἄνευ λόγου παρέσπονται δέδρακεν· εὑρόντες γὰρ περὶ τούτων ἐν ὀνόματι τοῦ μεγάλου Βασιλείου (1) ἑρμηνείαν τινα γεγραμμένην, οὐδὲ φθέγξασθαι περὶ τούτων δέον ἐλογισάμεθα· ὥστε εἰ καὶ περὶ ὧν εἰπεῖν ἠναγκάσθημεν, εὑρεῖν ἠδυνήθημεν τινὰ τῶν προειληφότων πατέρων

(1) Verissime Theodorus noster dicit inscriptum se vidisse divo Basilio opusculum de quo loquitur; etenim nos quoque in cod. vat. 430. post Theodori tractatum legimus f. 151: titulum excerptorum ἐκ τῆς τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου ἀρχιεπ. Καισαρείας Καππαδοκίας μυσταγωγικῆς ἐκκλησιαστικῆς. Tum vero in cod. vat. 662. f. 238. extat idem opus plane integrum sub eiusdem Basilii nomine, cum titulo: ἱστορία μυσταγωγικὴ ἐκκλησιαστική. Attamen nihil aliud id est, nisi cum varietatibus opusculum illud sub patriarchae Germani nomine non semel vulgatum, in primis autem in pulcherrima parisiensi Morelii editione. Richardus quoque Simonius codicem huius operis habuit sub Basilii nomine, ut ait in catalogo p. 287. post notas ad Gabrihelem philadelphiensem. Eiusdem generis aliud opusculum S. Sophronii edidimus nos in Spicilegio rom. T. IV, quamquam fine multatum. Sed extat in cod. vat. 790. f. 36-40. scriptum aliud: ἐξήγησις τῆς θείας λειτουργίας, quo Sophronii defectus suppleri utcumque videtur.

δήλωσιν ἢ σαφήνειαν, πρὸς ἐκεῖνον αὐτὸν ἡμᾶς συνωθοῦντα ἀρχιερέα παραπεμψάμεθα· αὐτοὶ δ' τ' ἄπρακτον καὶ ἀκίνδυνον εἰλόμεθα σιωπήν· ὁμοῦ θεοῦ φιλανθρωπίᾳ θαρροῦντες, καὶ ταῖς εὐχαῖς τοῦ προτρεψαμένου, τ' ὑποθέσεως ἀρχόμεθα ὧδε.

ς'. Ἀρχὴν μὲν τῆς μυστικωτάτων λόγων καὶ θεοτάτων συμβόλων (1), αὐτὴν ἐκείνῳ ὁ πνευματικὸς ὑποτίθησι λόγος, ἣν εἴτε ἀνθρωπεία φύσις οἵάν τινα προσφορὰν ἐξ ὅλου τοῦ ἀνθρωπίνου φυράματος κυρίῳ τῷ θεῷ ἡμῶν προσήγαγε· καὶ ἡ προφητικὴ χάρις τοῦ θείου πνεύματος πολλοῖς καὶ ποικίλοις ὀνόμασι παρεδήλωσεν, καταλλήλας τῇ ὑπουργίᾳ τοῦ μυστηρίου τὰς προσηγορίας ἐπιφημίσασα, τύποις (2) τισὶ καὶ συμβόλοις προθεωρηθείσας· ἀλλὰ τὰ πρόσφορα καὶ συμφυῆ ὀνόματα τῇ οἰκονομίᾳ πρὸς λόγον φερωνυμίας τ' συντελεσμένων συμβόλων τ' μυστηρίοις, τοῖς θεοκήρυξιν ἀποστόλοις καὶ ἱεροῖς πατράσι πεφύλακται, ἄρτον αὐτὸν ἐπονομάσασιν, εὐλογίαν, προσφοράν, ἀπαρχήν· ἄρτον μὲν (3), ὡς τ' οὐράνιον ἄρτον, αὐ-

licuit praecedentium patrum aliquam expositionem aut declarationem; ad hanc potius hortatorem nostrum episcopum ablegavimus: dum nos interim quietum tutumque silentium tenere maluimus. Sed agesis Dei benignitati et hortatoris nostri precibus confisi susceptum propositum adgrediamur.

6. Initium doctrinae arcanae, et sanctissimorum symbolorum, illud ipsum spiritalis sermo proponit, quod tum humana natura ceu quandam oblationem ex universa humana massa domino Deo nostro offert; tum prophetica gratia divini Spiritus multis diversisque vocabulis significavit, congruas operato mysterio appellationes imponens, typis quibusdam ac symbolis praemonstratas. Sed congrua et connaturalia nomina rei gestae modo imponere, ita ut ipsum vocabulum peracta mysterii symbola proprie denotaret, id inquam divinis praeconibus apostolis, sanctisque patribus curae fuit. Itaque appellarunt panem, benedictionem, oblationem, primitias. Panem quidem, tamquam caelestem panem, ipsum videlicet Chri-

(1) Sacramenta, et res simul et symbolum sunt. Verbi gratia eucharistia, res est propter veram Christi praesentiam; simulque, ut ait Critopulus in confess. eccl. cap. 9. symbolum τῆς συσσωματώσεως, καὶ ἐγκεντρίσεως ἡμῶν πρὸς τὸν ἐνανθρωπήσαντα υἱὸν καὶ λόγον τοῦ θεοῦ.

(2) Praecludendo eorum ori qui panem eucharisticum typum tantum seu figuram corporis Christi blasphemant, adest antiquissimus quoque testis Cyrillus hierosol. in mystag. IV. 3: ἐν τύπῳ ἄρτου δίδοταί σοι τὸ σῶμα: *in typo* (id est *sub specie*) *panis datur tibi corpus.* Itaque non corporis est figura, seu species, panis est; sed corpus sub specie panis. Pergit Cyrillus dicere: μὴ πρόσεχε ὡς ψιλοῖς τῷ ἄρτῳ καὶ τῷ οἴνῳ· σῶμα γὰρ καὶ αἷμα Χριστοῦ κατὰ τὴν δεσποτικὴν τυγχάνει ἀπόφασιν. Iam ut longinquioris quoque nationis testimonia aliquot inaudita nobis accersamus, adest sapiens ille Armeniorum episcopus Nerses lamprunensis, qui in sacrae liturgiae explanatione, patrio sermone conscripta p. 161. diserte ait: *panis fit corpus Christi.* Similiter p. 389. *Spiritu sancto operante, de pane fit corpus Christi.* Item p. 397: *materia exanimis* (panis) *vitam suscepit: animatum id fuit, cui deerat spiritus: symbolum in rem conversum est: species corporis Christi, substantialiter omnino Christi corpus effecta est.* Denique p. 468. *per sacerdotis orationem descendit Spiritus ad speciem* (panis) *vivificandam.* Quibus in locis quomodo pars aliqua dubitationis resit, prorsus non video. Et diserte alibi, ut pergunt dicere RR. PP. Mechitaristae in apologia pro Nersete, venerabile dogma veraciter tradit. Nimirum p. 158. pluribus verbis adserit non figuram Christi esse eucharistiam, sed ipsum eius corpus et sanguinem. Et mox p. 160. negat symbolum Dei esse panem (id est speciem panis) sed ibi corporis substantiam contineri propugnat. Rem perspicuis verbis adfirmat etiam pp. 130. 164. 351. 361. Atque ut noster Hieronymus ep. 146. ad sacerdotum preces ait Christi corpus sanguinemque confici, sic et Nerses p. 45. sacerdotum dignitatem suspicit, diribendi Spiritum sanctum, et materiam in Deum consecrandi. Denique Armenii in hymno eucharistico canunt: *hic panis est corpus Iesu Christi.* De hoc sacramento praeclare etiam Stephanus Aldoënsis patriarcha Maronitarum in commentario de missa, quem iam retro laudavimus.

(3) S. Petrus Damiani op. cit. n. 2. *Ideo panem et vinum in sacrificium corporis et sanguinis sui Christus instituit, quod sicut prae ceteris cibis corporalibus panis et vinum reficiunt, ita corpus et sanguis Christi prae ceteris cibis et potibus spiritualibus interiorem hominem reficiunt et saginant.*

stum, solidius ex propriis sanguinibus sensibiliter confectum ab immaculata Deipara. Benedictionem, utpote maledictionis primis creatis hominibus impactae extinctionem. Oblationem, tamquam ex universa humana massa munus quoddam Deo creatori ad sancta sanctorum delatum. Primitias denique, tamquam omnium primigeniorum Deo oblatorum rem sacratissimam et sanctissimam. Hanc igitur benedictionem dictam, atque oblationem, aliisque supradictis nominibus appellatam, augustis exhibitam templis, et prothesi, ut vocitamus impositam, ceu figuram laudatissimae Deiparae, fideliter suscipimus et honoramus.

7. Nostrae autem ecclesiae prothesis pari dignitate est atque sancta sanctorum umbratilis Iudaeorum cultûs, immo vero his superior. Nam divina mensa, in qua immolatur agnus, qui tollit peccatum mundi, incomparabiliter sublimior est mensa illa vetere, propter sanctitatis rationem, et peccatorum remissionem, quam iis confert qui cum fide puraque conscientia accedunt. Neque tamen materiae facienda est comparatio; illa quippe auro tota exornata erat. Quod autem una illis praefinita fuerit mensa, et quidem uno in loco circumscribi iussa, alibi vero neque mensam neque altare statui permissum, nonne manifestum indicium erat, tum hanc, tum immolatas ibi victimas, congruo tempore prorsus antiquatum iri? Et olim quidem voluntati indulgens gulosorum crassiorumque Iudaeorum, ethnico more vivere volentium, sivit ut victimas nomini tantum bonitatis Dei ipsius sacrificarent; ut deiicidii tempore patria expulsi, copiam minime haberent, alio in loco hos ritus peragendi, propria videlicet ipsorummet lege interdicti: atque ita talis cultûs memoria quoque aboleretur. Certe nisi ex mera erga Iudaeorum infirmitatem indulgentia

τὸν δηλαδὴ τ Χριστὸν, σωματικώτερον ἐκ τ ἰδίων αἱμάτων αἰσθητῶς ἀρτοποιησάσης ν παναχράντε Θεοτόκε· εὐλογίαν τ ὡς ν ἀρᾶς τ πρωτοπλάστων ἀναίρεσιν· προσφορὰν τ, ὡς ἐξ ὅλε τ ἀνθρωπίνε φυράματος οἱάν τινα φιλοτιμίαν τῷ Θεῷ κ κτίσῃ εἰς τὰ ἅγια τ ἁγίων προσενεχθεῖσαν· ἀπαρχὴν τ, ὡς πάντων ἀπαρχμάτων θεῷ προσενηνεγμένων τυγχάνεσαν ἱερωτέραν κ ἁγιωτέραν· ταύτ τοίνυν τ εὐλογίαν κ προσφορὰν, κ τοῖς εἰρημένοις ἄλλοις ὀνόμασιν ὀνομαζομένην, τοῖς σεπτοῖς προσφερομένῳ ναοῖς, κ τῇ λεγομένῃ προθέσει ἀνατεθειμένην, εἰς τύπον τῆς πανυμνήτου Θεοτόκε (1), πιστῶς δεχόμεθα κ δοξάζομεν.

ζ' Ἡ πρόθεσις τ, ν καθ' ἡμᾶς ἐκκλησίας ἰσοδύναμος πέφυκε τοῖς τ ἁγίων ἁγίοις ν σκιώδες λατρείας τ Ἰουδαίων· μᾶλλον δὲ πολὺ ταύτης μείζων· ἡ γὰρ θεία τράπεζα, ἐν ᾗ θύεται ὁ ἀμνὸς ὁ αἴρων τὰ ἁμαρτίαν τ κόσμου, ἀσυγκρίτως ἐστὶν ὑψηλοτέρα ν παλαιᾶς ἐκείνης τραπέζης, ὅσον πρὸς ἁγιασμοῦ λόγον καὶ συγχώρησιν πταισμάτων, τοῖς μ πίστεως κ καθαρᾶς συνειδήσεως προσερχομένοις· οὐ μὴν πρὸς σύγκρισιν ὕλης· χρυσῷ γὰρ ἐκείνη διεκεκόσμητο· τὸ δὲ μίαν αὐτοῖς ὁρίσθαι τράπεζαν, κ ἐφ' ἑνὶ ταύτην τρόπῳ ἀδιαιρέτως εἶναι νομοθετεῖσθαι, ἀλλαχοῦ τ μήτε τράπεζαν μήτε θυσιαστήριον πήγνυσθαι ἀπαγορεῦσαι, ἆρ' οὐχὶ σαφὲς ὅτι γνώρισμα, τὲ κ ταύτην κ τὰς ἐν αὐτῇ τελουμένας θυσίας καιρῷ τῷ προσήκοντι παντελῶς ἀφανίσαι; ἐν μὲν γὲ ἀρχαῖς τῇ γνώμῃ τ γαστριμάργων κ παχυτάτων Ἰουδαίων συγκατιὼν, ἑλληνικῶς ἐθελόντων βιοῦν, συνεχώρησε τὰς θυσίας ἐπ' ὀνόματι μόνῳ ν αὐτοῦ τ θεοῦ ἀγαθότητος ταύτας καθιεροῦν, ἵν' ἐν καιρῷ ν χριστοκτονίας ἐκεῖθεν ἀπηλαθέντες, οὐδαμῶς ἔχοιεν πάροδον, ἐν ἑτέρῳ τόπῳ ταῦτα δρᾶν, τῷ σφῶν κωλυόμενοι νόμῳ· κἀντεῦθεν ἐκ ποδῶν γένηται κ ἡ μνήμη ν τοιαύτης λα-

(1) Confer infra n. 9.

θείας· εἰ γὰρ μὴ συγκαταβαίνων τῇ ἀσθενείᾳ τῶν Ἰουδαίων τὰς θυσίας προσέταξεν ὁ θεὸς, πῶς οὐκ εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐφαπλοῦσθαι αὐτὰς διωρίσατο, ὡς καὶ τὰς ὑπὸ τὸ κηρύγματος τῶν ἁγίων ἀποστόλων κατ' ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ ἐκτεθείσας, αἵ τινες ἡλίῳ καὶ ἀέρι καὶ τοῖς ἄλλοις κοινοῖς ἐντρυφήμασιν ἐξωμοίωνται; ἀλλ' ὡς προείρηται, συγκαταβάσεως ἕνεκεν αἱ θυσίαι τῶν Ἰουδαίων συνεχωρήθησαν· εἰ γὲ ἔτι τούτων τελουμένων, μυριάκις ὑπὸ τοῦ Θείου πνεύματος διὰ τῶν προφητῶν, ἀνετράπησαν, καθὼς διὰ Ἡσαΐου φησίν· * " ἐὰν φέρητέ μοι σεμίδαλιν, „ μάταιον θυμίαμα, βδέλυγμά μοι ἐστί· „ τίς γὰρ ἐξεζήτησε ταῦτα ἐκ τῶν χειρῶν „ ὑμῶν; „ Διὰ ᾗ Δαβίδ· * " μὴ φάγομαι „ κρέα ταύρων, ἢ αἷμα τράγων πίομαι; „ Καὶ ἑτέρωθι· * " θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ „ ἠθέλησας, σῶμα ᾗ κατηρτίσω μοι· „ τὸ δὲ τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν πάντων σωματώσεως, πρὸ χρυσῶν ἀρχαίων πυτρεωσμένον φάσκων μυστήριον· πῶς ἄρα μετὰ τὴν ἐπιφάνειαν τῆς νέας χάριτος, ἴχνος ὑπολελεῖφθαι τῶν παλαιῶν θυσιῶν φήσειεν ἄν τις τοῦ νοῦν ἐχόντων; ἀλλὰ ταῦτα μὲν περὶ τῶν νομικῶν θυσιῶν παύλας ἡ ἀποβολῆς καὶ ἀπαγορεύσεως.

* Is. I. 13.

* Ps. 49. 13.

* Ps. 39. 7.

η'. Ἀλλ' ἴσως ἔροιτό τις τῶν ἀντιθέτων· ὑμεῖς ᾗ ἐκ ποίων προφητικῶν ἀποδείξεων τὸ παρ' ὑμῶν προσφερόμενον ἄρτον καὶ οἶνον, εἰς τύπον τοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ προσφέρειν παρελάβετε; φαμὲν οὖν καὶ πρῶτον λόγον, ὡς τὰ παρὰ τοῦ αὐτοαληθείας Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ πραχθέντα καὶ παραδοθέντα, οὐδεὶς ἀντεξετάζειν δύναται· τοῦτο γὰρ ποιεῖτε, φησὶν, ἵνα καὶ αὖθις ἐρῶ, εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. Εἰ ᾗ προφητικὰς περὶ τούτων προρρήσεις ζητεῖς, ἄκουσον προφήτου καὶ βασιλέως ἀμφοῖν τὸ ἀξιόπιστον ἔχοντος· μᾶλλον ᾗ αὐτοῦ τοῦ ἐπουρανίου πατρὸς πρὸς τὸν πρὸ ἑωσφόρου γεγενημένον ἐξ αὐτοῦ ἀῤῥήτως καὶ ἀπαθῶς· " ὤμοσε κύριος, καὶ οὐ μεταμεληθήσεται· „ σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα καὶ τὸν τάξιν Μελ- „ χισεδέκ *. „ Καὶ τί τὰ παρ' αὐτῷ προσφερόμενα τῷ Θεῷ; ἄρτος καὶ οἶνος, οἷς τὸν

* Ps. 109. 4.

Deus illis sacrificia indixisset, quid causae erat, quominus in universum terrarum orbem diffundi ea decrevisset, aeque ac illa, quae per praedicationem apostolorum, iubente Deo instituta sunt, quae soli et aëri, ceterisque mundi ornatibus adsimilantur? Sed, ut diximus, Iudaeorum sacrificia condescensione Dei permissa fuerunt. Etenim dum haec adhuc peragebantur, millies divino Spiritu per prophetas loquente, recusata sunt, quemadmodum Esaias ait: « si adferatis ad me similam, vana est » oblatio, abominatio inquam mihi est. » Quis enim haec de manibus vestris ex- » quisivit? » David autem: « num man- » ducabo carnes taurorum, et sanguinem » hircorum potabo? » Et alibi: « sacrifi- » cium et oblationem noluisti, corpus au- » tem aptasti mihi. » Quibus verbis propheta, Christi Dei nostri, ante veteres generationes dispositum incarnationis mysterium denotat. Quomodo igitur post novae gratiae adventum, vestigium aliquod veterum sacrificiorum, quicumque mentis est compos, dicat superfuisse? Sed haec hactenus de legalium sacrificiorum cessatione vel abiectione et vetito.

8. Sed fortasse dicet aliquis ex adversariis: vos, ex quibus prophetarum indicationibus panem vinumque ceu typum corporis ac sanguinis Christi offerre didicistis? In primis igitur respondemus, Christi Dei, qui est ipsa veritas, facta et traditiones neminem posse scrutari. Hoc enim facite, inquit (ut denuo dicam) in meam commemorationem. Quod si propheticas de his praedictiones quaeris, audi virum prophetae simul regisque auctoritatem habentem; immo vero ipsum caelestem patrem, genito abs se ante luciferum ineffabiliter et impassibiliter filio dicentem: « iu- » ravit Dominus, et non paenitebit eum; » tu es sacerdos in aeternum secundum » ordinem Melchisedec. » Quid hic porro Deo offerebat? panem ac vinum, quibus Abrahamum divinitus muneratus est, post

victoriam ab eo patratam. Si ergo oriundus ex alieno populo Melchisedec, figura Christi existimatur et creditur, utique expulsum est leviticum sacerdotium. Impossibile enim est Deum mentiri, postquam iureiurando promisit, se excitaturum aliquem secundum ordinem Melchisedec, qui carnaliter esset de Davidis semine pontifex simul Deusque ante saecula. Eiectis igitur qui de Levi tribu erant, ut suprascriptum est, necesse vicissim fuit ut veteris tum legis tum cultus immutatio fieret; sicut alicubi magnus quoque Paulus dicit: universum enim Iudaeorum cultum per levitas et contribules exerceri, lege cautum erat; quibus cessantibus, lex quoque irrita evasit. Sed et per alium prophetam, de nostro sacrificio et cultu haec Deus praedixit dicens: « ecce thymiama » mihi exhibetur in universa terra. » Atque haec dicta sunto de abolitione iudaicorum sacrificiorum ac rituum, et de praelatione nostrorum quae in universa terra per incruentum sacrificium fiunt.

9. Sed enim illuc iam oratio revocanda est, unde discessit: etsi haec ipsa transeunter dicta fuerunt ob occisorum Christi reprehensionem. Sic itaque, uti dictum est, oblatio, et panis, et benedictio, et primitiae, in typum semper virginis Deiparae assumuntur; quae beneplacito patris, voluntate filii ipsius, et adventu sancti Spiritus, unum de sancta Trinitate, filium Dei ac Verbum in se excipiens, perfectum Deum et perfectum hominem peperit. Sicque pariter supersubstantialis Deus carnem ex hac sumens, unica sub hypostasi, perfectus aeque homo fuit, similis nobis per omnia absque peccato. Sic etiam dominicum corpus, tamquam ex quodam utero et sanguinibus et carne virginei corporis, ex toto inquam pane et benedictione et oblatione, a diacono, ut in magna ecclesia mos est, ferreo instru-

Ἀβραὰμ ἐδεξιοῦτο θεοπρεπῶς, νίκην ἐπεργασάμενον· εἰ οὖν ἐξ ἑτέρας φυλῆς ὁ Μελχισεδὲκ, τύπος ἦν τοῦ Χριστοῦ καὶ λογίζεται καὶ πιστεύεται, ἐκβέβληται ἄρα ἡ λευιτικὴ ἱερωσύνη· ἀδύνατον γὰρ ψεύσασθαι θεὸν, καὶ ταῦτα μὴ ὅρκῳ ἐπαγγειλάμενον, καὶ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ ἀναστήσεσθαι τὸ ἐκ σπέρματος Δαβὶδ τὸ κατὰ σάρκα, ἀρχιερέα τὸν αὐτὸν ὄντα καὶ θεὸν προαιώνιον. Τῶν ἐκ τῆς λευιτικῆς τοίνυν φυλῆς ἐκβεβλημένων, ὡς προεῖρηται, ἀναγκαῖον πάλιν ἐστὶ καὶ τοῦ παλαιοῦ νόμου καὶ τῆς λατρείας γενέσθαι μετάθεσιν· ὥς που καὶ Παῦλος ὁ μέγας φησί· * πᾶσα γὰρ ἡ τῆς λατρείας τῶν Ἰουδαίων πραγματεία καὶ ἐντολὴ, διὰ τῶν λευιτῶν καὶ συμφυλετῶν αὐτῶν ἐνεργεῖσθαι τῷ νόμῳ ἐτέτακται· παυομένων δὲ ἐκείνων, κατήργηται καὶ ὁ νόμος· ἀλλὰ καὶ δι' ἑτέρου προφήτου περὶ τῆς ἡμετέρου θύματος καὶ τῆς λατρείας τοιαῦτα προαναφωνεῖ λέγων· * ἰδοὺ θυμίαμά μοι προσφέρεται ἐν πάσῃ τῇ γῇ· καὶ ταῦτα μὲν εἰς ἀναγόρευσιν τῶν Ἰουδαϊκῶν καὶ θυσιῶν καὶ ἐθῶν, πρόκρισιν δὲ τῶν ἡμετέρων καὶ πάσῃ τῇ γῇ τελουμένων διὰ τῆς ἀναιμάκτου θυσίας.

* Hebr. VII. 11.

* Malach. I. 11.

θ'. Ἀλλ' ἐπανακτέον (ἐπὶ) λόγον ὅθεν ἐξέβημεν· εἰ καὶ παρεκβατικῶς εἴρηται ταῦτα, διὰ τὸν τῶν χριστοκτόνων ἔλεγχον· οὕτω τοίνυν καὶ διὰ τὰ προειρημένα ἡ προσφορὰ, καὶ ὁ ἄρτος, καὶ ἡ εὐλογία, καὶ ἡ ἀπαρχὴ, εἰς τύπον τῆς ἀειπαρθένου καὶ θεοτόκου λαμβάνεται (1)· ἥτις κατ' εὐδοκίαν τοῦ πατρὸς, καὶ θέλησιν τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ καὶ λόγου, καὶ ἐπελεύσει τοῦ ἁγίου πνεύματος, τὸ ἕνα τῆς ἁγίας τριάδος υἱὸν τοῦ θεοῦ καὶ λόγον εἰσδεξαμένη, τέλειον θεὸν καὶ τέλειον ἄνθρωπον ἀπεκύησεν· ὥσπερ ἦν πάλιν ὁ ὑπερούσιος θεὸς σάρκα ἐκ ταύτης λαβόμενος ἐν μιᾷ ὑποστάσει, τέλειος ἦν καὶ ἄνθρωπος, ὅμοιος ἡμῖν κατὰ πάντα, χωρὶς ἁμαρτίας· οὕτω καὶ τὸ κυριακὸν σῶμα, ὡς ἔκ τινος κοιλίας καὶ αἱμάτων καὶ σαρκὸς τοῦ παρθενικοῦ σώματος, τοῦ ὅλου ἄρτου φημὶ, καὶ εὐλογίας καὶ προσφορᾶς, παρὰ τοῦ διακόνου, ὡς ἡ μεγάλη

(1) Ita Christophorus Angelus, graecus homo, in Enchiridio de statu hodiernorum Graecorum cap. 14: σημαίνει δὲ οὗτος τὴν παρθένον.

ἐκκλησία (1) παρέλαβε, δῳατέμνεται σιδήρῳ τινὶ, ὅπερ κὴ λόγχην λέγουσιν (2), εἰ κὴ μήπω ταύτης ἐστὶν ὁ καιρός· κὴ οὕτως ἰδιοϋποστάτως (3) ἐκ μέσου ταύτης ἀφιεροῦται· ὁ μέν τοι διάκονος, ὁ τοῦτο διενεργῶν, ἑτοιμάσας σὺν αὐτῷ κὴ τὸ μέλλον ἀποτελεῖσθαι θεαρχικὸν αἷμα, ἐν τῷ προσήκοντι τῶν πάθους καιρῷ, διὰ τοῦ ζωοποιοῦ πνεύματος ἐπιφοιτήσεως, ἀφίησι ταῦτα ἐν τῇ προθέσει, τὴν ταύτης εὐχὴν ἐπιλέγοντος τοῦ ἱερέως.

ι'. Αὐτὸς δὴ ὁ τὸ θεῖον σῶμα δῳατέμνων διάκονος ἀπὸ τῆς εὐλογίας, τὸ ἄγγελον μιμεῖται, τὸ τῇ παρθένῳ τὸ χαῖρε προσφθεγξάμενον· εἰ δὲ κὴ ἱερεῖς τοῦτο τέμνουσιν, ἀλλ' ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ οὕτως ἐτηρεῖτο πάλαι, κὴ παρὰ τῶν διακόνων ἡ προσφορὰ διετέμνετο· ὁ μέν τοι διάκονος, ὁ κὴ τὸ τύπον τῆς μεγάλης ἐκκλησίας σῴζων τοῦτο διενεργῶν, ἑτοιμάσας σὺν αὐτῷ κὴ τὸ μέλλον ἀποτελεῖσθαι θεαρχικὸν αἷμα ἐν τῷ προσήκοντι καιρῷ τὸ πάθους διὰ τοῦ ζωοποιοῦ πνεύματος ἐπιφυτήσεως, ἀφίησι ταῦτα ἐν τῇ προθέσει, τὴν ταύτης εὐχὴν ἐπιλέγοντος τοῦ ἱερέως· οὕτω τοιγαροῦν ἀφίεται τὸ θεῖον σῶμα ἐν τῇ προθέσει, ὥσπερ ἐν Βηθλεὲμ, ὅπου γεγέννηται ὁ Χριστὸς, οὗ αἱ ἔξοδοι ἀπ' ἀρχῆς ἡμερῶν αἰῶνος· ὁμοῦ δὲ κὴ ὡς ἐν τῇ Ναζαρὲτ, πρὸς ἣ κὴ τῆς ἐν Καπερναοὺμ δῳατριβῆς, τὸ τόσον ἡ πρόθεσις ἐκπληροῖ· τοῦτο γὰρ ἕνεκεν ἐν προοιμίοις προέφημεν, ὅτι τὸ ἓν τῶν νῦν τυπουμένων, ἐν δυσὶ κὴ ζῃσὶ τῶν τότε τελεῖται· κὴ ἁπλῶς εἰπεῖν τὸ τριακονταετῆ χρόνον τὸ πρὸ τοῦ βαπτίσματος, κὴ τὰς δῳατριβὰς, ἡ πρόθεσις ἐκπληροῖ· δίδοται τοίνυν καιρὸς παρὰ τοῦ ἀρχιερέως τῷ πρώτῳ τῶν ἱερέων μέλλοντι ἄρχεσθαι τῆς θείας μυσταγωγίας· ὃν δὴ κὴ ὁ καιρὸς σχηματίζει τὸ παρὰ τοῦ προφήτου Ἡσαΐου προαναφωνηθέντα καιρὸν, τοῦ προφήτου Ἰωάννου κὴ προδρόμου γεννή-

mento secatur, quod lanceam vocant, etiamsi necdum hac utendi tempus est; atque ita per se subsistens ex media eulogia consecratur. Et diaconus quidem, huius divisionis auctor, parans simul illum qui consecrandus est sanguinem, congruo passionis tempore, per vivifici Spiritus adventum, deponit haec in prothesi, dum interim propriam huius rei orationem dicit sacerdos.

10. Ipse vero qui divinum corpus desecat diaconus ab eulogia, angelum imitatur, qui virgini dixit: ave. Quod si etiam sacerdotes id desecant, attamen in magna ecclesia sic ab antiquo fiebat, et a diaconis oblatio secabatur. Igitur diaconus qui ex magnae ecclesiae more sic olim agebat, parans simul mox futurum dominicum sanguinem congruo passionis tempore, per vivifici spiritus interventum, relinquit haec in prothesi, dum huius precem sacerdos recitat. Sic itaque relinquitur divinum corpus in prothesi, veluti in Bethleem ubi natus est Christus, cuius exitus ab initio dierum saeculi. Simul etiam tamquam in Nazaret, insuperque instar incolatûs in Capharnaum, vice fungitur prothesis. Quam ob rem in prooemio iam diximus, quod unus ex praesentibus typis, duobus vel tribus tunc actis rebus aequiperetur. Ut summatim dicam, tricennale spatium et vitam ante baptismum prothesis repraesentat. Concedit ergo tempus pontifex primo sacerdoti, qui divinam incipere mystagogiam debet: id autem temporis spatium significat illud a propheta Esaia praedictum tempus, nativitatis videlicet prophetae Iohannis praecursoris, Christique ad nos ad-

(1) Stephanus Aldoënsis patriarcha antiochenus Maronitarum in expositione missae sect. III. cod. vat. 7410. f. 90. b. sic ait: *cultro utuntur Graeci quasi ad cogitationem lanceae, qua transfossum est latus Christi; unde quando sacerdos immolat panem, ante quam sacrificet, ferit illum acumine cultri in parte dextera, ita ut capulus attingat calicem; appareatque, sanguinem qui est in calice, eundem esse qui latere Christi manavit.* Legatur etiam Allatius de templis Graecorum ed. Paris. p. 145.

(2) Magna ecclesia intelligitur constantinopolitana, id est S. Sophiae templum.

(3) Adverbialiter. Sed et pro adiectivo ἰδιοϋπόστατος citantur a cl. Boissonado in nova lexici stephaniani editione exempla Areopagitae, et scholiastae ad Epictetum; cui lexico nunc hoc adverbium adiiciatur.

ventûs. Horum enim amborum, nempe et nativitatis tempus, et Christi adventum, praeter alios deiloquos viros Esaias perspicue vaticinatus est. De Iohanne quidem ita dicens: ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui parabit viam tuam coram me. Item alia quotquot de eodem praenunciavit. De Christo autem: ecce virgo in utero habebit. Et quicquid ille de passione, sepultura, ac resurrectione praedixit. Namque hoc tempore, reconditi quoque a constitutione mundi mysterii manifestatio exitum nacta est.

11. Iam vero sacerdos, qui initium divinae liturgiae facit, imaginem gestat Iohannis baptistae praecursoris, qui videlicet praedicationem exorsus est dicens: paenitentiam agite; appropinquavit enim regnum caelorum; et accedentes omnes baptizabat. Coeptâ igitur ab hoc liturgiâ, accedunt post primam precem propheticae lectiones, quas antiphôna appellamus, tum quia prophetae praedixerunt eum qui iam natus est; tum quia reapse vetus testamentum praecessit, cuius legislator fuit hic modo natus in fine dierum. Sciendum vero est, quod initio cuiuslibet officii, tum matutini tum vespertini, primo veteris testamenti canuntur psalmi; deinde novae gratiae cantica, ut omnes agnoscant unum eundemque esse dominum, qui et haec et illa mandavit, Christum. Canuntur igitur, ut diximus, post primam precem antiphôna; quae primo ingerunt, quod bonum sit confiteri nato Domino pro humani generis salute: deinde elata voce clamant illud: Dominus regnavit; id est nunc magis regnat aeternus rex et dominus, postquam humilem hanc sibi carnem induit, quam fortitudinem appellaverunt: sicut multis aestimatam ignominiam, crucis scilicet, gloriam Salvator nominavit. Sicut enim rex, quamquam semper potentia ac fortitudine praeditus, haud interdum his utitur ad reprimendos

σεως, καὶ τοῦ Χριστοῦ πρὸς ἡμᾶς ἐπιδημίας· ἀμφοτέρων γὰρ τούτων τοῦ τε γεννήσεως τὸ καιρὸν, καὶ τοῦ Χριστοῦ ἐπιδημίας, μετὰ τῶν ἄλλων θεηγόρων, ὁ Ἡσαΐας ἀριδήλως προεφήτευσε· περὶ μὲν τοῦ Ἰωάννου οὕτως εἰπών· * ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω (Ϛ) ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου, ὃς κατασκευάσει τὴν ὁδόν σου ἔμπροσθέν μου· καὶ τἄλλα ὅσα περὶ αὐτοῦ προηγόρευσε· περὶ δὲ τοῦ Χριστοῦ, ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει· * καὶ ὅσα ἐκεῖνος περὶ τοῦ πάθους, καὶ τοῦ ταφῆς, καὶ τοῦ ἀναστάσεως προηγόρευσεν· ἐν τούτῳ γὰρ τῷ καιρῷ καὶ τὸ ἀποκεκρυμμένου μυστηρίου πρὸ καταβολῆς κόσμου ἡ φανέρωσις τὸ πέρας ἐδέξατο.

* Es. XL. 3.

* Es. VII. 14.

ια'. Ὁ δέ γε ἱερεὺς ὁ τὴν ἔναρξιν τοῦ θείας ἱερουργίας ποιούμενος, εἰκόνα φέρει τοῦ προδρόμου Ἰωάννου καὶ βαπτιστοῦ, προκαταρξαμένου τοῦ κηρύγματος καὶ λέγοντος, μετανοεῖτε· ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν· καὶ βαπτίζοντος πάντας σὺν προσερχομένοις. Ἀρχομένου δὲ τούτου τοῦ θείας ἱερουργίας, παράγονται μετὰ τὴν πρώτην αἴτησιν τὰ προφητικὰ ἅπερ ἀντίφωνα καλοῦμεν· ἅμα μὲν ὡς προανακηρύξαντα τὸ προαναφανέντα, ἅμα δὲ καὶ ὡς προηγησαμένης τῆς παλαιᾶς διαθήκης, ἧς νομοθέτης ὤφθη ὁ γεννηθεὶς ἐπ' ἐσχάτῳ τῶν ἡμερῶν ἐχρημάτισεν· χρὴ δὲ γινώσκειν ὅτι ἐν ἀρχῇ πάσης τῆς ὀρθρινῆς τε καὶ λυχνικῆς πρῶτον τῆς παλαιᾶς ᾄδονται οἱ ψαλμοὶ, εἶτα τὰ τῆς νέας χάριτος ᾄσματα, ἵν' ἔχοιεν εἰδέναι πάντες ὡς εἷς καὶ αὐτὸς δεσπότης ἐστὶν ὁ ταῦτα κἀκεῖνα νομοθετήσας Χριστός· ᾄδονται τοιγαροῦν, ὡς εἴρηται, μετὰ τὴν πρώτην αἴτησιν, ἀντίφωνα· πρῶτον μὲν προτρεπόμενα τὸ, ὡς ἀγαθὸν τὸ ἐξομολογεῖσθαι τῷ τεχθέντι κυρίῳ ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦ ἀνθρωπείου γένους ὠδαγομένῳ· δεύτερον κηρύττονται μεγαλοφώνως, τὸ, ὁ κύριος ἐβασίλευσε, τουτέστι, νῦν μᾶλλον βασιλεύει ὁ πρὸ αἰώνων βασιλεὺς καὶ κύριος, ἐνδυσάμενος τὴν ταπεινὴν ταύτην σάρκα, ἣν καὶ δύναμιν προσηγόρευσαν· καθάπερ τοῖς πολλοῖς δοκοῦσαν αἰσχύνην τὴν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ, δόξαν ὁ σωτὴρ ἐπωνόμασεν· * ὥσπερ γάρ τις βασιλεὺς, ἀεὶ μὲν τὸ κράτος καὶ τὴν

* Ioh. XII. 32.

δύναμιν ἔχων ἐν ἑαυτῷ, οὐ κέχρηται τούτοις πρὸς ἄμυναν τ῀ ἐχθρῶν τ῀ τυραννούντων θ῀υ ὑπηκόους αὐτοῦ· ὕστερον ᾗ βεληθεὶς ἐκδικῆσαι τούτους, δμῳασὰς ἐν μικρῷ τινὶ ὅπλῳ, οἰκείᾳ ῥοπῇ θραύει θ῀υ πολεμίους, κ῀ βυθῷ ἀπωλείας τούτους ὡδαδοὺς, ἀκούει παρὰ πάντων τ῀ ἐλευθερωθέντων π῀ τυραννίδος, νῦν ἐβασίλευσεν ὁ δεσπότης ἡμῶν, νῦν ἐνεδύσατο δύναμιν, τ῀ βελὴν αὐτοῦ κ῀ τ῀ θέλησιν π῀ ἐκδικήσεως, βασιλείαν κ῀ δύναμιν ὀνομαζόντων, οὕτω κ῀ ὁ προφήτης προορῶν π῀ ἐν σαρκὶ παρουσίας τ῀ θεοῦ λόγου τ῀ χρόνον, κ῀ τ῀ ἐκδίκησιν τ῀ ἀνθρωπίνου γένους, τήν τε τ῀ ἐχθροῦ κ῀ τ῀ σὺν αὐτῷ δαιμόνων κατάλυσιν, ἔτι γε μὴν κ῀ τ῀ θανάτου νέκρωσιν, κ῀ τ῀ ἀφ' ὧν παρ' αὐτοῦ κατεχομένων ἐλεύθερίαν, κ῀ τῇ γυνήσει κυρίου παρὸν τὸ σπήλαιον, τὸ, νῦν ἐβασίλευσεν ἐξεφώνησεν· κ῀ νῦν ἐνεδύσατο δύναμιν, οὐχ ὡς οὐ πρὶν μὴ ὑπάρχουσαν παρ' αὐτῷ, ἀλλ' ὡς ἀεὶ σωοῦσαν, εἰς προωρισμένον δὲ καιρὸν ταμιευόμενον ἀναλάμψαι· εἴωθε γὰρ ἡ τ῀ θείου πνεύματος χάρις τὰ μέλλοντα ὡς ἐνεστῶτα κ῀ γεγυμνασμένα ἀνακρύττειν.

ιβ'. Συντέτακται δὲ τῷ τέλει τ῀ πρώτου ἀντιφώνου, τὸ π῀ πρεσβείαις π῀ θεοτόκου σῶσον ἡμᾶς· τίνος χάριν; ἢ πάντως ἵνα βεβαιωθῇ τὰ πρότερον εἰρημένα περὶ τ῀ τύπου π῀ ἀειπαρθένου, ὅτι αὐτὴ π῀ τοιαύτης προηγεῖται διακονίας, κ῀ ἀληθοῦς οἰκονομίας· τ῀ δευτέρου δὲ τὸ ἐφύμνιον (1), τ῀ πρεσβείαις τ῀ ἁγίων σου· ἐπεὶ γὰρ ὑπὲρ σωτηρίας ψυχῶν κ῀ συγχωρήσεως πταισμάτων τ῀ θείαν τελοῦμεν μυσταγωγίαν, εἰκότως ὡς ὑπερτέραν οὖσαν τ῀ θεομήτορα πάντων τ῀ ἁγίων, ἢ κ῀ αὐτῶν τ῀ ἐπουρανίων δυνάμεων, εἰς ἱκεσίαν προσκαλούμεθα· εἶτα θ῀υ εὐαρεστήσαντας τῷ ταύτης υἱῷ· εἰ γὰρ κ῀ προϊὼν ὁ λόγος εὑρίσκει θ῀υ ἁγίους ἅπαντας, ἀλλὰ κ῀ αὐτὴν τ῀ πανάχραντον οἱονεὶ παρὰ τ῀ ἀρχιερέως μεσιτευομένην εἰς τὸ, ἔτι προσφέρομέν σοι τ῀ λογικὴν (2) ταύτην λατρείαν·

hostes qui subditis suis vim inferunt; postea vero ulciscendi capto consilio consurgens, exigua aliqua cum armatura, propriarum virium pondere hostes prosternit; atque his in barathrum perditionis proiectis, cunctos quos tyrannide hostili liberavit, audit sibi dicentes: nunc regnavit dominus noster, nunc induit fortitudinem: quia nimirum propositum eius ac voluntatem ulciscendi, regni et fortitudinis nomine appellant; sic etiam propheta praevidens venturi in carne Dei Verbi tempus, et humani generis defensionem, simulque hostis et sociorum eius daemonum cladem supremam, insuper ipsius mortis extinctionem, et ab ea detentorum liberationem, et nati Christi speluncam coram aspiciens, verba, nunc regnavit, inclamat; et, nunc sibi fortitudinem induit: non quod antea haec illi non adesset, sed quia tamquam perpetuo inhaerentem, certo tamen tempori reservatam ad comparendum. Solet enim divini Spiritus gratia, futura tamquam praesentia et iam acta praedicare.

12. Subiunguntur autem fini primi antiphôni verba « intercessionibus Deiparae, » salva nos. » Quam ob causam? prorsus ut confirmentur dicta antea de typo perpetuae Virginis, quod nempe ipsa huic ministerio et oeconomiae praeeat. Secundi vero antiphôni subsequens carmen est: intercessionibus sanctorum tuorum. Quia enim pro salute animarum, et peccatorum venia divinam peragimus mystagogiam, merito ceu excelsiorem Dei matrem sanctis omnibus, ad intercedendum invocamus; et deinde caros eiusdem filio sanctos. Nam etsi sequens noster sermo, omnium quoque sanctorum inveniet invocationem, attamen ipsam immaculatam, tamquam ab ipso episcopo interpositam illis verbis: adhuc exhibemus tibi hunc

(1) Citatur hic Andidensis locus ex ms. ab Allatio contra Hottingerum p. 132. Item de Purgat. p. 108.

(2) Nicolaus Cabasilas in comm. cap. 51. λογικὴν, quod dicimus *rationalem*, mavult *verbalem* intelligere, quia nihil aliud a sacerdote, quam verba sacramentalia precesque fiant in hoc sacrificio. Nimirum

rationalem cultum. Sed enim id a patribus institutum dicitur, secundum aliam etiam rationem, quam cum ad proprium pervenerimus officii locum, Deo favente, trademus. Nunc reliqua sermo prosequatur. Iam enim ad tertium antiphônum devenimus. Troparium autem in fine secundi antiphôni dictum « unigenitus filius et » Verbum Dei » a beato rege Iustiniano additum fuit, quod ipsum nativitatis Christi symbolis valde congruit. Hic enim, inquit, unigenitus filius et Verbum aeterni patris, dignatus pro nostra salute incarnari ex Deipara, immutabili manente et inconfusa deitate, unus est de sancta Trinitate, qui inhumanari et crucifigi sustinuit. Etenim sine discessu et sine separatione a paternis sinubus descendens, incarnatus est: qui etiam in trisagio hymno a spiritalibus caelestibusque virtutibus collaudatur: ipse ergo est salvator noster.

13. Sic ei accommodatus est a patribus trisagii quoque hymnus, ut et ille qui in tropario laudatur, unus de sancta Trinitate praedicetur, consubstantialis Patri et sancto Spiritui, naturae eiusdem et inseparabilis. Iam verba sanctus Deus, ii qui hypostaticas proprietates distinguunt, patri attribuunt: tum verba sanctus fortis, propriae hypostasi filii Verbi adsignant. Denique sanctus immortalis, vivifici et consubstantialis Spiritus personae tribuunt: quamquam et unicuique trium personarum unius deitatis, triplicatum hoc vocabulum « sanctus » convenit. Harum enim unaquaeque et sancta est et fortis et immortalis. Coniunctus autem fuit troparium trisagii hymnus, ob significandam naturae unitatem et consubstantialitatem Filii cum duabus personis reliquis. Natura sane et substantia tribus una est, nomen vero commune unicum deitas; et-

ἀλλὰ καθ' ἕτερον λόγον λέγεται τοῖς πατράσι ταῦτα διωρίσθω, ὃν ἀποδώσομεν θεοῦ χορηγοῦντος ἐπ' αὐτὸ τὸ χωρίον τῆς ἀκολουθίας ἥκοντες· νυνὶ δὲ, τῆς ἐφεξῆς ὁ λόγος ἐχέσθω· ἤδη γὰρ πρὸς τὸ τρίτον ἀντίφωνον ἐπεραιώθημεν· τὸ δὲ τροπάριον τὸ μὲν τέλος τοῦ δευτέρου ἀντιφώνου λεγόμενον, τὸ, ὁ μονογενὴς υἱὸς καὶ λόγος τοῦ θεοῦ, παρὰ τῆς θείας λήξει βασιλέως Ἰουστινιανοῦ ἐκπεφώνηται, σφόδρα γὰρ καὶ αὐτὸ τοῖς συμβόλοις καὶ τῆς Χριστοῦ γεννήσεως ἐφαρμόζον· φησὶ γάρ φησιν ὁ γεννηθεὶς, ὁ μονογενὴς υἱὸς καὶ λόγος τοῦ προαναρχος παρὸς ὑπάρχων, καταδεξάμενος διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, σαρκωθῆναι ἐκ τῆς ἁγίας θεοτόκου, ἀτρέπτως μεινάσης τῆς θεότητος καὶ ἀσυγχύτως, εἷς ὢν τῆς ἁγίας τριάδος ἐνανθρωπήσας, καὶ σταυρωθῆναι καταδεξάμενος· ἀνεκφοιτήτως γὰρ καὶ ἀχωρίστως τῶν πατρικῶν κόλπων καταβὰς, σεσάρκωται· ὁ καὶ ἐν τῷ τρισαγίῳ ὕμνῳ συνδοξαζόμενος ὑπὸ τῶν νοερῶν καὶ ὑπουρανίων δυνάμεων· αὐτὸς οὖν ἐστὶν ὁ σώζων ἡμᾶς.

ιγ'. Οὕτως σωήρμοσαι παρὰ τῶν πατέρων καὶ ὁ τρισάγιος ὕμνος, ἵνα καὶ ὁ διὰ τοῦ τροπαρίου ὑμνούμενος, εἷς ὢν κηρυχθῇ τῆς ἁγίας τριάδος, ὁμοούσιος τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, καὶ συμφυὴς καὶ ἀδιαίρετος· τὸ γὰρ ἅγιος ὁ θεὸς, οἱ τὰς ὑποστατικὰς ἰδιότητας διαιροῦντες, τῷ πατρὶ προσνέμουσι· τὸ δὲ ἅγιος ἰσχυρὸς, τῇ ἰδιότητι τῆς ὑποστάσεως τοῦ υἱοῦ ⁊ λόγου ἀφορίζουσι· τὸ δὲ ἅγιος ἀθάνατος, τῇ τοῦ ζωοποιοῦ καὶ ὁμουσίου πνεύματος ἀφιεροῦσιν· ἁρμόττει δὲ καὶ ἑνὶ ἑκάστῳ τῶν τριῶν προσώπων τῆς μιᾶς θεότητος, τὰ ἴδια ταυτὶ ἄθλια· ἕκαστον γὰρ τούτων, καὶ ἅγιός ἐστι, καὶ ἰσχυρὸς καὶ ἀθάνατος· σωῄπται μὲν οὖν τῷ τροπαρίῳ καὶ ὁ τρισάγιος ὕμνος, εἰς δήλωσιν τῆς συμφυΐας καὶ ὁμουσιότητος τοῦ υἱοῦ, μετὰ τῶν λοιπῶν ὑποστάσεων δύο· φύσις μὲν γὰρ καὶ οὐσία τοῖς τρισὶ μία, ὄνομα δὲ κοινὸν ἐν ἡ θεότης· εἰ καὶ ἕκαστον τῶν τριῶν προσώπων θεὸς ὀνομάζεται τέλειος. Ἐν τούτοις δὲ τοῖς

λόγος, et *ratio* est, et *verbum* seu *locutio*. Posteriorem autem sensum Cabasilas praetulit. Aliter tamen Germanus, seu quivis sub eius nomine latens, ed. Paris. p. 160. Λατῖνοι λέγουσι ῥατζιονάβιλε, Ἕλληνες δὲ λέγουσι φρόνησιν καὶ λογιότητα.

βραχέσι ῥήμασι καλῶς νοεῖται καὶ τὸ παρὰ τ̃ μεγάλου θεολόγου οὕτω πως εἰρημένον· διαιρεῖται γὰρ ἀδιαιρέτως, ἵν' οὕτως εἴπω, καὶ συνάπτεται διηρημένως· καὶ ἀλλαχοῦ ὁ αὐτός· οὐ φθάνω τὰ θεῖα διελεῖν, καὶ εἰς τὸ ἓν ἀναφέρομαι· ἀλλὰ μή τις τὰς μ̃ρτυρίας ταύτας τ̃ θεισαγίου ἀκούων, νομίσῃ τ̀ ἀρχὴν λαβεῖν ἀπὸ τ̃ τ̃ Χριστοῦ καὶ θεοῦ ἡμῶν ἐνανθρωπήσεως· πάλαι γὰρ ὑπὸ τ̃ θεηγόρων προφητῶν μυστικῶς τῷ πνεύματι, προαναφωνούμενον ἦν· τούτου γὰρ τ̀ τύπον καὶ τὰς ῥήσεις ἱσορᾶν ὁ Δαβὶδ, διὰ βραχυλογίαν παρίστησι τοῦτον· ἐδίψησε λέγων ἡ ψυχή μου πρὸς τ̀ θεὸν τ̀ ἰσχυρὸν τ̀ ζῶντα· καὶ ἀλλαχοῦ· τῷ λόγῳ κυρίου οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ πνεύματι τ̃ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν· καὶ ἑτερώθι· ἐν τῷ φωτί σου ὀψόμεθα φῶς· ὁ δ' ὑπὸ Ἡσαΐου * ἐκφωνηθεὶς σεραφικὸς ὕμνος, καὶ τὰ τρία ἅγια εἰς μίαν κυριότητα συνάγων καὶ θεότητα, τίνα διαφορὰν φέρει τ̃ παρ' ἡμῖν ᾀδομένου θεισαγίου; τ̃ μὲν οὖν τροπαρίου μ̃ τ̃ θεισαγίου συνῆπται ὁ λόγος, διὰ τὸ πρὸς τὸ θεότητα τούτων ἀναφορὰν, διατεμὼν τὸ ἐν μέσῳ προβαίνουσαν τ̃ ἀρχιερέως εἴσοδον.

* Cap. VI. 3.

ιδ'. Λεγέσθω τοιγαροῦν περὶ ταύτης ὅσα δοίη θεὸς κ̃ τὸ ἡμῖν ἐγχωροῦν. Δοκῶμεν γὰρ τ̀ ἐπὶ τ̃ Ἰορδάνου ἀνάδειξιν καὶ φανέρωσιν τ̃ Χριστοῦ καὶ θεοῦ ἡμῶν, τ̀ τ̃ ἀρχιερέως εἴσοδον ὑπαινιττέσθαι· ἐκ τούτου οὖν ὡς ἔοικε ποταμοὶ ὀνομάζονται τὰ ἐν τῷ ἐδάφει τ̃ μεγάλης ἐκκλησίας κείμενα μ̃ρμάρια στενὰ καὶ μέλανα δίκην ὀρδίνων, καὶ μεταξὺ μετρίων διαστημάτων ἀλλήλων διαιρούμενα· μέχρι γὰρ τ̃ εἰσόδου, εἰ καὶ ἦν ἀρχιερεὺς, ἀλλ' οὐχὶ πᾶσι δῆλος καὶ γνώριμος· εἰ ἄρ εἰς μέσον ἔσως, καὶ τὰ ὑπερφυῆ καὶ ἐξαίσια διετελῶν· ἀλλ' ὁ τ̀ καιρὸν λαβὼν ἱερεὺς, ὁ καὶ μέσον τ̃ θυσιαστηρίου ἱστάμενος, πρὸ τ̃ εἰσόδου τ̃ ἀρχιερέως, ὡς πρόδρομος ἐνήργει τὸ διὰ μετανοίας βάπτισμα· ὃς εἰσελθόντα ἰδὼν τ̀ ἀρχιερέα, μεθίσταται, μονονουχὶ τοῦτ' ἐκεῖνο ῥῆμα διαλεγόμενος, ὅπερ ἔφησε καὶ Ἰωάννης, τοῦτον δεῖ αὐξάνεσθαι, ἐμὲ δ' ἐλαττοῦσθαι· διὸ

iamsi singulae tres personae appellentur perfectus Deus. In his vero brevibus verbis praeclare intelligitur etiam illud magni theologi dictum: nam dividitur indivise, ut ita loquar, et coniungitur divisim. Et alibi idem pater: non possum tria dividere, sed in unum confero. Nemo vero testimonia haec trisagii audiens, existimet initium cepisse trisagium a Christi Dei nostri inhumanatione. Antiquitus enim a deiloquis prophetis mystice in spiritu praecantatum erat. Huius enim formam ac verba evolvens David, breviter idem exhibet; sitivit, dicens, anima mea ad Deum fortem vivum. Et alibi: verbo Domini caeli firmati sunt, et spiritu oris eius omnis virtus eorum. Et alio loco: in lumine tuo videbimus lumen. Iam ille cantatus ab Esaia hymnus seraphicus, qui sancta tria in unam dominationem confert atque deitatem, quamnam prae se fert differentiam ab eo quod a nobis cantatur trisagio? Itaque troparii cum trisagio connectitur dictio, propterea quod utrumque ad deitatem refertur; eaque dictio medium dividit episcopi procedentem introitum.

14. De hoc ergo introitu, prout Deus dederit, nostraeque valent vires, loquamur. Putamus enim Christi Dei nostri ostensionem apud Iordanem, et manifestationem, ab episcopi introitu innui. Hinc itaque, ut videtur, flumina appellantur illa in magnae ecclesiae pavimento stricta et nigra marmorea, quasi ordines, mediocribus intervallis inter se distantia. Nam usque ad introitum, quamquam pontifex Christus erat, haud omnibus manifestus erat et cognitus; tametsi in medio versans, supernaturalia et immensa faciebat. Tunc capto tempore sacerdos, qui in medio altari consistebat ante episcopi introitum, velut praecursor tunc ministrabat paenitentiae baptisma, introëuntem cernens episcopum, secedit; propemodum illud tacite dicens, quod Iohannes aiebat: hunc oportet crescere, me autem minui:

ideoque confestim cedit episcopo maiora operari. Iam quod in introitu canunt psaltae: venite exultemus Domino, verba post baptismum significat apostolorum, quae de Christo dicebant. Namque ante vocationem, alii quidem aiebant: venite, invenimus, quem exoptabamus: alii vero, veni et vide. Alii denique: iverunt, inquit, et viderunt ubi maneret, et apud eum manserunt die illa; et alia quaecumque, circa tempus baptismi, ante generalem vocationem, discipuli inter se aiebant. Porro verba: praeoccupemus faciem eius in confessione, hoc indicant: quoniam, inquit, hic qui apparuit, sempiternus est Deus, caeli terrae marisque creator, et nunc factus est similis nobis homo, omnia humanae naturae propria habens, excepto peccato; rursusque postremis temporibus cum eadem persona et substantia eadem venturus est iudicare vivos et mortuos; haud equidem in eiuscemodi corpore, neque tamen incorporeus, sed ea ratione quam ipse novit divinioris corporis; venite adoremus illum, credentes ei ut Deo, procidentes propter ea quae peccavimus. Praeveniamus autem et praeoccupemus faciem eius in confessione et cordis contritione, ut eum illic misericordem iudicem comperiamus: in inferno enim nulla est confessio; propterea oportet nunc et praeoccupare et praevenire.

15. Statim itaque post introitum et trisagii finem, ad cathedram conscenditur, quae res a terra in caelum conscensum, et ab infima Iudaeorum vita, et a lege ac vetere foedere indulgenter ipsis concesso, significat transitum: ut hinc fiat exploratum, quod post baptismi institutionem, initium cepit divina gratia. Porro illud interponiiur quod dicitur προκείμενον, propterea quod cunctis novae gratiae symbolis praeit. Posthinc enim apostolorum quoque vocatio et designatio divulgatur,

καὶ εὐθὺς ἐπιδέχεται τῷ ἀρχιερεῖ τὰ μείζονα τελεσιουργεῖν· τὸ δὲ ἀδόμενον παρὰ τῶν ψαλτῶν, δεῦτε ἀγαλλιασώμεθα τῷ κυρίῳ, σημαίνει μὲν τὸ βάπτισμα λόγιες ἐμφαίνει τῶν ἀποστόλων, οὓς ἔλεγον περὶ τοῦ Χριστοῦ· καὶ πρὸ τῆς κλησθῆναι οἱ μὲν ἔλεγον, δεῦτε, εὑρήκαμεν ὃν ἐποθούμεθα· οἱ δέ, ἔρχου καὶ ἴδε· καὶ ἕτεροι, ἦλθον, φησὶ, καὶ εἶδον ποῦ μένει, καὶ παρ' αὐτῷ ἔμειναν τὴν ἡμέραν ἐκείνην· καὶ τἆλλα ἁπλῶς ὅσα ἐχόμενα τοῦ βαπτίσματος πρὸ τῆς καθολικῆς κλήσεως οἱ μαθηταὶ πρὸς ἀλλήλους ἔλεγον. Τὸ δέ, προφθάσωμεν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐν ἐξομολογήσει, τοῦτο δηλοῖ· ὅτι, φησὶν, οὗτος ὁ νῦν φανεὶς, προαιώνιος μέν ἐστι θεὸς, καὶ οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ θαλάσσης δημιουργὸς, γέγονε καὶ νῦν ἄνθρωπος καθ' ἡμᾶς, πάντα τὰ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἴδια ἔχων, πλὴν μόνης τῆς ἁμαρτίας· μέλλει δὲ αὖθις ἐν ὑστέροις καιροῖς μετὰ τοῦ αὐτοῦ προσώπου καὶ τῆς αὐτῆς ὑποστάσεως ἔρχεσθαι κρίναι ζῶντας καὶ νεκρούς, οὐκέτι μὲν τοιούτῳ σώματι, οὐκ ἀσώματος δέ, οἷς οἶδεν αὐτὸς λόγοις θεοπρεπεστέρᾳ σώματος, δεῦτε προσκυνήσωμεν αὐτῷ, πιστεύοντες ὡς θεῷ, προσπίπτοντες ὑπὲρ ὧν ἡμάρτομεν· προφθάσωμεν δὲ καὶ προκαταλάβωμεν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐν ἐξομολογήσει καὶ συντριβῇ καρδίας· ἵνα αὐτὸν ἐκεῖνον ἐκεῖθεν ἵλεων εὕρωμεν κρίνοντα· ἐν γὰρ τῷ ᾅδῃ οὐκ ἔστιν ἐξομολόγησις· διὸ χρὴ νῦν καὶ προκαταλαβεῖν καὶ προφθάσαι.

ιε'. Εὐθὺς οὖν μετὰ τὴν εἴσοδον, καὶ τὸ τέλος τοῦ ζισαγίε, ἡ ἄνω καθέδρα (1), ἥτις τὴν ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν ἄνοδον, καὶ τὴν ἀπὸ τῆς χαμερποῦς πολιτείας τῶν Ἰουδαίων, καὶ τὴν ἐκ τοῦ νόμου καὶ τῆς παλαιᾶς διαθήκης συγκαταβατικῶς ἐγχωρηθείσης αὐτοῖς, δηλοῖ μετάβασιν· ὡς ἐντεῦθεν δῆλον, ὅτι μετὰ τὴν ἀνάδειξιν τοῦ βαπτίσματος, ἀρχὴν λαμβανούσης τῆς θείας χάριτος· ὧν μέσον ἔνεστι τὸ λεγόμενον προκείμενον· ὅπερ οὕτως εἴρηται, διότι πρόκειται πάντων τῶν συμβόλων τῆς νέας χάριτος· μετὰ γὰρ τοῦτο, καὶ ἡ τῶν ἀπο-

(1) Cathedra hoc loco idem videtur quod *bema*, a Latinis dictum *presbyterium*. Alioqui tamen pontifex post dictum introitum, revera in cathedram suam, id est sedem, conscendit.

στόλων κλῆσις, καὶ ἡ ἀνάδειξις αὐτῶν ἀναφαίνεται διὰ τῶν πράξεων αὐτῶν, ἡ τῶν ὑπισολῶν ἀναγνώσεως· πρὸς δὲ, καὶ ἡ ἐξ αὐτῶν τῶν γεγραφότων τὰ θεῖα εὐαγγέλια χάρις· ἡ δὲ σφραγὶς ἦν ὁ ἀρχιερεὺς ἔσωθεν ποιεῖν εἴωθεν ἐν τῷ τέλει τῶν ἰσαγίε, εἰς πλήρωμα μὲν καὶ οἱονεὶ ἐκσφράγισμα τῶν περὶ Χριστοῦ προειρημένων προφητικῶν φωνῶν χαρακτηρίζεται· ἡ δὲ διὰ σαρκὸς αὐτοῦ παρουσία, σφραγὶς ἐγένετο ὑπακυρώσα τὰ ὑπ' ἐκείνων προπεφορευμένα ὡς ἀληθῆ· αὕτη δὲ καὶ εἰς ἀρχὴν τῶν θεοπρεπῶν ἔργων, καὶ νῦν τῶν ἀνθρωπείας γένεως ἀναπλάσεως τέτακται· ἀλλὰ καὶ σφραγίς ἐστιν εἰρήνης, ἥτις τὰς τότε μερικὰς ἀρχὰς κατέλυσε· καὶ τοῖς μακρὰν ἔθνεσιν εἰρήνην ἐβράβευσεν· ὅθεν καὶ, εἰρήνη πᾶσιν (1), ὁ ἀρχιερεὺς ἐκφωνεῖ, αἰνιττόμενος, ὅπως ὁ Χριστὸς ὁ νῦν εἰρήνης πατὴρ εἰς ἑνότητα ἤγαγε καὶ τὰ ἐπίγεια καὶ τὰ οὐράνια.

κθ'. Εἰς τὴν ἁπλῆν τῆς ἔννοιαν ἡμᾶς ἀνάγει ἡ μετὰ τὴν συμπλήρωσιν τῆς τοιαύτης εὐχῆς ἐκφώνησις, οὕτως εἰρημένης καὶ παρὰ τοῦ μεγάλου Βασιλείου, ὡς καὶ παρὰ τοῦ Χρυσοστόμου· πῶς γὰρ ἂν συνταχθείη τὸ εἰρημένον, ἵνα εὕρωμεν ἔλεος καὶ χάριν μετὰ τῶν ἐξαιρέτως τῆς παναγίας ἀχράντου; ὃ πάντως τάχα καὶ ἄλλο ὁ Θεοφάντωρ ὑποσημαίνει· ὡς ἐπεὶ πάντες οἱ δίκαιοι ἐν τοῖς δεξιοῖς τοῦ κριτοῦ μέρεσι μέλλουσιν ἵστασθαι πρὸς ἣ καὶ αὕτη ἡ τεκοῦσα τὸν θεάνθρωπον κύριον, καὶ ἡ τάξις, καὶ ἡ στάσις ἑκάστου ἀποδιήρηται· ἀλλ' ὅμως ὡς ἐν ἑνὶ μέρει ὄντας ἅπαντας, αἰτεῖ τοῦ μέρους τῆς στάσεως αὐτῶν καταξιωθῆναι ἡμᾶς τοὺς ἀμέμπτως δηλαδὴ εὐαρεστησάντων αὐτῷ, ἀλλὰ μὴ τοῖς ἀριστεροῖς καὶ καταδεδικασμένοις· κυριώτερον δὲ τοῦτο νοεῖν, ὡς παρὰ τοῦ Χριστοῦ λέγονταί τε ταῦτα καὶ πράττονται· υἱὸς γὰρ καὶ λόγος, τὸ ἀθύτως θυόμενον, καὶ ἀμνὸς καὶ θῦμα, ὁ αὐτὸς καὶ ἀρχιερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα· αὐτὸς οὖν ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν τῷ πατρὶ αὐτοῦ· αὐτὸ γὰρ τὸ λέγειν τὸν ἱερέα, λάβετε φάγετε, τοῦτο μού ἐστὶν τὸ σῶμα, οὐχ ὡς παρ' αὐτοῦ λέγεται τοῦ Χριστοῦ; οὕτως οὖν ζητῶς νοεῖται τὰ παρὰ τοῦ ἀρχιερέως λεγόμενα ἐπὶ τῇ θείᾳ μυσταγωγίᾳ· τὰ μὲν ὡς παρὰ μεσίτου ἐξ ἀνθρώπων, καὶ προσφερομένου τῷ πατρί· τὰ δὲ, καὶ μίμησιν τῶν ἐπουρανίων δυνάμεων· τὰ δὲ, ὡς παρ' αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν· τίνος δὲ ἕνεκεν σωθῆναι θεὸν τοὺς παλαιὰς πάντας ἁγίους καὶ θεὸν τῆς νέας διαθήκης; πρῶτον μὲν, διὰ τὰ προειρημένα πάντα· ἔπειτα δεικνύντες ὅτι εἷς θεὸς ἐστὶ κἀκείνων καὶ τούτων, ὁ τὸ παρὸν τοῦτο μυστήριον εὐδοκήσας τελέσαι πρὸ τῶν αἰώνων· καὶ ὅτι πάντες τῷ μώλωπι αὐτοῦ

ἰάθημεν, καὶ ὅτι ὑπὲρ πάντων ἐχύθη τὸ αἷμα αὐτοῦ.

λ'. Εἶτα τοῦ διακόνου τὰ δίπτυχα ὑποψιθυρίζοντος τῶν κεκοιμημένων, ὁ ἀρχιερεὺς πάλιν ἀρχὴν ποιεῖται τῆς νέας διαθήκης ἁγίων, τοῦ πρόδρομον Ἰωάννην ταύτῃ προτιθείς· ὥσπερ οἱ εὐαγγελισταὶ τοῦτον τῇ ἐπιδημίᾳ τοῦ σωτῆρος προὐθηκαν, οἷα πρῶτον ἄγγελον καὶ κήρυκα τῆς παρουσίας Χριστοῦ· καὶ ὡς ἐπικυροῦντες τοῦ Χριστοῦ λόγον, μείζων ἐν γεγεννητοῖς γυναικῶν οὐκ ἐγήγερται τούτου· εἶτα τοὺς ἀποστόλους καὶ τοὺς ἁγίους, ὧν τὴν μνήμην ἐπιτελοῦμεν· διὰ τί ἢ διαθήκην λέγομεν αὐτά; ὅτι ὁ τύπος ταύτης ἡ δοθεῖσα νομοθεσία τῷ Μωϋσεῖ, καὶ αὐτὴ ἡ σκηνὴ τοῦ μαρτυρίου προχαράγματα ταύτης ἐτύγχανον, ἅτινα παρὰ τοῦ νομοδότου διαθήκη ἐκλήθησαν· εἰ οὖν ὁ τύπος διαθήκη, πολλῷ μᾶλλον ἡ φανερωθεῖσα ἀλήθεια· εἶχεν οὖν ἐκείνη πρῶτον σκηνὴ, κατὰ τὸν θεῖον Παῦλον *, δικαιώματα λατρείας, καὶ ἄλλα τῆς μυστηρίων θαυμασίων μαρτύρια· εἶχε δὲ καὶ ἐντολὰς θεοῦ καὶ προστάγματα καὶ ἐπαγγελίας τοῖς ταῦτα φυλάττουσι· περὶ ὧν ὁ νομοθέτης ὅρον ἔθηκε λέγων, ἀκούειν μὲν αὐτοῦ καὶ τῶν δοθέντων προσταγμάτων, ἄχρις ἂν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται, καθὼς φησὶν Ἰακώβ· αὐτὸς δὲ Μωϋσῆς οὕτως κατὰ ῥῆμα διέξεισι· προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει κύριος ὡς ἐμέ· αὐτοῦ ἀκούσεσθε κατὰ πάντα ὅσα ἂν εἴπῃ ὑμῖν.

* Hebr. IX, 1.

λα'. Τοῦ προφητευθέντος τοίνυν ὑπ' ἐκείνων, τοῦ τε Ἰακὼβ καὶ τοῦ Μωϋσέως, πρὸς ὃν καὶ τοῦ μὴ ταῦτα θεοπνεύστων προφητῶν, ἐλήλυθότος καὶ πληρώσαντος τὰ ἐλλείποντα τοῖς παλαιοῖς νόμοις, καθὼς αὐτὸς ἔφη, οὐκ ἦλθον καταλύσαι τὸν νόμον, ἀλλὰ πληρῶσαι· πεπλήρωκε δὲ, ἅτε δὴ τὰς ῥίζας καὶ τὰς ἀρχὰς τῶν ἁμαρτημάτων ἀποτεμών· ὧν φυλαττομένων, οὐδεὶς πρὸς ἁμαρτίας τέλος χωρήσῃ ποτέ· τοῦ γὰρ παλαιοῦ νόμου λέγοντος, οὐ φονεύσῃς, ὁ τούτου τε καὶ τῆς νέας δοτὴρ Χριστὸς, οὐδὲ ὀργισθήσῃ προσέθετο· οὐ μοιχεύσῃς ἐκεῖνος, οὐδὲ ἐπιθυμήσῃς· καὶ

omnes livore eius sanati fuimus, et quia pro omnibus sanguis eius effusus fuit.

30. Postea diacono defunctorum diptycha submissa voce recitante, episcopus rursus incipit novi testamenti sanctorum commemorationem, praeposito in hac praecursore Iohanne, sicut evangelistae hunc adventui Servatoris praeposuerunt, ceu primum Christi adventantis nuncium et praedicatorem; et Christi verba quasi confirmantes: quod maior hoc inter natos mulierum non surrexerit. Deinde ponuntur apostoli et sancti, quorum memoriam agimus. Cur autem haec, testamentum appellamus? quia nostri huius figura fuit, data a Moyse legislatio; et ipsum testimonii tabernaculum, delineatio quaedam huius praevia erat, quae a legis datore dicta est testamentum. Si ergo figura est testamentum, multo magis veritas quae apparuit. Habuit ergo testamentum illud tabernaculum, iuxta divum Paulum, iustificationes cultûs, et alia mysteriorum mirabilium testimonia. Habuit etiam praecepta Dei et mandata, et promissiones haec observantibus: de quibus legislator decretum edidit dicens: obaudiendum esse ipsi datisque praeceptis, donec ille veniret cui repositum est, ut ait Iacob. Ipse vero Moyses sic ad litteram locutus est: prophetam vobis suscitabit Dominus, tamquam me: illum audietis in omnibus quae vobis loquetur.

31. Ergo ille ab eis praedictus, a Iacobo nimirum et Moyse, aliisque postea inspiratis a Deo prophetis, venit complevitque quae priscis legibus deerant, sicut ipse dixit: non veni solvere legem, sed adimplere. Et re sane vera adimplevit, dum radices originesque peccatorum amputavit: cui si mos geratur, nemo umquam peccatum consummabit. Nam vetere lege dicente, non occides; dator illius ac novae Christus, non irascêris adiunxit. Illa, non adulterabis; hic, non concupisces; et quaecumque alia a sanctis praecipue

patribus discenda sunt. Et prius quidem testamentum sanguinè dedicatum fuit; et nostrum hoc similiter immaculati agni sanguine firmatum quasi testamentum in Erithraeo quodam regiae tincturae, manuali scriptura per totum contextum signatum, infragile et non caducum manet ecclesiae, multas ea licet inimicorum adgressiones pertulerit; firmiorque portis inferi apparuit, virtute illius qui hanc in cordibus fidelium impressit. Dicit enim ipse prophetae ore: « ecce dies veniunt, et sta» tuam foedus, non secundum foedus quod » statui cum patribus vestris; » sed dabo » leges meas in corda ipsorum; et cog» noscent me cuncti a parvo ad maxi» mum, et erunt omnes docibiles Dei. » Propterea nihil scriptum reliquit Christus, sed verbatim doctrinam atque mandata, id est legem nostram, dedit; et per practicam traditionem, mysterium. Insuper promisit dicens: « cum venerit para» clitus, quem ego mittam vobis a patre, » ille vos docebit omnia, et in mentem » revocabit quae vobis dixi, et alia an» nunciabit, quae nondum audire et fer» re valetis. » Factum vero id est, cum advenit Paraclitus.

32. Tunc apostoli extitere episcopi; et divino qui in ipsis inhabitabat, sub ignearum linguarum specie, Spiritu erudiente eos quae oportebat, et unicuique gentem suam adsignante, cuius eosdem linguam docebat; divinas mysteriorum preces et sacra officia, prout gens quaeque pati poterat, et temporum adiuncta ferebant, et persequentium insidiae, sic peragebant. Et precibus quidem ac proclamationibus fortasse inter se differebant; sed tamen traditorum mysteriorum forma, ea prorsus fuit quam dominus noster Iesus Christus tradidit. Post deiloquos autem apostolos,

ὅσα ἐξῆς τῆ θείων πατέρων μᾶλλον ἐστὶν ἀκούειν· ἐν αἵματι ἡ προτέρα ἐγκεκαίνισται διαθήκη· καὶ αὕτη ὁμοίως τὸ ἀμολύντῳ ἀμνοῦ βεβαιωθεῖσα οἷά τις διαθήκη ἐν Ἐρυθρᾷ τινὶ βασιλικῆς βαφῆς, χειρὸς γράμματι δι' ὅλου τοῦ ὕφους σεσημασμένη, ἄῤῥηκτῳ καὶ ἀδιάπτωτος διαμένῃ τῇ ἐκκλησίᾳ· καί τοι πολλὰς ἐπαναστάσεις ἐχθρῶν ὑποστᾶσα, ἀλλὰ καὶ πυλῶν ἅδου ἰσχυροτέρα δέδεικται, τῇ δυνάμει τοῦ ταύτην τοῦ ψυχαῖς τῶν πιστῶν ἐγχαράξαντος· λέγει γὰρ διὰ τοῦ προφήτου· * "ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται, καὶ διαθήσομαι „ ὑμῖν διαθήκην, οὐ κατὰ τὴν διαθήκην ἣν „ διεθέμην τοῖς πατράσιν ὑμῶν, ἀλλ' ἔσο„μαι διδοὺς νόμους μου εἰς τὰς καρδίας „ αὐτῶν· καὶ εἰδήσουσί με πάντες ἀπὸ μικροῦ „ ἕως μεγάλου αὐτῶν· καὶ ἔσονται πάντες „ διδακτοὶ θεοῦ *. „ Διὰ τοῦτο οὐδὲν ἐγγρά- * Is. LIV. 13.
φως κατέλιπεν ὁ Χριστὸς, ἀλλὰ διὰ λόγων μὲν, τὰ διδάγματα καὶ τὰς ἐντολὰς τοῦ καθ' ἡμᾶς νόμον ἐπέταξεν· διὰ δὲ παραδόσεως πρακτικῆς, τὸ μυστήριον· ἐπεὶ δὲ ὑπέσχετο λέγων· * "ὅταν ἔλθῃ ὁ παράκλητος ὃν ἐγὼ * Ioh. XV. 26.
„ πέμψω ὑμῖν παρὰ τοῦ πατρὸς, ἐκεῖνος δι„ δάξει ὑμᾶς καὶ ὑπομνήσει πάντα ἃ εἶπον „ ὑμῖν· καὶ τἄλλα ἀναγγελεῖ, ὅσα ἀκούειν „ ἢ βαστάζειν οὐ δύνασθε ἄρτι· „ γέγονε δὲ ὅπερ ὑπέσχετο, τοῦ παρακλήτου ἐλθόντος.

λβ'. Τότε δὴ καὶ ἀρχιερεῖς οἱ ἀπόστολοι ἐχρημάτισαν, καὶ τοῦ ἐν εἴδει πυρίνων γλωσσῶν ἐνοικήσαντος ἐν αὐτοῖς θείου πνεύματος, διδάσκοντος αὐτοὺς οἷα δεῖ, καὶ προχειρισαμένου ἕκαστον αὐτῶν ἐν τῷ ἔθνει, οὗ δὴ διάλεκτον λαλεῖν τότε ἐσόφισε (1), εὐχὰς (2) μυστηρίων θείας καὶ ἱερουργίας καταλλήλως τῇ καρτερίᾳ τοῦ ἔθνους, καὶ τοῖς καιροῖς τῶν φορεσάσεων, καὶ τοῦ ἐνεδρεύοντων, ἐποίουν· καὶ ἐν μὲν τοῖς εὐχαῖς καὶ τοῦ ἐκφωνήσεσιν, ἴσως διέφερον ἀλλήλων· ὁ δέ γε τύπος (3) τῆς παραδόσεως τῶν μυστηρίων, καθὰ καὶ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς τοῦτον παρέδωκε· μὴ γὰρ θεηγόρους ἀποστόλους, τινὲς τῶν ἁγίων

(1) Animadverte auctoris nostri opinionem, quod unusquisque apostolus doctus fuerit divinitus linguam nominatim gentis eius, cui peculiariter destinandus foret.

(2) Ita etiam sanctus Sophronius apud nos Spicil. rom. T. IV. p. 31.

(3) Citat hunc locum ex ms. Allatius contra Hottingerum p. 11.

πατέρων ἰδιαζόντως ἕκαστος καὶ εὐχὰς ἐποιοῦντο, καὶ ἀκφωνήσεις, καὶ ἀπηρτισμένης ἱερουργίας ἀκολουθίαν (1)· ὡς ὁ ἐν ἁγίοις ἐπιφανὴς Ἐπιφάνιος, καὶ ὁ μέγας Βασίλειος, καὶ ὁ θεῖος Χρυσόστομος· πάντες δ' ὅμως ἐκ τοῦ ναμάτων τοῦ ζωηρύτου πηγῆς τοῦ παρακλήτου ἠρύσαντο τὰ δόγματα· ἅπερ ἡ τοῦ ὀρθοδόξων ἐκκλησία ὡς παρ' αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ λεχθέντα τε καὶ πραχθέντα ἐδέξατο· καὶ νῦν πρὸ τῶν ἄλλων ἡ θεία λειτουργία τοῦ μεγάλου Βασιλείου καὶ τοῦ θείου Χρυσοστόμου κρατεῖ, μετά γε τῶν προηγιασμένων, ἥν τινες μὲν Ἰακώβου εἶναι φασὶν τοῦ ὀνομασθέντος ἀδελφοῦ τοῦ κυρίου· ἕτεροι δὲ Πέτρου τοῦ ἀποστόλου καὶ κορυφαίου, καὶ ἄλλοι ἄλλων.

λγ'. Μετὰ δὲ τὸν μνήμονα τοῦ προειρημένων ἀποστόλων καὶ ἁγίων, καὶ ὁ κατάλογος γίνεται τῶν μνημονευομένων νεκρῶν, καὶ ὑπὲρ ὧν αἱ προσφοραί· εἶτα ἱερέων καὶ βασιλέων καὶ πάντων ὁμοῦ· οὗτοι δὲ σπεύδοντες ὁμοιοῦσθαι τῷ θεῷ τὸν ἀρχιερέα, καὶ ὑπὲρ τοῦ ἐχθρῶν εὔχεσθαι δικαιοῦσι· τοιοῦτον γὰρ εἶναι δεῖ τὸν ἀρχιερέα, μεσίτην θεοῦ καὶ ἀνθρώπων. Εἶτα ἡ ἐκφώνησις (2)· ἐν πρώτοις μνήσθητι, κύριε, τοῦ ἀρχιεπισκόπου ἡμῶν· ἀφ' ἧς δείκνυται ὑποταγὴ ἡ πρὸς τὸ ὑπερέχον· καὶ ὅτι τούτου μνημονευομένου ἀρχιερέως κοινωνός ἐστι καὶ ὁ προσφέρων τῆς πίστεως, καὶ τῆς παραδόσεως τοῦ μυστηρίων διάδοχος, ἀλλ' οὐχὶ καινός τις μύστης ἢ εὑρετὴς τῶν παρ' αὐτοῦ προσφερομένων συμβόλων. Μετὰ δὲ τὰς τοιαύτας ἐκφωνήσεις τὰ δίπτυχα τοῦ ζώντων, οἷον ἀρχιερέων, βασιλέων, καὶ λοιπῶν, ἐκφωνοῦντος τοῦτο τοῦ διακόνου, λέγονται· καὶ ὁ ἀρχιερεὺς εἰρήνην πάσαις ταῖς ἐκκλησίαις ἐπεύχεται, καὶ τὸν τοῦ αὐτῶν πλημμελημάτων συγχώρησιν αἰτεῖ· καὶ εὐθὺς καὶ ἑτέρα εὐχὴ ὑπὲρ αὐτοῦ καὶ τοῦ λαοῦ· εἶτα μετὰ τὸν ἐκφώνησιν, ἀναφωνεῖται παρὰ παντὸς τοῦ λαοῦ ἡ παρὰ τοῦ Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν προδιδαχθεῖσα εὐχή· πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

nonnulli sanctorum patrum, peculiariter singuli, preces faciebant et proclamationes, et absolutae liturgiae officia; veluti sanctus illustris Epiphanius, et magnus Basilius, et divus Chrysostomus. Cuncti autem ex vivifici fontis Paracleti fluentis hauserunt dogmata, quae orthodoxorum ecclesia, ceu ab ipso Christo dicta et facta recepit: et nunc prae ceteris divina liturgia magni Basilii, nec non divi Chrysostomi in more est, cum illa praesanctificatorum, quam nonnulli Iacobi esse dicunt, qui frater Domini appellatus fuit; alii Petri apostoli ac summatis; alii aliorum.

33. Post praedictorum apostolorum sanctorumque commemorationem, nomina nunciantur defunctorum, quorum fit mentio, nec non illorum pro quibus fiunt oblationes; mox sacerdotum ac regum et omnium simul. Atque hi magistri liturgiae, volentes Deo similem esse episcopum, pro inimicis quoque ab eo preces fundi, aequum censent: talem enim esse oportet episcopum, inter Deum videlicet et homines mediatorem. Deinde elata voce: memento in primis, Domine, archiepiscopi nostri; quibus verbis obedientia ostenditur erga superiorem potestatem; et quod illius quem commemorat episcopi communicat fidei, is qui offert, et traditionis mysteriorum successor est, non autem neotericus quidam mysta, aut oblatorum a se symbolorum inventor. Post huiusmodi proclamationes, diptycha vivorum, puta episcoporum, regum, et reliquorum, elata voce a diacono pronunciantur; episcopus autem pacem cunctis ecclesiis precatur, et peccatorum ipsis remissionem postulat. Et statim alia oratio pro se et pro populo. Postea elata voce recitatur ab universo populo illa a Christo Deo nostro dictata oratio: pater noster qui es in caelis.

(1) Deest mendose apud praedictum Allatium vocabulum ἀκολουθίαν.

(2) Laudat hinc particulam ex ms. idem Allatius in opere de consensu col. 1185.

34. Hanc autem cum ob alia multa et gravia decretum est hoc loco recitari, quae solis mysteriorum Dei consciis nota sunt; tum mea quidem sententia, quia haec cum principaliore liturgiae parte cohaeret, utpote omnia continens: et ne insuper ansam caperent quidam dicendi, hanc solam a nobis recitari Christum mandasse, nihil praeterea aliud, ut aiunt Euchitae haeretici, quos et Massalianos et Phundaitas appellant. Quippe hi praefracte adfirmant, quod etiamsi decies millies eam recitaverimus, eandem denuo dicere oporteat, nihilque addere, loquacitatem meram reliquos hymnos et confessiones stulte nominantes. Iam vero Christus Deus noster, sicut in reliquis omnibus, ita etiam in hac prece typum nobis formamque precandi ostendit ac docuit, quomodo nempe quae necessaria sunt petere oporteat: et huius precis verbis, petitionem rerum caducarum et temporalium vitare; solum petere panem substantialem, id est qui corporis substantiam corroboret atque conservet, quominus fame conficiatur. Insuper ne intremus in tentationem, simul postulare indulsit. Reliqua vero omnia spiritalia, et futuro saeculo convenientia, secundum formam et characterem huius divinae orationis contexere omnibus imperavit.

35. At hi a Deo maledicti Euchitae, qui et potestatem atque principatum huius universi mundi diabolo stultissime attribuunt (tanta ipsorum insania est!) omnes orantis preces in his tantum verbis circumscribunt. Sed enim deiloquorum apostolorum chorus, et post illos sanctorum patrum series, etsi docent ut paribus sententiis orantes precentur, eidemque formae analogis, verbis tamen plurimis diversisque doxologiis bonum dominum placare student, et cum aliis precibus hanc quoque copularunt. Quid enim? Quia lacrymari et gemere in hac oratione non docuit Christus, num proinde haec

λδ'. Αὕτη ἢ κὴ δι' ἕτερα μὲν πολλὰ κὴ ἀναγκαῖα τετύπωται ἐνταῦθα λέγεσθαι ἅπερ μόνοις τοῖς δυναμένοις ἀνακαλύπτειν μυστήρια θεοῦ εἰσὶ γνώριμα· ὅσον ἢ εἰς τ' ἡμέτερον ἥκει νοῦν, διὰ τὸ εἶναι κὴ ταύτην συνημμένην τῇ κυριωτέρᾳ ἱερουργίᾳ, ὡς παντὸς περιεκτικήν· κὴ ἵνα μὴ ἔχωσιν χώραν τινὲς λέγειν ὅτι ταύτην τ' εὐχὴν μόνην ἐκέλευσεν ὁ Χριστὸς λέγειν ἡμᾶς, κὴ οὐκ ἄλλό τι, ὥσπερ λέγουσι κὴ οἱ λεγόμενοι Εὐχῖται αἱρετικοὶ, οὓς κὴ Μασσαλιανοὺς κὴ Φουνδαΐτας κατονομάζουσιν· οὗτοι γὰρ διενίσανται, ὅτι κἂν μυριάκις εἴπε ταύτην, πάλιν αὐτὴν χρὴ λέγειν, κὴ ἄλλό τι μὴ προσιθέναι, βαττολογίαν δηθεν θεοῦ λοιποὺς ὕμνους κὴ τὰς ἐξομολογήσεις ἀφρόνως κατονομαζόντες· τ' Χριστοῦ γὰρ κὴ θεοῦ ἡμῶν ὡς ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν, οὕτω κἀν τῇ εὐχῇ τύπον κὴ εἶδος τ' αἰτημάτων ἐμφαίνοντος κὴ διδάσκοντος, πῶς δεῖ ὑπὲρ ὧν χρὴ προσεύχεσθαι, κὴ διὰ τ' π προσευχῆς ῥημάτων ταύτης τ' αἴτησιν τ' φθαρτῶν κὴ τ' προσκαίρων ἀπαγορεύοντος, μόνον ἢ τ' ἐπούσιον ἄρτον, εἴτ' οὖν τ' οὐσίαν τ' σώματος συγκρατοῦντα κὴ σωέχοντα, πρὸς τὸ μὴ παντελεῖ λιμῷ διαφθείρεσθαι· πρὸς ἢ, κὴ τὸ μὴ εἰσφθεῖν εἰς πειρασμὸν, ἐντεῦθεν αἰτεῖν συγχωρήσαντος· τὰ δ' ἄλλα πάντα πνευματικὰ, κὴ τῷ ἐκεῖθεν αἰῶνι πρέποντα, κὴ κ' τ' εἰκόνα κὴ τ' χαρακτῆρα π θεολέκτου ταύτης εὐχῆς ἐξυφαίνεσθαι νομοθετοῦντος πᾶσιν.

λε'. Αὐτοὶ οὗτοι οἱ θεοκατάρατοι Εὐχῖται οἱ κὴ τ' ἐξουσίαν κὴ τ' ἀρχὴν τοῦδε τ' παντὸς κόσμου τῷ πονηρῷ νέμοντες ἀλογίστως, ὦ π ἀνοίας, πᾶσαν τ' εὐχὴν παντὸς εὐχομένου ἐν τούτοις μόνοις τοῖς ῥήμασι περιγράφουσιν· ἀλλ' ὁ κ' θεηγόρων ἀποστόλων χορὸς, κὴ ὁ μετ' αὐτοὺς κ' ἁγίων πατέρων κατάλογος, διδάσκοντες ὁμοίαις μὲν χρήσεσιν αἰτεῖσθαι θεὸν εὐχομένους, καὶ τῷ αὐτῷ χαρακτῆρι προσεοικυίαις, ῥήμασι δὲ πλείοσι καὶ διαφόροις δοξολογίαις ⓦ ἀγαθὸν δεσπότην ἐξιλεμφίσθαι, πολλαῖς κὴ ἄλλαις εὐχαῖς συνῆψαν κὴ ταύτην· τί γάρ; ὅτι μὴ δακρύειν τῇ εὐχῇ ταύτῃ προσέθετο ὁ Χριστὸς κὴ στε-

νάζειν, κ᾽ τοῦτο ἀπαγορεύειν κ᾽ ταῦτα χρή; κ᾽ πῶς Δαυὶδ ὁ μέγας προφήτης κ᾽ βασιλεὺς, ἐκ ποίων ζόπων τ᾽ μοιχείας κ᾽ τ᾽ φόνε ἀπῳείψεν ἐγκλήματα, οὐχὶ λούων καθ᾽ ἑκάστην νύκτα τ᾽ κλίνην κ᾽ τ᾽ σζωμνὴν ἐν δάκρυσι; πῶς ᾗ οἱ ζεῖς παῖδες ἐν μέσῳ τῷ πυρὸς ἐδροσίζοντο, οὐχὶ ἡμάρτομεν ἠνομήσαμεν λέγοντες; καὶ νῦν οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἀνοῖξαι τὸ στόμα· αἰσχύνη καὶ ὀνειδ῾ ἐγενήθημεν τοῖς δούλοις σου, κ᾽ τοῖς σεβομένοις σε· κ᾽ ὅσα τῇ εὐχῇ ταύτῃ συντέτακται· εἶτα ὡς ἀρκούντων αὐτοῖς τούτων, κ᾽ πᾶσαν τ᾽ κτίσιν εἰς εὐχαεισείαν κ᾽ ὕμνον ἀνακαλοῦντες τῷ ποιητῷ· μὴ ἄρα κ᾽ ταῦτα βαττολογία, ὦ τ᾽ Ἀντιχρίστε μαθηταὶ κ᾽ προζέχοντες αὐτῷ παρεσίας; οὐ γὰρ προδρόμους ὑμᾶς ἐνέχομαι ὀνομάζειν ἐκείνε· τούτοις οὖν τοῖς πρὸς τ᾽ ἁγίων εἰρημένοις, τὸ θεῖον μᾶλλον ἐξιλεοῦται κ᾽ πρὸς συμπάθειαν κάμπτεται.

λς′. Ἀλλ᾽ ὧδε τ᾽ λόγε γενόμενος, μ᾽ τ᾽ ἐκφώνησιν τ᾽ εὐχῆς τ᾽ κεφαλοκλισίας, πραττόμενα κ᾽ παράδοσιν ἐκκλησιαστικὴν, παρεντεθῆναι ᾠήθην· εἴρηται γὰρ ἐν τῇ ἀρχῇ τ᾽ προθέσεως ὡς ἑτοιμάζεται μ᾽ τ᾽ θεῖα σώματος κ᾽ τὸ δεσποτικὸν αἷμα παρὰ τοῦ διακόνε ἐπεμβάλλοντος δηλονότι κ᾽ μέρος μικρὸν ὕδατος· κ᾽ μένεσιν οὕτως ἁγιαζόμενα & μεταποιούμενα τῷ ἁγίῳ πνεύματι ἄχρι τοῦ καιροῦ τ᾽ ὑψώσεως τοῦ τιμίε σώματος τοῦ Χριστοῦ κ᾽ θεοῦ ἡμῶν· τότε δὴ κομίζεται ὕδωρ θερμότατον εἰς λεβητάριον, κ᾽ κιρνῶσιν ἐξ αὐτοῦ τὰ προκείμενα ἐν τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ, εἴτε κρατῆρες εἴτε ποτήρια εἶεν· ἵν᾽ ὥσπερ ὡς ἐκ ζωῆς προῆλθον τ᾽ θείας πλευρᾶς, ἀμφότερα θερμότητ῾ πεπληρωμένα, οὕτω κ᾽ ἡ τὸ ὕδωρ θερμότατον ἐν τῷ καιρῷ τ᾽ μεταλήψεως ἐπεμβαλλόμενον, τέλειον ⓦ τύπον ἀναπληροῖ τ᾽ μεταλαμβάνοντων τῇ θηλῇ τοῦ ποτηρίε, ὡς αὐτῇ τῇ ζωοπαρόχῳ πλευρᾷ ψαύοντων· ἀλλ᾽ ἐπὶ τ᾽ ἀκολουθίαν τ᾽ λόγε ἐπαναδράμωμεν.

λζ′. Μετὰ τ᾽ ἐκφώνησιν οὖν τ᾽ κεφαλοκλισίας, κ᾽ τ᾽ ὑπόπτωσιν τ᾽ ἀρχιερέως, γίνεται ἡ ὕψωσις τοῦ τιμίε σώματος τοῦ Χρι-

vetare oportet? David magnus propheta et rex quibusnam modis adulterii et homicidii crimina abstersit? Nonne lavans singulis noctibus lectum suum stratumque lacrymis? Quomodo tres pueri in medio igne rorem experti sunt? Nonne his verbis dicendis: peccavimus, inique egimus? et nunc haud nobis os aperire licet: ignominia et opprobrium facti sumus servis tuis, et colentibus te: et quaecumque alia comprehenduntur illa oratione. Nam veluti haud his contenti, creaturam universam ad agendas gratias decantandumque creatorem invitant. Num et haec loquacitas fuit, o Antichristi discipuli, eiusque adventui praeeuntes? neque enim vos praecursores illius appellare dubito. His ergo a sanctis patribus compositis orationibus Deus potissimum propitiatur, atque ad misericordiam flectitur.

36. Age vero ad hunc sermonis locum delatus, post recitatam elata voce orationem, quae dicitur inclinationis capitis, ea quae fiunt iuxta ecclesiasticam traditionem heic interserenda esse putavi. Dictum enim iam fuit, quod cum instruitur prothesis, praeparatur cum divino corpore etiam dominicus sanguis a diacono, qui et exiguam aquae partem immittit: eaque ita manent sanctificata et transmutata a sancto Spiritu, usque ad tempus, quo elevatur pretiosum Christi corpus Dei nostri. Tunc vero adfertur aquae ferventis parva phiala, ex eaque infundunt in sanctae mensae imposita vasa, sive crateres sint sive pocula; ut quemadmodum ambo (aqua et sanguis) ex vitali sacri lateris fonte calentes prodierunt, ita aqua fervida sumptionis tempore iniecta, perfectum typum absolvit, dum communicantes papillam veluti calicis, quasi ipsum vitale latus attingunt. Sed ad sermonis seriem redeamus.

37. Post proclamatam itaque orationem quae dicitur inclinationis capitis, et post episcopi profundam adorationem, fit

elevatio venerandi corporis Christi Dei nostri, ut attestans ait sacerdos, propemodum ita dicens: exaltate dominum Deum nostrum, et adorate scabellum pedum eius, quia sanctus est: ecce praedictus sanctus Dominus elevatur. Quisquis igitur sanctus est, accedat; nam sancta sanctos decent. Auditores vero, humanae naturae infirmitatem reputantes, dicunt: unus sanctus dominus Iesus Christus, peccato omnino inaccessus. Statimque divini perficitur corporis divisio. Sed quamquam in partes scinditur, manet tamen impartibilis et indivisus in unaquaque divisarum partium idem totus Deus homo etiam in partes sectus. Etsi enim et corruptibilitati fuit obnoxius ac morti, attamen caro eius in inferno non agnovit corruptionem. Elevatio autem venerandi corporis, elevationem in crucem repraesentat, ibique mortem, ipsamque resurrectionem. Porro et participatio denotat illam ante passionem in mystico convivio traditionem panis et communis calicis; de quo dixit Servator noster: amodo ex hoc non bibam, donec novum bibiturus sum in regno patris mei: quem reapse post resurrectionem bibit mirabiliter et insolite: non enim quasi tunc corpus esca egeret, sed ut discipulis resurrectionem suam suaderet.

38. Exin fit oratio gratiarum actionis, et sublatio divinorum quae relicta sunt fragmentorum, quo actu assumptio domini Dei nostri innuitur. Tunc enim dicit sacerdos: exaltare supra caelos, Deus; et in universa terra gloria tua. Namque eo, dum assumeretur, exaltato aiebant angeli apostolis: hic qui assumptus est a vobis, sic denuo veniet tamquam iudex. Tunc autem omne genu flectetur ei caelestium et terrestrium, eritque in universa terra gloria eius. Quamquam enim nunc sunt nonnulli qui eum non confitentur, tunc tamen nemo contradicet. Tunc sane, inquit Gregorius theologus, credent cum eum videbunt de caelo venientem, et iu-

στοῦ καὶ θεοῦ ἡμῶν· ὡς διαμαρτυρόμενος λέγει ὁ ἱερεὺς, μονονουχὶ οὑτωσὶ φάσκων· ὅτι πάλαι οἱ προφῆται πρὸ πολλῶν γενεῶν προεξέψαντο λέγοντες· ὑψοῦτε κύριον τὸν θεὸν ἡμῶν, καὶ προσκυνεῖτε τῷ ὑποποδίῳ τῶν ποδῶν αὐτοῦ, ὅτι ἅγιος ἐστίν· ἰδοὺ ὁ προῤῥηθεὶς ἅγιος κύριος ὑψοῦται· ὅστις οὖν ἅγιος, προσελθέτω· τὰ γὰρ ἅγια τοῖς ἁγίοις πρέπει· οἱ δὲ ἀκροαταὶ, τὸ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως τὸ ἀσθενὲς ἀναλογιζόμενοι, λέγουσιν· εἷς μόνος ἅγιος κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ ἁμαρτίας παντελῶς ἀνεπίδεκτος· καὶ εὐθὺς ὁ μερισμὸς τοῦ θείου τελεῖται σώματος· ἀλλὰ κἂν μερίζεται, ἀμέριστος διαμένει καὶ ἄτμητος ὑφ᾽ ἑνὶ ἑκάστῳ μέρει τεμνομένων ὁ αὐτὸς ὅλος θεάνθρωπος μεριζόμενός τε καὶ εὑρισκόμενος· εἰ γὰρ καὶ φθορᾷ ὑπέστη καὶ θανάτῳ, ἀλλ᾽ ἡ σὰρξ αὐτοῦ ἐν τῷ ᾅδῃ οὐκ εἶδε διαφθοράν· ἡ δὲ ὕψωσις τοῦ τιμίου σώματος εἰκονίζει τὴν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ ὕψωσιν, καὶ τὸν ἐν αὐτῷ θάνατον, καὶ αὐτὴν τὴν ἀνάστασιν· δηλοῖ δὲ καὶ ἡ μετάληψις τὴν πρὸ τοῦ πάθους ἐπὶ τοῦ μυστικοῦ δείπνου, μετάδοσιν τοῦ ἄρτου καὶ τοῦ κοινοῦ ποτηρίου· περὶ οὗ εἶπεν ὁ σωτὴρ ἡμῶν, οὐκέτι ἐκ τούτου πίω, ἄχρις ὅτου καινὸν αὐτὸ πίω ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ πατρός μου· ὃ καὶ ἔπιε μετὰ τὴν ἀνάστασιν, ξένως ὁμοῦ καὶ καινοπρεπῶς· οὐ γὰρ ὡς χρείαν τηνικαῦτα τοῦ σώματος ἔχοντος τροφῆς, ἀλλ᾽ εἰς πληροφορίαν τῶν μαθητῶν, τῆς ἀναστάσεως ἕνεκα.

λη΄. Μετὰ ταῦτα ἡ εὐχὴ τῆς εὐχαριστείας, καὶ ἡ ἄρσις τῶν καταλειφθέντων θείων λειψάνων, ἥ τις τὴν ἀνάληψιν τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ ἡμῶν ὑπαινίττεται· λέγει γὰρ τότε ὁ ἱερεύς· ὑψώθητι ἐπὶ τοὺς οὐρανοὺς ὁ θεὸς, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἡ δόξα σου· ὑψουμένου γὰρ ἐν τῇ ἀναλήψει, ἔλεγον οἱ ἄγγελοι τοῖς ἀποστόλοις· οὗτος ὁ ἀναληφθεὶς ἀφ᾽ ὑμῶν, πάλιν ἐλεύσεται ὡς κριτής· τότε δὲ πᾶν γόνυ κάμψει αὐτῷ ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων, καὶ ἔσται ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἡ δόξα αὐτοῦ· εἰ γὰρ καὶ νῦν εἰσὶ τινὲς τῶν μὴ ὁμολογούντων αὐτὸν, ἀλλὰ τότε οὐδεὶς ἀντερεῖ· τότε γάρ φησιν ὁ θεολόγος Γρηγόριος πιστεύσουσιν, ὅταν ἴδωσιν αὐτὸν ἐξ οὐρανοῦ κατερχόμενον, καὶ ὡς κριτὴν καθεζόμενον. Ὁ δὲ γεγευ-

ταῖος θυμιατὸς τὴν χάριν τοῦ ἁγίου δηλοῖ πνεύματος τὴν δι' ἐμφυσήματος δοθεῖσαν τοῖς ἀποστόλοις μετὰ τὴν ἀνάστασιν· ἡ δ' ὀπισθάμβωνος εὐχὴ, οἱονεὶ σφραγίς ἐστι πάντων τῶν αἰτημάτων, καὶ ἀνακεφαλαίωσις τακτικὴ, πρέπουσα τοῖς πρώτοις καὶ τιμιωτέροις ἐπιλόγοις (1)· ἐπεὶ γὰρ πᾶσα ἡ θεία ἱερουργία, προηγουμένως μὲν ὑπὲρ τῶν προσενεγκόντων, καὶ δι' οὓς προσήγαγον τελεῖται· ἔπειτα δὲ καὶ ὑπὲρ πάντων τῶν καταλειφθέντων κατὰ μόνην εὐχήν· ἐπεὶ γάρ τινες τῶν ἔξω τῶν θυσιαστηρίου ἑστώτων εἰς ἀπορίαν πολλάκις χωροῦσι, γνωσιμαχοῦντες καὶ λέγοντες, τίς ἆρα ὁ σκοπὸς, καὶ ἡ τῶν παρὰ τοῦ ἀρχιερέως ὑποψιθυριζομένων εὐχῶν ἔννοιά τε καὶ δύναμις; καὶ ἐφίενται τινὰ εἴδησιν καὶ τούτων λαβεῖν, κατὰ τοῦτο οἱ θεῖοι πατέρες ὡς ἀνακεφαλαίωσιν πάντων τῶν διὰ τῶν εὐχῶν αἰτουμένων, τὴν χαρακτῆρα ταύτης ἐποιήσαντο· διδάσκοντες οὗτοι ἐπιζητοῦντας, ἐκ τοῦ κρασπέδου τὸ ὕφασμα· τί δ' ἄλλο ἐστὶ τὸ λειπόμενον, ἢ ὁ τῶν παρθενικοῦ σώματος τύπος, ὁ μερισμὸς τῆς εὐλογίας καὶ προσφορᾶς (2); κλᾶται γὰρ ὁ ἄρτος, διατέμνεται δὲ ὡς ἀῤῥήτου εὐλογίας μετάληψις τοῖς μεταλαμβάνουσι μετὰ πίστεως· ὡς προσφορὰ δὲ τοῖς ἐνηνοχόσι, πλήρης ἁγιωσύνης ἐκ τῶν ἁγίων ἀντιπροσφέρεται· καὶ οὕτως ἀπὸ μὲν τῆς μεταλήψεως τῶν ἀχράντου σώματος τῶν ἐξ αὐτῆς τεχθέντος Χριστοῦ τῶν θεοῦ ἡμῶν, καὶ τῶν τιμίου αἵματος, ὁ ἁγιασμὸς καὶ ἡ εὐλογία τοῖς πιστοῖς περιγίνεται.

λθ'. Ἓν ἔτι προσθεὶς, τέλος ἐπιθήσω τῷ λόγῳ· ἐπεὶ τινὲς τῶν ἱερέων, οἱ μὲν πενίας προφάσει, οἱ δὲ ἀκορέστῳ πλεονεξίᾳ, δύο ποιεῖν λειτουργίας οὐ φείδονται, ἀλλὰ τολμηρῶς σταυροῦσι τὸν Χριστὸν, καὶ αὖθις ἀνασταυροῦσι, πολλάκις καὶ ἐφ' ἑνὶ ταῦτα δρῶντες θυσιαστηρίῳ, τὸ φρικωδέστατον καὶ κατὰ τοῦτο σπουδάζοντες· πολλάκις δὲ καὶ

dicis more sedentem. Iam postremus suffitus gratiam sancti Spiritus significat, quam flando dedit apostolis post resurrectionem. Denique oratio post ambonem, sigillum veluti est omnium precum, et ordinata recapitulatio, quae primis et aestimabilioribus epilogis aequiperatur. Nam quia tota divina liturgia, praecipue pro offerentibus, et propter quos ii obtulerunt perficitur; postremo et pro reliquis omnibus, una hac oratione suppletur. Quippe quia nonnulli extra altare consistentes, in perplexitate saepe versantur, fluctuantes animis dicentesque: quinam scopus est, et quinam susurratarum secreto ab episcopo precum sensus ac vis? optantque harum quoque notitiam percipere; propterea divi patres, tamquam recapitulationem omnium per preces postulationum, talem huius orationis formam excogitarunt, edocentes, tamquam ex fimbria contextum, rei curiosos. Quid autem reliquum est, nisi virginalis corporis typus, diribitio nimirum eulogiae atque oblationis? Frangitur enim panis, dividiturque tamquam ineffabilis eulogiae participatio sumentibus cum fide: ut oblatio autem, iis qui attulerunt, plena sanctitatis ex sacro ritu redhibetur. Atque ita a participatione immaculati corporis ex virgine nati Christi Dei nostri, et pretiosi sanguinis, sanctificatio et benedictio fidelibus contingit.

39. Uno adhuc addito, finem sermoni imponam. Quoniam nonnulli sacerdotes, partim inopiae praetextu, partim insatiabili avaritia, duas celebrare missas non dubitant, audacterque Christum semel et iterum crucifigunt, saepe id in uno etiam peragentes altari, rem tremendam hac quoque ratione attentantes; nec raro propter

(1) Haec oratio respondet quodammodo postremae Latinorum orationi *libera nos quaesumus Domine*, quam S. Petrus Damiani n. 17. appellat *embolismum*.

(2) Hanc diribitionem benedicti panis, ἀντιδώρων, vides in nostra pictura IX. Et legesis Christophorum Angelum cap. 14. Armenii quoque more Graecorum dispensant, sed pro bucellis fermentatis, azymi tenues formas cum typo agni.

vitae fortuitos casus, vel ob negligentiam, imperfectum opus derelinquentes; accidit-que ut post triduum vel ultra etiam comperiantur sacra dona madore aut fuligine plena, ideoque a nemine possint absumi; propterea, inquam, necesse est haec igne consumere, et reliquos ex iis cineres, in loco nobili collocare. Sic enim etiam relicta agni illius veteris ossa igne comburebantur. Neque vero qui haec neglexerit sacerdos, poenas a canonibus impositas vitabit: namque agni nostri nihil non edule est, nihil durum aut osseum. Quippe est enhypostaticum Verbum. Suscipitur autem Verbum ab omni anima semet digne parante ut sit habitaculum eius: ad quam non ipsum solum Verbum, sed et Patrem secum dixit esse venturum, nec non Spiritum sanctum, et mansionem apud ipsam facturos.

40. Haec pro nostra imbecillitate raptim conscripsimus, propter assiduam iubentis hominis ferventissimam deprecationem. Qui vero haec leget, nondum plenam sacrorum mysteriorum explanationem hoc scripto factam existimet. Sed hoc sibi evenisse putet, ceu si quis spectare cupiens urbis pulchritudinem eximiam et incognitam, ducem aliquem nanciscatur, a quo manuductus, tamquam ex aliqua fenestra videre queat radiorum velut inde emissorum lucem atque splendorem; non tamen ipsam naturam bonorum illic reconditorum. Nam secreta mea, inquit Dominus, mihi meisque. Quomodo autem ego, qui non solum a Deo me elongavi, sed etiam appropinquantibus ei procul absum, dignum aliquid Deo cogitare aut eloqui queam? Attamen gratum est, quicquid pro viribus fit; dummodo id ab illius dogmatibus atque praeceptis haud videatur discedere. Quod si quis utile aliquid in his scriptis deprehendet, is pro me qui elaboravi, precem

κατὰ παράπετειαν βίου ἢ ῥᾳθυμίαν ἀφιᾶσι τὰ δῶρα ἀτέλεστα, καὶ συμβαίνει μετὰ τριδρομὴν ἡμερῶν τριῶν ἢ καὶ πλειόνων εὑρεθῆναι ταῦτα πεπληρωμένα νοτίδος καὶ λιγνύος, καὶ διὰ τοῦτο ἀδύνατον τινὰ προσέσθαι, δέον ἐστὶ ταῦτα πυρὶ ἀναλωθῆναι (1), καὶ τὴν ἐκ τούτων καταλειφθεῖσαν ἀποδόν, ἐν τόπῳ ἐπισήμῳ ἐγκαταθεῖναι· οὕτω γὰρ καὶ τὰ καταλειφθέντα ὀστᾶ τοῦ ἀμνοῦ ἐκείνου τοῦ παλαιοῦ πυρὶ κατεκαίοντο· οὐ μὴν ὁ ταῦτα καταλιμπάνων ἱερεὺς, τοῦτ' ἐκ τῶν κανόνων ὁρισθέντων ἐπιτιμίων ἐλεύθερος ἔσται· ὅτι περ τοῦ ἡμετέρου ἀμνοῦ ἄβρωτον οὐδὲν οὐδὲ ζαχὺ καὶ ὀστῶδες· ὅτι καὶ λόγος ἐνυπόστατος ἐστίν· καὶ χωρητός ἐστιν ὁ λόγος εἰς πᾶσαν ψυχὴν τὴν ἀξίως ἑτοιμάσασαν ἑαυτὴν εἰς κατοικίαν αὐτοῦ· πρὸς ἣν οὐκ αὐτὸς μόνος, ἀλλὰ καὶ τὸν πατέρα ἔφησε σὺν αὐτῷ ἐλεύσεσθαι καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιήσασθαι.

μ'. Ταῦτα μὲν καὶ τὴν ἡμετέραν ἀσθένειαν ἐσχεδίασται, διὰ τὸ ἐπίμονον τοῦ ἐντειλαμένου ἀνδρὸς θερμοτάτην αἰτίωσιν· ὁ δέ γε τούτοις ἐντυγχάνων, μήπω πάσης ἐξηγήσεως τοῦ σεπτῶν μυστηρίων ἐν τούτοις τελεῖσθαι νομίσῃ· ἀλλὰ τοιούτῳ τινὶ οἴεσθω ἐντετυχηκέναι, ὡς ἐάν τις τῶν ποθούντων ἰδεῖν κάλλη πόλεως ὑπερφυῆ καὶ ἀθέατα, τύχοι τινὸς ὁδηγοῦντος, ὑφ' οὗ χειραγωγούμενος, ὡς διά τινος θυρίδος ἰσχύσῃ κατιδεῖν τὴν ἐκεῖθεν ἐκπεμπομένων ἀκτίνων αἴγλην τε καὶ λαμπρότητα· οὐ μὴν αὐτὴν τὴν φύσιν τοῦ ἔνδον ἀποκειμένων ἀγαθῶν· τὰ γὰρ μυστήρια μου, φησὶν ὁ κύριος *, ἐμοὶ καὶ τοῖς ἐμοῖς· πῶς ἂν αὐτὸς ἐγὼ, ὁ μὴ μόνον ἐξ αὐτοῦ μακρύνας ἐμαυτὸν, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἐγγιζόντων αὐτῷ μακρὰν ἀπεσχισμένος, ἐπάξιόν τι τῶν ἐκείνου νοῆσαι ἢ φθέγξασθαι δυνηθείην; ἀλλ' ὅμως φίλον κἀκείνῳ τὸ κατὰ δύναμιν, εἰ μόνον μὴ πόρρω τοῦ ἐκείνου δογμάτων καὶ ἐντολῶν εἴη τὸ θεωρούμενον· εἰ δέ τις ὀνησιφόρον τι εὕροι τοῖς γεγραμμένοις, ὑπὲρ ἐμοῦ μὲν τὸ πεπονη-

* Is. XXIV. 16.

(1) Sic omnino solebat S. Petrus Damiani op. cit. n. 4. *Ego quod residuum est, igne comburo: nam credere iubemur, distinguere prohibemur.* Vide ibi cetera quae sunt praeclara.

κότῳ, εὐχὴν συγχωρήσεως θεῷ ἀποδότω τῷ ἐπταισμένων μοι ἕνεκα· ἔπειτα ἡ καὶ εὐχαριστίαν, ἀνθ' ὧν ἄνωθεν εἴωθε φωτίζειν ἄνωθεν ὀρέων αἰωνίων, θεὸν νοερῶς ἀξιωθέντας ὁρᾶν· ὅτι αὐτῷ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς θεὸν αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

pro venia impetranda Deo offerat, erratorum meorum causa. Deinde etiam gratiarum actionem, propterea quod ille solet eos illuminare a montibus aeternis, qui digni habiti fuerint intellectualiter contemplari. Quia ipsum decet omnis gloria, honor, et adoratio, Patrem scilicet, et Filium, et sanctum Spiritum, nunc et semper et per saecula saeculorum. Amen.

Cod. vat. 2137.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ

λόγος περὶ καταστάσεως ἱερέων.

Πρόσεχε σεαυτὸν, ὦ ἱερεῦ, καὶ βλέπε τὴν διακονίαν, ἣν παρέλαβες, ἵνα ἀναπληρώσῃς αὐτὴν μετὰ φόβου θεοῦ· βλέπε λοιπόν· οὐ γὰρ ἐπίγειον διακονίαν ἐνεχειρίσθης ἀλλὰ οὐράνιον, οὐκ ἀνθρωπίνην ἀλλ' ἀγγελικήν· σπούδασον σεαυτὸν παραστῆσαι ἐργάτην ἀνεπαίσχυντον, ὀρθοτομοῦντα τὸν λόγον τῆς ἀληθείας· πρόσεξον, μὴ στῇς εἰς σύναξιν ἔχων ἔχθραν μετά τινος, ἵνα μὴ φυγαδεύσῃς τὸν παράκλητον· ἡμέρα συνάξεως μὴ δικάζου, μηδὲ φιλονείκει τὸ καθόλου, ἀλλὰ κρυπτόμενος εὔχου, ἀναγινώσκων μέχρι τῆς ταύτης ὥρας· καὶ οὕτως παράστα ἐν κατανύξει τῷ ἁγίῳ θυσιαστηρίῳ· μηδὲ περιβλεπόμενος ὧδε κἀκεῖσε· μὴ ἐν σπουδῇ τὰς εὐχὰς συντέμνοις· ἀλλὰ παρακαλῶν, μὴ λάμβανε πρόσωπόν τινός, ἀλλ' ὅρα τὸν προκείμενον βασιλέα, καὶ τὰς παρεστώσας δυνάμεις κύκλωθεν· καὶ μὴ ὑποκρίνου, μηδὲ μεταδίδῃς τὸ θεῖον σῶμα ὅπου οὐ χρή· σεαυτὸν ἄξιον ποίησον τῶν ἱερῶν κανόνων, καὶ συλλειτούργει ὡς οἱ κανόνες ἀπόδενται· ὅρα οὖν πῶς πάριστασαι τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ, καὶ πῶς ἱερουργεῖς, καὶ τίνος μεταδίδῃς, καὶ πῶς καταστέλλεις· ὅρα οὖν, μὴ ἐπιλάθῃς τὰς δεσποτικὰς ἐντολὰς, καὶ τῶν ἁγίων αὐτοῦ μαθητῶν τὰς παραδόσεις· φησὶ γάρ· μὴ δότε τὰ ἅγια τοῖς κυσὶ, μηδὲ ῥίπτετε τοὺς μαργαρίτας μου ἔμπροσθεν τῶν χοίρων· ὅρα οὖν καὶ σὺ, μὴ φόβῳ ὑπαχθῇς ἀνθρωπίνῳ, καὶ παραδώσῃς τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ εἰς χεῖρας ἀναξίων· ἀλλὰ μὴ ἐντραπῇς τινὰ τῶν ἐνδόξων τῆς γῆς, ἀλλὰ μηδὲ αὐτῶν τῶν τὸ διάδημα φορούντων πτοηθῇς ἐν τῇ ὥρᾳ ἐκείνῃ ὅτε ἱερουργήσαις· βλέπε τοὺς βουλομένους τὰ δῶρα μεταλαμβάνειν ἐν τοῖς οἴκοις· σὺ ὄψει, ὅτι καὶ ὑπὸ γυναικῶν χαρίζονται, ἀλλὰ καὶ ἀναξίων· ὅρα οὖν, ὡς οἱ θεῖοι κανόνες, καὶ αἱ σύνοδοι τῶν ἁγίων πατέρων ἐπεκύρωσαν, οὕτως πράττε, καὶ μὴ μεταδίδῃς ἀναξίοις ἢ λαϊκοῖς, παρὰ ἐπιστρέψαι αὐτοὺς τῇ ὀρθοδόξῃ πίστει· οὐαὶ δὲ τοῖς μεταδιδοῦσιν αὐτοῖς· ὅρα οὖν μὴ μύῖαι ἐμπέσωσι εἰς τὸ ἅγιον ποτήριον, ἢ ἐξ ἀμελείας σου νοτισθῇ, ἢ μοχλιάσῃ, ἢ κονοπισθῇ, ἢ ἐγχειρισθῇ ὑπὸ αἱρετικῶν· ἀλλὰ βλέπε πῶς καταστέλλεις, μετὰ τὴν συμπλήρωσιν τῆς θείας λειτουργίας, μὴ σπεύδων μαργαρίτην ἀποπέσῃ, ἢ ἀπομείνῃ ἐν τῷ ποτηρίῳ· ἢ ἔχον νᾶμα τὸ ἅγιον ποτήριον, καὶ κονοπισθῇ· ἀλλὰ ἀμφότερα καταστείλας, πόρευου ἐν εἰρήνῃ· ταύτην τὴν παράδοσιν ἐὰν φυλάξῃς, ὦ ἱερεῦ, σώσῃς σεαυτὸν, καὶ οὓς μέλλεις διδάσκειν· εὐχόμενος καὶ ὑπὲρ ἐμοῦ τοῦ τάλανος πρὸς κύριον· ᾧ πρέπει δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

SANCTI PATRIS NOSTRI BASILII

sermo ob sacerdotum instructionem.

Attende tibi, o sacerdos, et vide ministerium quod accepisti, ut ipsum cum Dei timore exerceas. Videsis, non enim terrestre tibi commissum est ministerium sed caeleste, non humanum sed angelicum. Stude temet exhibere operarium irreprehensibilem, rectam veritatis doctrinam tradentem. Cave ne ad synaxim consistas, habens cum aliquo inimicitiam, ne Paraclitus a te fugiat. Die synaxeos ne quemquam in iudicium voces, neque omnino contendas, sed in abdito ora, lectioni vacans usque ad hanc horam; atque ita compunctus ad sanctum altare accede. Neque hac illac circumspectes, neque preces festinando decurtes; nec dum oras, cuiuslibet hominis respectum habeas, sed praesentem specta regem, et circumstantes angelos. Nec quicquam simules; neque divinum corpus, cum non oportet, distribuas. Dignum te effice sacris canonibus, et quomodo hi praecipiunt, sic liturgiam exerce. Considera igitur, quomodo ad sanctam mensam venias, quomodo rem sacram opereris, et quid distribuas, et quomodo retineas. Cave itaque, ne dominica praecepta obliviscaris, et discipulorum eius traditiones. Dicit enim: nolite dare sancta canibus, nec proiicite margaritas meas ante porcos. Videsis ergo et tu, ne humano metu abducaris, et Dei filium indignorum manibus tradas: sed neminem ex terrae proceribus reverearis, et ne diadema quidem gestantes expavescas hora illa qua liturgiam peragis. Observa eos qui volunt sacra dona in suis aedibus participare: tu videbis ministros etiam a feminis munerari, et quidem etiam ab indignis. Videsis itaque quomodo sacri canones ac synodi sanctorum patrum decreverint, atque ita te gere, neque distribuas indignis sive laicis sive clericis, ob eum finem ut ad orthodoxam fidem ipsos convertas. Vae illis, qui talibus tradunt! Cave insuper ne muscae in sanctum calicem decidant, aut hic humectetur, aut fiat mucidus, aut pulvere sordidetur, aut haereticorum manu contrectetur. Vide etiam quomodo reponas post absolutam liturgiam, ne te festinante margarita decidat, aut in calice remaneat, vel habens laticem sanctus calix pulvere inquinetur. Sed utraque re recte composita, abi in pace. Hanc traditionem si observaveris, o sacerdos, salvabis te atque illos quos docturus es; orans etiam pro me misero Dominum, cui debetur gloria per saecula. Amen.


ΠΡΟΦΗΤΗΣ


ΜΡ
ΘΥ
ΙC
ΧC






ΑΓΙΟΣ

Ichnographia ecclesiae sepulcri B. Mariae in Gethsemani.

A. Sepulcrum B. Mariae.

B. Altare Graecorum.

C. Altare Syrorum.

D. Meschita Turcarum.

E. Cisterna.

F. Altare Abessinorum.

G. Altare Armeniorum.

H. Locus incognitus.

I. Sacellum et sepulcra SS. Joachimi et Annae.

K. Sacellum et sepulcrum S. Josephi sponsi Dominae nostra

L. Janua vetus nunc clausa.

M. Janua et introitus in ecclesian

Pars interior ecclesiae B. Mariae.



MISSA PICTA GRAECORUM

IN CODICE HIEROSOLYMITANO.

Est in bibliotheca vaticana graecus codex, pervenuste pictus, qui anno certe Christi 1600 Hierosolymis erat in Graecorum monasterio D. N. sanctae Mariae, quod est in loco Gethsemani. Sic enim diserte legitur p. 26: ἐκ τῆς μονῆς τῆς Κυρίας τῆς γεθσημανῆς, κατὰ τὸ σωτήριον ἔτος αχ΄, φευρουαρίου ς΄. Monasterii huius sive ecclesiae extat imaguncula in Chrysanthi patriarchae hierosolymitani sanctae urbis topographia, cum hac epigraphe: ἡ Γεθσημανὴ, ἔνθα ἡ ἐκκλησία κοιμήσεως τῆς Θεοτόκου ἐν τῇ κοιλάδι τοῦ Ἰωσαφὰτ: *Gethsemani, ubi ecclesia dormitionis (obitus) Deiparae in valle Iosaphat.* Tum idem Chrysanthus p. 107. nominat: τὸν ἅγιον καὶ θεομητορικὸν τάφον ἐν τῇ Γεθσημανῇ: *sanctum matris Dei sepulcrum in Gethsemani.* Phocas saeculi XII. monachus, ab Allatio editus, in descriptione locorum sanctorum, quos ipse inviserat, sic loquitur cap. 15. Τῆς πόλεως ἔξωθεν, περὶ τὸ ἀνατολικώτερον ταύτης μέρος, μέσον τοῦ μεγάλου χαραδρώδους χάσματος, τοῦ διαχωρίζοντος τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν ἀπὸ τῆς ἁγίας πόλεως, παράκειται τὸ χωρίον Γεθσημανὴ, ἐν ᾧ τάφος τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου· ναός ἐστι ὁ πᾶς θολωτὸς, ἐπιμήκης, κυλινδρωτός· καὶ μέσον αὐτοῦ δίκην ἄμβωνος ἵσταται ὁ τάφος αὐτῆς, λελατομημένος ἐκ πέτρας etc. ἐν ᾧ τὸ ἄχραντον σῶμα τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου ὑπὸ τῶν ἁγίων ἀποστόλων μετενεχθὲν ἐκ τῆς Σιὼν ἐτέθη. Eadem dicit Epiphanius hagiopolita ab Allatio item impressus. Sic etiam Perdicas in expositione memorabilium urbis Hierosolymae. Denique et quidam Anonymus, apud eundem Allatium. *Extra urbem est Gethsemani, in quo est sepulcrum Deiparae. Ibi templum cum aedibus. Porta speciosa habet columnas marmoreas octo; et cum descenderis gradus quadraginta octo, templum reperis, et in medio templo cubiculum lapideum, et in medio cubiculi sanctum sepulcrum Deiparae, marmoreum, candidum, pulcherrimum.* Quin adeo praedictis antiquior Beda in libello de locis sanctis cap. 6. *In valle Iosaphat sanctae Mariae rotunda est ecclesia. Ibi monumentum vacuum, in quo sancta Maria aliquamdiu* (nempe ante assumptionem) *pausasse dicitur.* Idem templum describebat anno 1620. P. Bernardinus Amicus callipolitanus in libello de sacris Terrae sanctae aedificiis cap. 40, ubi illud prope iam totum subterraneum esse adfirmat, prout reapse apud eundem in tabula 40, rursusque in tab. 43. et 44. sub n. 65. videre est. Et hic quidem auctor diligentem interioris partis delineationem proposuit, quam nos post codicis picturas, ab eo desumptam proponemus. Haec de loco hierosolymitano, ubi repertus est vaticanus codex, dicta sufficiant. Iamque age novem codicis picturas sive imagines totum graecae missae ordinem repraesentantes, summario sermone decurrere libitum est: quarum quidem in quinto volumine part. II. p. 95. et 96. notitiam praeviam sed multo breviorem scripsimus, spondentes simul eas in posterum nos edituros, quod nunc spe nostra citius iam factitamus; postquam operam dedimus ut eae fideliter aere cuderentur, et in hoc volumine decore et commode collocarentur.

IMAGO I.

Pars interior graeci templi, cuius in medio thronus episcopalis, impendente abside testudinata, seu conopeo, quasi caeli figura, ut loquitur Simeon thessalonicensis apud Goarium p. 182. Throno insidet ὁ ἅγιος Γρηγόριος θεολόγος, *sanctus Gregorius theologus*, nempe nazianzenus: atque hoc fit ob indicandam divi ipsius liturgiam, quam unam de plurimis retulit Renaudotius in suae collectionis tomo I, quamquam nos aegyptiace etiam scriptam vidimus in codice vat. coptico 17. Est autem divus nimbato capite, pontificali ornatu insignis, phelonio scilicet crucibus per totum interstincto, quod Graeci πολυσταύριον appellant; cuiusmodi est imago S. Methodii apud Goarium p. 98. gestantis φαινόλιον πλῆρες σταυρῶν. Circa humeros et infra dependens ὠμοφόριον, seu pallium, quod est praecipuum pontificis ornamentum: item in dextro latere ἐπιγονάτιον *subgenuale*, formae quadrangularis. Phelonio subest stichārium seu tunica loris fimbriata, id est quasi dalmatica. Manuum quoque carpi brachialibus ἐπιμανίκια adstringuntur. Dextera quidem benedicit divus, more graeco tribus elatis digitis;

sinistra vero evangelii volumen tenet. Circumstant asceterii gethsemaniani, camelauciis petasati monachi longisque mandyis induti. Ex parietibus denique pictae tabulae dependent; dextero quidem in latere (1), domini Iesu imago librum tenentis; in sinistro autem, Deiparae ulnis puerum Iesum complectentis: pictae inquam coloribus tabulae, nam sculptiles imagines graeca ecclesia non facit, ut ait Metrophanes Critopulus confess. eccl. or. cap. 15. Profecto hae domini Iesu ac Deiparae imagines in Graecorum ecclesiis numquam desunt, quas in transitu venerantur, iisque lampadas incendunt, tum honoris causa tum ut illarum oleo ad infirmitates suas, pro ingenita populi pietate fiduciaque, utantur. Itaque etiam in Sampierii pictura celebri apud Cryptoferratam beatus Nilus iunior puero daemoniaco tactu olei lampadarii medetur. Quin adeo Graeci aliique Orientales aegrotos suos quandoque ad ecclesias religioso sanitatis studio deferunt. Porro de templis Graecorum, post egregium Allatii tractatum, dicere supervacaneum est. Idem Allatius (epist. ad Ioh. Morinum) aiebat nihil esse proprium graeci ritus in urbana collegii athanasiani ecclesia, praeter bema. Atqui ego ne imagines quidem exteriores illius bematis gentilem Graecorum pingendi modum, sed potius occidentalium, prae se ferre video. Idem iudicium fero de panormitana Graecorum ecclesia, cuius certe picturae, ut vidi, nihil graecum habent.

IMAGO II.

Diaconus cum tonsura clericali, diffusis in tergum more graeco capillis, stichario caeruleo vestitus, orarium (i. e. stolam) sinistro humero gerens, cui ter inscriptum ἅγιος; idque tribus digitis tenens, κρατῶν τὸ ὡράριον αὐτοῦ τοῖς τρισὶ δακτύλοις, ut loquitur in rubrica Philotheus, et altare indicans, sacerdotem ut missam adgrediatur admonet: καιρὸς τοῦ ποιῆσαι τῷ κυρίῳ: *tempus est operandi Domino.* Moxque dicit: τοῦ κυρίου δεηθῶμεν, *Dominum precemur,* quod saepe deinceps repetit inter illas preces, quae ut observat coptita Ben-Assali in suo tractatu cod. arab. vat. 151. f. 77. recitantur, dum populus expectatur ad missam. Intus altare est, superposito volumine cum ardentibus cereis. Coram est bematis sive ἱερατείου, tabulatum solidum, quod priscis cancellis substitutum fuit passim in ecclesiis Graecorum. Est autem bema, quod nos dicimus sanctuarium seu presbyterium, sed in graeco ritu prorsus occlusum: et bema dicitur, quia gradibus uno vel pluribus ad id ascenditur. Exornant bema ex auro et coloribus non invenustae imagines, domini Iesu, matrisque eius, et hoc quidem loco etiam sancti Lucae, ut inscriptio docet. Nam sacras imagines observat Andidensis noster n. 3. perpetuas esse sacrae liturgiae comites. Supra portam, sepultura Domini, quae sollemnis pictura est in Graecorum liturgiis, nam et antimensium, et altaris concha, itemque alia eandem figurant. In bematis vertice crux ornatior, de qua catechesis graeca p. 56: ὑψοῦται ἐπάνω τοῦ καταπετάσματος ὁ τίμιος καὶ ζωοποιὸς σταυρός. Illic et angelus quasi de caelo adveniens, et suscipiendis ferendisque ad Deum precibus, cum sacrificii fructu, paratus. Angelos sacrae interesse liturgiae, passim graeci patres affirmant. Ex latinis autem, ut unum saltem nominemus, S. Petrus Damianus in canonis missae expositione, quam nos edidimus, sic: « beatus Gregorius tanti secreti interpres de hora immolationis ineffabiliter loquens, quis » inquam fidelium habere dubium possit in illo mysterio choros angelorum adesse? etc. » Et infra: « hinc evidenter apparet quod angeli in sacrificio semper adsistunt. » Et Chrysanthus in capitulo de officiis singulorum ministrorum ed. Tergobysti in Hungrovalachia p. 111. diserte scribit: ἰστέον ὅτι ὁ μὲν ἐπίσκοπος τόπον ἔχει τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ· ὁ δὲ ἱερεὺς, τοῦ Χριστοῦ· εἰ δὲ λοιποὶ, τῶν ἁγίων ἀγγέλων: *sciendum, quod episcopus quidem locum tenet universalis Dei; sacerdos autem, Christi; reliqui vero, sanctorum angelorum.* Quid vero monasterii abbas, aut episcopus (nam et encolpium habet, crucem scilicet ἐπωμαδίῳ suspensam) sedens coram alio angelo adstante? Nimirum tota haec picta liturgia secundum quamdam repraesentatur mysticam visionem. Etenim idem archimandrita divinis rebus adsistens, angelos se videre (pro constante ut diximus ecclesiae traditione ac sententia) circa tremendum hoc mysterium

(1) Dexteram appello eius qui de altari populum aspicit, seu qui de bemate in templum exit. Alioquin, ut ait graeca catechesis (ed. Ven. 1818.) κατὰ διάφορον σχέσιν λέγονται τὰ δεξιὰ ἀριστερά.

adfirmat. Sic enim ibi graeca inscriptio in folio puro: καὶ ἰδοὺ κατεπετάσθη ἄγγελος κυρίου ἐκ τοῦ οὐρανοῦ· καὶ ἔστη ἐπὶ τὴν ἐξωτέραν πύλην τοῦ νάρθηκος (1)· καὶ ὅταν εἶπεν ὁ διάκων, ἐν εἰρήνῃ τοῦ κυρίου δεηθῶμεν, ὁ ἄγγελος ἔφη· στήσατε τὰς καρδίας ὑμῶν εἰς τὸν φόβον τοῦ θεοῦ· ἐνώπιον γὰρ αὐτοῦ ἵστασθε: *et ecce* (inquit contemplator abbas) *advolavit de caelo angelus, stetitque iuxta exteriorem portam narthecis* (id est vestibuli.) *Et cum diaconus dixit: in pace Dominum precemur; angelus ait: apponite corda vestra ad timorem Dei, etenim coram eo consistitis.*

IMAGO III.

Primus sive minor introitus ad altare (πρὸς τὴν ἁγίαν τράπεζαν.) Proceditur scilicet ex obliqua seu boreali bematis porta, intra quam est prothesis, ubi instructio rerum missalium fieri solet (2). Praeit sacerdos librum ferens (puta apostolicarum epistolarum); subsequitur episcopus evangelii volumen gerens: namque a sacerdote satis distinguitur episcopus per subgenuale, quod episcopis tantum gestare licet. Et sacerdos quidem prope portam in sinistram partem seorsum abire videtur, episcopo subsequenti sacrumque facturo locum cedens (ut ait noster Andidensis n. 14.) quasi praecursor Iohannes Christo domino. Idem dicitur in graeca catechesi p. 86. Nempe et in sacello nostro pontificali, sacerdos in introitu loco medio decedit propter Pontificem. Goarius p. 108. narrat heic fieri evangelii introductionem ad altare, cum procedendi augusto ritu, qui dicitur εἴσοδος. Stipant episcopum diaconus, ab orario seu stola denotatus, et subdiaconus, cum cereis ardentibus, quae μανουάλια dici solent. Rem accurate describit Simeon thess. apud eundem Goarium p. 186 Quid est autem quod angeli gestant tum episcopum tum etiam sacerdotem? Nimirum, quia ait Simeon, diaconos fungi vice angelorum, pictor noster elegante metathesi angelos ipsos ponit pro diaconis. Rursus in hac imagine picturae nobiles in bematis tabulato, Christi domini ac beatae Mariae. In dextro latere videtur Adamus frondea zona praecinctus, in sinistro autem divus quidam militari habitu, sanctus Georgius fortasse, aut Demetrius, vel quilibet peculiari aut patria devotione cultus. Bemati impositae ardentes faculae, quasi missae sollemnis indices. In nubibus Christus ritu graeco benedicens. Supra bematis portam caenaculum cum mensa, adsidentibus angelis, iuxta illud: *panem angelorum manducavit homo.* Docet autem nos Andidensis num. 4. et 18. sacra mensa, sive altari, tum sepulcrum Domini significari tum etiam caenaculum. Pictor itaque noster in secunda tabella sepulcrum delineavit, in hac autem tertia caenaculum, quae sunt ut diximus ab altari significata. Humi in sinistro latere stans archimandrita, nimbato capite, ita ut videatur divus quidam (quamquam etiam viventibus interdum nimbus appingitur) pedo pastorali sive honorario innixus cuius forma differt a latina, ut scimus. Prosequitur visionem suam contemplator archimandrita, ut est in epigraphe: καὶ ὅταν ἐρρήθη τὸ, ἀγαθὸν τὸ ἐξομολογεῖσθαι τῷ κυρίῳ, ἀπεκρίθη ὁ ἄγγελος, καὶ εἶπεν τοῖς παρεστῶσιν· ἀγαθύνθητε πάντες καὶ στηρίχθητε εἰς τὸν φόβον τοῦ θεοῦ, καὶ εἰς τὴν λειτουργίαν αὐτοῦ. Καὶ ὅταν εἶπεν, ὁ κύριος ἐβασίλευσεν (3), ὁ ἄγγελος ἔφη· καὶ νῦν βασιλεύει ἐν ἡμῖν· εὐφραίνεσθε καὶ ἀγαλλιᾶσθε χριστιανῶν τὸ γένος, ὅτι Χριστὸς βασιλεύει εἰς τοὺς ἀπερόντους αἰῶνας· οὐκέτι ὁ διάβολος τὸν ἄνθρωπον πολεμῆσαι δύναται, καταπεθεὶς παντελῶς· καὶ ὅταν πάλιν εἶπον, δεῦτε ἀγαλλιασώμεθα τῷ κυρίῳ, καὶ τὰ ἑξῆς. *Et postquam dictum fuit, bonum est confiteri Domino; respondit angelus, aitque adstantibus: hilares estote omnes, et confirmemini in timore Dei, et in ministerio eius. Et cum dixissent, Dominus regnavit; angelus inquit: nunc regnat in nobis: gaudete et exultate Christianorum gens, quia Christus per infinita saecula regnat. Haud diutius hominem diabolus oppugnare potest, quia omnino absorptus fuit. Et ubi rursus dixerunt: venite exultemus Domino* etc.

IMAGO IV.

Sacerdos intra bema ad altare, phelonio albo indutus eius generis quod σάκκον (id est colobion) Graeci dicunt, et est tunica sine manicis non omnino talaris, ut ait Goarius p. 97.

(1) De narthece, parte quadam templorum graecorum satis controversa, peculiarem doctissimi Allatii habemus dissertationem, ad quam lectores ablegamus.

(2) Legatur praesertim hoc loco Allatius de recentiorum Graecorum templis ed. Paris. p. 141.

(3) Legatur heic Andidensis noster n. 11.

Iam ad colores quod attinet, idem scribit loc. cit. obvios quosque quamvis sine delectu plerumque videantur Graeci adsumere, candido tamen et rubeo magis ipsos delectari; candido scilicet, ut subdit ibi Thessalonicensis, ob gratiae puritatem atque splendorem; rubeo ieiunii tempore et in defunctorum luctu: est enim illis hic interdum color luctûs insigne: quem morem servat Romae pontifex maximus, qui luget, ut aiunt, in purpura. Attamen S. Basilius apud Ben-Assali f. 77. vult alba omnino esse vestimenta, absque ullo colore; et sic reapse albatus rem sacram facit divus Basilius, praesente imp. Valente, in suo basilicae vaticanae altari, ubi tamen vix quicquam praeterea graecum est. Exterioris bematis ornatus idem, nisi quod in extremis lateribus variant imagines, Baptistae scilicet sinistrorsum, sancti vero monachi episcopi dextrorsum, Basilii puta, vel Sophronii, vel cuiuslibet benedicentis et crucem gerentis in pectore. Supra bematis portam rursus Domini sepulti figura. Intra bema impendet altari lampas, de qua catechesis graeca p. 58: καιέται ἀεννάως ἔμπροσθεν τῆς θείας τραπέζης κανδήλα ἀκοίμητος, τρανῶς μαρτυρεῦσα τὸν ζῶντα ἔσω τῆς ἱερᾶς πυξίδος υἱὸν τοῦ Θεοῦ. *Ardet semper ante divinam mensam lampas inextincta, quae perspicue testatur intus esse viventem in sacra pyxide filium Dei.* Sacratissimum hunc panem eucharisticum vocant Graeci aliique Orientales *margaritam.* In nubibus David cum harpa ob significandam psalmodiam. Summus aeque in nubibus Christus utraque manu salutans seu benedicens. Infra, idem qui in secunda tabula hegumenus, sedens et pastorali pedo innitens. Ibidem angeli duo loricati et chlamydati, secundum sedentis visionem, quam adiecta narrat inscriptio. Καὶ ὡς ἦλθεν ἐπὶ τῆς καθέδρας, ἔφη Μιχαὴλ ὁ ἄρχων, σοφία (1)· καὶ ὁ Γαβριὴλ, πρόσχωμεν· καὶ ὁ δεσπότης, εἰρήνη πᾶσι, εὐλογήσας τῷ σταυρικῷ ὅπλῳ τὰ σύμπαντα· καὶ οὕτως ὁ ἱερεὺς εἰρηνεύει ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ· ἐπιφωνοῦντος δὲ τοῦ ἀγγέλου, καὶ λέγοντος ἐν εἰρήνῃ, στήκετε πάντες μετὰ φόβου καὶ τρόμου, ἵνα μή τις τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ κλίνῃ πρὸς τὸ συντυχεῖν τινά· καὶ ὡς ἦλθεν τὸ προκείμενον (2), ψάλλει ὁ Δαβίδ· καὶ τοῦ ἀποστόλου ἀναγινωσκομένου, ὁ Παῦλος διδάσκει· ἀδελφί μου, ἀκούετε· καὶ ὡς ἦλθεν τὸ ἀλληλούϊα, βοᾷ ὁ Δαυὶδ καὶ λέγει· ὁ Θεὸς ἐμφανῶς ἥξει, ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐ παρασιωπήσεται· καὶ τὰ ἑξῆς. *Et cum venit ad cathedram, dixit Michahel princeps: sapientia. Et Gabrihel respondit: attendamus. Et dominus: pax omnibus; simul benedicens crucis armatura res omnes. Atque ita sacerdos pacem adprecatur in ecclesia; exclamante simul angelo* (i. e. diacono) *et dicente: in pace state omnes cum timore ac tremore, ne quis vultum suum convertat, ut quidlibet occurrens animadvertat. Et cum venit procimenon, psallit David. Et cum legitur apostoli epistola, Paulus monet: fratres mei, audite. Et cum ad alleluia ventum est, clamat David* (id est chorus musicus) *dicens: Deus manifeste veniet, Deus noster, et non tacebit. Et reliqua.* Et videretur quidem a stolato diacono legi evangelium, prout est eius officium in missa; attamen inscriptio recte loquitur de epistola apostolica, quam reapse anagnostes legere solet, ut Chrysanthus in capitulo supra citato p. 111. scribit: τοῖς ἀναγνώσταις ἡ τοῦ ἀποστόλου ἀνάγνωσις ἐπεδόθη. Quamobrem pictor peccare heic videtur contra liturgiam, ponens diaconum pro anagnoste. Nec mirum; nostri enim quoque artifices ob rituum inscitiam infinita peccant. (De epistolarum ap. vel prophetiarum post introitum lectione, Andidensis noster n. 16, et catechesis gr. p. 92.) Item illud δεσπότης non Christum dominum benedicentem de caelo, sed sacerdotem liturgia fungentem denotat, quem diaconus *domini* titulo appellare solet: εὐλόγησον δέσποτα. Certe sicut latinus episcopus populum in missa salutat verbis *pax vobis*, ita graecus verbis *pax omnibus*. Noster vero contemplator, haec ab angelis fieri dicique, pro suo suscepto instituto, imaginatur. Sunt autem missae partes quinque: *instructio* quae fit in prothesi, *oblatio*, *consecratio*, *communio*, *gratiarum actio*, in qua fit ἀπόλυσις, i. e. populi dimissio. Est et alia brevior missae partitio, nempe προσκομιδὴ, λειτουργία κατηχουμένων, λειτουργία πιστῶν. Nunc in prioribus versamur.

(1) Varie a liturgicis tractatoribus vocabulum hoc exponitur. Andidensis n. 19. de rationali ad rem sacram attentione intelligit. S. Basilius apud Ben-Assali f. 78. ad cantum refert, id est non tam esse canendum in missa cum suavitate, quam cum sapientia, id est pie graviterque. (De Ben-Assali Allatius, Ecchellensis, Naironus, Assemanus.)

(2) Videsis Andidensem n. 19. Est autem *procimenon* certus numerus versiculorum e psalmis excerptorum, qui proprii sunt cuiusque diei, ut Cangius in lexico. Goarius vero p. 175. animadvertit, προκείμενον dici *prologum* in liturgia S. Marci. Legatur idem Goarius etiam in adnotationibus p. 111.

IMAGO V.

Adhuc sacerdos sacra liturgia fungens ad altare, ex quo ignis in caelum usque conscendit, vel quia ut aiunt Sophronius atque Cyrillus alex. (apud nos T. V. part. II. p. 96.) sacerdotem oportet esse ferventem et quasi igneum; vel ob aliam, quam mox docebit inscriptio, causam. Altare quidem ritu graeco quatuor columnis sustentatur, quibus imminet concha, quarum mystica significatio est, varieque ab interpretibus tradita. Post sacerdotem minister καμισάτος. Thessalonicensis apud Goarium p. 200: κέκτηται ἔνδυμα τὸ καλούμενον καμίσιον, ὅπερ κατὰ τύπον φελωνίου ἐστὶ μικροῦ, ἢ στιχαρίου ἐκ λίνου. *Habet lector vestem, ut vocatur, camisiam, parvi phelonii aut linei sticharii instar;* ἢ πορφυρᾶν, διὰ τὸ πορφυροῦν τοῦ Χριστοῦ ἱμάτιον· ἢ λευκὸν, διὰ τὸ καθαρὸν τῆς ἱερωσύνης: *est autem illa vestis vel purpurea, propter purpureum Christi indumentum; vel candida, propter sacerdotii puritatem.* Quisquis denique hic sit minister, is illa induitur, quam Latini albam appellant, Itali *cotta;* quam quidem heic videmus talarem, prout in prisco etiam nostro ritu; non vero ita brevem ac prope nullam, prout interdum in hodiernis abusivo more ecclesiis cernimus. Et quidem S. Basilius loco supra citato talares omnes ministrorum vestes esse iubet. Dextro in latere Michahel archangelus daemonia expellens; qua imagine recte pictor morem priscum denotat excludendi a liturgia energumenos, et malae vastataeque conscientiae homines, vel publicae paenitentiae addictos, itemque catechumenos ceu nondum potestate daemonis liberos. (Hinc illa in progrediente missa sublimis terribilisque exclamatio: τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις, *sancta sanctis.*) De catechumenorum dimissione sic diserte noster Augustinus serm. XLIX. 8. *Ecce post sermonem fit missa catechumenis, manebunt fideles, venietur ad locum orationis.* Adest in testudinato throno hegumenus contemplator, nunc stans propter evangelii lectionem, quam omnes stantes audiunt, ut Ben-Assali quoque f. 78. narrat. (Post evangelium etiam apud Graecos episcopus vel sacerdos concionari solet sumpto illinc argumento, ut ait dictus Ben-Assali loc. cit.) Contemplator sic in epigraphe loquitur. Καὶ ὡς ἦλθεν τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον, ἤκουσα τοῦ ἀγγέλου εἰπόντος· ἔρχεται ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ μελιζόμενος, καὶ τοῖς πιστοῖς διαδιδόμενος· εἶδα τοίνυν τὴν στέγην τῆς ἐκκλησίας ἀνεῳγμένην, καὶ τὸν οὐρανὸν φαινόμενον· καὶ ἕκαστος λόγος τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου ὡς πῦρ ἐγένετο, καὶ ἔφθανεν μέχρι τοῦ οὐρανοῦ· (quae sunt ipsa sancti Sophronii verba apud nos loc. cit.) καὶ ὅτε εἶπεν ὁ διάκων, ὅσοι κατηχούμενοι προέλθετε, εἶδον ἄνθρωπον ἑστῶτα μέλανα εἰς τὰς ἁγίας πύλας τῆς ἐκκλησίας ἔχοντα αὐτοῦ τεθολωμένην τὴν θεωρίαν, καὶ τρίζοντα τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ ἐπὶ τοὺς ἑστῶτας εἰς τὴν ἁγίαν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαν, ὅπως ἐκβάλλῃ ἕνα ἕκαστον ἀπ' αὐτῆς· καὶ ὅτε εἶπεν ὁ διάκων, μή τις τῶν κατηχουμένων, εἶδον τὸν ἄγγελον κυρίου πῶς συνεπετάσθη ταῖς πτέρυξιν αὐτοῦ, καὶ ἦρεν αὐτὸν εἰς τὸ ἐξώτερον πῦρ, λέγων αὐτῷ· τί σὺ ἵστασαι ὧδε, μὴ ἔχων ἔνδυμα γάμου, τουτέστι μὴ ἔχων ἐξουσίαν; *Et cum ad sanctum evangelium ventum est, audivi angelum dicentem: venit filius Dei membratim dividendus et fidelibus distribuendus. Vidi itaque ecclesiae tectum patefactum caelumque conspicuum. Et singula sancti evangelii verba ceu flamma fiebant usque ad caelum ascendens. Et cum dixit diaconus: quotquot estis catechumeni, discedite; vidi hominem nigrum in sanctis ecclesiae foribus stantem, cuius erat prorsus ater aspectus, dentibus suis stridentem adversus illos qui in ecclesia Dei consistebant, ut singulos videlicet inde expelleret. Cumque dixit diaconus: ne quis catechumenus; vidi angelum Domini alis suis advolantem, qui atrum illum correptum eiecit in ignem exteriorem dicens: cur heic consistis, non habens vestem nuptialem, id est potestatem?*

IMAGO VI.

Ἡ μεγάλη εἴσοδος, *introitus magnus.* Goarius p. 113. ita: « Duplex introitus est; minor, » quo evangelium; maior, quo sacra dona (consecranda) ad altare inferuntur; in privatis » quidem liturgiis a diacono et sacerdote, in sollemnioribus a celebrante pontifice. Pontifi- » cem longo comitatu et multiplici apparatu pompa praecedit etc. » Heic vero est compendii causa diaconus cum cereo, ceteros enim ministros subintelligendos pictor reliquit. Pontifex ornatu suo et subgenuali distinctus, porta obliqua exiens gestatur ab angelis, de qua re iam diximus in tertia pictura. Heic vero nominatim Germanus liturgicus dicit: συνεισπορευο-

μένων καὶ ἀγγελικῶν στρατιῶν, καὶ χερῶν ἀσωμάτων, καὶ αὐλῶν τάξεων. Ipse episcopus ante pectus sacrum calicem manu praefert, adducto in humeros ornato, quo uti solet ad altare, linteolo; sacrum quoque discum in caput elatum, et velamine ne pateat obtectum, sustinens. Rursus idem pontifex, ex subgenuali agnoscendus, manibus passis ante altare, quod est totum conspicuum, cum duplici volumine, evangelii ut puto et epistolarum apost., cum calice ac velo, quod ob tenuitatem aër dici solet (vel quia significat noctem passionis) nec non asterisco. Disci atque asterisci imagines apud Goarium conspicimus p. 99. De hoc magno introitu Andidensis n. 18. (et catechesis p. 100.) Ibi Andidensis loquitur de altari medium bematis locum semper tenente, et de imposito curvo lacunari, quod caelum significat, et de quatuor columnis, quorum significationes alibi nos tradidimus T. V. part. II. p. 96. De caelo utrimque angeli ad suscipienda vota liturgica sive oblationem. In summo caelo aeternus pater benedicens. Humi hegumenus vel potius episcopus contemplator, iuxta quem loricatus magnisque alis praeditus angelus, de quo in epigraphe, quae ita se habet. Καὶ εἰσελθόντος τοῦ ἱερέως καὶ τοῦ διακόνου διαβιβάσαι τὰ ἅγια, ἤκουσεν τοῦ ἀγγέλου εἰπόντος· πάτερ ἅγιε, ἐξαπόστειλον τοὺς μυσταγωγούς σου ἀγγέλους, εἰς τὸ λειτουργῆσαι τὰς θείας δυνάμεις σου· καὶ εὐθέως εἶδεν δύο ἀγγέλους ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατερχομένους· καὶ συνεπετάσθησαν ταῖς πτέρυξιν αὐτῶν· βαστάσαντες δὲ τὸν ἱερέα μετὰ τῶν ἁγιασμάτων καὶ ἀχράντων μυστηρίων, εἰσήγαγον ἐντὸς τοῦ θυσιαστηρίου, λέγοντες αὐτῷ· βλέπε πως ἱερουργεῖς, παρεισταμένων καὶ συλλειτουργούντων σοι τῶν θείων δυνάμεων. Καὶ ὅτε εἶπεν ὁ διάκων, στῶμεν καλῶς, στῶμεν μετὰ φόβου, ἤκουσα τοῦ ἀγγέλου λέγοντος τοῖς παριστημένοις· πάντες μετὰ φόβου στήκετε, φοβερὰ γὰρ τὰ παρόντα μυστήρια. *Et introëunte sacerdote cum diacono ad sanctas res inferendas, audivi angelum dicentem: pater sancte, mitte mystagogos angelos, scilicet ad peragendam liturgiam sanctas potestates tuas. Vidique statim duos angelos de caelo adventantes, qui mox sacerdotem cum sanctis rebus et immaculatis mysteriis gestantes ad altare introduxerunt, dicentes ei: videsis, quomodo liturgiam peragas; etenim tibi adstant simulque ministrant divinae potestates. Et cum dixit diaconus: stemus decenter, stemus cum timore; audivi, angelum dicentem adstantibus: cuncti cum timore consistite; sunt enim haec tremenda mysteria.* De hac consecrandorum donorum sollemni gestatione ex prothesi ad altare, non sine populi circumstantis adorationibus atque hymnis, extat (praeter alia aliorum) opusculum apologeticum Gabrihelis philadelphiensis; cui doctissimas animadversiones Richardus Simonius attexuit. Nos cum Eutychio byzantino patriarcha ritus huius excessum reprehendimus T. IV. part. I. p. 61.

IMAGO VII.

Consecrationem sanctorum munerum heic fieri, indicat domini Iesu puerilis figura medio in altari sublimis, stipata seraphinis atque cherubinis, tamquam rotâ splendidissimâ, aliâque insuper angelorum turbâ utroque ex latere adorantium precesque suscipientium. Atque hoc praecipue tempore circumsistere altare angelos, ait Chrysostomus homil. III. n. 5. in ep. ad Ephesios, et de sacerdotio lib. VI. 4. Et cum Gregorio PP. S. Petrus Damianus apud nos in opusculo iam citato « in ipsa immolationis hora ad sacerdotis vocem caelos aperiri, in illo » mysterio choros angelorum adesse, summis ima sociari, terram caelestibus iungi, unum » et idem ex visibilibus et invisibilibus fieri. » Iam quod attinet ad flammam quo totus sacerdos involvitur, graecae ecclesiae catechesis p. 175. narrat magnum Basilium vidisse immensum ignem caelo delabi, totumque altare ab eo collustrari usque ad mystagogiae finem, ceu scribit in illius vita Amphilochius. Idem de Chrysostomo refert Metaphrastes. Idem denique de magno Euthymio Cyrillus monachus. Adest in tabula etiam diaconus cum volumine liturgico. Denique contemplator hegumenus pedo innixus, qui in epigraphe sic loquitur: Καὶ ὅτε εἶπεν ὁ ἱερεὺς τὸν ἐπινίκιον ὕμνον ᾄδων, εἶδον τὴν στέγην τῆς ἐκκλησίας ἀνεῳγμένην· καὶ μετὰ τῆς φοβερᾶς φλογὸς, πάλιν εἶδον πλήθη ἀγγέλων καὶ ἐξαστερύγων κατερχόμενα· καὶ μετ' αὐτῶν εἶδον πρόσωπα ἐνάρετα, ἃ οὐκ ἔστι δυνατὸν διηγήσασθαι τὸ κάλλος αὐτῶν· ἦν γὰρ τὸ φέγγος αὐτῶν ὡς φλὸξ πυρός· καὶ οἱ μὲν ἄγγελοι καὶ ἀρχάγγελοι ἐπετάσθησαν ταῖς πτέρυξιν αὐτῶν κύκλῳ τοῦ θυσιαστηρίου· τὰ δὲ ἑξαπτέρυγα κύκλῳ τῆς ἁγίας τραπέζης· καὶ παιδίον ὡράθη μέσον αὐτῶν

θεμφερούμενον, ὡς πῦρ φλέγον· καὶ πυρὸς φλὸξ ἔπεσεν ἐπὶ τὸν ἱερέα· καὶ ἐγένετο ὁ ἱερεὺς εἰς φλόγα πυρὸς ἀπὸ τῆς κορυφῆς ἕως τῶν ὀνύχων αὐτοῦ. *Et cum cecinit sacerdos triumphalem hymnum, vidi ecclesiae tectum aperiri. Et non sine formidabili rursus igne conspexi multitudinem angelorum, et sex alis praeditorum advenientem; simulque vidi eximios vultus, quorum venustatem nemo potest enarrare; erat enim splendor illorum tamquam flamma ignis. Et angeli quidem atque archangeli alis suis advolabant circa altare; illi autem sex alis praediti sanctam mensam circumsistebant. Et puer in medio ipsorum, instar ignis fervens conspiciebatur, cui illi obsequenter famulabantur. Et sacerdos quasi flamma factus apparuit a summo vertice ad ungues.* Ceteroqui cave dicas, Christum vel in hac tabella, de caelo descendere consecrandum super altare; vel in postrema, de altari post sacramenti consumptionem in caelum redire: doctrina enim theologica tradit, Christi corpus illic in ipso altari ex conversione panis et vini existere.

IMAGO VIII.

Missae pars illa, in qua fit sacrosanctae Eucharistiae dignis volentibusque distributio. Bematis tabulatum more solito pictum, nempe sepultura Christi, B. Maria cum puero Iesu, et episcopus, quem esse nazianzenum suadet idem plane ornatus ac gestus, quem in prima imagine aspeximus; quamquam et de Cyrillo hierosolymitano, vel alio quovis pontifice cogitare licet. Episcopus extra portam regiam, vel potius in eius limine, consistens (neque enim ingredi intra bema laicis licet) divinam eucharistiam de calice ope cochlearis sumptam accedentium ori ingerit, qui quidem stantes, more graeco, communicant, uniformi quodam πολυσταυρίῳ humerali, huius caerimoniae ut videtur proprio, vel birro induti. In sinistro latere diaconus cum orario σταυροειδῶς sibi circumiecto et complicato, cuiusmodi imaginem Goarius exhibet p. 126. Nimirum diserte narrat Thessalonicensis p. 183. διάκονον ἐν τῷ μέλλειν κοινωνεῖν περιζώννυσθαι. Idem diaconus per id tempus, vel etiam sacerdos, ait ad populum ex adverso stantem: μετὰ φόβου, πίστεως, καὶ ἀγάπης προσέλθετε: *cum timore, fide, atque amore accedite.* Senes duo pontifici utrimque circumstantes, monachi sunt, quia camelaucio dempto, mandyam ut in prima pictura retinent. Denique pueri duo vel minores clerici, qui brevius camisati videntur, funalia gestant, stantes quidem sed tamen inclinati. Adiecta autem inscriptio (quae de incruento sacrificio quasi de cruento per phantasiam loquitur) ita se habet. Καὶ ὡς ἦλθεν τὸ μακάριον καὶ ἅγιον, πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς (1), ἤκουσεν ἀγγέλου εἰπόντος πρὸς τοὺς ἑστῶτας· πατέρες καὶ ἀδελφοὶ ἄγαθοὶ καὶ πιστοί· εἴ τις ἐξ ὑμῶν κατά τινος ἔχει, ἢ μετὰ γυναικὸς ἐξλίβη ἐν τῷ σαββάτῳ, ἢ ἴδιον ἐν ὁράματι, οὐκ ἔστιν ἄξιος τοῦ ἀχράντου σώματος τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ (2)· καὶ ὅτε εἶπεν ὁ ἱερεύς, τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις, τότε εἶδον τὰ πρόσωπα ἐκεῖνα ὡς ἱερεῖα γενόμενα, καὶ τοὺς ἀγγέλους κατέχοντας μαχαίρας, καὶ κατασφάζοντας τὸν παῖδα, καὶ ἐκχέοντας τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐν τῷ ἁγίῳ ποτηρίῳ· τὸ δὲ σῶμα κατακόψαντες ἐπέθηκαν ἐπάνω τοῦ ἄρτου, καὶ ἐγένετο ὁ ἄρτος σῶμα, καὶ ὁ οἶνος αἷμα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· καὶ συνελθόντες πάντες οἱ παριστάμενοι μετελάμβανεν· εἰ δὲ τὸ ἀμὴν μὴ λέγοντες, ἀλλότριοι εἰσὶν τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ (3). *Et cum ventum est ad beatam illam sanctamque orationem, pater noster qui es in caelis, audivi angelum dicentem* (pro diacono) *praesentibus: patres atque*

(1) Graeca catechesis p. 158, ubi sermo est de oratione *pater noster*, sic admonet: πλησιάζει ἡ ὥρα τῆς θείας κοινωνίας: *appropinquat divinae communionis hora.*

(2) Additur apud Ben-Assali p. 79: *hic non accedat, ne divinitatis igne amburatur.* Is autem ignis in praecedente nostra tabella reapse exardescit.

(3) Cum ego diu frustra de origine harum visionum quaesissem, quae in praesente missae expositione leguntur, comperi demum in graeca catechesi indicium partim saltem huius rei manifestum in magni Arsenii vita. Etenim quum senex monachus quidam de Christi in eucharistia praesentia pertinaciter addubitaret, prodigiosa demum visione edoctus fuit atque convictus. Ea vero sic legitur latine apud nostrum Surium die 19. iulii, ex graeco Metaphraste, ubi post narratam monachi incredulitatem, sic pergit Arsenii biographus. *Cum sacra perageretur mystagogia, divinusque panis esset propositus, infans visus est eodem tempore tribus senibus is panis. Deinde cum sacerdos ad hoc ut panem in frusta divideret, iam manum extendisset, visus est ei angelus, qui superne devolaverat, et gladium in manu habebat: qui cum propositum infantem sacrificasset, deinde eius sanguinem infundebat in calicem; et quamdiu sacerdos panem in parva frusta frangebat, tamdiu quoque poterant videre angelum secantem partes ex carne pueri. Cum autem accessisset is, qui errabat senex, ut esset particeps sacrificii, carnis mundae et cruentae aperte fuit particeps. Hoc visum ab illo sene, non sanum correxit iudicium.*

fratres boni ac fideles, si quis vestrum habet aliquid adversus quemquam, aut uxori operam dedit hesterno sabbato, aut illusionem phantasticam passus est, is non est dignus immaculato corpore domini nostri Iesu Christi. Et cum dixit sacerdos: sancta sanctis; tunc vidi vultus illos tamquam victimas fieri; et angelos correptis gladiis puerum illum mactare, sanguinemque eius in sacrum calicem fundere, et concisum frustatim corpus supra panem imponere: factusque est panis corpus, et vinum sanguis domini nostri Iesu Christi. Et convenientes cuncti qui aderant, participabant. Qui vero amen non dicebant, hi alieni erant a filio Dei. Rem explicant apud Goarium p. 119. ss. Ambrosius et Leo PP. ubi dicunt solitum responderi *amen* ab iis qui oblatam eucharistiam cum fide suscipiebant. (Et sic etiam Ben-Assali p. 80.) Ambrosius quidem de sacr. lib. IV. 5. « Dicit tibi sacerdos: corpus Christi; et tu dicis: amen, hoc est, verum. » Leo autem ed. Baller. serm. XCI. « Hoc ore sumitur, quod fide creditur: et frustra ab illis » *amen* respondetur, a quibus contra id quod accipitur disputatur. » Siqui vero *amen* nullatenus respondebant, ii plane incredulos semet ostendebant. Eadem dicunt de sensu vocabuli *amen* in hoc percipiendo sacramento syri expositores apud Zanolinium de Euch. sacr. p. 44. et seq. Nunc apud nos sacerdos, qui tradit, dictionem suam concludit vocabulo *amen*, quod erat a suscipiente respondendum. Sed hodierni quoque Graeci nos imitari videntur, ob vitandam vocum multitudinem. Catech. gr. p. 60.

IMAGO IX.

Eulogiarum seu panis ex oblatis distributio. Μετὰ τὴν εὐχὴν ἐξέρχεται ὁ ἱερεὺς, καὶ στὰς ἐν τῷ συνήθει τόπῳ δίδωσι τὸ ὀντίδωρον: *post orationem egreditur sacerdos, et consueto in loco* (extra bematis seu presbyterii portam) *consistens dat antidorum.* Coram, duo sunt ex iis qui in praecedente imagine eucharistiam sumebant: in sinistro latere monachus cum hegumeno pedum tenente. Media in pictura conspicuum adhuc altare intra bematis portam. In eiusdem bematis tabulato picti beata Maria, et quidam sanctus episcopus librum tenens ac benedicens. Sublimis in aëre puer Iesus quasi in caelum conscendens, vel ut Graeci patres loquuntur assumptus, cum quo angeli fructum sacrificii precesque fidelium ad Deum ferentes. Andidensis noster n. 38. narrat in missae fine fieri consumptionem seu sublationem sacrorum quae relicta sunt fragmentorum, quo actu ascensio Christi domini significatur. Et sic omnino etiam Germanus in liturgicorum auctorum gr. editione parisiensi p. 179. Videlicet cum in sacra liturgia universa Christi vita repraesentetur, quod sibi demonstrandum proposuit Andidensis n. 3, nec non Cabasilas cap. 6, et denique catechesis p. 183, haec Christi domini ascensio quae in nostra nona tabella repraesentatur, coronidem imponit operi. Porro missae clausula est, panis benedicti, sive oblati, ad populum diribitio, qui in lance puero, populum quasi repraesentanti, traditur. Etenim ut scribit Ben-Assali f. 80. nihil conservari debet ex oblatis panibus, sed omnia post missam distribui. Illa quoque in graecae missae fine fit interdum distributio, quae dicitur colyborum (i. e. placentarum) eaque pariter sacro ritu a sacerdote peragitur; de qua peculiarem scriptiunculam edidit Gabrihel philadelphiensis. Denique ipsius eucharistiae reliquias constantinopolitana diu ecclesia indulsit pueris consumendas, testibus Evagrio lib. IV. 36, et Nicephoro Callisto hist. lib. XVII. 25. Sed ut ad tabellam nostram redeamus, post eam panis diribitionem fit ἀπόλυσις, id est dimissio. Nam sicut Latini dicunt *ite, missa est;* sic Graeci: *discedamus in pace.* Adiecta autem imagini epigraphe sic loquitur. Καὶ ὅτε εἶπεν ὁ διάκων, ἐν εἰρήνῃ προέλθωμεν, εἶδον τὰς θείας δυνάμεις δοξαζούσας τὸ παιδίον, καὶ ἐν τῷ οὐρανῷ ὑψουμένας· καὶ τὰς τῆς ἐκκλησίας ἀπαρχὰς σὺν τῷ κυρίῳ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνερχομένας· καὶ ταῦτα ἀκούσαντες οἱ ἅγιοι πατέρες, καὶ κατανυγέντες, ἔδωκαν δόξαν τῷ θεῷ εἰς τοὺς αἰῶνας· ἀμήν. *Et cum dixit diaconus: discedamus in pace; vidi tunc divinas potestates puerum (Iesum) glorificantes, et in caelum elatas: et ecclesiae oblationes pariter cum Domino in caelum sublatas. Atque haec sancti patres audientes et compuncti, gloriam Deo dederunt per saecula. Amen.*

INDEX RERUM PRAECIPUARUM

IN SECUNDA VOLUMINIS PARTE.

A

Abares obsident Constantinopolim sub Heraclio p. 423.

Adagii graeci explicatio p. 42. Aliud adagium p. 531.

Aethiopes orientales et occidentales p. 403.

Alania a caucasiis montibus usque ad Iberas extenditur p. 382.

Alani nomine tenus christiani p. 395. Mittunt coloniam in Scythiam atque Sarmatiam p. 382. Incolunt etiam prope Chersonem p. 383.

Alemannus Nicolaus Graecorum sui temporis Romae doctissimus p. XX. Kalendarium commentario illustrat p. 29. seqq. Eius opuscula duo inedita p. XX. et XXX.

Allatii Leonis patria, institutio in collegio urbano Graecorum, munera varia, itinera, studia in bibliotheca vaticana p. V. seqq. Mortualis annus p. XI.

Allatii non duplex fuit bibliotheca ms. graeca et latina, sed una auctorum utriusque linguae inchoata, et mox abrupta, et quidem ex editis plerumque libris sumpta. Sic enim reformanda est adnotatio p. 71.

Alexii Comneni Iohanne geniti coronatio p. 399.

Ambitionis vanaeque gloriae vituperatio p. 473. seqq.

Anastasii antiocheni opusculum in cod. vat. p. 71.

Andronicus Tarchaniota oratione funebri celebratur p. 422.

Angeli cur pingantur aligeri p. XXXIX.

Angeli missae sacrificio assistentes p. 564. 577. seq.

Anima (de) tractatus graeci edendi p. 92.

Antitypa ss. Eucharistiae haud post sed ante consecrationem p. 482.

Arcadii imp. litterae p. 267. 273. 274. 287.

Arcadius imp. legebat Origenis periarchon p. 278.

Arsacius ordinatur loco Chrysostomi, et mox expellitur p. 282.

Athanasii S. ex homilia mystagogica fragmentum p. 239.

Athleticae scholae graeca vocabula p. 466.

Athonis montis vastatio cum monachorum caede p. 438.

Avaritiae gravissima vituperatio p. 463. seqq. et 499. seqq.

B

Bartholomaei (S.) cryptoferratensis vita nunc primum edita p. 514. seqq. cum panegyrico in eundem p. 530. Bonus sacrorum librorum interpres fuit p. 532. Calligraphus egregius, teste etiam codice, qui superest, manu eius scripto p. 526. Ieiuniis apprime deditus p. 516, et 526. Templum Cryptoferratae condit p. 518. Illic miraculum p. 519. Aliud p. 526. Pontifici rom. paenitentiam suadet p. 520. Caietae dominum captivitate liberat p. 520. Laudatur a Deipara p. 521, et ab apostolis Petro ac Paulo p. 523. Gloria eius in visione p. 529.

Basilio magno supposita missae explicatio quaedam p. 551. Eiusdem Basilii dictum a synodo byzantina confirmatum p. 486. adn.

Bema, seu presbyterium, semper semicirculare in ecclesiis graecis p. 565.

Besarion admirandus monachus studita p. 344. (Est enim Besarion nomen, non cognomen.)

Besarionis Cardinalis epistola primum nunc edita p. 200.

Bibliotheca Electoris palatini devehitur Romam ab Allatio p. XXII. seqq.

Bibliothecae vaticanae indices graeci, auctore Leone Allatio p. XXVII.

Biographiae Sanctorum utilitas p. 514.

Bonus Constantinopoleos prorex p. 426.

Bosphori princeps p. 307.

C

Calendariorum varia genera p. XXX.

Canes bellatores p. 211. seq. Canum multiplices laudes in Theodori Gazae edita nunc primum lucubratione p. 203. seqq. Catelli melitensis affectus p. 84.

Canon nicaenus arabicus 44. exponitur p. 546.

Cantacuzeni Matthaei commentarius ineditus in librum Sapientiae p. 186. adn.

Captivitatis miseria describitur p. 436.

Caroli magni imp. curae liturgicae p. 105.

Castamon urbs capta abs Iohanne Comneno imp. p. 408. Item aliae urbes p. 410. 411. 412. 413.

Catelli allatiani epistola poëtica p. IX.

Catena in Iob utrum Nicetae an Olympiodori sit disputatur, cum refutatione argumentorum P. Comitoli p. 17. seq.

Cathedrae rom. S. Petri festum ventilatur p. XXXVI.

Catherinae S. festum in occidentem serius invectum p. XLVI.

Cellulani monachi p. 371.

Ceryci et Iulittae martyrii pura et sincera narratio Theodori episcopi iconiensis p. 417.

Chaganus Abarum rex p. 424. Eius figura describitur p. 430.

Chersonis episcopus obiurgat vexatque Theodorum alaniensem p. 384.

Chii insulae breves fasti p. V.

Chonae et Colossae una eademque urbs p. 26.

Chosroës rex ingratus christiani imperatoris beneficiis p. 424.

Christus natus anno mundi 5506. Augusti imperantis anno 42, die decembris 25. Idem passus mundi anno 5539, Tiberii anno 18, martii die 23. Haec iuxta calculum Nicetae Seidi p. 493.

Ciceronianae villae columnae p. 518-519. De illis epigramma ibidem.

Claudius quidam princeps p. 400.
Clavis perpetuum Petri ap. insigne p. XXXVI.
Χλωροπικὴ humeralis fortasse vestis genus p. 340.
Cobellutii cardinalis laus p. XIX.
Collectio prisca auctoritatum pro duabus in Christo naturis p. 109.
Communio sub utraque specie a Graecis propugnata p. 572.
Conceptionis B. Mariae festum antiquius Sixto quarto PP. p. XLVIII.
Concilium romanum adversus Theophilum alexandrinum p. 269. Chalcedonense ad Quercum adversus Chrysostomum p. 276. seqq.
Confessarius Vid. medicis.
Conradi imp. filia nubit Manueli Comneno p. 404. seq.
Constantini magni vita inedita, auctore Theodoro meliteniota. Item eiusdem aliae ineditae p. 477.
Constantinopoleos horrenda obsidio sub Heraclio imp. et Sergio I. patriarcha p. 423. seqq. Deiparae tutela solvitur p. 432. seq.
Constantinus imp. Heraclii filius Theodorum papam fidemque romanam dilaudat p. 512.
Constantinus Irenes filius adulter, Theodorum Studitam piosque alios persequitur p. 306. seqq.
Contelorii Felicis elogium p. XXVIII.
Crapulae, praesertim post s. communionem, vituperatio p. 496. seq.
Crescentii locus in sinu nicomediensi p. 354.
Crucis exaltationis festum multo ante Heraclii imp. tempora p. XLII.
Cynici cur se ita appellaverint p. 209. (Sed turpiorem huius appellationis originem tradit Lactantius inst. lib. III. 15.)
Cyrilli alex. adversus Theodorum et Diodorum fragmenta nova p. 117. adn.
Cyrilli eiusdem dictum quoddam p. 344. Item eiusdem falsus titulus commentarii ad Ioh. evang. in cod. vat. p. 17.

D

Dei nomina vel potius epitheta plurima a Theodoro Lascari imp. collecta p. 259. seqq., locus hellenistis notandus.
Deiparae templum insigne in Blachernis Constantinopoli p. 431. seq. Prope illud eadem Deipara classem hostium profligat p. 433.
Dies aegyptiaci p. L. (Conferatur S. Augustinus comm. in epistolam ad Galatas n. 35.)
Diodorus tarsensis interdum dictus Theodorus p. 137. Scripta eius aliquot nuper edita p. 142. 240. Scripserat contra fatum p. 247.
Disputare cum haereticis plerumque inutile p. 327.

E

Ecchellensis Abrahamus emendatur p. 137. 140.
Eclogae ineditae ex Basilio neopatrensi, Leone magistro, Iohanne diacono, et Petro laodiceno p. 540-544.
Eleutherii regium palatium apud Byzantium p. 320.
Energumeni intra templum esse non sinebantur p. 495.
Epigrammata duo Anthologiae addenda p. 82. et 86.
Epiphanii magni, ut fert inscriptio in cod. vat. p. 537. quoddam scriptum. (Epiphanii episcopi latinus sermo de extremo iudicio est in alio cod. vat.)
Epiphanius Cypri quid de Chrysostomo dixerit p. 282.
Epistolaris elegantiae specimina p. 439-444.
Eucharistiae mysterium contra duos praecipuos errores defenditur p. 449. 450. Prolixe exponitur et commendatur p. 478-493. 543. 544. Eucharistiae veritas differt ab imaginibus p. 483. Non est symbolum, sed res p. 552. Eius non infrequens susceptio commendatur p. 491. 572. Eiusdem salutaris effectus p. 488. seq. Pro Eucharistia testimonia nova in libris nostris recensentur p. 498. adn. Item p. 552.
Euchitarum haeresis p. 579.
Eudoxia augusta persequitur Chrysostomum, passim in vita nova. Legatos romanos in carcerem coniicit p. 286. Verberatur ab Arcadio et miserabiliter moritur p. 287. Epistola eius genuina ad Innocentium PP. p. 288.
Eulogiarum post missam distributio p. 582.
Eulogii alex. fragmentum nuper editum p. 107. adn.
Eusebii emeseni fragmentum p. 239.
Euthymii Zygabeni scripta a nobis edenda p. 111.
Evangelistis symbola varie tributa a Graecis et Latinis p. 37.

G

Gothiae princeps p. 307.
Gradius Stephanus scribit vitam L. Allatii p. V. seqq.
Graeciae litteratae laus p. XI.
Gregorius Syracusarum episcopus p. 351. (Hic photianarum partium fuit praecipuus. Concil. Labb. ed. vet. T. VIII. col. 963. 989.)
Gregorius thaumaturgus dictus antea Theodorus. De eius scriptis ampla L. Allatii disputatio p. 95. seqq. Scripta eius quaedam nuper edita p. 107. 108.

H

Haeresis omnium malorum mater p. 395.
Heraclii imp. religiosa pietas p. 426. et 436.
Herennii liber εἰς τὰ μετὰ φυσικὰ nuper editus p. 66. adn. Dicendus potius *philosophus*, quam *Philo*, ibidem.
Hippolyti (S.) fragmentum p. 239.
Historiae prima dos veritas p. X.
Honorii imp. epistola ad Arcadium p. 285.
Humilitas apex virtutum p. 460.
Hymnorum canendorum consuetudo late defenditur p. 100. seqq.
Hypatus philosophorum p. 4.

I

Ἰδιοϋποστάτως adverbium lexicis addendum p. 556.
Ignatii martyris dictum p. 328.
Ignatius metropolita Selybriae dicitur auctor vitae Constantini M. (Sed in codicis vaticani notitia apud Lequinium Or. ch. error est) p. 36.
Imaginum sanctarum commendatio p. 549. Veneratio earumdem defenditur p. 325.
Indiae cellarienses species et conditurae p. 276.
Innocentius PP. augustis Arcadio, Honorio, et Eu-

doxiae sacra interdicit p. 284. seq. Theophilum et Arsacium deponit p. 285. Eius litterae p. 269. 284. 289.
Inscriptio christiana collectionibus addenda p. 88.
Iobus an regni caelorum notitia illuminatus p. 476. Eiusdem interpres vetus integer ineditus, ibidem.
Iohannes Baptista pictus cum petaso, et cum gemina in manu cruce vel volumine p. XLIII.
Iohannes chrysostomus natus ex ethnicis baptizatur a Baetano amidensi, ordinatur lector a Poemenio antiocheno p. 265. Secedit in montes p. 266. Fit diaconus, presbyter, episcopus p. 266. 267. Eius inimici Theophilus, Severianus, Acacius, Porphyrius p. 267, et Eudoxia p. 274, cui ianuam ecclesiae occludit p. 275. Causae inimicitiae cum Theophilo p. 267. Concionandi libertas p. 276. Non defendit se in iudicio p. 281. Incendium eo discedente p. 282. Visio ante eius obitum p. 283. Moritur pie in exilio p. 284.
Iohannes hierosolymitanus reprehenditur, qui marte proprio processionem Spiritus sancti dixit a *solo* patre p. 114.
Iohannes iconoclasta dictus grammaticus et lecanomantis p. 326.
Iohannes siculus scholasticus p. 522.
Iohanni Comneno imp. quot populi subditi, vel saltem obnoxii p. 399. Eius res gestae celebrantur a Theodoro Prodromo poëmatibus septem nunc primum editis p. 399. seqq. Eius pius triumphus p. 410. (Confer Ephraemium chron. v. 3903.)
Iohannis Scoti haeresis manifesta circa Eucharistiam in paraphrasi inedita Dionysii de caelesti hierarchia p. 450. Idem Scotus frustra excusatur a Ioh. praesule dunelmensi, ibidem. Eiusdem paraphrasis Areopagitae de cael. hierarch. inedita, ibid.
Iosephus frater Theodori Studitae, archiepiscopus thessalonicensis p. 301.
Iosephus melodus in cod. vat. p. 186.
Iosephus oeconomus nuptiis imperatoris adulterinis benedicit p. 307.
Irene bello iconoclastico finem imponit p. 297.
Isidorus vir sanctus ab Athanasio ordinatus p. 267.
Iudam prodidisse Iudaeis Eucharistiae arcanum, nonnulli opinantur p. 570. (Adde his Theophylactum in explicatione verborum Christi consecrantis, ut est in catechesi graeca p. 137.) Eundem item Iudam participasse in caenaculo s. Eucharistiam, ibidem. (Nec non diserte apud Augustinum enarr. in psalm. X. 6, et CXLII. 16. Sed contradicit S. Athanasius in ep. fest. VII. 9.)

L

Λατρεία λογική quaenam sit p. 558.
Lazorum episcopus in Alaniam se] obtrudit p. 389. Indignos ibi plurimos indigno modo facit presbyteros p. 390.
Leo armenius imp. cur dictus thrax p. 324. Eius pessimi mores et indoles 326. Occiditur p. 344.
Leo hypatus p. 346.
Leonum duorum PP. confusa festa p. XLIV.
Linguarum donum datum apostolis quale fuerit p. 577.
Litaniae romanae p. XL.
Longobardiae rex p. 307.

M

Magorum ss. patria ventilatur p. XXXIII.
Marcianus notarius et cancellarius Iustiniani imp. narrat martyrium ss. Ceryci et Iulittae p. 417.
Marium diversorum climata seu qualitates p. 508. (Conf. Chrysostomi homiliam 82. in Matth.)
Martinaciorum familia byzantina p. 337.
Martyrius legendum videtur apud Ecchellensem atque Assemanum pro *mar Turim* aut *Turius* p. 137. Fuit autem Martyrius patriarcha antiochenus, Chrysostomi amicus et laudator.
Medicis animarum nostrarum, id est confessariis, auscultandum p. 457.
Michaël imp. christianissimus p. 322.
Michaël alius imperator, qui Leonem arm. occiderat p. 345. Iubet imagines nonnisi extra urbem Byzantium coli p. 356.
Michaël monachus scripsit Theodori Studitae vitam, non illam a Sirmondo editam, sed alteram quae nunc prodit ex codicibus vaticanis p. 292.
Missae celebrandae monita S. Basilii p. 584.
Missa repraesentatio est universae Christi oeconomiae p. 547.
Missas duas eodem die a sacerdote celebrari improbatur p. 582.
Monachi circa Olympum Asiae montem in eremis et cavernis degentes p. 354.
Monialium graecarum severa pudicitia p. XIV.
Monophysita quidam codicum corruptor p. 108. Emendatur p. 112.
Muntani duo p. 86.

N

Nersetis armenii commentarius liturgicus p. 546.
Nervae imp. prudens clementia p. 3.
Nicephori imperatoris perversa indoles p. 317. In proelio bulgarico periit p. 321.
Nicephori patriarchae constantia p. 327. Deponitur sede patriarchali 331.
Nicetae choniatae scripta a nobis edita p. 31. Eius forte facinus p. 29.
Nicetae maroniensis dialogorum de Spiritus sancti processione summarium p. 445.
Nicetae Naupacti fragm. nunc primo editum p. 28.
Nicetae paphlagoni falso adscriptae in editionibus paraphrases carminum Nazianzeni de principiis p. 7.
Nicetae Stethati scriptum exustum, sed adhuc perdurans p. 10.
Nicetas Serron magnus catenarum biblicarum auctor p. 15. et 16.
Nicetas metropolita thessalonicensis, addendus est Allatio. Extant eius scripta in codd. vat. 857, et 1023.
Nicetarum scripta apud nos p. 7. 9.
Nicolai (S.) myrensis urna prodigiosa p. XII.
Nicolaus Aegypti praefectus, vel dux et augustalis p. 271. 274. 276.
Nicolaus studita sanctissimus, Theodori in carcere socius p. 337. (Huius extat vita apud Combefisium in Actuario B. PP. T. II.)

O

Olei benedicti pius usus ad infirmitates p. 343.
Olympiadis liberalitas p. 272.
Origenis falsum nomen in codice vat. p. 17. Eius fragmentum p. 239.
Orthodoxiae hebdomada p. 362, et festum in prima dominica quadragesimae p. 549. (i. e. festum cultûs ss. imaginum.)

P

Palimpsesti duo in quibus latent mechanicus et mathematicus p. 64. adn.
Pantheon factum christianum p. XLVI.
Parabolae liberiore sensu sunt intelligendae p. 562.
Paradisus non differtur dignis post obitum p. 533. seqq. Neque poenae inferorum improbis, ibidem.
Paschatis vera dies definitur a Niceta Seido p. 493.
Patientia et longanimitas commendantur p. 465. seq.
Patmi insulae codices describuntur p. 537. seq.
Paulini (S.) nolani editionem muratorianam valde castigavit Vitus Iuvenatius notis mss. p. 132.
Persae obsident Constantinopolim p. 423.
Petasus apostolicae dignitatis ornamentum p. XLIII.
Petrus singularis abstinentiae monachus p. 354.
Phantini (S.) historia gr. in cod. vat. p. 513.
Philo aliquis an fuerit auctor libri Sapientiae p. 48.
Philonis iudaei alex. scripta multa nuper edita memorantur p. 67. seqq.
Philonium antidotum p. 54.
Philoponi (Ioh.) summarium epistolae ad Iustinianum imp. in codice syriaco p. 147.
Piscis symbolum feriae esurialis p. XL.
Plato Theodori studitae avunculus et monasticae vitae magister p. 298.
Preces quasi pro sanctis in liturgia graeca quomodo intelligendae p. 574. De hac re extat disquisitio ms. Pantaleonis cuiusdam in codice allatiano (60.)
Procimenon quid sit p. 588.
Proelii navalis ad Blachernas descriptio p. 432. seq.
Pselli lexicon graecum in codice vat. p. 25.

R

Rationalis cultus cur dicatur missa p. 558.
Rheni fluminis vis discretiva, ut dicitur p. 532.
Rivetus Andreas calvinianus diu refellitur a Leone Allatio p. 97. seqq.

S

Sarabazus Persarum dux p. 424.
Schisma graecum non ex dogmatum varietate, sed ex ambitione ortum est p. 10. Id confirmabit Georgius Metochita mox citandus.
Schismata varia Graecorum a romana ecclesia, quae Nicetas chartophylax nicaenus enumerat improbatque p. 446. seq.
Scripturae sacrae studium apprime necessarium p. 459.
Scytharum incursus circa Bosphorum p. 385.
Sergius patriarcha byzantinus (intelligitur) p. 427.
Sermones ἀναγινωσκόμενοι, id est qui legebantur in ecclesiis. Item μὴ ἀναγινωσκόμενοι p. 21.
Severiani gabalitani fragmentum p. 239.
Silvanus episcopus hierosol. p. 272.
Simeon monachus admirabilis, dictus obedientiae filius p. 349.
Sisinnii patriarchae scripta in codd. vat. p. 27.
Sophronius Theodori in Studio successor p. 349.
Spiritus sancti processio etiam a Filio p. 115. Eadem prolixe ventilatur, eiusque controversiae dogmaticae summarium recitatur p. 445. Quam vero nos exposuimus in huius bibliothecae tomo IV. notitiam codicis constantinopolitani circa hoc dogma corrupti, ea belle confirmatur ab historia inedita graecorum schismatum auctore Georgio Metochita, cuius insigne opus nos vulgabimus.
Stephani Aldoënsis patriarchae Maronitarum opus de s. missa describitur p. 545.
Stephani alexandrini epistola p. 94.
Studitae nonnulli virtutis eximiae p. 301. 344.
Synodus iniqua ad Quercum p. 278.

T

Tarasii patriarchae ecclesiastica oeconomia seu prudentia ventilatur p. 310. seq. Item Nicephori patriarchae p. 319.
Templi figuram gestant manibus sancti eiusdem tutelares in romanis musivis et alibi p. XLIX.
Θεοτόκος vocabuli usus ante Nestorium p. 97.
Theoctiste Theodori Studitae mater, a filio funebri oratione laudata, quae nunc vulgatur p. 364. seqq. ubi virtutes eius et acta vita exponuntur. Superstitiones exosa p. 365. Erga famulos misericors simul et iracunda 367. 368. 376. Fit monacha cum universa familia p. 369. Aemula Nataliae et Priscillae p. 373. Religiosae paupertatis studiosa p. 376. Vita eius asperrima p. 375. seq.
Theoctistus nobilis monachus p. 354.
Theodoreti liber deperditus pro Theodoro mopsuesteno, et Diodoro tarsensi p. 134.
Theodoria secta a Theodoro atheo dicta p. 77.
Theodori christiani plurimi in hagiologiis p. 87.
Theodori Gazae scripta varia adhuc inedita enumerantur p. 194. seq.
Theodori heracleotae fragmenta moesogothica nuper edita p. 116. Et graeca in Esaiam p. 214. seqq.
Theodori lapsi epistola ventilatur p. 131. seq.
Theodori lectoris prooemium historiae p. 153. Olim dederant Readingus et Valesius ex codd. allatiano et veneto, sed non sine mendis. Tertius huius operis codex fuit in bibliotheca Card. Sfortiae, teste quem vidi catalogo.
Theodori nicaeni epistolae ineditae p. 172.
Theodori Prodromi poëmata varia nunc primum edita p. 399. (Augent historiam byzantinam, sed res singulas in hoc indice ennmerare longum nimis fuisset.) Item eiusdem oratio epithalamica p. 414.
Theodorus Aegypti praefectus p. 267.
Theodorus aeliota addendus catalogo Theodororum p. 145. Item Theodorus monachus, cuius tredecim orationes gr. parabat prelo Holstenius epistola XXXIII.
Theodorus Alaniae episcopus p. 379. 391, cuius iter ad eam regionem narratur. Scripta eius in cod. vat. p. 175. Vitae eiusdem ac studiorum nec non

parentum notitia p. 397. Vivebat sub Germano II. patriarcha p. 397.
Theodorus I. papa scribit epistolam ob motus religiosos constantinopolitanos p. 510.
Theodorus Stypiota grammaticus p. 407.
Theodote Theodori studitae neptis nubit illegitime imperatori p. 308.
Theodorus Mopsuestiae episcopus, magnus doctor apud Orientales p. 118. Scripta eius multo numerosiora fuerunt quam enumerat Allatius p. 121. 137. Scripta eiusdem nuper edita, vel adhuc edenda p. 122. 123. 130. De ipsius erroribus fuse disseritur p. 117. seqq. Theodori nomen falso obtrusum pro Theodoreto p. 122. adn. Nonnullae eius biblicae expositiones p. 321. adn.
Theodorus studita nobili et opulenta familia byzantina ortus p. 205, cum qua universa fit monachus p. 299, cuius ascesis describitur in seqq. S. Basilii praecipuus imitator p. 302. Paupertatis religiosae apprime studiosus ibid. Fit abbas monasterii in Sacudione p. 305. Ordinatur presbyter a Tarasio patriarcha p. 303. Pellitur in exilium p. 308. Revocatur ab Irene p. 310. Transfert se ad Studii monasterium, cuius disciplina describitur p. 312. seqq. Varios libros componit p. 314. seq. Epistolae eius praecipue laudantur p. 316. Dissidet a Nicephoro patriarcha p. 318. Iterum in exilium truditur p. 320. Revocatur a Michaële imp. p. 322. Monasterii Studii florentissimus status p. 323. Disputat coram Leone armenio imp. p. 328. Imagines sacras publice gestari iubet p. 332. Tertio subit exilium p. 333, et dire excruciatur in seqq. Bardam imperatoris generum precibus sanat p. 343. Revertitur a tertio exilio p. 345. Miracula eius p. 346. seqq. Recedit denuo Constantinopoli p. 356. Amico et laudatore utitur Nicephoro patriarcha p. 357. Morbus eius supremus et obitus anno aetatis sexagesimo p. 359. seqq. Figura eiusdem p. 352. Anno decimo octavo post obitum, cadaver eius incorruptum defertur Constantinopolim p. 362. Theodori magna catechesis, et pars ingens epistolarum, nec non triodium et troparia, et alia quaedam adhuc in mss. codicibus sunt p. 164. 165. 166. 168. 315. 316. Eius testamentum p. 361. Fratres p. 369. Supplementum graecum panegyrici eius de S. Bartholomaeo apost. p. 315.
Theodorus, Theodosius, Theodotus, Dorotheus, Dositheus, homonymi sunt p. 72.
Theodorus Xanthopulus funebri oratione nunc edita laudatur p. 419. Eius epistolae ibidem.
Theophili alexandrini sycophantia et saevitia p. 268. Seiungunt se ab eo septem Aegypti episcopi, ibidem. Eius epistola ad Innocentium PP. p. 269. Monachos Aegypti graviter caedit p. 270. Formulam sententiae in Chrysostomum componit p. 281. Agnoscit privilegium romani pontificis convocandi concilia aut iis praesidendi p. 278.
Thessaliae clades a Turcis et Italis p. 437. seq.
Thomae tyranni rebellio p. 356.
Transubstantiatio eucharistica auctoritatibus variis comprobatur p. 449. 478. 479. 572.
Trisagium cum additamento defenditur a Stephano Aldoënsi p. 546.
Turcarum quidam mores p. XIII.
Tzamanes Theodori alaniensis persecutor p. 382.

U

Ursulae (S.) festum sero admodum in Italia notum p. XLVI.

V

Vastor liber mechanicus p. 63.
Venationis laudes p. 204. seq.
Ventilabra cur a diaconis graecis agitentur in missa supra res sacras p. 569.
Virtus haud difficilis neque laboriosa p. 454. Virtus invicta, vitium formidolosum p. 451. seq.
Vitae christianae imago p. 462.
Wolfius Hieronymus graecitatis non satis peritus p. 33.

X

Xerolophus locus prope Byzantium p. 345.

Z

Ζητούμενα quaestiones potius videntur, quam res deperditae seu desideratae p. 139. adn.

Addenda in T. VI.

P. 95. v. 19. adde: *et Socratem IV.* 22; *Evagrium III.* 31; *Theodorum lectorem collect. lib. II.*

P. 169. adn. Abruptus Theodori hermapolitae textus, incertam reddit interpretationem. Vel dicendum est: *rex est legitima potestas, commune subditorum bonum procurans.* Theodori monachi homilias duodecim parabat prelo Holstenius, ut legimus in eius epistolis p. 210.

P. 544. fin. adde: *Iohannes chalcedonensis in evangelia.*

In Tomo IV. p. 1. adn. 3. adde: *sic de Sabellianis S. Athanasius in expositione fidei.*

EMENDATIONES.

T. III. lat. p. 1. v. 4. malim interpretari. *Est vero etiam secundum naturam filius Dei, et in virtute declaratus secundum spiritum sanctificationis, per resurrectionem morluorum, hoc est per virtutem qua mortis vim superavit.* v. 26. *tamquam peccatum mendacium.* P. 5. lat. v. 11. *causa* potius quam *occasio.* P. 13. gr. v. 3. ἐν pro ἐκ. P. 11. lat. v. 8. *factus est nobis similis,* γέγονε καθ' ἡμᾶς. P. 17. gr. v. 19. corr. παραδεικτικός. P. 31. gr. v. 1. corr. ὁ μαθητής. Et mox v. 17. ἐφ' αἷς. P 36. v. 4. ἀβασάνιστος, fortasse *inconsiderata* vel *caeca.* P. 38. gr. v. 4. τιμὴν pro ἀτιμίαν. P. 47. gr. v. 5. ἔλεον. P. 392. v. 18. ῥυφθείην. T. IV. P. 1. v. 2. ἀρτίως *apte,* vel *nuper,* ut in adn. P. 3. v. 2. εἰς αὐτὸν *patrem* potius quam *Iesum.* Et v. 17. fortasse: *ne Deum quidem extitisse, antequam filius esset.* P. 4. v. 18. προθέσει *sententia,* id est scripturae quae sequitur. P. 5. v. 1. πάντοτε *semper.* Et v. 3. *Et illud hodie genui te, licet ante genitum, et semper cum patre existentem, sub temporis partem hodie adducens scriptura significat, semper ad ipsum deinceps venientibus gigni, quousque hodie dicitur.* Et v. 15. ἐμποιῇ λογισμοὺς τοῖς διεφθορόσι τὴν διάνοιαν *sensum corrumpentibus argumenta suggerat.* P. 8. v. 3. supple verba latina *ignorantibus Deum.* P. 10. v. 4. τῆς γῆς, v. 8. supple *una dignitas.* P. 19. v. 25. supple *eiusdem subiecti,* τοῦ ὑποκειμένου. P. 21. v. 29. *qui hanc ei concedit, virtute confitetur et reliqua.* P. 25. v. 33. *per filium solum ex patre.* P. 27. v. 10. *qui est super omnia Deus.* Et sic alibi. v. 33. καὶ νοήματι, latine *et intellectu.* v. 43. παραδόσεως, hoc loco potius *communicationis.* P. 59. v. 15. supple lat. *etiamsi in re pragmatica consummetur.* P. 62. in frag. Theophili corr. πρὸς τοῦτον. P. 64. v. 26. Melius dici videtur: *id consequenter dicimus secundum carnis naturam actum esse.* P. 152. v. 20. *dit* redundat. P. 166. numeri adnotationum sunt praeposteri. P. 174. v. 39. *ad* redundat. P. 229. v. 33. υἱοθεσία hoc loco respectu Christi intelligenda est *filiatio,* potius quam *adoptio.* P. 255. v. 16. *Mardum* typothetae absurditas est. In Didymo p. 117. v. 42. corr. γινόμενοι pro γινομένους. Et ἔξω αὐτοῦ videtur *extra mortem.* P. 131. perversi fuerunt numeri adnotationum. In Chrysostomo p. 168. v. 25. dic: *superveniens mortiferis peccatis iustitia eripit a morte.* T. VI. P. XLV. v. 4. corr. *Aptenses.* P. XLVIII. v. 12. corr. *Massilienses.* P. 3. adn. *Smyrnaeos.* P. 35. v. 29. *contemnifici.* Ita Allatius, sed dic *contemptibilis.* P. 36. v. 2. a fin. dic: *commentariorum auctorem.* P. 56. v. 10. VIII. corr. IX. P. 66. v. 6. a fin. dic: *serm. II. graec. affect. p.* 581. P. 67. adn. v. 3. *tantum.* P. 82. v. 19. dic: *de eadem.* P. 103. v. 12. corr. *opponendos.* P. 122. adn. v. 2. *antiocheni.* P. 218. col. 2. v. 10. a fin. ἀμυνά τε. Et mox p. 219. col. 1. v. 3. πεπλημμένα. P. 286. v. 3. *Acacium* corr. *Arsacium.*

University of Toronto
Library

DO NOT
REMOVE
THE
CARD
FROM
THIS
POCKET

Acme Library Card Pocket
Under Pat. "Ref. Index File"
Made by LIBRARY BUREAU